


M. Theod. hyacinth. Baron 1733. reg. Lud. XV°

M. Lud. René adine 1734. 1735.

M. Cl. Bourdelin 1736. 1737.

obiit die 4 julii 1740 M. jo. Bapt. Chomel 1738. 1739. 40

M. urbanus Lenault antiquior 1740 a 6a julii ad 5am nov.

M. Elias Col de vilars ..... 1740 à 5° novembris ad 7m 9bris

-------------- 1744.

M. Guillelmus de l'Epine 1745

COMMENTARIORUM

FACULTATIS MEDICINÆ

PARISIENSIS

TOMUS XX.

ab anno M.DCC.XXXIII. ad annum
1744

Historia
Quarti Decanatûs
M. Hyacinthi Theodori
Baron Parisini.

Auxilium meum a Domino.

Commentarius

Rerum facultatis Medicinæ Parisiensis, Cum Tabulis Accepti et Expensi,

a Die Sabbati 7.ª 9.bris 1733, ad Diem Sabbati 6.um 9.bris 1734,

M.º Hyacintho Theodoro Baron, Parisino, quartum Decano.

Anno Domini 1733, Die Sabbati, festum omnium Sanctorum proximè Sequenti, mensis 9.bris 7.º legitimè per Schedulam ab Apparitoribus delatam, convocati Sunt Doctores omnes in Scholas Superiores horâ decimâ matutinâ post Sacrum Decanum et Professores electuri: 1.º Decanus brevi oratione recensuit memorabilia à se gesta per Superiorem annum, tùm circà Bibliothecam M.i francisci Picoté de Belestre, tùm circà Exercitationes Anatomicas à Baccalaureis propriâ manu Super humano Cadavere celebratas; Singuli Deindè Professores è muneribus abeuntes gratias ordini reddiderunt amplissimas; mox Sorte ducti Sunt Decani et Professorum Electores. Sors autem eligendi contigit, de majori ordine M.is francisco Gouel, Michaeli Procope Couteaux, et Ægidio Adam

de minori, M.is Petro Afforty, et Desiderio Claudio fremont,
qui Solito devincti Sacramento in Sacellum ad deliberandum
Secesserunt, tum revertentes ad Comitia decanatum
provogarunt M.o Hyacintho Theodoro Baron Decano,
quæ quidem provogatio ab universo ordine, Solo M.o
Nicolao Andry repugnante et nequicquam reluctante,
Solemniter et cum laude confirmata est.
Postea nominarunt iidem Electores in Scholarum
Professorem, de majori ordine, M.um Joannem franciscum
Couthier, de minori, M.os Guillelmum Josephum de
Lepine et Ludovicum Petrum le Hoc, Sorte ductus est
M.er Couthier. in Chirurgiæ latino Idiomate Professorem,
de majori ordine, M.um Jacobum Benignum Winslow,
de minori, M.os Joannem Baptistam Du Bois et
franciscum Mery, è Pileo ductus est M.er Mery.
in Rei Herbariæ Professorem, de majori, M.um Joannem
Baptistam Thomam Martineng, de minori M.os
Bernardum De Jussieu, Nicolaum Antonium
Quenault, Sorte ductus est M.er Martineng, in
Pharmaciæ Professorem, de majori ordine, M.os
Raymundum Jacob finot et franciscum Bailly,
de minori, M.um Jacobum Trant, ductus est è Pileo
M.er Bailly. in Chirurgiæ Gallico Idiomate
Professorem proposuerunt vivâ voce M.um Michaelem
Procope Couteaux Sed cum plures reclamavissent,
quia Elector esset, et ex Statutis vetitum sit ne ex
Electoribus eligatur aliquis, nominaverunt de majori
ordine, M.um Claudium Du Cerf, de minori, M.os
Joannem franciscum Leaulté et franciscum Josephum
Hunauld, Sors cecidit in M.um Leaulté. Juramentum
præstiterunt Singuli mox Electi Professores et ita
conclusit.

H. T. Baron Decanus

Quæstiones Quodlibetariæ

Die Jovis 12.º 9.bris 1733 M.er franciscus Afforty antiquior facultatis Decanus de Quodlibetaria Quæstione in ordine suo disputavit respondente Baccalaureo M.º Josepho De Jussieu Lugdunæo, et fuit Quæstio talis affirmativè conclusa.

An Catarrhis Epidemicis Theriaca?

Eodem Die circà horam undecimam major facultatis Apparitor, ut moris est, quædam facultatis Decreta, tùm et nomina et agnomina Doctorum Parisiensium Actu Regentium altâ voce recitavit hoc modo.

Sequuntur nomina et cognomina hono=
=randorum Magistrorum nostrorum in Saluberrimâ facultate Parisiensi actu Regentium anno Domini 1733.

M.i Germanus Preaux, Antiquior Scholæ=
=Magister.

franciscus Afforty, Antiquus facultatis Decanus.
Urbanus Leaulté.
franciscus Gouel.
Petrus Marais.
Petrus Joannes Burette, Professor Regius et è Regiâ Numismatum Academiâ.
Alexander Petrus Mattot.
Philippus Caron, Antiquus facultatis Decanus.
Joannes Baptista Chomel, Medicus Regis ordinarius et è Regiâ ~~[illegible]~~ Scientiarum Academiâ.
Nicolaus Andry Antiquis facultatis Decanus, Professor Regius et Rei herbariæ Professor.
Petrus Le Tonnelier.
Ludovicus Lemery, Medicus Regis ordinarius Regiæ Scientiarum Academiæ Socius et in horto Regio Chymiæ Professor.

Raymundus Jacob finot.
Michel Reneaume De la Garanne Academiæ
Censor, et Regiæ Scientiarum Academiæ Socius.
Jacobus fourneau.
Joannes Herment, Medicus Regis ordinarius.
Petrus Azevedo.
Antonius Pepin, Regis consiliarius et in Portu
Brestensi medicus primarius.
Jacobus Benignus Winslow Regiæ Scientiarum
Academiæ, Societatis que Regiæ Berolinensis
Socius, Teutonicæ linguæ Regius Interpres.
Claudius Vergne.
Claudius Du Cerf.
Joannes, Claudius Adrianus Helvetius, Regi
à Sanctioribus Consiliis, Reginæ Medicus
Primarius et è Regiâ Scientiarum Academiâ.
Michel Procope Couteaux.
Joannes Baptista Mongin, Medicus Regis
ordinarius.
Joannes franciscus Couthier Scholarum
Professor designatus.
Hyacinthus Theodorus Baron facultatis
Decanus.
Camillus falconet, Salubris Regii consilii Socius,
Regiæ utriusque Aulæ Equestris medicus
ordinarius et è Regiâ Numismatum Academiâ
ægidius Adam.
Thomas Bernardus Bertrand Pathologiæ
Professor.
franciscus Pousse.
Joannes Baptista Thomas Martineng Rei
Herbariæ Professor designatus.
Joannes Baptista Silva, Salubris Consilii
Regii Socius, Serenissimi Ducis Borbonii
medicus ordinarius.
Antonius De Jussieu, Regiæ Scientiarum
Academiæ, Regiarum que Societatum Angliæ-

et Prussiæ Socius, Botanices in Horto Regio
Parisiensi Professor et Demonstrator.
Joannes Besse Dotariæ Hispaniarum Reginæ
à Consiliis et Medicus primarius.
Henricus Besnier.
Elias Col De Vilars, Chirurgiæ Idiomate
Gallico Professor, Consiliarius et Medicus
Regis in Castelleto.
Petrus Antonius Lepy.
Andreas De Laleu, Chirurgiæ Professor.
Franciscus Bailly, Pharmaciæ Professor.
Claudius Antonius Renard.
Petrus Afforty.
Nicolaus Le Tellier.
Michael Peaget.
Jacobus Antonius Millet Pharmaciæ Professor.
Joannes Franciscus Leaulté, Chirurgiæ
Idiomate Gallico Professor designatus.
Ludovicus Vernage.
Ludovicus Claudius Bourdelin Physiologiæ
Professor et è Regiâ Scientiarum Academiâ.
Emmanuel Mauritius Duverney.
Ludovicus de Santeul.
Claudius Brunet.
Joannes Damianus Chevalier.
Claudius De la Vigne de Frecheville Medicus
Regis et Domûs Reginæ ordinarius.
Gabriel Antonius Jacques.
Josephus De la Grive, non Regens
Guillelmus De Magny.
Petrus Maloet Regis Consiliarius et Medicus,
necnon Domûs Regiæ Invalidorum Ducum
et Militum ordinarius, è Regiâ Scientiarum
Academiâ.
Jacobus Trant, è Regiâ Scientiarum Academiâ.

Philippus Davier de Breville Dotariæ Hispaniarum
Reginæ Consiliarius et Medicus ordinarius.
Andreas Josephus Seron.
David Vasse.
Nicolaus Le Roy de S.t Aignan.
Ludovicus Joannes Le Thieullier, in majori
consilio medicus Regis ordinarius.
Ludovicus Hieronimus Cosnier.
Guillelmus Josephus Delepine.
Joannes Baptista Du Bois Serenissimæ Principis
Primæ Dotariæ De Conty medicus ordinarius.
franciscus Mery, Chirurgiæ Professor designatus.
Bernardus De Jussieu Regiæ Scientiarum
Academiæ Regiæque Societatis Londinensis
Socius, et in Horto Regio Botanices Prodemonstrator.
Desiderius Claudius fremont.
Joannes Baptista Boyer.
Paulus Jacobus Malouin.
Antonius Nicolaus Guenault.
Ludovicus Petrus le Hoc, in Castelleto Regis
Consiliarius et Medicus ordinarius.
franciscus Josephus Hunauld Regiæ Scientiarum
Academiæ Socius et in Horto Regio Anatomes
et Chirurgiæ Professor ac Demonstrator.
Raymundus De la Riviere
Antonius Casamajor.
Ludovicus Maria Pousse
Hyacinthus Theodorus Baron.
Joannes Baptista Ludovicus Chomel.
Achilles franciscus fontaine.
Robertus Hubertus Linguet.
Otto Casimirus Barseknecht.
Die Sabbati sequenti probata fuere responsa
per scrutinium quæ fecerat Baccalaureus M.er
Josephus De Jussieu in sua Thesi quodlibetaria.

Die Jovis 19.° 9.bris 1733 M.er Germanus Preaux Antiquior Scholæ magister et Regius Professor emeritus disputavit de Quodlibetariâ Quæstione in ordine suo, respondente Baccalaureo M.o Tussano Gilberto Boulland Bitanvensi: talis autem fuit Quæstio affirmativè conclusa.

an Imaginatio ut plures præter naturam affectus gignere, sic plures præter naturam affectus sanare potest?

Die Sabbati sequenti probata sunt per scrutinium responsa Baccalaurei.

Die Veneris 26.° 9.bris M.er Otto Casimirus Barfecknedit in ordine suo disputavit de Quodlibetariâ Quæstione Respondente Baccalaureo M.o Ludovico florentio Belloti Rojano Ambianensi talis fuit Quæstio negativè conclusa

an febri putridæ Picardis Suette dictæ sudorifera?

Die Sabbati sequente Apertâ Capsâ probata sunt Baccalaurei responsa.

Die Jovis 3.° x.bris M.er Robertus Hubertus Linguet in ordine suo disputavit de Quodlibetariâ Quæstione respondente Baccalaureo M.o Joanne De Diest Germano Altenano, talis fuit Quæstio affirmative propugnata

an Colico dolori Purgatio?

Die Sabbati sequenti apertâ Capsâ, probata fuere responsa Baccalaurei

Die Jovis 10.° x.bris 1733 M.er Achilles franciscus fontaine de Quodlibetariâ Quæstione disputavit in ordine suo Respondente Baccalaureo M.o Henrico, francisco Bourdelin Parisiensi. talis fuit Quæstio affirmative conclusa.

an Alvi diuturno fluori, Vomitus?

Die Sabbati sequenti probata fuere Baccalaurei responsa, ut moris est, per scrutinium.

Die Jovis 17.° x.bris disputavit in ordine suo de Quod=libetariâ Quæstione M.er Joannes Baptista Ludovicus

Chomel, Respondente Baccalaureo, M.^o franciscoo felicitate Cochu Sangermano in Laya Quæstio fuit talis affirmativè conclusa.

an Castri rariùs ægrotant. faciliùs curantur.^v

Die Sabbati Sequenti probata fuere responsa Baccalaurei per Scrutinium.

Die Jovis 7.º Januarii 1734 M.^{er} Hyacinthus Theodorus Baron filius de Quodlibetariâ Quæstione disputavit in ordine Suo Respondente Baccalaureo M.^o Jacobo Alberto Hazon Parisino talis fuit Quæstio affirmante Conclusione

an Solvendis pertinacibus Sanguinis in Cerebro congestionibus Jugularis venæ Sectio.^{ve}

Die Sabbati Sequenti probata fuere per Scrutinium responsa Baccalaurei.

Die Jovis 14.º Januarii M.^{er} Ludovicus Maria Bouffe disputavit in ordine Suo de Quodlibetariâ Quæstione respondente Baccalaureo M.^o Gaspar Cochon Dupuis Rupifortense. talis Quæstio fuit affirmans.

an à Solis relaxantibus Nephritidis tuta Curatio.^v

Die Sabbati Sequenti per Scrutinium probata fuere responsa Baccalaurei.

Die Jovis 21.º Januarii M.^{er} Antonius Casamajor Librorum Medicinæ Regius Censor, disputavit in ordine Suo de Quodlibetariâ Quæstione respondente Baccalaureo M.^o Jacobo francisco Vandremonde Landraceno, talis fuit Quæstio affirmante conclusione.

an Dinos è Apoplexiæ Prodromus.^v

Die Sabbati Sequenti apertâ Capsâ probata fuere Baccalaurei responsa.

Die Jovis 4.º februarii M.^{er} Raymundus De la Riviere de Quodlibetariâ Quæstione disputavit in ordine suo Respondente Baccalaureo M.^o olivario Bougourd Constantiensi et fuit Quæstio talis affirmans.

an à Spirituum animalium inordinatione Tympanites?

Die Sabbati sequenti probata fuere responsa Baccalaurei per scrutinium.

Die Jovis 11°. februarii M.er franciscus, Josephus Hunauld Regiæ Scientiarum Academiæ Socius in horto Regio Parisiensi Anatomes et Chirurgiæ Professor ac Demonstrator, disputavit in ordine suo de Quodlibetariâ Quæstione Respondente Baccalaureo M°. Henrico Guyot clerico Diœcesis Andegavensis. hæc fuit Quæstio affirmans quam propugnavit Baccalaureus.

an in pari venæ sectionis et purgationis Indicatione venæ sectio præferenda?

Die Sabbati sequente probata fuere responsa Baccalaurei per scrutinium.

Die Jovis 18°. februarii M.er Ludovicus Petrus Le Hoc Consiliarius Medicus Regis ordinarius in ejus Castelleto de Quodlibetariâ Quæstione in ordine suo disputavit respondente Baccalaureo M°. Antonio Joanne Daval Parisino Quæstio negans sub hac verborum serie propugnata fuit.

an initio morbi acuti amara?

Die Sabbati sequenti per scrutinium probata fuere responsa Baccalaurei.

Die Jovis 25°. februarii M.er Antonius Nicolaus Guenault disputavit in ordine suo de Quodlibetariâ Quæstione respondente Baccalaureo M°. Adriano Malaval Parisino, talis fuit Quæstio affirmativè proposita

utrum aliquando Catharsis præcipuum Hæmoptysis remedium?

Die Sabbati sequenti probata fuere responsa Baccalaurei per scrutinium.

Die Jovis 4°. Martii M.er Paulus Jacobus Malouin disputavit in ordine suo de Quodlibetariâ Quæstione Respondente Baccalaureo M°. Claudio, Carolo De Jean Parisino, Quæstio affirmans sub hac

verborum Serie.

an Sagou Phthisicis prodest?

Die Sabbati sequenti apertâ Capsâ probata fuere responsa Baccalaurei.

Quaestiones Medico=Chirurgicae.

Die Jovis 11.° Martii 1734 M.er Joannes Baptista Boyer Regis Consiliarius et in Senatu Parisiensi Medicus ordinarius disputavit in ordine suo de Quaestione Quodlibetariâ Chirurgicâ, talis fuit Quaestio affirmativè propugnata, Respondente Baccalaureo M.° Jacobo Francisco Vandremonde Landraceno

an fistulae Ani sectio Chirurgica?

Die Sabbati proximé sequenti probata fuere responsa Baccalaurei.

Die Sabbati 13.° Martii M.er Claudius Desiderius fremont disputavit in ordine suo de Quodlibetariâ Quaestione Chirurgica, Respondente Baccalaureo M.° Antonio Joanne Daval Parisino, fuit Quaestio talis negativè propugnata.

an suendi Tendines?

Eodem Die probata fuere responsa Baccalaurei.

Die Martis 17.° Martii M.er Bernardus de Jussieu Regiae Scientiarum Academiae Regiaeque Societatis Londinensis Socius et in horto Regio Botanices Pro=demonstrator, disputavit de Quodlibetariâ Quaestione Chirurgicâ in ordine suo, Respondente Baccalaureo M.° Josepho De Jussieu, fratre ejus, Lugdunaeo, et fuit Quaestio Talis affirmativè conclusa.

an à Ligatura Polypi Narium tutior curatio?

Eodem Die per Scrutinium probata fuere responsa Baccalaurei.

Die Jovis 18.° Martii M.er Franciscus Mery Chirurgiae

Professor designatus in ordine suo disputavit de Quodli=
=betariâ Quæstione Chirurgicâ, Respondente Bacca=
=laureo M.o Adriano Malaval Parisino, et fuit Quæstio
affirmans sub hac verborum serie propugnata.

an tenuium intestinorum vulnus lethale?

Die Sabbati sequenti apertâ Capsâ probata fuere
Baccalaurei responsa.

Die Lunæ 22.o Martii M.er Joannes Baptista Du
Bois Serenissimæ Principis primæ Dotariæ De
Conty Medicus et Professor Regius disputavit in
ordine suo de Quodlibetariâ Quæstione Chirur=
=gicâ respondente Baccalaureo M.o Claudio
Carolo De Jean Parisino et fuit Quæstio talis
affirmativè conclusa.

an vulneri moderatè suppuranti rara
Curatio?

Eodem Die probata fuere responsa Baccalaurei per
scrutinium.

Die Mercurii 24.o Martii M.er Guillelmus Josephus
De L'Epine disputavit in ordine suo de Quæstione
Quodlibetariâ Chirurgicâ, respondente Baccalaureo
M.o Gaspar Cochon Dupuis Rupifortense, affirmans
Quæstio talis fuit.

an post gravem ab ictu vel casu violento
capitis contusionem, etiam mediocriter
suspectâ Cranii fracturâ vel fissurâ,
Cutis unà cum Pericranio ad os usque
incidenda?

Eodem Die probata fuere per scrutinium Bacca=
=laurei Responsa.

Die Sabbati 27.o Martii M.er Ludovicus Hieronimus
Cosnier disputavit in ordine suo de Quodlibetariâ
Quæstione Chirurgicâ, Respondente Baccalaureo
M.o Henrico Guyot ~~flexico~~, talis fuit Quæstio
affirmativè proposita.

an inter Apostemata pauca ferro
sunt aperienda?

Eodem Die probata fuere responsa Baccalaurei
per scrutinium.

Die Martis 30.ª Martii disputavit in ordine suo de Quodlibetariâ Quæstione Chirurgicâ M.er Ludovicus Joannes le Thieullier Regis Consiliarius et in majori Consilio Medicus ordinarius, Respondente Baccalaureo M.º olivario Bougourd Constantiensi et fuit Quæstio talis affirmativè conclusa.

an dubio Hepatis in abcessu præmittenda incidendi loci perforatio?

Hanc Thesim quam Illustrissimo Archiatrorum Comiti dedicaverat Actus Præses præsentiâ Suâ cohonestavit D.us franciscus Chycoineau Regiâ Sanctioribus Consiliis Archiatrorum Comes vide Acta et Comitia facultatis pag. 32.

Eodem Die probata fuere responsa Baccalaurei per Scrutinium.

Die Jovis 1.º Aprilis Disputavit in ordine suo de Quodlibetariâ Quæstione chirurgicâ M.er Nicolaus le Roy de S.t Aignan, respondente Baccalaureo M.º Jacobo Alberto Hazon Parisino Sic se habuit Quæstio affirmativè conclusa.

an Vulneribus è Catapultis globulos plumbeos relinquere aliquando præstat?

Die Sabbati Sequenti probata fuere responsa Baccalaurei per Scrutinium.

Die Martis 6.º Aprilis disputavit in ordine suo de Chirurgicâ Quæstione Quodlibetariâ M.er David Vasse, Respondente Baccalaureo M.º Joanne De Diost Altenâ Germano, et fuit Quæstio talis affirmativè conclusa.

an Hæmorrhagia ex Dentium evulsione Chirurgi incuriâ læthalis?

Eodem Die apertâ Capsâ probata fuere responsa Baccalaurei.

Die Jovis 8.º Aprilis disputavit in ordine suo de Quæstione Quodlibetariâ Chirurgicâ M.er Andreas Josephus Seron, Consiliarius Medicus Regis in re—

Tormentariâ, Respondente Baccalaureo M^o. Tussano
Gilberto Boulland Bituricensi, Sic se habuit Quæstio
affirmativè conclusa.

an Cancro Mammarum Sectio?

Die Sabbati sequenti probata fuere per scrutinium
responsa Baccalaurei.

Die Martis 13°. Aprilis M^er. Thomas Renatus
Gasnier disputavit in ordine Suo de Quodlibetariâ
Quæstione Chirurgicâ respondente Baccalaureo
M^o. Ludovico florentio Bollot Rojano e Ambianensi
et fuit Quæstio talis affirmativè conclusa.

an in Artuum excissione tutiùs à
Ligaturâ, quam ab aliâ compressionis
Specie sistitur sanguis?

Eodem Die probata sunt Baccalaurei responsa
per scrutinium.

Die Jovis 15°. Aprilis M^er. Philippus Daviot
De Breville Dotariæ Hispaniarum Reginæ
Consiliarius Medicus perpetuò ordinarius disputavit
in ordine Suo de Quæstione Quodlibetariâ chirurgicâ,
Respondente Baccalaureo M^o. francisco felicitate
Cochu San Germano in Layâ et fuit Quæstio talis
affirmativè conclusa

an educendo calculo cæteris anteponendus
altus Apparatus?

Die Sabbati Sequenti probata fuere responsa
Baccalaurei per scrutinium.

Die Martis 20^â. Aprilis M^er. Jacobus Trant è
Regiâ Scientiarum Academiâ disputavit in
ordine Suo de Quodlibetariâ Quæstione Chirurgicâ
respondente Baccalaureo M^o. Henrico francisco
Bourdelin Parisiensi et fuit quæstio talis affirmativè
conclusa

an ad extrahendum è Vesicâ Calculum
diversa pro re natâ debeat usurpari
Chirurgia?

Eodem Die apertâ Capsâ probata fuere responsa
Baccalaurei.

Vesperiæ et Doctoratus

Die Jovis 26.º Augusti anni 1734 celebratæ sunt in Scholis inferioribus Vesperiæ M.ⁱ Henrici Guyot Licentiati, Præses Actus fuit M.ᵉʳ Gabriel Antonius Jacques loco M.ⁱ Ludovici Claudii Bourdelin hæc autem fuit Quæstio bimenbris in utramque partem agitata.

an Die critico Venæ Sectio?
Purgatio?

Primum Quæstionis menbrum M.ᵉʳ Gabriel Antonius Jacquos Actus Præses proposuit eno=dandum M.º Carolo Payen Baccalaureo Medico. Secundum discussum prius M.ᵉʳ Antonius De Jussieu solvendum dedit Licentiato M.º Guyot.

Die Lunæ 30.ª Mensis Augusti Lauream Doctoralem adeptus est M.ᵉʳ Henricus Guyot, manibus M.ⁱ Gabrielis Antonii Jacques, hæc autem fuit Quæstio duplex in utramque partem agitata.

an morbis acutis Victus tenuis?
Potus largior?

Primam Quæstionem Juniori Doctori M.º francisco Josepho Hunauld prius agitatam proposuit M.ᵉʳ Henricus Guyot laurea Doctorali more donatus, alteram pariter agitatam resolvendam proposuit M.º Antonio De Jussieu, M.ᵉʳ Gabriel Antonius Jacques Actus Præses.

Die Veneris 3.º 7.ᵇʳⁱˢ celebratus est Actus Vesperiarum M.ⁱ Josephi De Jussieu Licentiati, Præside M.º Antonio De Jussieu vices gerente M.ⁱ Æliæ Col de Vilars hæc autem fuit Quæstio duplex in utramque partem agitata.

an Hydropi Asciti Diuretica?
Paracenthesis?

Primum Quæstionis menbrum M.ᵉʳ Antonius De Jussieu

Actûs Præses proposuit enodandum M.o Joanni Ihoard Baccalaureo Medico, secundum discussum priùs M.er Gabriel Antonius Jacques solvendum dedit Licentiato M.o Josepho De Jussieu.

Die Mercurii 15.o 7.bris celebratæ sunt Vesperiæ M.i Antonii Joannis Daval, Licentiati Præside M.o David Vasse vices gerente M.i Joannis Besse Dotariæ Hispaniarum Reginæ à Consiliis et Medici Primarii. talis fuit Quæstio bimenbris.

an Colicæ Pictonum anodyna?
Drastica?

Primum Quæstionis menbrum M.o David Vasse Actûs Præses proposuit resolvendum M.o Joanni Ihoard Baccalaureo Medico. alterum discussum priùs M.er Elias Col De Vilars enodandum dedit Licentiato M.o Antonio Joanni Daval.

Die Jovis 16.o 7.bris Laureâ Doctorali insignitus est M.er Josephus De Jussieu manibus M.i Antonii De Jussieu, fratris ejus sui, Quæstio fuit duplex in utramque partem discussa.

an Ascites a Sanguine effuso morbus ignotus?
Sanabilis?

Primam Quæstionem Juniori Doctori M.o Raymundo De la Riviere priùs discussam proposuit M.er Josephus De Jussieu Laureâ doctorali mox donatus. alteram pariter discussam enodandam proposuit M.o Gabrieli Antonio Jacques, M.er Antonius De Jussieu Actûs Præses.

Die Veneris 17.o 7.bris celebratus est Actus Vesperiarum M.i Gaspar Cochon Dupuis, Præside M.o Claudio Brunet vices gerente M.i Joannis francisci Laulté, hæc fuit Quæstio in utramque partem agitata.

an quò Anatomes peritior, eò doctior in Physiologicis?
Diæteticis?

Prius Quæstionis menbrum discussum, M.er Claudius Brunet Actûs Præses proposuit enodandum M.o

Carolo Payen Baccalaureo Medico; posterius discussum pariter M.er David Vasse solvendum dedit Licentiato M.o Cochon Dupuis.

Die Mercurii 22.o 7.bris Lauream Doctoralem adeptus est M.er Antonius Joannes Daval Præside M.o David Vasse, hæc autem fuit Quæstio duplex in utramque partem agitata.

an Vesicæ Eresipelati venæ Sectio.
acidula.

Primam Quæstionem novus Doctor proposuit resol=vendam M.o Antonio Casamajor, posteriorem in utramque partem agitatam a Præside Solvit M.er Elias Col De Vilars.

Die Jovis 23.o 7.bris Pileo Doctorali decoratus fuit M.er Gaspar Cochon Dupuis Præside M.o Claudio Brunet, talis fuit Quæstio in utramque partem discussa.

an quo Anatomes peritior, eo doctior in morbis cognoscendis.
curandis.

Priorem Quæstionem discussam prius proposuit enodandam M.o Ludovico Mariæ Pousse novus Doctor; posteriorem pariter discussam ab Actus Præside, enodavit M.er David Vasse.

Die Veneris 8.o 8.bris celebratus est Actus Vesperiarum M.i Jacobi Alberti Hazon, Præside M.o Michaele Ludovico Vernage, hæc fuit Quæstio bimembris in utramque partem agitata.

an aer Pulmones subiens Sanguinem condenset.
Vasorum poros permeet.

Primum Quæstionis membrum discussum prius M.er Michael Ludovicus Vernage Actus Præses proposuit enodandum M.o Ludovico Jacobo Bipereau Baccalaureo Medico; alterum discussum pariter M.er Claudius Brunet solvendum proposuit Licen=tiato M.o Jacobo Alberto Hazon.

Die Martis 12.o 8.bris Lauream Doctoralem adeptus est M.er Jacobus Albertus Hazon Præside M.o Michaele

Ludovico Vernage; talis fuit Quaestio duplex in utramque partem discussa.

an Colico Hepatis dolori { venae Sectio? / Emeticum?

Primam Quaestionem novus Doctor proposuit resolvendam M.o Hyacintho Theodoro Baron filio, posteriorem in utramque partem agitatam ab Actûs Praeside solvit M.er Claudius Brunet.

Die Veneris 15.° 8bris celebratae sunt Vesperiae M.i Adriani Malaval, Praeside M.o Nicolao le Tellier haec fuit Quaestio duplex in utramque partem discussa.

an in Apoplexiâ { Venae Sectio? / Purgatio?

#M.o Joanni Isoard Baccalaureo, posterius pariter discussum proposuit.

Prius Quaestionis membrum in utramque partem discussum, M.er Nicolaus Le Tellier Actûs Praeses solvendum proposuit,# enodandum M.er Elias Col de Vilars vices gerens M.i Michaelis Ludovici Vernage; Licentiato M.o Adriano Malaval.

Die Mercurii 20 8bris Actus Vesperiarum celebratus est M.i Claudii Caroli de Jean; Praeside M.o Claudio Antonio Renard. haec fuit Quaestio duplex in utramque partem agitata.

an in Ictero { Serum Lactis caprini? / Chalybs?

Priorem Quaestionem agitavit et proposuit enodandam Actus Praeses M.o Carolo Bayen Baccalaureo Medico; posteriorem M.er Nicolaus le Tellier discussit et proposuit resolvendam Licentiato M.o Claudio Carolo De Jean.

Die Jovis 21.° 8bris gradum Doctoratûs adeptus est M.er Adrianus Malaval, Praeside M.o Nicolao le Tellier et fuit Quaestio talis in utramque partem agitata.

an Rhumatismi affectibus { Diaphoresis? / Venae Sectio?

Primum Quaestionis membrum agitatum proposuit novus Doctor, M.o Joanni Baptistae Chomel filio enodandum; alterum pariter discussum proposuit resolvendum Actûs Praeses Magistro Eliae Col De Vilars.

Die Veneris 23ª 8bris Actum Vesperiarum celebravit M.er Joannes De Diest Praeside M.o Claudio Du Cerf vices gerente M.i Petri Antonii Lepy et fuit Quaestio talis in utramque partem agitata.

an qui Alimentis Euchymis nutriuntur vivaciores? morbis minus obnoxii?

Prius Quaestionis menbrum agitatum proposuit enodandum Actus Praeses M.o Bartholomaeo Mury Baccalaureo; posterius discussum similiter, proposuit Licentiato M.o Joanni De Diest enodandum M.er David Vasse; loco M.i Claudii Antonii Renard.

Die Lunae 25ª 8bris Laureâ doctorali decoratus fuit M.er Claudius Carolus De Jean, Praeside M.o Claudio Antonio Renard talis fuit 8bris Quaestio

an in Hepatitide Saphaenae Sectio? Emetica?

Prius menbrum a novo Doctore discussum, sibi propositum enodavit M.er Ludovicus Maria Pousse, alterum discussit et proposuit enodandum M.o Nicolao Le Tellier Actus Praeses.

Die Mercurii 27ª 8bris celebratae sunt Vesperiae M.i Henrici francisci Bourdelin, Praeside M.o Ludovico Claudio Bourdelin ejus fratre, haec fuit in utramque partem agitata Quaestio

an immodico Sanguinis uterini profluvio astringentia? attenuantia?

Priorem Quaestionem agitavit et proposuit M.o Carolo Payen Baccalaureo Actus Praeses, posteriorem agitavit similiter et proposuit Licentiato resolvendam M.er Claudius Du Cerf.

Die Veneris 29ª 8bris celebratus est Actus Vesperiarum M.i Ludovici Florentii Bellot, Praeside M.o Andreâ Delaleu, haec autem fuit Quaestio duplex in utramque partem agitata.

an Melancholicis Martialia? Anodyna?

Primam Quaestionem discussam prius proposuit resolvendam Actus Praeses M.o Ludovico Jacobo

Pipereau Baccalaureo, alteram pariter discussam proposuit enodandam Licentiato M. Ludovicus Claudius Bourdelin.

Die Jovis 4º 9bris Pileo doctorali donatus est Mer Henricus franciscus Bourdelin, manibus Mi Ludovici Claudii Bourdelin ejus fratris. hæc autem fuit Quæstio Bimenbris in utramque partem agitata.

an in confluentibus variolis Sævienti pertinaciùs Phrœnitidi venæ sectio? Purgatio?

Primam Quæstionem agitatam proposuit novus Doctor Mo ottoni Casimiro Barfeknecht, posteriorem pariter agitatam solvendam dedit Actus Præses Mo Claudio Du Cerf.

Die Veneris 5º 9bris Laureâ Doctorali decoratus fuit Mer Ludovicus florentius Bellot, Præside Mo Andreâ Delaleu, talis fuit Quæstio bimenbris.

an Hypochondriacis Balneum? Aquæ Stibiatæ minerales?

Prius menbrum a novo Doctore discussum sibi propositum enodavit Mer Henricus franciscus Bourdelin, alterum discussit et proposuit enodandum Actus Præses Mo Ludovico, Claudio Bourdelin.

omnes hi Vesperiarum et Doctoratuum Actus celebrati fuerunt factâ priùs à Licentiatis coram facultate supplicatione, quæ ipsis concessit ut alii aliorum salvo jure Doctoratum adipiscerentur.

H. T. Baron Decanus

orationes Publicæ

Die Dominico 15.º 9.bris 1733 M.er Ludovicus Claudius Bourdelin Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, Doctor Medicus Parisiensis et Scholarum Professor, Medicinæ Stadium auspicaturus, Medicinæ Theoriam certam esse, non incertam Praxim publicâ oratione exposuit.

Dieu aidant

M.tre Elie Col De Vilars Docteur Regent de la faculté de Medecine en l'Université de Paris Conseiller Medecin ordinaire du Roy en son Chatelet, Professeur de Chirurgie en langue francoise. ouvrit ses Lecons par un discours public qu'il prononca Dimanche 29 9.bre 1733 à deux heures apres midi, et par lequel il prouva que la Chirurgie est plus redevable de sa perfection aux Anciens qu'aux Modernes.

Demonstrationes Anatomicæ opera Chirurgica et Galeno-Chymica

Die Sabbati 21.º 9.bris 1733 et sequentibus horâ 3.â post meridiem M.er Thomas Bernardus Bertrand, Scholarum Professor, corporis humani Structuram, motumque, usus et morbos publicis orationibus explanavit in Cadavere virili, usus est manu et operâ Antonii francisci Barbault filii, Chirurgi Parisiensis.

Die Sabbati 12.º xbris 1733 et sequentibus horâ 10.â matutinâ M.er Joannes Baptista Du Bois Scholarum Exprofessor, Serenissimæ Principis primæ Dotariæ de Conty Medicus et Professor Regius. corporis humani Structuram partium, motumque, usus et morbos publicis orationibus explanavit in

Cadavere virili, usus est manu et operâ Thomæ Du-
Chesnay Desprez Chirurgi Parisiensis.
Die Dominico ultimo mensis februarii 1734 et sequen-
-tibus horâ ipsâ decimâ matutinâ Mer. Andreas De
Laleu Doctor Medicus Parisiensis et Chirurgiæ Professor
de Chirurgiæ magnis operibus egit, quibus manum
admovit Ludovicus Vatrée Chirurgus Parisiensis.
Die Sabbati 14ª Augusti 1734 et sequentibus per
mensem horâ post meridiem tertiâ Mer. Jacobus,
Antonius Millet Pharmaciæ tum Galenicæ, tum
Chymicæ Professor, præmissis Chymiæ principiis,
Selecta utriusque Pharmaciæ opera explanavit,
quibus exequendis solertem admovit manum
Guillelmus Labone Pharmacopoeus Parisiensis.

H. T. Baron Decanus

Obitus Doctorum

Die Sabbati 30ª 8bris 1734 Mer. Ægidius Adam
Constantiensis horâ sesquiseptimâ vespertinâ
obiit morbo abdominis inflammatorio correptus,
annum agens 49um ipsius corpus maximâ comitante
Doctorum Catervâ delatum est ad ædem Deo
Sacram sub Invocatione Sti. Severini et Sepultum
est in ejusdem Ecclesiæ ossuario. Collegæ amicissimo
det Deus Requiem Sempiternam

H. T. Baron Decanus

Acta et Comitia Saluberrimi Medicorum Parisiensium ordinis.

Anno Domini 1733 Die Martis primâ 8bris habita sunt in Scholis Superioribus menstrua Saluberrimæ facultatis Comitia Prima mensis dicta, in quibus actum est de morbis grassantibus, qui fuere Variolæ, febres intermittentes irregulares, Pectoris inflammationes, Rhumatismi.

Jam prosperè, tanto omnium plausu, proprio manu celebratæ fuerant à Baccalaureis super humano Cadavere Exercitationes Anatomicæ, ut hoc ineunte Secundo nostri Decanatûs anno posteriore de Exercitationibus Chirurgicis quamprimum exequendis cogitaverimus. verum nostram angebat sedulitatem Cadaveris obtinendi varia occasio, vigilantiæque nostræ frenum injiciebat Themidis Sontes plectentis tarda Severitas. his in angustiis à Nosocomiis Cadaver repetere mens fuit, eò libentius quod Barbitonsoribus Chirurgis aliquandò concedi, probè rescriverimus (vide Commentarios facultatis 24 Aprilis 1731 pag.   igitur cum adjuncto M.º Antonio Lepy Nosocomiorum Medico ordinario nonnullos ex Administratoribus Clarissimis Castelli de Bicestre invisit Decanus, et enixè sollicitavit ut facultati nostræ vellent Cadaver concedere ad experimenta Chirurgica in Scholis nostris conficienda. sed difficilè admodum exorari se patiebantur dicti Administratores, ex eo quod in Burelli sui Deliberatione quâ nonnulla dissectionibus Anatomicis conceduntur Cadavera, solummodò de Barbitonsoribus Chirurgis, nulla verò de facultate nostra mentio fiat. at verò contra referebat Decanus facultatis Medicinæ Parisiensis jura ac Privilegia ex Senatûs authoritate manantia, ordinisque nostri præeminentiam super Communitate Barbitonsorum Chirurgorum, qui sine Decani consensu nulla possunt à Judicibus obtinere Cadavera: Edicti anni 1707 Articulum 25.um allegabat, quo jubentur Nosocomiorum Administratores facultatis Medicinæ

Professoribus cadavera concedere dissectionibus Anato=
=micis et Chirurgicis operibus subjicienda: assiduis
itaque sollicitationibus, tum etiam authoritate M.
Antonii Lepy Collegæ clarissimi, mandatum à Clarissimo
viro D. Caillard Castelli de Bicestre Administratore
subscriptum obtinuit Decanus quo jubebatur dicti Castelli
œconomus, facultatis Decano Juvenis cujusdam Insani
subitâ morte correpti Cadaver concedere sub conditionibus
in Burelli deliberatione recensitis. ergo Die 22° xbris
1734 sub vesperam ad Castellum de Bicestre se
contulit Decanus cum duobus Bidellis dictum Cadaver
repetiturus, hoc quidem illi concessum est non sine
multis difficultatum ambagibus, et postquam scripto
promisit se conditionibus in Burelli deliberatione
recensitis obtemperaturum 1° nempe quod per tempus
quo super dicto Cadavere fierent operationes ad
requiem illius animæ funderentur ad Deum preces
pro summâ 18.tt cujus summæ acceptæ lationem
referret à Presbytero subsignatam. 2° quod dictum
Cadaver, omnesque illius vel minimas partes a
dicti Castelli Chirurgo visendas et examinandas,
factis operationibus referre tenerentur, quas quidem
conditiones æquitati consonas adimpleturum se
ultrò promisit Decanus et sub horâ undecimâ
vespertinâ feliciter in hanc urbem rediit, sublatum
que Cadaver in Scholarum Amphitheatro deposuit.
Die Jovis 24° Mensis xbris et diebus Sabbati, Dominicâ,
Lunæ, Martis, Mercurii et Jovis sequentibus per septem
nempe dies continuos, ab horâ post meridiem secundâ
ad quintam convocatis ad hoc per schedulam in Scholas
inferiores Doctoribus omnibus Baccalaurei 14 Chi=
=rurgicas operationes propriis manibus super humano
Cadavere executi sunt, assidente et opera dirigente
M.o Francisco, Josepho Hunauld. praeter Doctores ex
ordine designatos, frequentissimi Doctores adfuerunt,
et mirati sunt omnes Baccalaureorum nostrorum
solertiam qui non minorem in tractando Chirurgiæ
ferro et celebrandis operationibus ~~dexteritatem~~, quam
in differendo de Rebus Chirurgicis doctrinam et eru=
ditionem exhibuerunt. omnes in hoc Chirurgiæ stadio,
nec unâ vice celebratæ fuerint operationes. harum
autem Exercitationum tempus publico Programmate
per urbis compita affixo et his verbis concepto promul=
gavit Decanus.

De Mandato M.i Hyacinthi Theodori Baron,
Saluberrimæ facultatis Parisiensis Decani,
et M.orum Doctorum Regentium ejusdem facultatis:

Notum Sit omnibus ad quos pertinet, Die Jovis 24.^{a} x.bris et Diebus Sabbati, Dominicâ, Lunæ, Martis Mercurii et Jovis Sequentibus anni 1733 ab horâ post meridiem Secundâ usque ad quintam, Baccalaureos, peritiæ Suæ in operationibus Chirurgicis Super virili Cadavere propriâ manu exercendis, Examine probatorio, coram facultate periculum esse facturos.
Subscripsi et promulgavi Die Mercurii 23.° ejusdem mensis et anni 1733 Petrus La Grive major facultatis Appparitor.
Dum in Cadavere celebrabantur à Baccalaureis operationes Chirurgicæ, fusæ Sunt ad Deum preces à facultatis nostræ Capellano, et finitis operationibus Die Jovis ultimâ x.bris major facultatis Apparitor dictum Cadaver ad Castellum De Bicestre reportavit humo condendum.
Anno Domini 1734 Die 2.° Januarii habita Sunt in Scholis Superioribus menstrua Comitia Prima mensis dicta, in quibus Actum est de morbis grassan=tibus qui fuerunt Apoplexiæ, Morbilli.
Eodem Die Speciali Articulo convocati Sunt in Scholas Superiores Doctores omnes Medici horâ 10.$^{\hat{a}}$ matutinâ post Sacrum de operibus Chirurgicis à Baccalaureis propriâ manu in Cadavere celebratis Suum judicium Scrutinio laturi, nec non de aliis rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi. quibus in Comitiis, rogatis Singulorum Doctorum Sententiis, omnes unanimi voce opera Chirurgica à Baccalaureis nuperrimè celebrata probaverunt ac plurimum laudaverunt et Sic conclusit.

H. T. Baron Decanus

Posteà dixit Decanus Die Mercurii 29.^{a} x.bris quo nempe celebrabantur à Baccalaureis operationes Chirurgicæ Accensum missum à Barbitonsoribus Chirurgis ad Scholas inferiores, juxtà denunciationem paucis ante Diebus Sibi juridicè factam, accessisse; qui eorum nomine postulabat, ut Sibi copia fieret à Decano Commentariorum facultatis ad excerpendum ex iis certum quoddam Decretum quod dicebatur à facultate latum ut Baccalaurei tenerentur

deinceps operationes Chirurgicas propriis manibus in
Cadavere exequi. addidit Decanus mirum sanè videri
Barbitonsores Chirurgos ignorantiam praetendere
Decreti illius, cujus plusquam sexcenta Exemplaria
omnibus Principibus et Magistratibus per Urbem,
Regnum et Europam distributa fuerant, cujus fama
omnibus publicis Diariis circumvecta ubique convola=
=verat, adeò ut et Illustrissimi Archiatrorum Comitis
Suffragio collaudatum, et Illustrissimi Galliarum
Cancellarii authoritate probatum fuerit; eos sanè
illatam sibi perniciem agnoscentes, hoc Decreto quasi
fulmine perculsos rerum vel maximè evidentium
cognitionem amisisse; hanc porrò nostrorum Commen=
=tariorum exhibitionem iis a Decano negatam
fuisse, unde dictus Accensus acceptae repulsae
Instrumentum Authenticum illicò confecerat,
eodem die mihi significatum, quo Barbitonsores
Chirurgi facultatem provocabant in judicium coram
Senatu, quibus dictis auditisque rogavit Decanus
super ea re singulorum Doctorum sententias.
omnes Barbitonsorum Chirurgorum protervitam
indignati, censuerunt eos à postulatione suâ summo
jure dejiciendos esse, consulto tamen prius M.°
Cochin in Senatu Parisiensi patrono et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Eodem die post Sacrum in Scholarum Sacello recitari
mandavit Decanus, Canticum Exultationis Te Deum
propter Arces et Urbes in Italiâ et Germaniâ
Regis Christianissimi et Sociorum Armis feliciter
expugnatas.

Die Lunae 4.° Januarii Decanus cum Mis Martineng
et le Tellier D.^um Cochin in Senatu Patronum
consuluit super Barbitonsorum Chirurgorum
novâ et insolenti postulatione, qui respondit eos
à petitione suâ juridicè esse dejiciendos, nec eos
profectò tali proposito instituros fore.

(Cum Barbitonsores Chirurgi à Nosocomiis
ideò potissimum repetebant Cadavera, quòd (
nondum diremptâ lite quam in Senatu Parisi=
=ensi eâ de causâ ipsis intentaverat Decanus
anno 1731) ab eâ se putabant immunes lege
quâ tenentur libellos supplices Decano porrigere,

Cadaverum auferendorum deprecatur Licentiam;
hanc litem longè feliciùs et minori sumptu quam
secundum Juris formulas determinaturum esse
judicavit Decanus, si Chirurgis Barbitonsoribus
delinquendi et facultatis jugum excutiendi occa-
-sionem subriperet. adiit itaque Decanus clarissimos
Administratores, præsertimque virum eximium
D.um de la Chapelle, ipsi jura facultatis declaravit,
protulit Senatûs consulta quibus vetitum est
Rerum Capitalium Propraetori et Nosocomiorum
Administratoribus et aliis quibuscunque personis
sub pænâ mulctæ quingentarum libellarum
Cadavera Barbitonsoribus Chirurgis concedere,
nisi priùs, oblato libello supplice, Licentiam à
Decano facultatis medicinæ impetraverint. —
Clarissimos Administratores Cadavera è Noso=
comiis Barbitonsoribus Chirurgis deliberatione
suâ concedendo, profectò nec voluisse quidquam
statuere, nec potuisse quod Senatûs authoritati
adversaretur; quibus dictis prædictorum Senatûs
Consultorum Exemplar D.o De la Chapelle reliquit
Decanus, eumque rogavit, ut hoc negotium coràm
aliis Administratoribus in proximis Burellii
Comitiis vellet exponere. reverà in proximis Administratorum
~~Burelli~~ Comitiis in Castello De Bicestre habitis,
Clarissimus vir D.us De la Chapelle retulit quæ
secum egerat facultatis Medicinæ Decanus, exposuit
facultatis nostræ Privilegia, et Senatûs Consultorum
tenorem, quibus visis et auditis censuerunt Administratores
clarissimi, Barbitonsoribus Chirurgis nulla inposterum
concedi debere Cadavera, nisi Licentiam juxta Senatûs-
Consultorum authoritatem impetraverint à facultatis
Medicinæ Decano, imò plurimi voluerunt, ut Litigationis
omnis præcluderetur ansa, ipsis nulla omninò inposterum
concedenda esse Cadavera. nec paulo post quid rei actum
esset ignorantes Barbitonsorum Chirurgorum Præpositi
apud Administratores accessere ut sibi Cadaver concederetur
postulantes, a quibus statim quæsitum est, num ut
Senatus consulta jubent, libellum supplicem facultatis
Decano obtulissent et Cadaveris auferendi licentiam
obtinuissent. primum attoniti recesserunt Barbitonsorum
Chirurgorum præpositi, mox in furorem acti ad Illustrissimum

Urbanæ Politiæ Proprætorem D.^um Herault confugerunt
et Decanum accusarunt, dicentes Decani jussu in Scholas
Medicorum omnia deferri Cadavera; omnes à Decano
Chirurgis subripi Cadaverum obtinendorum occasiones,
adeò ut defectu Cadaverum, nec Tyrones ad Magisterium
admitti, nec Demonstratores Regii Cursus suos conficere
valerent. rei veritatem expensurus Clarissimus urbanæ
Politiæ Proprætor, sequenti Epistolâ Decanum accersivit.

Je vous prie Monsieur de vouloir bien prendre la
peine de passer chez moi demain matin sur les neuf
heures, je serais bien aise de m'entretenir un instant
avec vous sur une affaire qui vous interesse; je suis
tres parfaitement Monsieur vostre tres humble
et tres obeissant serviteur Herault
ce 15 Janvier 1734

Igitur Die et horâ indictis Decanus sese contulit
apud D.^um Herault, qui statim ac Decanum adesse
monitus est, me in Cubiculum interius intromisit,
accitis deinde à vestibulo Barbitonsorum Chirurgorum
Præpositis, sciscitatus est Magistratus integerrimus
quid esset quod conquererentur Barbitonsorum
Chirurgorum Præpositi, numquid reverà ipsis
concedere Cadavera recusaret Decanus; tum ego
me unquam recusasse negavi quoties peractis dissec=
=tionibus Anatomicis et Chirurgicis operibus à Scholæ
nostræ Professoribus confici solitis, licentiam hanc,
ut Arresta ferunt, deprecati fuerint, affirmans præterea
me præ manibus habere tres libellos supplices à Chirurgis
mihi nuper oblatos, quibus libentissimè annuerim et
requisita Cadavera concesserim à Judicibus obtinenda;
cum verò de Cadaveribus à Nosocomio De Bicestre
obtinendis conqueri se dixissent Barbitonsores Chirurgi,
D.^o Herault exposuit Decanus ad obtienda hæc Cadavera
à Chirurgis sibi nunquàm oblatos fuisse libellos
supplices nedum ipsis respondere recusaverit. Clarissimis
Administratoribus jus fortè nostrum et senatus consulta
de Cadaverum distribuendorum ratione ingratiam
facultatis nostræ lata innotuisse, sed per me Decanum
nil morari quominus ejusmodi Cadavera acciperent
Chirurgi, libellos supplices quoties liberent porrigerent,
eos me cum favore et gratiâ semper excepturum.
atque etiam D.^o Herault declaravit Decanus, quod
si è Nosocomiis Barbitonsorum Chirurgorum

Communitati concederentur Cadavera, multo meliori
jure facultati nostræ concedi necessum sit, cum id subeantur
Nosocomiorum Administratores Articulo 25°. Edicti
anni 1707 quod coram Illustrissimo urbanæ Politiæ
Proprætore exhibuit Decanus, ut et Arresta superius
allegata. quibus auditis Illustrissimus Urbanæ Politiæ
Prætor Barbitonsoribus Chirurgis vehementer succensus
est, quod per fraudem et mendacium ei fucum fecissent,
eos verbis acerbissimis increpavit, Senatus consultorum
authoritati obsequerentur mandavit, et jussit foras
abire. Decanum verò honorificè dimisit.

Die Sabbati 16°. Januarii post Sacrum in Scholarum
Sacello recitari mandavit Decanus Hymnum Exulta-
=tionis Te Deum propter Insubriam Regis et Sociorum
victricibus armis Austriacis ereptam.

Die Veneris 29°. Januarii convocati sunt in Scholas
superiores Doctores omnes Medici horâ 10ª. matutinâ,
Candidatorum tam etiam Rationum prioris anni
secundi nostri Decanatûs Examinatores electuri.
his in Comitiis primùm sorte ducti sunt, ut moris est,
Electores quinque, tres scilicet de majori ordine Mi.
Urbanus Leaulté, Thomas Bernardus Bertrand,
Elias Col De Vilars; duo verò de minori ordine Mi.
Michael Peaget et Robertus Hubertus Linguet. hi
quinque Electores, præstito priùs solito Sacramento,
secesserunt in Sacellum et factâ deliberatione, tres
proposuerunt, de majori ordine Mos. franciscum
Gouel, franciscum Bailly, et Andream De Laleu,
quorum nominibus in Urnam conjectis sorte ducti
sunt Mi. De Laleu et Bailly. tres totidem nominaverunt
de minori ordine, Mos. Joannem Baptistam Du Bois,
franciscum Josephum Hunauld et Hyacinthum
Theodorum Baron filium, ex quibus sorte ducti sunt
Mi. Hunauld et Baron. atque hi quatuor appellati
sunt Candidatorum ad Medicinæ Baccalaureatum
promoveri cupientium Examinatores qui solitum
præstitere Juramentum, et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Deinde sorte ducti sunt Examinatores Rationum
prioris anni nostri secundi Decanatûs, tres scilicet
de majori ordine Mi. Michael Procope Couteaux,
Thomas Bernardus Bertrand, et Elias Col De Vilars.
totidem de minori ordine, Mi. Joannes Baptista Boyer,

Joannes Baptista Ludovicus Chomel et Robertus Hubertus Linguet.

Die Mercurii 3.o februarii Comitia Primamensis dicta celebrata Sunt in Scholis Superioribus et actum est de morbis grassantibus qui fuerunt Peripneumoniæ, Rhumatismi Apoplexiæ, Paralyses, Asthmata, febres catarrhales, intermittentes contumaces, morbilli, Variolæ.

Iisdem in Comitiis dixit Decanus se a duobus mensibus Bibliothecæ negotium cum M.o Nicolao Le Tellier assiduò Sollicitasse, apud Illustrissimum Procuratorem Catholicum ejusque Substitutum D.um Boulonnois, qui rem propè diem definituros esse promiserunt. hoc enim negotium coram Procuratore Catholico remissum fuerat à Senatu, ut Supra illius Conclusionibus Statueretur quod æquum foret.

Die Lunæ 1.o Martii habita Sunt in Scholis Superioribus menstrua Saluberrimæ facultatis Comitia in quibus actum est de morbis grassan=tibus qui fuerunt Partus exitiales, Pleuritides, morbilli.

Sectiones Anatomicas et opera Chirurgica a Baccalaureis administrari tam ægre impatienterque ferebant Barbitonsores Chirurgi, ut Medicos Doctores hæc opera dirigentes lacessere, et ex professò molestare non omiserint.

Docebat Anatomen et Chirurgiam in Scholâ Suâ privatâ, viâ S.ti Ludovici, M.er franciscus Josephus Hunauld; magnus erat apud eum Philiatrorum facultatis nostræ discipulorum, ex variis Europæ Regionibus Lutetiam advenarum, conventus; turmatim ad eum concurrebant Chirurgiæ Tyrones, artis Suæ principia et solertem tractandi Chirurgici ferri methodum excepturi; frequenter apud eum Sectionibus Anatomicis et Chirurgicis operibus propriâ manu exequendis operam navabant Baccalaurei nostri, omnes cum eleganti methodo Singulas corporis humani partes coram discipulis Scalpello evolventem propriâ manu demonstrantemque, omnes partium

functiones et mechanismum nitidis orationibus expli=
=cantem mirabantur, adeò ut inter Medicos Anatomiæ
principes ultrò recenseretur: nec minorem in Chirurgicis
rebus sibi comparabat famam eximiâ dexteritate
quâ Chirurgicas operationes manu perficiebat ipse;
dum voce Chirurgiam interpretabatur. tot et tanta
M.ri Josephi francisci Hunauld merita, impensaque
ab eo anno superiore in facultatem nostram officia
Chirurgorum acuit invidiam. igitur die 12.a Martii
apud eum descenderunt Barbitonsorum Chirurgorum
Præpositi quatuor inquisitore stipati, qui ignorare
se fingentes, quod omnibus erat notum, M.um franciscum
Josephum Hunauld in hac Domo suâ Anatomen
et Chirurgiam edocere, sed famulum quemdam
Chirurgum, nomine Merlaud, cujus ministerio
utebatur dictus M.er Hunauld, ibi dissectiones
Anatomicas et operationes Chirurgicas absque
jure ac Privilegio exequi malignè simulantes,
manum Regiam miserunt in omnem prædicti
M.ri Hunauld supellectilem Anatomicam et
Chirurgicam; et dato sponsore ac Custode varia
squeleta et præparationes Anatomicas plurima=
que instrumenta tum Anatomica, tum Chirur=
=gica in ædes suas Sans Cosmianas transtulerunt,
gloriabundi quidem et prædâ superbientes, sed
parum præmuniti adversus pœnitentiæ aculeum
qui ipsos mordere debebat in novissimo.
De hoc inaudito hactenus Barbitonsorum Chi=
=rurgorum facinore, ubi primùm à M.o fr.co J.pho
Hunauld monitus est Decanus illicò indixit
Comitia, omnesque convocavit Doctores in
Scholas superiores die Sabbati 20.a Martii horâ
10.a matutinâ post Sacrum M.um fr.cum J.phum
Hunauld Collegam, de re ad facultatis jura
pertinente dicentem audituros et deliberaturos,
quibus in Comitiis rem exposuit ut peracta est
prædictus M.er Hunauld. rogatis posteà singu=
=lorum Doctorum sententiis, omnes Barbitonsorum
Chirurgorum scelus et protervitam indignati,
Censuerunt M.o fr.co J.pho Hunauld denuntiationis

ab eo factæ Actum esse concedendum hocque negotium
tanquam facultati proprium urgendum esse et sic
Conclusit H. T. Baron Decanus

Die Veneris 26.° Martii convocati sunt in Scholas
Superiores Doctores omnes Medici horâ 10.^a^ matutinâ
de Re ad facultatem pertinente Decanum dicentem
audituri. his in Comitiis dixit Decanus jàm palàm
esse et notum omnibus M.^um^ Joannem Ludovicum
le Thieullier collegam Thesim Medico-chirurgicam,
cui Die Martis proximo hujus mensis 31.° in ordine
suo præesse debebat, Illustrissimo Archiatrorum
Comiti D.° Chycoyneau dedicasse, se vero, tùm
ab Actûs Præside, tùm a pluribus aliis Collegis
accepisse Illustrissimum Archiatrorum Comitem
eo die ad Scholas nostras accessurum esse et hunc
Actum præsentiâ Suâ cohonestaturum. jàm
M.^um^ Le Thieullier Sumptibus Suis Scholarum
nostrarum inferiorum Aulam magnifico
apparatu decorari curavisse. tùm postulavit
Decanus ut deliberaret statueretque facultas,
quâ ratione accedens ad Scholas nostras excipiendus
esset Illustrissimus Archiatrorum Comes.
rogatis super eâ re Doctorum omnium sententiis,
Censuit facultas honorificè excipiendum esse
Illustrissimum Archiatrorum Comitem;
Baccalaureos cum accesserit in Scholarum
Aulâ obviam ituros, à Decano verò intrà
Scholæ cancellos intromittendum esse et in sede
brachiatâ eo loci quo sedere solent Consistoriani
Comites, ut ipse est, collocandum esse. tùm
plurimi Doctores adjecerunt hanc arripiendam
esse occasionem ut prandium quod anno
superiore dùm primùm ipsi super novâ
Dignitate gratularetur facultas, facultatis
nostræ Deputatis honorificè paraverat Illus.
Arch. Comes, hodiè pariter ipsi ad Scholas
nostras accedenti, nec minus honorificè restitue-
=retur. Re in deliberationem missâ, rogatisque
ex ordine singulorum Doctorum sententiis
Censuit facultas, vereri opportunum esse

et facultate nostrâ dignum ut quo die ad Scholas nostras proximâ vice accederet Illus. Arch. Comes ad prandium invitaretur, pari urbanitate quâ Decanum et Deputatos facultatis nostræ invitaverat apud se parandam itaque Die Martis proximo in Scholarum Superiorum Aulâ majori mensam, splendido, ut facultatem medicam Parisiensem decet ornatam victu, cui post Thesim cum Illus. Arch. Comite accumberent Convivæ 20 Doctores; quapropter Illus. Arch. Comitem Versalias citò citiùs a Decano esse invisendum cum M.^o Michaele Reneaume Censore, M.^o ægidio Adam, et M.^o Ludovico Joanne Le Thieullier Actûs Præside, qui illicò à facultate deputati sunt, ut invitaretur ad prandium quod Die Martis 31.º Martii ipsi parandum curaret facultas in Scholis Superioribus; demum Convivarum delectum et Convivii apparatum Decani prudentiæ committendum atque sic de his omnibus Articulis consentientibus omnium suffragiis conclusit

H. T. Baron Decanus

Eodem Die post meridiem juxtà Decretum superius, Decanus cum Doctoribus à facultate Deputatis Versalias profectus est, invisit que Illus. Arch. Comitem et ipsum invitavit ad prandium ei à facultate parandum Die Martis proximo quo Thesim in Scholis nostris discutiendam ipsi à M.^o Joanne Ludovico le Thuillier Actûs Præside dedicatam, præsentiâ Suâ cohonestare meditabatur. hanc porrò invitationem cum maximis grati animi testificationibus accepit Illus. Arch. Comes et eximio honori sibi à facultate oblato non defuturum esse promisit.

Die Martis 31.º Martii quo de Quæstione Medico-Chirurgica disputabat in ordine suo M.^er Ludovicus Joannes Le Thieullier horâ 10.ª matutinâ accessit ad Scholas inferiores Illus. Arch. Comes veste Sericeâ, quæ Comitum Consistorianorum est, indutus. huic obviam iverunt in Scholarum Aulâ Baccalaurei

Cum Apparitoribus fasces gestantibus. eum verò ad ad Scholarum Cancellos accedentem intromisit Decanus et ad Sedem ipsi paratam deduxit, ut fieri solet. obi Principes Magistratus et Consistoriani Comites accedunt ad Scholas. eum porrò sedentem brevi et eleganti oratione allocutus est proprio suo nomine Mr. L. J.nus Le Thieullier Actus Præses, cui tersâ ad modum et Majestatis plenâ oratione respondit Illus. Arch. Comes, plurima facultati nostræ honorificentissima locutus est, eamque Academiarum matrem coram honorifico Principum Illustriumque Magistratuum Conventu et frequentissimo virorum cujuscunque ordinis Selectissimorum Cœtu publicè declaravit. quibus finitis orationibus continuata disputatio est et respondentis Baccalaurei Mi. olivarii Bourgeois eruditionem responsorumque validitatem ac energiam plurimum laudavit Arch. Comes Illus. postea ventum est ad Quodlibeta in quibus valdè miratus est etiam Baccalaureorum nostrorum doctrinam et eximiam loquendi facilitatem, quâ Quæstionibus sibi propositis ex tempore satisfecerunt. Actu finito deduxit Decanus in Scholas superiores Illus. Archiatrorum Comitem, cui à singulis Doctoribus redditæ sunt gratiæ pro elegantissimâ et facultati nostræ perhonorificâ oratione quam mox habuerat in Scholis inferioribus. aderant Convivæ à Decano pridie invitati,

Mi. Preause	Mi. Le Tellier
Lemery	Vernage
Finot	Bourdelin
Reneaume	Maloet
Herment	Le Thieullier
Falconet	Delepine
Adam	Hunauld
Bertrand	Baron filius.
De Jussieu	
Bailly	

qui cum Illus. Arch. Comite et Decano accubuerunt mensæ quam splendido et Basilico Apparatu instruendam curaverat Decanus: totumque Convivium nobili hilaritate conspersum, suavi omnium Colloquio conditum, fovendis facultatem inter et Illus. Arch. Comitem mutuæ concordiæ nexibus impensum est. Posteà Decano et facultati gratias retulit quam

maximas Illus. Arch. Comes pro eximiâ et honorificâ ratione quâ ab ordine saluberrimo exceptus fuerat, summæ venerationis sensus ergà facultatem nostram testificatus est et professus est se vehementer optare ut cum facultate nostrâ ad Medicinæ decus et ornamentum possit aliquandò conspirare.

Posterâ Die Decanum honoris causâ invisit Illus. Arch. Comes sui ergà eum facultatemque grati animi testificationes iteraturus.

Die Jovis 1.º Aprilis habita sunt Comitia Prima mensis de morbis grassantibus qui fuerunt febres continuæ, Tertianæ simplices et duplices, Erisipelata, Variolæ, Morbilli, Pectoris inflammationes, Diarrheæ, Dysenteriæ.

Cum publico mandato valvis Scholarum et viarum compitibus superiori mense affixo, Decanus Medicinæ Candidatis indixisset Diem Sabbati 3.um Aprilis quo se sisterent coram facultate ut ad Baccalaureatûs Examen admitterentur, eodie convocati sunt in Scholas superiores Doctores omnes Medici horâ 10.â matutinâ post sacrum Candidatorum supplicationem audituri: ad hæc Comitia intromissi sunt sex qui aderant Medicinæ Candidati et supplicuerunt pro Examine Medico verba faciente uno ex illis Bartholomæo Mury, deindè singuli de nomine, Cognomine, Patriâ et Religione, nec non de unâ Quæstione Medicâ interrogati sunt, quibus satisfecerunt, undè facultas eorum annuit supplicationi, ipsisque dictus est dies Lunæ proximus quo suas Baptismalis, Magisterii in artibus et Studii in Medicinâ testimoniales litteras exhiberent et sic conclusit. H. T. Baron Decanus

---

Die Lunæ 5.º Aprilis coram congregatis ad hoc plurimis Doctoribus horâ post meridiem 3.â sex iidem Candidati litteras suas testimoniales deposuerunt. posteà facultas sex Doctores ex præsentibus appellavit qui has Candidatorum litteras examinarent et de iis coram facultate referrent, tres scilicet de majori ordine M.ᵣ Claudius Du Cerf, franciscus Couthier, Joannes Baptista Thomas Martineng; totidem de minori, M.ʳ Joannes franciscus Leaulté Jacobus Trant, Ludovicus Hieronimus Cosnier, quibus à Decano commissæ sunt Candidatorum litteræ.

Die Sabbati 10.ª Aprilis convocati sunt in Scholas
Superiores Doctores omnes horâ 10.ª matutinâ post
Sacrum Clarissimorum virorum qui examinandis
Candidatorum litteris praepositi fuerunt relationem
audituri et suum de eâ judicium laturi: dictus
Murry nullas obtulerat Baptisterii litteras quorum
loco exhibebat litteram testimonialem à Provisore
Collegii Longobardorum subscriptam quâ testabatur
dictum Murry Hybernum parentibus Religionem
Catholicam, Apostolicam et Romanam profi=
tentibus ortum, hanc etiam Religionem profiteri,
addens nullos in Hyberniâ ejus patriâ à Catholicis
Romanis retineri Baptisterii Commentarios propter
dictae Religionis Romanae prohibitionem; quod
quidem coram universo ordine pariter testatus
est Mr Jacobus Trant etiam hybernus.
Dictus Jouen loco litterae Baptismatis protulit
Pastoris sui litteram quâ testabatur eum Relig=
=ionem Catholicam, Apostolicam et Romanam
actu profiteri et officio Paschali defunctum fuisse,
quae quidem littera à facultate parùm sufficiens
judicata est, et promisit dictus Jouen se litteram
Baptismatis intra paucos dies allaturum. caete=
rorum autem Candidatorum litterae integrae
erant et legitimae, unde Rogatis singulorum
Doctorum sententiis, Censuit facultas sex illos
Medicinae Candidatos ad Examen esse admittendos
Die Lunae proximo et sequentibus ejusdem hebdomadae
diebus, ita tamen ut dictus Jouen si idoneus et
capax repertus fuerit, non admitteretur ad prin=
=cipium nisi prius litteram Baptismatis exhi=
=buerit et sic conclusit.

H. T. Baron Decanus

Die Lunae 12.º Aprilis et Diebus Martis, Mercurii
et Veneris sequentibus coram universâ facultate
congregatâ sex Medicinae Candidati de Physio=
logiâ, Hygieine, Pathologiâ, necnon de Aphorismo
Hippocratis sorte ducto responderunt.
Die Veneris ultimo Examinis Candidatorum
antequam procederetur ad Examen facultati
nuntiatum est à Bidello adesse in Scholarum
vestibulo novum quemdam Medicinae Candidatum

qui accedebat Supplicaturus ut ad Examen cum
cæteris Candidatis admitteretur. Rogavit Decanus
Doctorum præsentium Sententias num ejus Suppli=
=cationem audire vellent, qui omnes audiendam
esse censuerunt. itaque intromissus in Scholas
Superiores novus ille Candidatus Supplicuit pro
Examine illicò Subeundo, si facultati libuerit,
posteà de nomine, Cognomine, Patriâ et Religione
nec non de unâ Quæstione Medicâ ab antiquio=
=re Mº Urbano Leaulté, ut mos est, interrogatus,
respondit et secessit; (vocabatur Ludovicus De la
Caze) Re in deliberationem missâ, facultas
illius Supplicationi annuit. mox denuò intromissus
exhibuit litteras testimoniales Baptisterii
et Doctoratûs in Academiâ Monspeliensi, quæ
Mis Du Cerf, Leaulté, et Cosnier litterarum
Examinatoribus illicò traditæ sunt. facto Examine
retulerunt litteras Doctoratûs dicti De la Caze
Suspectæ admodùm fidei Sibi videri, ut pote quod
plurimis in locis nomina et dies deleta et restituta
fuisse manifestò conspiciantur. accersitus, et
de litterarum suarum lituris dictus Ludovicus
de la Caze interrogatus, respondit, has Doctoratûs
litteras esse verè Suas, sed illas commodasse
Philiatro cuidam, qui iis abusus fuerat, se verò
Extranei nomen suis litteris appositum expun=
xisse, eisque suum restituisse, promisit insuper
se, si ita facultati libuerit, novas litteras Doctoratûs,
aut testimonium Di. Chycoyneau Monspeliensis
Academiæ Cancellarii allaturum; quibus auditis,
ortâ inde inter Doctores opinionum concertatione,
hoc negotium gravioris momenti in Comitia
generalia posteà indicta discutiendum et
examinandum dimisit Decanus.
Die Sabbati 17º Aprilis convocati sunt Doctores
omnes in Scholas Superiores horâ 10ª matutinâ
post Sacrum Clarissimorum Examinatorum
relationem audituri et suum judicium Scrutinio
laturi. Mer Andreas De La Leu Examinatorum
antiquior Suo et aliorum nomine facultati renun=
=tiavit Sex Candidatos variis esse tentatos

Examinibus apprimè satisfecisse, dignosque sibi videri qui Baccalaureatu donentur, quæ quidem Clarissimorum Examinatorum sententia, rogatis singulorum Doctorum sententiis à facultate confir=mata est, quapropter eos omnes ad principium admit=tendos esse conclusit

H. T. Baron Decanus

namque dictus Toüen litteram Baptisterii publico sigillo munitam coram facultate protulerat.
Posteà de negotio ad dictum De la Caze pertinente actum est, et Pseudolitteram Doctoratus coram facultate protulit Decanus. rogatis super eâ re Doctorum sententiis variæ fuerunt opiniones; quidam ut plecteretur audacia Candidati qui minimè reformidaverat falsam exhibere litteram Doctoratus censuerunt eam denunciandum esse Illus. Procuratori Catholico tanquam falsarium; sed in mitiorem partem abiit major Doctorum numerus, scilicet statutum est, 1.º Candidatum dictum Ludovicum la Caze ad Examen non esse admittendum. 2.º servandam et retinendam à Decano hanc Pseudo litteram Doctoratus, ut si fortè de recusatione querelas faceret dictus De la Caze recusationis legitimam causam haberet præ manibus facultas tempore et loco manifestandam, et sic cum omnibus conclusit.

H. T. Baron Decanus

Tum accessere Baccalaurei quatuordecim bienni Licentiæ curriculo defuncti qui postulaverunt à facultate, verba faciente M.º Henrico francisco Bourdelin ut Baccalaureorum emeritorum titulo donentur et manumissionem deprecantes supplicuerunt pro Examine practico et Licentiis, quorum postulationi annuit facultas Rogatis Doctorum omnium sententiis et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Denique sub finem Comitiorum ad Scholas inferiores processum est, ibique sex Medicinæ Candidati docendi principium fecerunt ex minori Cathedrâ et altâ majoris Apparitoris voce Baccalaurei renuntiati sunt, scilicet,

Mi. Bartholomæus Murry, Laonensis Hibernus.
Carolus Payen, Parisinus.
Joannes Isard, Reius.
Lucas Augustinus folliot De S.t Vast, Sanlaudæus Constantiensis.
Ludovicus Jacobus Pipereau, Rothomagensis.
Ludovicus Nicolaus Jacobus Jöüen, Lexoviensis.

Die Sabbati 24.a Aprilis convocati sunt Doctores omnes Medici in Scholas superiores horâ decimâ matutinâ lectionem Epistolæ ab Illus.i Arch. Comite Decano Doctoribus quæ scriptæ audituri et deliberaturi; tum etiam de instituendâ apud Medicos Rupellenses aggregatione suam dicturi sententiam. his in Comitiis legit Decanus coram facultate sequentem Epistolam.

A Monsieur Monsieur Baron Doyen de la faculté de Medecine de Paris.

Messieurs, ayant esté informé que M.r De la Caze Docteur de nostre faculté de Montpellier dans le dessein de se mettre sur vos Bancs vous avoit presenté des lettres que nous luy avions expedié pour constater son grade de Doctorat, et que ces lettres vous avoient paru informes et tres suspectes par rapport a quelque rature que vous y avez observé: ce qui vous a obligé de les retenir, et en même temps le dit S.r de la Caze de me prier apres m'avoir instruit de ce qui a occasioné ces Ratures de vouloir bien en ecrire a mes Collegues pour qu'ils ayent la bonté de luy accorder de nouvelles lettres ou attestations de son Doctorat qui soient dans les formes requises, il m'a paru qu'il ne pouvoit les obtenir que M.rs nos Professeurs ne fussent aussy instruits de la destinée de ces premieres lettres et du sujet des Ratures qui s'y trouvent, non seulement pour qu'on puisse luy en expedier de nouvelles, mais surtout afin que nostre faculté soit en estat d'agir comme elle le doit dans ces circonstances, et prendre les precautions convenables, pour prevenir pareils abus, qui pourroient avoir des suites dangereuses si on n'y remedioit, c'est, M.rs, ce qui m'engage a vous prier de rendre au sieur De la Caze les lettres dont il s'agit, pour qu'elles me soient remises ou de me les faire remettre par qui vous jugerez a propos.

je profite avec plaisir de cette nouvelle occasion pour vous reiterer les temoignages de l'estime infinie avec laquelle je suis, Messieurs, votre tres humble et tres obeissant serviteur Chicoyneau
a Versailles ce 20 Avril 1734

Quâ lectâ auditâ que Epistolâ, Re in deliberationem missâ, rogatis que sententiis, Censuit facultas Pseudo-litteras Doctoratus à dicto de la Caze facultati exhibitas, Decani Chirographo, ne variarentur, munitas, remittendas esse ad Illus. Archi. Comitem juxtà ipsius Epistolam, ita ut Illus. Arch. Comes, has Pseudo-litteras sibi à facultate intrà manus depositas esse testaretur, et illicò vivâ voce nominati sunt à facultate Mr. Joannes Baptista Thomas Martineng et Hyacinthus Theodorus Baron Decani filius, quibus has litteras Versalias deferendi à facultate demandata est provincia et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Hoc autem verba à tergo harum ce Pseudo litterarum Doctoratûs inscripsit Decanus.
Præsentes litteræ facultati Medicinæ Parisiensi oblatæ à Ludovico de la Caze die 16ª Aprilis 1734, et ex Decreto facultatis, propter lituras ab ipso de la Caze coràm facultate recognitas, ab ipsa retentæ fuerunt et Illus. Archi. Comiti per epistolam postulanti remissæ juxtà Conclusionem latam Die 24ª Aprilis 1734.

H. T. Baron Decanus

Et cum Decano subsignaverunt ex præsentibus antiquiores duo Mri. Urbanus Leaulté et Nicolaus Andry.
Postea iisdem in Comitiis exposuit Decanus Medicos Rupellæ degentes jamdudùm inter se Statuta quædam in ordinem redegisse quæ litterarum Regiarum authoritate anno 1681 confirmari curaverant, eos nunc, et litteras Regias et Statuta sua, in Senatûs Parisiensis Commentariis referri velle. Senatum verò antequàm hæc Statuta authoritate suâ muniret Arestum tulisse cujus hic erat tenor.

Extrait des Registres du Parlement

La Cour avant de proceder à l'enregistrement des Lettres Patentes du Roy données à S.t Germain

en Laye au Mois de Xbre 1681 obtenües par les Medecins de la ville de la Rochelle, aux fins de l'establissement et de l'erection d'un corps et College de Medecine en la ditte ville et fauxbourgs de la Rochelle, a ordonné que les dittes lettres Patentes ensemble les Statuts du dit College contenus in 7 Articles seront communiqués au Premier Medecin du Roy et au Doyen et anciens Docteurs de la faculté de Medecine de Paris convoqués et assemblés a la maniere accoutumée, pour donner leur Avis sur le contenu es dittes lettres Patentes et Statuts, pour ce fait et raporté et communiqué au Procureur general du Roy etre par luy pris telles Conclusions et par la Cour ordonné ce que de Raison.

Legit etiam coram facultate Decanus prædicta Medicorum Rupellensium Statuta, litterasque Regias ea confirmantes, quibus auditis, Re in Deli=berationem missâ rogatisque singulorum Doctorum Sententiis, Censuit nominandos esse Doctores, qui cum Decano hoc negotium perpenderent et de eo facultati referrent, et statim vivâ voce huic muneri præfecti sunt à facultate de majori ordine, Mri Philippus Caron, Nicolaus Andry, Michael Ludovicus Reneaume et Joannes Baptista Thomas Martineng, de minori, Joannes franciscus Leaulté, Paulus Jacobus Malouin et Joannes Baptista Du Bois. et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Addidit Decanus primâ quidem Illus. Arch. Comiti communicata fuisse hæc Statuta, ut de iis sententiam ferret, illum verò negotium istud coram facultate remisisse ut hæc prius sententiam ferret cui assentiri cupiebat.

Die Lunæ 26o Aprilis Versalias profecti sunt à facultate Deputati Mri Joannes Baptista Thomas Martineng et Hyacinthus Theodorus Baron Decani filius et Pseudolitteram Doctoralem Ludovici De la Caze, juxta Decretum facultatis ad Illustrissimum Archiatrorum Comitem detulerunt cum sequenti Decani Epistolâ.

A Monsieur Monsieur Chicoyneau Premier
Medecin Du Roï.

Monsieur, La faculté apres avoir entendû la lecture
de la lettre que vous luy avez fait l'honneur de luy
ecrire au sujet des pretendues lettres de Doctorat
que le Sieur De la Caze nous à presenté dans le
dessein de se mettre sur nos Bancs, a decidé tout
d'une voix qu'elles vous fussent renvoyées, comme
vous les luy demandiez; c'est pourquoi elle à deputé
deux de ses Docteurs pour vous les remettre en
main propre. la faculté à pris ce party d'autant
plus volontiers, qu'elle est pleinement convaincue
que vous sentez comme elle, combien des Lettres
de cette nature sont prejudiciables au bien
public et aux droits des facultés et par consequent
combien il est important de mettre ordre à de
pareils abus. c'est ce principal motif qui avoit
engagé la faculté à retenir ces lettres. elle
vous prie, Mr. de regarder sa decision dans cette
affaire comme un temoignage de l'estime
singuliere et de la parfaite confiance qu'elle
à en vous. j'ay l'honneur d'estre avec une conside-
-ration respectueuse Mr. votre &c
ce 6 Avril 1734 Baron Doyen

Deputatos facultatis honestissimis et urbanissimis
verbis excepit Illus. Arch. Comes et sequens
responsum ipsis commisit facultati deferendum.

a Monsieur, Monsieur Baron Doyen de la
faculté de Medecine De Paris

Monsieur, je viens de recevoir avec les sentimens
de la plus parfaitte reconnoissance les lettres du
Doctorat du Sieur De la Caze que la faculté à
jugé à propos de me faire remettre sur la lettre
que j'avois eu l'honneur de vous ecrire pour vous
prier de l'engager à m'accorder cette remise, attendû
que ces lettres ont esté obtenues dans nostre faculté
qui doit necessairement estre informée de l'abus
qui en à esté fait pour y remedier. je suis tres
sensible à la maniere obligeante dont la faculté
veut bien user à mon egard dans cette occasion.
et je m'estimerois heureuse d'en trouver qui fussent
propres a luy marquer quombien j'en suis penetré.

de même que de toutes les honnetetez dont ses Deputez et vous Monsieur me comblez à ce sujet. je suis avec l'estime la plus parfaite, Monsieur, Votre &c.

Chicoyneau

à Versailles ce 26 Avril 1734

Die Lunæ 3.° Maii habita sunt horâ sesquidecimâ matutinâ in Scholis Superioribus Comitia Prima Mensis dicta de morbis grassantibus, qui fuerunt febres continuæ et tertianæ, inflammationes pectoris, Rhumatismi, Eresipelata, Catarrhi, Diarrheæ, Cholera morbus.

Die Sabbati 8.° Maii convocati sunt in Scholas Superiores Doctores omnes Medici horâ 10.ª matutinâ post sacrum Clarissimorum virorum qui examinandis Medicorum Rupellensium Statutis et Diplomatibus Regiis præpositi fuerunt relationem audituri et deliberaturi. his in Comitiis M.er Philippus Caron Antiquus facultatis Decanus Doctorum deputatorum Antiquior, suo et aliorum nomine retulit se pluries apud Decanum convenisse, prædictaque Rupellensium Medicorum Statuta diligenter perpendisse, suasque in singulos Articulos observationes, mutationes et addidamenta scripto exarata coram facultate legit, quibus auditis, Re in Deliberationem missa, facultas probavit observationes à clarissimis Deputatis factas in singulos prædictorum Statutorum Articulos, censuit que eas facultatis nomine Senatui esse offerendas et in majoribus facultatis Commentariis describendas, et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Avis de la faculté de Medecine De Paris au sujet de l'Etablissement d'un College de Medecine à la Rochelle

Veu par les Doyen et Docteurs Regens de la faculté de Medecine en l'Université de Paris l'Arrest de Nos Seigneurs du Parlement du 5 Janvier 1734 par lequel la Cour avant de proceder à l'enregistrement

des lettres Patentes du Roi données à St. Germain en Laye
au mois de xbre 1681 obtenues par les Medecins de la
Rochelle, aux fins de l'établissement et de l'érection d'un
Corps et College de Medecine en la ditte Ville et faubourgs
de la Rochelle, a ordonné que les dittes lettres Patentes
ensemble les Statuts du dit College contenus en sept
Articles seront communiqués au Premier Medecin
du Roy, et aux Doyen et anciens Docteurs de la faculté
de Medecine de Paris convoqués et assemblés à la
manière accoutumée, pour donner leur avis sur le
contenu es dittes lettres Patentes et Statuts, pour
ce fait et raporté et communiqué au Procureur
general du Roy estre par luy pris telles Conclusions,
et par la Cour ordonné ce que de raison. veu les
dites lettres Patentes et Statuts; ouy le Rapport
de Mtres Philippe Caron, Nicolas Andry, Michel
Louis Reneaume, Jean Baptiste Thomas Martineng,
Jean françois Leaulté, Jean Baptiste Du Bois,
Paul Jacques Malouin Docteurs Regents de la
ditte faculté et Commissaires nommés par la
faculté pour examiner les dits Statuts, la faculté
est d'avis sous le bon plaisir de la Cour

Premierement que les dits Privileges Statuts et
Lettres Patentes pourroient être aujourd'huy regardés
comme nuls, attendu que les dittes lettres n'ont point
été enregistrées en Parlement du Regne de
Louis quatorze,
Secondement qu'avant de donner aujourd'huy
force et vigueur aux dits Privileges, Statuts et lettres
Patentes, il faudroit reformer et augmenter les
dits Statuts conformement aux Remarques qu'elle
a fait sur chachun des dits Statuts ainsy qu'il
s'en suit.

Privileges et Statuts du College des Medecins De la Rochelle.

Article premier.

Tous les Medecins Aggregés feront profession de
la Religion Catholique Apostolique et Romaine
et exerceront seuls la medecine dans la ville faubourgs
et Gouvernement de la Rochelle à l'exclusion de
tous autres et de ceux de la Religion pretendue

Reformée qui en demeureront dès apresent interdits nonobstant qu'ils ayent des lettres des Universités et qu'ils ayent été receû dans la ditte ville a la maniere ordinaire

Remarques.

Il faut retrancher le mot de Gouvernement qui est contraire a l'Article 35 de l'Edit du feu Roy Louis 14 de 1707. Registré en Parlement le 18 Mars même année, qui ordonne que dans les Villes ou il n'y aura n'y Université n'y Aggregation le Medecine pourra estre exercée par tous Docteurs ou Licentiés de quelqu'une des facultez du Royaume en representant leurs lettres de Degrés aux Juges de Police des lieux ou ils voudront s'établir.

Article Second.

Le Medecin qui voudra se faire aggreger aura des lettres de Docteur de quelque Université de france, avec Attestation de Pratique et de bonnes vie et Mœurs. il presentera Requeste au Doyen des Medecins de la ditte Ville, pour se faire aggreger et mettra ensuitte ses Lettres de Docteur et les attestations susdittes entre les mains du Syndic, pour ensuitte estre procedé a sa reception suivant l'usance et coutume pratiquée es autres Colleges.

Remarques.

Premierement dans les deux endroits ou il y a lettres de Docteur il faut y ajouter ou de Licentiez attendu que ce n'est point le Doctorat, mais la Licence, qui donne le pouvoir d'exercer la Medecine et ce conformement aux Articles 26, 28, 29, 30 et 35 de l'Edit de 1707 cydessus cité.

Secondement au lieu de ces mots suivant l'usance et coutume des autres Colleges (mots qui ne determinent rien) il faut mettre suivant les Reglements portés par l'Edit de 1707 attendu que l'usance et coutume pratiquée dans les autres Colleges est differente suivant les differens Colleges.

Article Troisieme.

Le Medecin qui se presentera fera sixe actes, dont le premier sera public; quatre autres chez

Les deux plus anciens Medecins; et le dernier aussy public qui sera tout de pratique. on faira venir de Pauvres malades, sur lesquels on examinera le presenté et pour lesquels il ordonnera les remedes necessaires, et lesdits Examens s'acheveront dans l'espace d'un an.

Remarques.

Il n'y à rien à retrancher dans cet Article au nombre des Actes, suivant l'Article 33 de l'Edit de 1707 mais il y a bien des choses a ajouter.

Premierement il faut determiner le sujet ou la matiere de chaque Acte, ou Examen, ensorte que le premier qui seroit public, se fairoit sur la Physiologie et l'Anatomie, le second qui seroit particulier, se fairoit sur l'hygiene, le troisieme particulier sur la Pathologie theorique, le quatrieme particulier, sur les Medicamens simples et composés, le cinquieme particulier, sur les maladies et operations Chirurgicales, et le sixieme enfin qui seroit public ainsy que le premier se fairoit sur la Pathologie pratique ou cure des maladies, tant en general qu'en particulier, sans neanmoins qu'on fasse venir à cet Acte de Pauvres malades sur les maladies desquels on interrogeroit l'Aspirant en public et ce pour plusieurs Raisons.

1°. parcequ'il n'y auroit que de pauvres traineurs, qui le plus souvent ont des maladies incurables, qui pouroient se presenter en public à cet Examen; les malades de maladies aigües estant obligés de rester dans leur Lit.

2°. Il y à beaucoup de malades quoique Pauvres, qui ne voudroient pas reveler leurs maladies en public.

3°. c'est que cette Epreuve publique n'est d'usage dans aucune Université ou faculté du Royaume.

Secondement il faut inserer dans cet Article que tous les Aggregés de la Rochelle seront convoqués à chachun de ces Actes, soit publics, soit particuliers, et qu'il n'y aura que les Aggregés presents auxdits Actes, qui donneront leur suffrage par scrutin conformement à l'Article 16 de l'Edit de 1707: et en cas que le Medecin qui se sera presenté fut refusé à la pluralité des suffrages, quelquefois par jalousie de merite, ou pour quelqu'autre

Sujet, il Sera libre au dit Medecin de Se pourvoir au Parlement de Paris pour demander quil luy Soit permis de Se faire examiner en public par des Docteurs de la faculté de Medecine de Paris nommés à cet effet qui donneront par Scrutin leur Suffrage Sur la capacité ou incapacité dudit Medecin, et ce Sans aucuns frais.

Troisiemment il ne faut pas Specifier dans cet Article que les dits Actes et Examens S'acheveront dans l'espace d'une année, attendu que le Docteur ou Licentié qui Se presentera, doit etre libre de faire Ses Actes ou Examens en quatre, cinq ou Six Mois, s'il est en estat de le faire lequel temps com=mencera à Se compter du jour que l'Aspirant aura presenté Sa premiere Requeste au Doyen des Medecins du dit College de la Rochelle.

Article quatrieme.

Le Medecin presenté ayant eté trouvé capable, le Syndic accompagné d'un autre nommé par la Compagnie ira le presenter à Messieurs les Magistrats de la Ville pour recevoir Son Serment d'exercer la Medecine en Catholique Apostolique et Romain.

Remarques.

Il n'y a rien à changer dans cet Article.

Article cinquieme.

Les Enfans Des Docteurs Aggregés de la ditte Ville Seront dispensés de l'attestation des deux années de Pratique et Seront aggregés gratis, et outre cela Privilegiés aux autres Aspirans, lesquels dits Aspirans consigneront avant touttes choses trois cent livres entre les mains du Syndic, pour estre employées aux affaires et necessités du College, et dont il Se chargera en donnant quittance pour, au cas d'incapacité des Aspirans, ou autre cause legitime estre restituée a qui et ainsy qu'il apparr=tiendra.

Remarques.

Il faut d'abord restreindre la Somme de trois cent livres exigée par cet Article à celle de cent

cinquante livres, laquelle somme de 150.tt est fixée et
limitée pour tous droits d'aggregation suivant l'article
32 de l'Edit de 1707 et a la fin dudit article ou il est
dit qu'au cas d'incapacité ou d'autres causes legitimes
la ditte somme seroit restituée a qui et ainsy qu'il appar=
tiendra il est juste de mettre a la place de ces mots
que la dite somme sera restituée en entier, au Medecin
qui sera presenté et auroit esté refusé.

Article Sixieme.

Les dits Aspirans, outre les Enfans des Docteurs
Aggregés de la ville, payeront pour chaque Examen
six livres au Doyen, pareille somme au syndic
et trois livres a chachun des autres Docteurs con=
formement aux Statuts et usages observés au
College de la ville de Lyon.

Remarques.

Alloüé l'honoraire prescrit par le dit article,
veu que les Aggregés de la ville de la Rochelle
excedent rarement le nombre de six, aux conditions
cependant qu'il n'y aura que les Aggregés presents
aux dits actes ou Examens, qui receuront le dit
honoraire, et que l'honoraire qui auroit êté consigné
pour les Aggregés absens de chachun acte sera
rendu apres l'examen a l'aspirant qui l'aura
consigné.
mais il faut retrancher a la fin du dit article
ces mots conformement aux Statuts et usages observés
au College de la ville de Lyon ou nonobstant l'article
32 de l'Edit de 1707 on exige jusqu'a quinze
cents livres des Medecins qui s'y aggregent.

Article Septieme.

En cas de contravention aux susdits Reglemens
par les Medecins de la Religion pretendue re=
formée ou autres, seront condamnés en mil livres
d'amande, moitié applicables aux dittes affaires et
necessités du College, et l'autre moitié a l'hopital
general de la ditte ville, laquelle amende ne pourra
estre remise ny moderée que par sa Majesté et nos
seigneurs du Conseil. fait et arresté en l'assemblée

tenüee en la maison de Mtre Daniel Guillotin Docteur en Medecine et Syndic du College des Medecins de la ville de la Rochelle le 4ème jour d'octobre 1681 et ont Signé Dumont, Venette, Chauvet, Guillotin, Gallot, Macault et Arnauld.

Remarques.

Il y a plusieurs choses à reformer dans cet Article premierement il faut reduire l'Amende de 1000.tt à celle de 500.tt conformement aux Articles 26, 27, 29 et 31 de l'Edit de 1707.

Secondement comme il n'est pas designé par quels Juges, il faut ajouter par le Juge de Police de la Rochelle.

Troisiemement par rapport à l'Appel de cette condamnation et a la reduction de l'Amende il est dit qu'elle ne pourra estre remise ny moderée que par Sa Majesté et Nosseigneurs du Conseil, il faut mettre au lieu et place de ces derniers mots, que touttes les Contestations qui pourront naistre entre les Aggregés de la Rochelle et les Medecins qui s'y voudront s'y faire aggreger, ou y exercer la Medecine Seront portés par Appel du Juge de la Rochelle au Parlement de Paris pour en juger definitivement la Rochelle étant du Ressort du Parlement de Paris.

outre ces Remarques, touchant la reformation a faire des Susdits Statuts du College des Medecins de la Rochelle, la faculté de Medecine est d'avis, Suivant le bon plaisir de la Cour, d'y ajouter les trois autres Articles Suivants, et de les placer immediatement au dessus du Septieme et dernier Article.

Premier Article a adjouter.

Ne Seront Sujets aux Reglemens portés par les Articles premier, Troisieme, Cinquieme et Sixieme des presents Statuts, les Medecins du Roy et ceux de la maison Royale, ceux des Reines, Enfans de france, et petits Enfans, et Premier Prince du Sang, qui ont droit d'exercer la Medecine dans toutte l'etendüe du Royaume en vertu de leurs Privileges et notament en conformité de l'Article 34 de l'Edit de 1707.

Second Article a adjouter.

Ne Seront pareillement Sujets aux Reglemens portés par les mêmes Articles premier, Troisieme, cinquieme et Sixieme desdits Statuts, les Docteurs ou Licentiez de la faculté de Medecine de Paris, lesquels etant receus dans l'Université et le Parlement de Paris, ont droit de pratiquer la Medecine dans touttes les Villes, Bourgs et Villages du Ressort dudit Parlement et même dans touttes les autres Villes du Royaume, sen representant prealablement leurs lettres de degrés aux Juges de Police des lieux ou ils voudront s'établir et les faisant enregister au Greffe de la Jurisdiction desdits Juges) en vertu des Privileges de la Capitale du Royaume et conformement aux Articles 30 35 et 37 de l'Edit de 1707 et suivant les Usages reçûs dans chaque Parlement ou il y a Université. Si neanmoins quelque Docteur ou Licentié de la faculté de Medecine de Paris, vouloit se faire aggreger au College des Medecins de la Rochelle, attendû les epreuves de toutte nature qu'il auroit été obligé de faire pour estre receû Docteur, ou Licentié dans la dite faculté de Medecine de Paris, il sera dispensé de subir aucun Acte ou Examen, et sera seulement tenû de presenter ses lettres de degrez au Doyen des Medecins dudit College, et d'aller rendre visite au Syndic et à chachun des autres Aggregés residants actuellement dans la ville, en payant prealablement au Syndic pour tous droitz d'Aggregation la somme de cent cinquante livres conformement à l'Article 32 de l'Edit de 1707.

Nota que par les Articles 30 et 35 de l'Edit de 1707 les Docteurs ou Licentiés de la faculté de Montpellier aussy bien que ceux de la faculté de Paris ne sont astreints qu'a cette formalité.

Troisieme Article a adjouter.

Deux Aggregés du College de la Rochelle, nommés par tour, s'assembleront une fois chaque semaine, dans un lieu convenû entre les Aggregés dudit College a dix heures du matin, pour y assister gratuitement de leurs Conseils les pauvres malades qui se presenteront à eux ainsy qu'il se pratique dans la ville de Paris, et comme il est plus amplement porté par l'Article 36 de l'Edit de 1707.

Anno Domini millesimo Septingentesimo trigesimo quarto Die Sabbati octavo Maii horâ decimâ matutinâ post sacrum facultas Medicinæ Parisiensis legitimé convocata super Aggregationis Collegio apud Medicos Rupellenses instituendo deliberatura sic censuit et ita conclusit.

H. T. Baron Decanus

Datum in Scholis Superioribus sub parvo sigillo prædictæ facultatis Medicinæ Parisiensis, Die 8º Mensis Maii 1734.

Die Martis 1º Junii habita sunt menstrua facultatis Comitia. Prima mensis dicta de morbis grassantibus.

Eodem die peculiari Schedulâ convocati sunt Doctores omnes Medici horâ decimâ matutinâ clarissimorum virorum qui rationes et Commentarios prioris anni nostri secundi Decanatûs examinaverant relationem audituri, nec non de aliis rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi.

1º retulerunt Examinatores clarissimi, verba faciente Mº Thomâ Bernardo Bertrand, eorum præsentium antiquiore, se legisse diligenter et probavisse rationes et Commentarios prioris anni secundi Decanatûs Mi Hyacinthi Theodori Baron Decani, eaque censuisse digna quæ in majoribus facultatis Commentariis describerentur, quorum sententiam confirmavit universus ordo.

2º dixit Decanus se nulli operæ, sollicitationibus nullis apud Magistratus Illustrissimos huc usque pepercisse ut Bibliothecæ negotium promoveretur et ad optatum finem perduceretur, hanc porrò Bibliothecam institui non posse nisi à Senatu decretum fuerit, num ex pecuniâ Mi De Belestre apud Dum Gervais depositâ facultas jus habeat delibandi summam unde erigi queat Bibliotheca; novas ambages, Cavillationes novas, ab hæredibus Di De Belestre in dies suscitatas Senatûs judicium retardare; ut autem inter has difficultates jus facultatis sartum tectumque maneret, sibi Decano consilium fuisse datum ut intercederet facultatis nomine apud Notarium dictæ pecuniæ sequestrem quibus auditis hanc intercessionem opportuné factam probaverunt Doctores omnes huic que insistendum esse censuerunt et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

3º cum Mº Alix Col De Vilars Chirurgiæ Idiomate

Gallico Professori recusavisset Decanus, ut in Cursu suo
Anatomico uteretur manu et operâ Chirurgi dicti
Rufel qui anno 1732 sub Professore M^o. Joanne fran=
cisco Coulhier chirurgicis operibus manum admovens,
inceptum opus insolenter abdicaverat, dictus M^{er}. Col-
De Vilars facultati congregatae postulavit, an non
liceret sibi hunc Chirurgum nunc Culpae suae
maximè poenitentem in dissectorem assumere.
rogatis singulorum Doctorum sententiis, censuit
facultas arcendum ab Amphitheatro Chirurgum
dictum Rufel, nec in scholis admittendum; nisi prius,
oblato libello supplice veniam à facultate deprecaretur
culpamque suam detestari se profiteretur et sic
conclusit. H. T. Baron Decanus

4°. Demum negotii sui adversus Barbitonsores
Chirurgos rationem reddidit M^{er}. franciscus Josephus
Hunauld, scilicet Illustrissimus Comes De Maurepas,
Clarissimusque urbanae Politiae Propraetor de facinore
Barbitonsorum Chirurgorum commoniti, M^o. Hunauld
à Barbitonsoribus Chirurgis omnia ejus instrumenta
restitui ipsique pro injuriâ illatâ satisfieri decre=
=verant. ac primò, ne per varias Litium ambages
et Juridictionum gradus distraheretur M^{er}. franciscus
Josephus Hunauld, utque liti taediosae jamjam movendae
fundamenta subriperentur, Illustrissimus Comes de
Maurepas, jussu Regio ab Inquisitore et Regis Procuratore
in Castelleto omnia ditae litis Acta Archetypa repe=
=tierat. interim tulerat sententiam Clarissimus
urbanae Politiae Propraetor quâ mandabatur Barbiton=
=sorum Chirurgorum Praepositis, M^o. Hunauld omnia
ejus Instrumenta restituere idemque jubebatur dictorum
Instrumentorum Custos sub poenâ detrusionis in
Carcerem; de eâ porrò restitutione cum Illustrissimo
Comite De Maurepas convenerant Chirurgi Regis
Primarii duo, tale facinus se insciis nec probantibus à
Communitatis suae Praepositis patratum esse profitentes.
verùm Praepositi Judicis authoritati parùm dociles ab
ejus sententiâ provocaverant ad Senatum et actam
appellationis M^o. Hunauld juridicè denunciari curaverant.
hac ubi rescivit Illus. Comes de Maurepas, super temerariâ
et pervicaci Barbitonsorum Chirurgorum agendi
ratione Chirurgos Regis primarios graviter increpaverat;
quòd criminis admissi nedum poenitentes se praeberent

Communitatis San Cosmianæ Præpositi, oblatam finiendæ litis instrumentorumque restituendorum occasionem declinavissent, ad eorum proterviam refrænandam se Regis authoritatem adhibiturum esse minatus est, Regemque ipsum negotium istud Aresto Supremi Consilii definiturum; quibus quidem minis perterriti Barbitonsores Chirurgi jam cœperunt resipiscere, jam culpam agnoscere, jam pœnitere. itaque finiendæ litis causâ cujus infelicem pertimescebant exitum M.º francisco Josepho Hunauld omnia ejus Squeleta et instrumenta sive Anatomica sive Chirurgica, Die 22.ª Maii apud eum sponte suâ retulerant, eò nunc humiliores, quò anteà superbiebant magis. sed ea recipere denegaverat M.er f.cus J. phus Hunauld; hac porrò repulsâ non deterriti Barbitonsores Chirurgi rursus apud M.um Hunauld Die 26.º Maii accesserunt offerentes sub ejus quitancia ipsi omnia ejus instrumenta restituere, quæ pariter excipere recusaverat M.er Hunauld satius existimans negotium istud Regis authoritate definiri. et reverà die 8.º Maii ab Illustrissimo Comite De Maurepas accepit Arestum Supremi Consilii quod coràm facultate legit his expressum verbis.

Extrait des Registres du Conseil d'Estat

Le Roy ayant esté informé qu'il avoit esté fait une saisie le 12 Mars 1734 a la Requeste des Prevosts et Gardes de S.t Cosme dans une maison louée par le S.r Hunauld Docteur Regent de la faculté de Medecine de Paris, Anatomiste de l'Academie Royale des Sciences, Professeur et Demonstrateur d'Anatomie au Jardin au Jardin de Sa Majesté, de plusieurs Squeletes et autres effets servant aux Demonstrations, Sa Majesté auroit fait expedier ses ordres pour faire porter devant elle la Saisie et les autres procedures commencées pour pouvoir en prendre connoissance posterieurement à ses ordres le Sieur Lieutenant general de Police ayant rendû une ordonnance le 3 May 1734 qui fait main levée au S.r Hunauld desdits effets, les Prevosts de S.t Cosme en ont interjetté Apel au Parlement ou ils ont obtenu Arrest de deffenses le 14

du même Mois, et Sa Majesté voulant continuer de prendre connoissance par elle même des contestations des parties, ouy le Raport

Sa Majesté étant en son Conseil a évoqué et évoque a elle et a son Conseil les contestations pendantes au Parlement de Paris entre les Prevosts et Gardes de St. Cosme et le Sieur Hunauld, au sujet de la Saisie qui a esté faitte le 12 Mars 1734 de plusieurs Instruments, Squelettes et autres effets servant aux Anatomies, appartenants audit Sr. Hunauld, fait Sa Majesté deffenses aux parties de proceder ailleurs et a tous Juges d'en connoistre a peine de nullité, Cassation de procedures et de Mille livres d'Amande, fait au Conseil d'Etat du Roy Sa Majesté y étant, tenu a Versailles le 22 May 1734 — Phelippeaux —

A la Requeste du Sieur Hunauld Docteur Regent de la faculté de Medecine de Paris, Anatomiste de l'Academie Royale des Sciences, Professeur et Demonstrateur d'Anatomie au Jardin de Sa Majesté, lequel a Esleu son domicile en la maison et personne de Mtre. Joseph Nicolas De Gennes dit la Motte Advocat au Conseils du Roy demeurant a Paris Rüe de Seve Paroisse St. Sulpice, soit signifié et donné copie aux Prevosts et Gardes de la Communeauté des Mtres. Chirurgiens Barbiers de St. Cosme de l'Arrest du Conseil d'Etat du Roy rendu Sa Majesté y estant le 22 du present Mois de May 1734 a ce qu'ils n'en ignorent et n'ayent a y contrevenir sous les peines portées, dont Acte.

Le 28 May 1734 signifié et laissé copie du present Arrest et Acte aux fins y contenues aux Prevosts et Gardes de la Communeauté des Mtres Chirurgiens Barbiers de St. Cosme au Bureau de la ditte Communeauté, Rüe des Cordeliers parlant au Concierge du Bureau par nous Huissier ordinaire du Roy en ses Conseils
Hunel

Hoc autem Arestum Chirurgis denuntiatum ut supra tantum ipsis pavorem intulit, ut licet jam bis repulsam passi fuerint, pro tertia vice apud Mum. Franciscum Josephum Hunauld omnia ejus Instru=menta, Anatomicamque supellectilem deferre non dubitaverint, ut ea reapere vellet litis finiendae causa enixe efflagitantes.
Hos etsi repellere potuisset adhuc Mr. ercous J. J. phus Hunauld, tamen considerans quam rarus et mirabiles

submissi ac pœnitentis animi testificationes exhiberent ultrò Barbitonsores Chirurgi, instrumenta illa Anatomica et Chirurgica quæ gloriabundi sustulerant, suppliciter et pro tertiâ vice referendo, ratus insuper magni et generosi animi proprium esse veniam deprecantibus concedere, maximè cum adest plectendi et puniendi potestas, omnem suam supellectilem Anatomicam et Chirurgicam a Barbitonsoribus Chirurgis benignè excepit, sua tamen Jura in supremo Regis Consilio quandò libuerit discutienda acceptilatione reservando.

Die Lunæ 7.° Junii et sequentibus Martis, Mercurii et Veneris Diebus ab horâ sesquisecundâ pomeridianâ ad quintam; quinque novi Baccalaurei (nam ex iis unus dictus Obüen recesserat) de omni re medicamentariâ simplici interrogati sunt, convocatis per schedulam Doctoribus omnibus.

Die Sabbati 12.° Junii convocati sunt in scholas superiores Doctores Medici omnes horâ 10.ª matutinâ post sacrum de novis Baccalaureis nuperis diebus de omni materiâ medicinali interrogatis suum judicium scrutinio laturi, nec non postulationem M.ʳⁱ olivarii Bougourd Baccalaurei emeriti, audituri, et supereâ deliberaturi.

1.° Rogatis singulorum Doctorum sententiis probata sunt Responsa quæ fecerant novi quinque Baccalaurei in Examine Botanico.

2.° facultati exposuit M.ᵉʳ olivarius Bougourd Baccalaureus emeritus, rerum suarum domesticarum angustiam, suppliciterque postulavit ut vellet facultas pro suâ gratiâ ipsi remittere Bursas pro Licentiis et Doctoratu persolvi solitas, auditâ ipsius supplicatione, rogatisque supereâ singulorum Doctorum sententiis, cum constabat eum esse pauperem et alioqui esse doctum et probum, Bursæ pro Licentiis et Doctoratu facultati debitæ ipsi libenter remissæ sunt unanimi Doctorum suffragio, eâ conditione ut polliceatur et publico Instrumento fidem suam astringat se Bursas persoluturum cum ad meliorem fortunam pervenerit et sic cum omnibus conclusit. H. T. Baron Decanus

---

Die Veneris 2.° Julii habita sunt Comitia Primamensis de morbis grassantibus, qui fuerunt febres intermittentes

tertianæ et duplices Tertianæ cum delirio, morbilli; —
Inflammationes pectoris, Variolæ.
Die Lunæ 12º. Julii et sequentibus Martis, Mercurii,
et Veneris diebus ab horâ 3ª. pomeridianâ ad sextam
Baccalaurei emeriti quatuordecim de Praxi Medicâ
interrogati sunt convocatis per schedulam Doctoribus
omnibus.
Die Sabbati 17º. Julii convocati sunt Doctores Medici
omnes in Scholas Superiores horâ 10ª. matutinâ de
Baccalaureis emeritis nuperrimè de Praxi medicâ
interrogatis suam sententiam scrutinio laturi, nec
non de Jure Rotuli deliberaturi.
1º. facultas probavit responsa Baccalaureorum
emeritorum eosque admisit ad Licentiam.
2º. Jus Rotuli assignatum est iis qui per majorem
partem ordinarii fuerant
3º. Iisdem in Comitiis dixit Decanus Tribunal
Academicum die 21º. Junii 1734 Mum. Baltazar
Gibert Rectorem amplissimum unanimi Deputa=
=torum consensu promovisse ad munus Procuratoris
generalis Academiæ seu Syndici vacans per
liberam et voluntariam demissionem Mi. Edmundi
Pourchot. in ordinariis verò Tribunalis Academici
Comitiis habitis Die 3ª. Julii verba facta fuisse
de concedendâ Pensione annuâ sexcentarum
libellarum Mº. Baltazari Gibert Academiæ
Syndico, ut olim concessa fuerat Mº. Edmundo
Pourchot; et super ea re placuisse singulos ordines
consuli. tum exposuit Decanus muneri Syndici
Academiæ etsi laboris et difficultatis pleno hono=
=rarium tantummodò sexaginta libellarum
ex ære Academico assignari. Quibus auditis, re
in deliberationem missâ, rogatisque singulorum
Doctorum sententiis, censuit facultas ad summam
sexaginta libellarum in honorarium Syndici Uni=
=versitatis ex ære Academico attributum adjiciendam
esse Pensionem quingentarum et quadraginta
libellarum Mº. Gibert nunc Academiæ Rectori
et ad munus Syndici nuper promoto, solvendam
quandiu Syndicus Universitatis erit. quemad=
=modum persoluta fuerat Mº. Edmundo Pourchot,
et similibus de causis, nempe ob multa et præclara
Mi. Gibert in Academiam merita, et eâ legeut
non trahatur in exemplum: atque sic de omnibus
conclusit H. T. Baron Decanus

Eadem Die propter profligatas ad Parmam Germanorum acies felicibus Ludovici XV et Sociorum armis, redditæ Sunt in Scholarum Sacello D.O.M. gratiæ et Hymnus Exultationis Te Deum jubente Decano recitatus est.

Die Sabbati 31.ᵒ Julii victricibus armis Regis Lud. XV Philippoburgo, arce munitissimâ licet exundante ultra modum Rheno, licet totiûs Germaniæ exercitu numerosissimo, ipsoque Eugenio Duce Spectantibus, feliciter expugnato, in Scholarum Sacello de Mandato Decani D.O.M. gratiæ redditæ Sunt, et Canticus Exultationis Te Deum recitatus est.

Die Lunæ 2.ᵒ Augusti habita Sunt in Scholis Superioribus Comitia Primamensis de morbis grassantibus, qui fuerunt Eresipelata, febres Tertianæ et duplices Tertianæ.

Die Martis 10.ª Augusti Divo Laurentio Sacrâ Decanus comitante magno Doctorum numero quatuordecim Baccalaureos emeritos in Aulâ exteriori Illustrissimi Archi Episcopi Parisiensis meritissimo Ecclesiæ Parisiensis et Academiæ Cancellario D.ᵒ Bauyn præsentavit atque orando demonstravit qualem industriam ac diligentiam adhibeat facultas Medica Parisiensis in informandis ad pietatem et doctrinam Baccalaureis.

Die Lunæ 16.ᵒ Augusti horâ post meridiem 3.ª convocatis Doctoribus omnibus in Scholas inferiores, M.ᵉʳ franciscus felicitas Cochu unus ex quatuordecim emeritis Baccalaureis, elegantissimam habuit Paranymphicam orationem, quâ demonstravit Medicos verâ gloriâ potiri, Licentiandorumque Singulorum laudes celebravit.

Die Martis 17.ᵒ Augusti horâ 7.ª matutinâ in Aulam exteriorem Illustrissimi Archi Episcopi Parisiensis convenerunt Doctores omnes cum Academiæ Cancellario et de ordine Licentiandorum Suffragia tulerunt hoc modo

A. Antonius Joannes Daval, Parisinus.
B. Henricus franciscus Bourdelin, Parisiensis.
C. Josephus De Jussieu, Lugduneus.
D. Joannes De Diest, Altenanus.

E. Ludovicus florentius Bellot, Rojanus Ambianensis
F. franciscus felicitas Cochu, San Germanus in Laijâ
G. Claudius Carolus De Jean, Parisinus.
H. Jacobus Albertus Hazon, Parisinus.
I. Adrianus Malaval, Parisinus.
K. olivarius Bougourd, Constantiensis.
L. Jacobus franciscus Vandermonde, Landracenus.
M. Gaspar Cochon Dupuis, Rupifortensis.
N. Tussanus Gilbertus Boulland, Bituricensis.
O. Henricus Guyot, Andegavus.

Signatum Bauyn Cancellarius Ecclesiæ et Universitatis Parisiensis

quibus ingenua procumbentibus cum Apostolicâ Benedictione licentiam docendi et faciendi Medicinam impetravit Cancellarius. tum M. Antonio Joanno Daval qui primum Licentiæ gradum obtinuerat, Quæstionem de vocis organo et instrumentis proposuit, cui ubi Satisfecit, Cancellarius, Decanus et Licentiati ad Templum Beatæ Mariæ se se contulerunt, ubi proestito Super Evangelium Juramento, pro exantlatis feliciter Licentiæ laboribus, Deo optimo maximo gratias egerunt ampli=
=ssimas.

Die Veneris 21.° Augusti horâ post meridiem sesqui=
=tertiâ, Convocatis in Scholas Superiores Doctoribus, Bur=
=sarum partitio definita est.

Die Mercurii 1.° 7.bris habita sunt Comitia Prima Mensis de morbis grassantibus, qui fuerunt Exanthemata, Erysipelata, Gutturis et Pectoris inflammationes, Variolæ benignæ.

Die Mercurii 15.° 7.bris convocati sunt in Scholas Superiores Doctores omnes medici horâ 9.â matutinâ de Re ad officinarum Pharmaceuticarum lustrationem pertinente deliberaturi. his in Comitiis exposuit Decanus Die Lunæ 6.° 7.bris cum lustrarentur, ut moris est, à facultatis Deputatis Pharma=
=copoeorum Parisiis degentium officinæ, sibi à duobus Rei Tormentariæ Pharmacopoeis dictis Giraudenc et Julien denegatam fuisse medicamentorum in eorum officinis asservatorum exhibitionem, ex eo quod, inquiebant, aberat Medicus Rei Tormentariæ, quem huic lustrationi interesse debere contendebant juxtà Majoris Consilii Arestum quoddam facultati nostræ non denunciatum:

cujus quidem recusationis itemque facultatis protesta=
=tionis adversus dictam recusationem Instrumentum
Juridicum illicò constructum fuerit. cum autem adversus
dictos Rei Tormentariæ Pharmacopoeos summo jure
procedere decrevissent Pharmacopoeorum Parisiensium
Custodes, postulaverant à Decano duobusque Pharmaciæ
Professoribus ut vellent secum intercedere et libellum
supplicem urbanæ Politiæ Propraetori porrigere, quod
quidem præstare recusaverant Deputati quia talem
intercessionem inconsultâ facultate se non posse concedere
judicaverant. addidit Decanus Pharmacopoeorum
Parisiensium Custodes jamdudùm litigare cum dicto
Julien, ob inventa apud eum anno superiore, tempore
lustrationis officinarum, deterioris qualitatis medicamenta,
hunc porrò ea de causâ sententiâ urbanæ Politiæ
Propraetoris fuisse mulctatum, à quâ quidem sententiâ
dictus Julien provocaverit ad Curiam Majoris Consilii
virtute Privilegiorum Pharmacopoeis Rei Tormen=
=tariæ attributorum. Parisienses autem Pharmacopoeos
ad magnum Consilium provocatos, hac in Curiâ
litigasse, proindeque hanc jurisdictionem agnovisse,
quæ deinceps tulerit Arestum quo statuitur ut
inpostorùm lustratio officinarum apud Pharma=
=copoeos Rei Tormentariæ instituatur tantummodò
præsentibus Medico et Pharmacopoeo Rei Tormentariæ;
hoc Arestum fuisse Pharmacopoeis Parisiensibus
denuntiatum, qui nunc hanc majoris Consilii juri=
=dictionem declinare volunt, et eos ideò facultatis
intercessionem enixè postulare, cum hucusquè
inconsultâ neque nominatâ facultate, sed suo proprio
nomine egerint in hac causâ Pharmacopoei Parisi=
=enses. quibus auditis, Re in deliberationem missa, visum
est omnibus, equidem summo jure agendum esse adversus
Rei Tormentariæ Pharmacopoeos officinarum suarum
lustrationem more solito fieri recusantes, sed satius
esse ut facultas seorsim et proprio suo nomine procedat,
ne juris nostri æquitas inconcussa, dubio fortè Pharma=
=copoeorum jure, litiumque ab iis inconsideratè motarum
ambagibus infirmetur, cæterùm consulendum super
eâ re facultatis Patronum et sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Iisdem in Comitiis Dixit Decanus sibi à D°. Pothuyn
in Castelleto Parisiensi Causarum Procuratore;

D. Rigault quondam facultatis in eâdem Curâ Procu=
ratoris Successore oblatam fuisse Schedulam Impensarum
in variis Litibus pro facultate olim factarum a dicto
Rigault, quæ quidem Impensæ ad Summam 600. tt exur=
gebant, et rogaverunt omnes Decanum ut hoc negotium
volit serio perpendere et de eo facultati referre.
Die Veneris 1.o 8.bris habita sunt in Scholis Superioribus
menstrua facultatis Saluberrimæ Comitia de morbis
grassantibus, qui fuerunt febres malignæ, Exanthemata,
Eresipelata, Colici dolores.
Die Martis 5.o 8.bris convocati sunt in Scholas Supe=
=riores per Schedulam ab Apparitoribus delatam
Doctores omnes Medici horâ post meridiem 3.â —
Rationes prioris anni Secundi nostri Decanatûs —
audituri, quibus in Comitiis lectæ, auditæ et probatæ
Sunt â Doctoribus omnibus dictæ rationes et præsentium
Chirographo Subsignatæ.
Die Lunæ 18.o 8.bris Divo Lucæ orthodoxorum
medicorum Patrono Sacrâ, missa Solemniter
more Solito celebrata est in Scholarum Sacello,
magno adstante Doctorum numero, posteà vocati
per majorem Apparitorem Doctores convenerunt
et habita sunt Comitia in quibus plura Decreta
recitata sunt ut moris est, et Apparitores coram
facultate deposuerunt fasces, intromissi deindè
Baccalaurei appositâ Super Evangelium manu
Solitum denuò præstitere Sacramentum. mox acces=
=serunt Apparitores, quibus de consensu Doctorum
omnium fasces restitutæ sunt Solito præstito Jura=
mento.
His peractis 1.o Decanus à facultate postulavit an
non decentius foret ac convenientius, ut in Comitiis
non admitterentur Bidelli, dum singuli Doctores
suas ordine proferunt sententias, eâ ratione quæ propo=
nuntur et decernuntur in Comitiis, nec sciri, nec
eliminari contingeret. hoc Decretum jam antea
latum Die Mercurii 19.â 8.bris 1712 Decanum agente
M.o Philippo Douté, nescio quo fato inobservatum
remansisse. Rogatis super eâ re singulorum Doctorum
Suffragiis, voluerunt omnes ut deinceps Bidelli
arcerentur à Comitiis omnibus, sive majoris, sive
minoris momenti negotia tractarentur, sed adstarent
pro foribus et Majoris Apparitoris loco è præsentibus
Doctoribus qui sederet Junior nomina Doctorum
appellaret, ut sententiam suam ordine suo dicerent.

atque ita ex unanimi omnium consensu conclusit.

H. T. Baron Decanus

2.° dixit Decanus se juxta Decretum facultatis latum Die Mercurii 15.ª 7.bris D.um Buirette facultatis Patronum consuluisse super lite mota Pharmacopoeos inter Parisienses et Rei Tormentariae Pharmacopoeos legitque coram facultate praedicti Patroni consilium cujus haec erat summa:

1.ment Il est indubitable que la faculté de Medecine est bien fondée à diriger son action contre les S.rs Julien et Giraudenc Apoticaires de l'Artillerie qui ont refusés de subir la visite.

2.nt il est certain que c'est au Parlement et aux Juges de son ressort à qui appartient la Police universelle ausquels il faut que la faculté s'adresse pour faire informer des contestations concernant la visite des Medicaments.

3.nt quand on fait reflexion aux fausses demarches du corps des Marchands Apoticaires de Paris il est impossible de determiner la faculté de se joindre a luy. depuis la Sentence du 12 fevrier 1734 les Apoticaires Privilegiés se sont pourvûs au grand Conseil, ils y ont obtenu l'Arrest du 27 Mars dernier, les Apoticaires de Paris se sont presentés au grand Conseil ils y ont procedés, c'est avoir reconnu la juri=
=diction et s'y estre soumis, si les Apoticaires de Paris sur la nouvelle contravention decritte dans le Proces verbal du 6. 7.bre 1734 se pourvoyient au Chatelet les Apoticaires Privilegiés ne manqueroient pas de se pourvoir au grand Conseil, en consequence de l'instance qui y est deja pendante et d'y demander l'evocation de la nouvelle demande, si l'on resiste a l'evocation de la naistra un Reglement de Juge au Conseil Privé, instance toujours tres dispendieuse et dans la quelle il ne convient point que la faculté de Medecine soit partie, soit pour ne point compromettre ses droits, soit pour n'estre point engagée dans une depense considerable. il y a donc tout lieu de decider que la faculté de Medecine ne doit point se joindre aux Apoticaires, qu'elle doit pendant un temps estre spectatrice de ce qui se passera pour prendre ensuitte le party que la prudence et les circonstances suggereront.

quibus auditis, censuit facultas, standum esse consilio Patroni D.ni Buirette et sic conclusit.

H. T. Baron Decanus

3°. retulit Decanus se Schedulam Impensarum à Domino
Pothuyn oblatam examinasse, et deprehendisse earum
Litium Impensas ante 30 annos à D°. Rigault factas
fuisse ei quæ ex maximâ parte persolutas, eundem D.num
Pothuyn anno 1716 M°. J.ni B.ta Doye Decano hanc
Schedulam obtulisse tunc temporis ad quingentas tantum
libellas coeurgentem cujus quidem postulationis facultatem
nullam rationem habuisse videretur, ut pote quod jam
anno 1716 diu dum præscriptæ fuerunt dictæ Impensæ.
quibus auditis, Censuit facultas nihil super eâ postula=
=tione statuendum esse ut anno 1716, ita ut si quæ dictus
Pothouin præ manibus habuerit ad facultatem
pertinentia Instrumenta Archetypa reciperentur
à Decano.
4°. rationem reddidit Decanus negotii ad Bibliothecam
pertinentis, dixit quod se juxtà Decretum facultatis
latam die 1°. Junii insistendo intercessioni nomine
facultatis factæ apud D.num Gervais pecuniæ à M°.
francisco De Belestre derelictæ sequestrem, ne eâ
pecuniâ suas vacuaret manus, donec discussa fuerint facultatis Jura
huic inquam intercessioni insistendo prohibuisse
quominus hæredes M.i f.ci Picoté De Belestre
ex dictâ pecuniâ delibarent summam decem millia
libellarum ipsis adjudicatam senatus Consulto
in mense Aprili insciâ facultate ab iis subrepto, eadem
hæredes omnia molitos fuisse ut facultas ab inter=
cessione suâ desisteret, quod quidem recusaverat
Decanus, veritus ne prælibatâ summâ decem
millia libellarum pecuniæ solidæ, illud quod super=
=esset jam institutioni Bibliothecæ perficiendæ,
solvendisque pluribus aliis Impensis minus sufficeret,
neve negotium istud in longum protraheretur nimis,
cum tantam accepissent pecuniæ summam dicti
hæredes; eos verò accipiendæ pecuniæ impatientes
pluribus oblatis libellis supplicibus à senatu
postulavisse ut hæc summa de 10000.tt sibi provisi=
=onaliter ut aiunt, concederetur, et obtinuisse
senatusconsultum, vulgò dictum un Arrest
d'appointé a mettre, quo M.er De Vienne Curiæ
senator integerrimus hujus Litis relator designabatur.
Decanus autem cum M°. Antonio Casamajor
Clarissimi senatoris medico et cum M.is Nicolao
le Tellier et Baron filio integerrimum dictæ Litis

Relatorem inviserat jus facultatis commendaturus, ei que libellum obtulerat Rationum nostrarum momenta continentem; quem quidem Senator Illustrissimus facultatis Deputatos honorificè admodùm excepit et ordinis nostri publicæ utilitati invigilantis commoda maxime commendata habiturum promisit. Sed quisnam fuerit hujus Litis eventus, superveniente Vacationum tempore scire non potuit Decanus.

Die Martis 19.ª 8.bris Postridie Divi Lucæ plurimi in Scholas Superiores convenere Doctores et interfuere Sacro Solemni pro defunctis Doctoribus celebrari Solito, peractis rebus Sacris ad Comitia ventum est, in quibus circà horam 11.am comparuerunt paucis ante diebus a majore Bidello more Solito compellati Barbitonsorum Chirurgorum Præpositi quatuor absente primi Chirurgi vicario, Præposito perpetuo. Catalogum Suum obtulerunt Præpositi et Solitum vectigal quinque librarum cum quatuordecim Assibus persolverunt; Sed cum nec adesset Primarii Chirurgi vicarius, nec Præpositi rogati Catalogum Suum Subsignare voluerint et Solitum præstare Juramentum recusaverint de eorum comparitione protestata est facultas per Accensum qui sequens Instrumentum illicò construxit.

Proces Verbal

L'an 1734 le 19 8.bre Sur les dix heures du matin, nous Pierre Simon Robinet huissier du Roy aux Requestes du Palais du Parlement de Paris y demeurant Rüe des Graviliers Paroisse S.t Nicolas des Champs Soussignez à la Requeste de M.rs les Doyen et Docteurs Regens de la faculté de Medecine en l'université de Paris, nous Sommes transportés aux Ecoles Superieures de la ditte faculté, Scises à Paris Rüe de la Bucherie Paroisse S.t Etienne Du Mont ou ils ont eleû leurs domiciles pour faire nostre Proces Verbal de ce qui se doit passer les dits jour et heure au Sujet du Serment accoutumé que les Lieutenant et Prevosts des M.tres Chirurgiens Barbiers de Paris Sont interpellés de preter à la ditte faculté, au nom et comme representans leur Communeauté, lesquels en pretant le dit Serment doivent payer un Ecu d'or de cent quatorze Sols et presenter le Catalogue de leurs M.tres, Signé d'eux en execution des anciens usages et Reglements

renouvellés par les Concordats de 1577 et 1644 desquels
l'Arrest du 7 fevrier 1660 a ordonné l'execution, lesquels
Prevosts au nombre de quatre scavoir Pierre Simon Rohault,
Charles Dorlet, Georges Gerard, et Antoine Andouillé
sont entrés en l'assemblée de la ditte faculté, auxquels
le dit sieur Doyen de la faculté a demandé si leur Lieu=
=tenant estoit avec eux, ainsy qu'il y est obligé, lesquels
ont repondu que non, le Doyen les a requis de preter le
serment accoutumé qu'ils ont toujours cy devant prestés
et ce sans prejudice a se pourvoir contre l'absence du dit
sieur Lieutenant, lesquels ont repondu qu'ils n'en preteroient
aucun, et ensuitte les dits Prevosts ont presentés sur le
Bureau de la ditte faculté une feuille de Papier plié
qu'ils ont dit estre la liste de leur Communeauté, laquelle
ils ont refusés de signer et de parapher quoy qu'ils en
ayent estés requis par le sieur Doyen, les dits Prevosts
ont aussy presentés sur le Bureau un Paquet de papier
plié dans lequel Papier s'est trouvé la somme de
cent quatorze sols pour la redevance ordinaire et ensuitte
ils se sont retiré.

De laquelle Comparution Mrs les Doyen et Docteurs
Regens de la faculté de Medecine ont protestés et
protestent de nullité, comme n'etant point conforme
aux Concordats et à l'Arrest de 1660 et à l'usage
ordinaire peu convenable à l'honneur qu'ils doivent
à la faculté de Medecine sous la dependance de
laquelle ils sont suivant les Patentes du Roy
du Mois de Mars 1656 Registrés en la Cour de
Parlement le sept 7bre de la même année, la
faculté ne pouvant approuver le Catalogue qui
luy a esté presenté de tous ceux qu'il comprend
sous le nom de Mrs les Chirurgiens Jurés de Paris,
parceque la faculté ne doit reconnoistre pour
Chirurgiens Jurés que ceux qui ont esté receus
de son consentement et approbation suivant
l'ordonnance de Blois, les Concordats et Arrests,
apres avoir observés touttes les formes requises au
sujet de leur reception ‡ et de faire juger incessament
l'enterinement des lettres qu'elle a prises en forme
de Requeste Civile contre l'Arrest du onze Mars
1724 et nous a pareillement requis de luy donner
Acte de la Comparution des dits Prevosts et des
dittes protestations, comme aussy de signifier et

‡ auquel cas leur Cata=logue doit estre intitulé Catalogue des Maitres Chirurgiens Barbiers et non liste de Messieurs les Chirurgiens Jurez; pourquoy la ditte faculté nous a requis de signer et parapher le dit Ca=talogue ne varietur pour luy servir et va=loir en temps et lieu ce que de raison, ce que nous avons fait au desir de nostre pre=sent Procès verbal et dont nous avons donné acte a la dite faculté aux protes=tations par elle de se pourvoir contre tout ce qui peut luy faire prejudice dans la dite Comparution.
H.T.B.

bailler copie du present audit Lieutenant, Prevosts et Communeauté des M.tres Chirurgiens Barbiers en leur Bureau a cequils n'en ignorent et a M.re Baron Doyen de ladite faculté signé avec nous le present Proces verbal pour et au nom et en presence de ladite faculté a laquelle nous avons donné Acte de tout ceque dessus dont acte. H. T. Baron Doyen.

Robinet.

Controllé à Paris le 20 8.bre 1734 Le Grand

Et ledit jour 19 8.bre audit an 1734 apres midy a la Requeste de Messieurs les Doyen et Docteurs Regens de la faculté de Medecine de l'Université de Paris qui ont eleû leur domicile en leurs Ecoles Superi=oures Seises à Paris Rüe De la Bucherie Paroisse S.t Estienne Du Mont, nous Pierre Simon Robinet huissier du Roy aux Requestes du Palais du Parlement de Paris y demeurant Rüe des Gravilliers Paroisse S.t Nicolas Des Champs soussigné avons signifié, baillé et laissé copie aux sieurs Lieutenant, Prevosts et Communeauté des M.tres Chirurgiens Barbiers de Paris en leur domicile et Bureau de leur Commu=neauté Seize à Paris Rüe des Cordeliers en parlant au Portier qui à refusé de dire son nom de ce inter=pellé Suivant l'ordonnance du Proces verbal de ce=jourdhui cy devant des autres parts transcrit a cequils n'en ignorent et leur avons en parlant comme dessus laissé copie dudit Proces verbal et du present, et reiteré les protestations portées audit Proces verbal.

Robinet

Controllé à Paris le 20 8.bre 1734 Le Grand

Vocati deindé fuerunt Pharmacopoei Parisienses Praetoriani qui adfuerunt cum suo Syndico et omnes apposita super Evangelium manu solitum praestitere Juramentum

Iisdem in Comitiis legit Decanus Decretum pridie latum de arcendis à facultatis Comitiis Apparitoribus et illud confirmandum esse censuerunt omnes sicque conclusit H. T. Baron Decanus

Postea exposuit Decanus ultimo Mense Martio fuisse Decretum a facultate et negotium M. Francisci Josephi Hunauld adversus Barbitonsores Chirurgos tanquam facultati proprium haberetur; eum in hoc negotio persequendo, quod ipsi concitaverat ejus in ordinem nostrum officiosa sedulitas Barbitonsoribus Chirurgis invisa, plures impensas confecisse, atque cum omnes unâ voce hos sumptus ex aerario facultatis ipsi restituendos esse decrevissent, rogavit Decanus, an non decentius foret et facultate nostrâ dignius, si loco pecuniae certus quidam calculorum argenteorum numerus M^{o} f^{co} J^{pho} Hunauld offerretur, Re in Deliberationem missâ, rogatisque singulorum Doctorum sententiis, censuerunt omnes M^{o} f^{co} J^{pho} Hunauld centum calculos argenteos nomine facultatis esse dono dandos, tum in restitutionem Impensarum ab eo suppeditatarum in negotio suo adversus Barbi=
=tonsores Chirurgos, tum in testimonium gratitudinis ordinis nostri, pro collatis ab eo in facultatem nostram officiis et sic cum omnibus conclusit.

H. T. Baron Decanus

Deinde M^{o} Davidi Vasse postulanti concessum est, ut propter collata ab eo in facultatem officia non memorentur deinceps in Decani Rationibus triginta tres librae quas facultati debebat pro Capitatione suâ anni 1729 quae quidem 33 libellae ipsi à facultate remissae sunt et sic conclusit.

H. T. Baron Decanus

Denique quod verba fecit M^{er} Jacobus Antonius Millet primus Pharmaciae Professor timendum esse, ne contra conclusionem pridie latam dictus Pothuin Pharmacopoeorum Parisiensium in Castelleto Procurator aliquid faceret facultatis nomine in lite adversus Pharmacopoeos Rei Tormentariae, eo magis quod prae manibus haberet instrumentum juridicum die 6° 7^{bris} apud dictum Giraudenc et Julien confectum Decani et Pharmaciae Professorum Chirographis munitum, censuit facultas juridice intercedendum esse ne quid dictus Pothouin invitâ facultate moliatur adversus Rei Tormentariae Pharmacopoeos et super eâ re consulendum facultatis Patronum atque sic conclusit

H. T. Baron Decanus

Itaque eodem Die de Consilio D.r Burette facultatis Patroni sequens Actum D.o Bolhouin Pharmacopoeorum Parisiensium Procuratori denunciari curavit Decanus.

L'an 1734 le 19.eme jour d'octobre a la Requeste des Doyen et Docteurs Regens de la faculté de Medecine en l'uni=versité de Paris pour lesquels domicile est Esleu en leur Ecolle Scize Rüe de la Bucherie paroisse S.t Estienne Du mont, j'ay Germain Sauvé Doyen des Huissiers ordinaires du Roy en sa Chambre des Comptes à Paris y demeurant sur l'aisle du Pont Marie Paroisse S.t Louis Souffigné, Signifié et declaré à M.tre Bolhouin Procureur au Chatelet en son domicile Rüe S.te Croix De la Bretonnerie en parlant a son Clerc qui n'a voulu dire son nom de ce interpellé suivant l'ordonnance, que la ditte faculté de Medecine n'entend point qu'il occupe pour elle en aucunne instance sans un pouvoir special de sa part et notament dans la cause et instance que les M.tres et Gardes du Corps des Marchands Apoticaires De Paris pretendent avoir en la Police ou autres jurisdictions contre les Apoticaires de l'Artillerie Sauf a la ditte faculté de Medecine a deliberer et prendre le party qu'elle jugera a propos, de faire choix de telle Jurisdiction et Procureur qui luy conviendra, protestant que tout ce qui auroit esté fait ou seroit fait par le ministere de M.tre Bolhouin sans aucun pouvoir de la ditte faculté ne luy pourra nuire ny prejudicier, a ce qu'il n'en ignore et luy ay en parlant comme dessus baillé et laissé copie du present Exploit Sauvé.

Die 25.o 8.bris Decanus nomine facultatis M.o francisco Josepho Hunauld, juxta Decretum latum Die 19.o 8.bris centum obtulit Calculos argenteos, contentos eleganti marsupio, quod privato suo nomine dono facultati adjecerat M.r Joannes Damianus Chevalier.

Die Sabbati 30.a 8.bris postulante M.o Urbano Leaulté Collegâ clarissimo, convocati sunt per Juramentum Doctores omnes Medici in Scholas superiores, horâ post meridiem 3.a M.um Urbanum Leaulté de formâ Decanum et Professores eligendi dicentem audituri et deliberaturi. quibus in Comitiis coram omnibus declaravit Decanus, siquidem hæc indixisse Comitia ut audiret universus ordo quid reprehensione dignum

Judicaretur à M.º Urbano Leaulté in Solitâ Decanum
et Professores eligendi formâ, ut quae provideret facultas
incommodorum, si quae reverâ animadverterentur, Refor=
=mationi. verum addidit Decanus in hisce Comitiis
formam hanc à majoribus nostris fideliter transmissam
nequaquàm immutari posse, aut saltem se talem
Sententiam Conclusione Suâ non esse firmaturum, ut pote
quod Statuta ex Regis et Senatus authoritate manantia,
ad quorum normam agendi rationem suam dirigere
Solemni Jurejurando tenetur Decanus, Conclusionibus
Suis nec debeat, nec possit evertere. interim accessit
M.er Urbanus Leaulté qui proposuit ut in distribuendis
Scholae muneribus, loco Sortis, quae plerumque caeca
est, Scrutinium deinceps adhiberetur, ita ut ex tribus
Doctoribus qui unicuique muneri proponuntur ab
Electoribus, is qui plura obtinuerit Suffragia Decanus
et Professor renuntietur. quibus auditis orta est
ferè omnium reclamatio, Statuta Servari volentium.
receptam huc usque et Statutis praescriptam Electionis
formulam, Sapientissimé institutam, et munerum
ambitioni removendae, et fovendae inter Doctores
concordiae maximé conducere; Methodum verò
propositam, prohibitae prehensationi plurimùm
favere, Suscitandae que inter animos discordiae
efficacissimam esse; porrò si (quod vix credibile est)
quae Solitam eligendi formulam adhibendo subsecuta
fuerint incommoda, ea non ex Electionis formâ
processisse, Sed potius ex eo quod haec methodus, qualis
praescribitur Statutorum Articulo 60, non satis
Scrupulosé fuerit observata. tùm declaravit M.er
Urbanus Leaulté, Se bono animo et in facultatis
utilitatem maximé propenso, mox à Se proposita
protulisse, Sed cum ea minùs utilia facultati viderentur,
à petitione Suâ libenter discedere professus est; undè
Surrexit Decanus et Soluta Sunt Comitia.
Die Jovis 4.º 9.bris habita Sunt in Scholis Superioribus
menstrua facultatis Comitia in quibus actum est
de morbis grassantibus, qui fuerunt febres inflamma=
=toriae cum alvi fluxibus, morbilli, Erysypelata faciei,
febres Tertianae et quartanae
Die Sabbati festum omnium Sanctorum proximé
Sequenti Mensis 9.bris 6.º Convocati Sunt à Magistro
Hyacintho Theodoro Baron Decano Doctores omnes
Medici in Scholas Superiores, horâ 10.ª matutinâ

post Sacrum Decanum et Professores, necnon Examina=
=tores Rationum posterioris anni nostri secundi Decanatûs
Electuri 1º. Decanus coram facultate deposuit in arcâ
facultatis in Sacrario collocatâ, Pacta Conventa
Autographa, inita facultatem inter et Pharmaco=
poeos Parisienses, atque etiam facultatem inter et
Pharmacopoeos Praetorianos, eorum omnium à centum
annis Chirographo munita, tùm et Exemplar Auto=
graphum Senatûs consulti lati adversus Barbitonsores
Chirurgos anno 1660 deinde Sorte ducti sunt Exami=
=natores Rationum posterioris anni nostri Secundi Deca=
=natûs, tres nempe de majori ordine M.i Urbanus
Leaulté, Claudius Du Cerf et franciscus Bailly.
totidem de minori ordine M.i Ludovicus Joannes
le Thieullier, Claudius Desiderius fremont, et Hyacinthus
Theodorus Baron Decani filius qui de consensu
facultatis in sui locum Suffecit M.um Joannem
Baptistam Thomam Martineng et sic conclusit.

H. T. Baron Decanus

Posteà habitae sunt à Decano et Professoribus
è munere decedentibus, tùm etiam à M.o francisco
Josepho Hunauld pro eleganti calculorum argen=
=teorum munere ei à facultate concesso, gratiarum
actiones, quibus finitis, quinque sorte ducti sunt,
ut moris est, Decani et Professorum Electores, qui tres
omnium dignissimos Doctores appellaverunt in
Decanum, ex quibus Sorte ductus est M.er Michael
Ludovicus Reneaume, qui intra manus Decani
è magistratu decedentis Solito jurejurando devinctus
Insignia Decanatûs ab eo recepit, et ab universo
ordine Decanus renuntiatus est.

Hanc autem orationem habuit Decanus antequàm
è Magistratu decederet, quam quidem in hoc
volumine describendam esse censuerunt plurimi
Doctores quia quadruplici nostri Decanatûs
historiam compendiosè delineatam exhiberet.

Jam tandem quartus emeritus est annus,
V. M. ex quo conspirante honorificentissimo
Suffragiorum consensu, operosissimo Decanatûs

munere, nos non talia meditantes, voluistis esse condeco=
ratos. juvat nunc sublime istud onus, splendida haec
ornamenta deponere, et vobis omnibus, pro tam
singulari munere, grates rependere in aeternum
duraturas.

In eo autem exercendo, multos sudores, vigilias
plurimas, et labores assiduos experti fuimus. magnae
sollicitudines, curae, difficultates, molestiae nobis
devorandae fuerunt, sed iis omnibus pepercimus
nunquam; imò tempus, fortunam, opes, valetudinem,
omne denium quod fuit in nobis generosè consecravimus,
ut scholae vestrae celebritas ac fama utiliter inala=
=vesceret, disciplina floreret incorrupta, jura vestra
tuerentur, firmarentur privilegia, debita solverentur,
minuerentur impensae, bona amplificarentur,
pax demùm et concordia, quae fuit omnis nostra
fortitudo, vigeret inter vos. liceat nunc in portu
laborum feliciter exantlatorum leviori penicillo
dulcem adumbrare memoriam.

Cum primum rerum facultatis gerendarum
provinciam suscepi, debitis onerabamur usque=
=dum inauditis, impensae urgebant faciendae, nostrae
erat, et est adhuc, res angusta domi. debita vestra
protinus et in integrum persolvimus, omnibus impensis
satisfecimus, Domûs vestrae fundum alieno sumptu
amplificavimus, reditum auximus, posthac augendum
amplius. tandem oeconomiâ nostrâ et vestrâ libe=
=ralitate effectum est, ut quae mihi à facultate
debebitur summa optatam ferè attigerit medio=
critatem.

nec in asservando laudabiles ordinis nostri
consuetudines, minorem quam in administrandâ
re familiari, impendimus operam. ut veneranda
scholae disciplina à Doctoribus, Professoribus
et Baccalaureis observaretur, vigilanter allabo=
=ravimus. Baccalaurei numerosissimis scholae
actibus modestè et assiduè interfuerunt, et ut
adessent, omnibus exercitiis ipsi diligenter adfuimus.
Doctoribus solummodò togatis ac praesentibus, et
honorarium accipere, et praesentiam chirographo
testari licuit. absentes à curâ pauperum mulctati
sunt diligenter. Professores impositam sibi spartam

Cum laude et diligentiâ adimplevere; adeò uti per Decanatûs nostros, orantibus Professoribus, Secantibusque Chirurgis, Sanguine decem Cadaverum nostra madduerint Amphitheatra. nostri Conventus fuere legitimi, necessarii, frequentati, pacati et omnes, si exceperitis ultimum, elicitâ conclusione definiti.

Demum ut pacem, concordiam, amicitiam inter Collegas servarem, omnibus æquus, invisus pœnè nemini accessi, pronus animo, obvius Benevolentiâ occurri, malefacta, Benefactis; inhonesta honestis pertegi. Si quis Severiorem aliquandò agendi rationem nos exhibuisse redarguat, id concedat Decano, cui Summa Semper fuit et inviolata Religio facultatis placita et jussa fideliter exequi.

Parca crudelis nobis eripuit undecim celeberrimos Collegas, quos flevimus, et quorum carissimis manibus, non simplici, sed solemni ritu piè parentatum est, invitatis ad Sanctum istud officii genus singulis Doctoribus. verùm flebilior fuisset tot Collegarum jactura, nisi hanc fœcundissima Proles Baccalaureorum reparasset: horum scilicet numerus Surrexit ad viginti quatuor, et ità adoleverunt omnes, ut probatæ doctrinâ, probis moribus instructi meruerint qui Laureâ Doctorali coronarentur.

Quod paucis contigit Decanis geminos Archiatros facultatis nomine et jussu cum Deputatis invisimus, Salutavimus; apud eos verba cum faceremus, emicères vestras commendavimus, vobisque faventes ac propitios reddere sategimus. ex Archiatris unum, sic decernente facultate, ad prandium invitavimus, et illum Basilico vestitu in Scholis Superioribus accepimus, festum cohonestante lectissimâ Collegarum catervâ.

Pharmacopoei ad arbitrium medicamina componentes, lege ac Regulâ coerceri indigebant, nondum promulgata lex erat, quia nondum absoluta. non pauca igitur quæ ad Codicis medicamentarii complementum desiderabantur, diligentissimè ac laboriosissimè a nobis perfecta sunt, legiferque Codex cum Senatûs authoritate curâ nostrâ prodiit, ægrotantibus securitatem, Medicis certitudinem, Pharmacopoeis constantem Regulam allaturus.

Interim omnibus eorum Actibus interfuimus, præ=
=fuimus, apud eos de Theriacâ, Mithridatio, orvietano-
coram illustrissimis Magistratibus differuimus. demum
ut Pacta Conventa ab iis observarentur, ita Solliciti
fuimus, ut unâ vice delinquentes, de officio Statim
moniti per Accensum obtemperarint.

Chirurgos verò favore Superbientes in officio con=
=tinere fuit arduum; aggredi non adeò tutum Siluimus
itaque Sperantes æquiora tempora. verùm si ambiguas
declinavimus prudenter lites, certas viriliter intentare
non omisimus. Chirurgum Livernelbe manifeste
prævaricantem, Summi Proprætoris judicio damnatum,
per plateas affigi, per urbis quadrivia proclamari
curavimus.

Cadaver non oblato mihi libello Supplice à Magis=
=tratibus Subreptum, ex Chirurgorum Amphitheatro
repetivimus, prohibuimus ne deinceps è Nosocomiis
Subriperent Cadavera, effecimusque ut Barbitonsorum
Præpositi, me præsente, ab urbanæ Politiæ Proprætore
gravissimis verbis increpati, officio Suo posthac non
defecerint.

Sed quod lites etiam optimas longè Superat, et
Chirurgos Summoperè contristavit, æternùmque
contristabit, dignum est illud Scholâ vestrâ institutum,
quod Illustrissimi Archiatrorum Comitis, Aulæ
et Urbis Principum, omniumque Regni et Europæ
Medicorum laudes et approbationes vobis conciliavit.
Intelligitis profectò V. M. Exercitationes Anatomicas
et Chirurgicas, in quibus exequendis Baccalaureorum
peritiam, Sagacitatem, dexteritatem, industriam
probavistis, laudavistis, mirati estis. tantæ molis operi
extremam manum admovere erat difficile, nisi
Clarissimus Collega D.us Hunauld eruditam nobis
Suam præbuisset opem, et in exercendis Baccalaureorum
manibus Sedulam non contulisset operam.

Quod Spectat ad Universitatem, est quod vobis,
mihique plurimum gratuler, V. M. quod eam per
magistratus nostros experitus fuerim, vestris materno
verè affectu rebus auxiliantem; quid enim est quod
ab illa petierim et non obtinuerim? memorabo ne
procellosa illa Decanatus nostri tempora, cum ardimus
Academiam nostram, cæterarum principem et
matrem perniciosis impugnatam telis. tunc ver
potentissimus, venerandam Regis potestatem,

Supremam Ministrorum authoritatem armaverat contra nos; jam insontes, nec auditi plectebamur, Professores exilio damnati, fugam petierant, et celebrium Doctorum grex dispersus ruinæ erat proximus. his in angustiis clamavimus ad Universitatem, et exaudivit nos, sub umbrâ alarum suarum protexit nos, deputata est ad Regem et Regni Administros, vocibus et scriptis eos flectere conata est, et majora adhuc fecisset pro nobis, nisi cecidisset potens.

Si fuit utile quondam, ad Scholarum famam ac celebritatem illustrandam, habuisse collectam pretiosorum voluminum congeriem, quam nescio quo fato perditam dolebamus; nonne Decani gloriæ vestræ cupidissimi munus erat, tantam jacturam, novâ librorum accessione, si daretur occasio, reparare? oblata est. V. M. eximiâ liberalitate munificentissimi Collegæ D. De Belestre, et eam eò avidiùs arripuimus, quod sperandi locus erat, fore ut cœpta nostra fortunarentur. ergò intensâ curâ, assiduis sollicitationibus, tum apud Magistratus, tum apud Testamenti Curatorem, ita profectum est, ut curiosa hæc Bibliotheca sit vobis patrimonium, vel subtiliori cavillatione nunquam eripiendum. mandatum hoc facultatis agro semen miré fœcundavit liberalior munificentia nobilis fœminæ D.æ Amelot et venerandi Collegæ D. Hecqueti, adeó ut in Aulâ majori sex circiter selectissimorum millia voluminum numerentur, cum pluteis ad illos continendos et tutó collocandos elegantissimis.

Perhonorificam hanc Bibliothecæ publicæ institutionem, suppeditatis omnibus impensis, promovere decreveram, sed horum sumptuum delibationem ex hæreditate M. De Belestre à Senatu petendam esse satiùs existimavistis. igitur à quindecim mensibus oblatus est supplex libellus, ex quo tempore, orare, supplicare, amicos occupare, Magistratus principes adire, sollicitare, nobis propitios reddere non destiti; nec consummatum est opus. fruatur ergó nostris laboribus, qui mox renuntiabitur Decanus, hac in parte me felicior, sed non vigilantior.

Hæc quidem omnia aliaque bene multa, quorum magna pars fuistis, V. M. quæque brevitatis causâ prætermitto, fuere a nobis instituta, observata, amplificata, consummata feliciter, sed plurima

et quidem gravissimi momenti, supersunt facienda.
Lis magna adversus Chirurgos tandem venit diri=
menda. Bibliotheca summis parta laboribus erigenda
est ad publicam utilitatem. Scholæ inferior Aula,
obsita squallore, decorari; hujus scamna mensilas
vix hærentia, reparari; Aulæa detrita, laniata,
resarciri: magnorum Statutorum Editio consumpta,
renovari necessario indiget; concordia demum
inter vos religiose retinenda: futuri mox Decani munus
erit vigilantem ad hæc omnia adhibere sollicitudinem.
Eligite itaque VV. MM. Virum nomine celebrem, potentem
opibus, præstantem majestate, probitate et vigilantia
commendabilem, pacis amatorem, qui gloriæ
vestræ sit avidissimus Cultor, rerum vestrarum
cognitor scientissimus, bonorum vestrorum admi=
=nistrator prudentissimus, Statutorum defensor
acerrimus, qui demum sese totum, omnia que
sua vobis generose consecret atque devoveat.
Eligite etiam Professores, scientia et eruditione
venerabiles, claros eloquio, assiduitate infati=
=gabiles, namque ex ore Professorum Scholæ
nostræ fama pendet atque celebritas.

H. T. Baron Decanus

Res gestæ In Academiâ Parisiensi M.° Hyacintho Theodoro Baron Parisino quartùm Decano

a Die Sabbati 7.° 9.^{bris} 1733 ad Diem Sabbati 6.um 9.^{bris} 1734

Anno Domini 1733 Die Sabbati 7.° 9.^{bris} habita sunt apud Rectorem amplissimum M.^{um} Baltazar Gibert, in Collegio Mazarinæo, menstrua Deputatorum Academiæ Comitia, horâ post meridiem primâ, in quibus auditi admissique supplices pro litteris nominationis. jussus est deindè dictus l'Espinasse Collegii S.^{ti} Michaelis Bursarius ut vitæ et studii testimonia proferat à Primario Regiæ Navarræ subsignata, in cujus Collegio litteris humanioribus operam dabat.

Die Sabbati 5.^{a} x.^{bris} in Menstruis Deputatorum Academiæ Comitiis auditi et admissi sunt supplices pro litteris nominationis; plurima deindè ad Collegii S.^{ti} Michaelis administrationem pertinentia decreta sunt. Universitas intercessionem dedit Juratis Pergamenariis adversùs Civem quemdam qui Mercem Pergamenariam, non adito priùs Universitatis foro, nec persolutis Juribus Rectoriis apud se duci curaverat. Bursâ suâ privatus est Petrus la Noville Collegii S.^{ti} Michaelis Bursarius, eo quod juxtà Collegii statuta, ex acto Philosophico cursu magisterium in Artibus non esset consecutus; Consultissimus Jurium facultatis Decanus, ornatissimus Normaniæ Procurator et Quæstor generalis deputati sunt, ut Arcam et pecuniam Academicam ex ædibus Exrectoriis in ædes Rectoris amplissimi deportari curarent.

Die Veneris 11.° x.^{bris} habita sunt apud Mathurinenses

generalia Academiæ Comitia et indè processum est ad ædem Deo Sacram sub invocatione S.ti Andreæ ab Arcubus.

Die Sabbati 19.o xbris Sigillatæ sunt litteræ in Regiâ Navarrâ.

Anno Domini 1734 Die Sabbati 2.o Januarii habita sunt horâ solitâ apud Rectorem amplissimum ordinaria Deputatorum Academiæ Comitia in quibus Consultissimus Jurium Decanus, ornatissimus Normaniæ Nationis Procurator et Quæstor generalis retulerunt se juxta Conclusionem Academici Tribunalis ultimi ex ædibus Ex-Rectoris, in ædes Rectoris Amplissimi Arcam Academiæ transferri curavisse, in quâ Arcâ contineri declaraverunt pecuniæ quidem Academicæ 41000.tt, pecuniæ verò Collegii Trecoriensis 4129.tt eâdem die à Quæstore Universitatis deposita sunt coram Deputatis Pecuniæ Academicæ 5000.tt

Die Sabbati 30.â Januarii Serenissimo Aurelianensium Duci et Primariis Magistratibus Cerei delati sunt de more ab amplissimo Rectore comitantibus singulorum ordinum Deputatis cum adjunctis. antequam autem procederetur Statutum est deinceps singulis diebus quibus Regi, Reginæ, principibus que Magistratibus deferuntur Cerei, Amplissimo Rectori Cerearum Candelarum libras duas, singulis Deputatis et officiariis libram unam, Adjunctis libram semis, Apparitoribus tantumdem esse distribuendam.

Die 1.o februarii Universitas per Deputatos cum Adjunctis Versalias profecta est, Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino, Principibus que viris Cereos oblatura, qui omnes Academiam humanissimè exceperunt.

Die 6.o februarii habita sunt menstrua Academiæ Comitia apud Rectorem Amplissimum horâ post meridiem primâ, in quibus monitus est D.us Grillet Collegii Hubantini Primarius, ut Pensiones annuas ab eo pro pecuniâ ipsi fænori credita jamdudum debitas, solvat tandem, quod ni faceret ante 1.um Aprilis summo jure contra illum ageretur. Statutum est præterea M.um Asselin Collegii Harcuriani Provisorem, alios que Collegiorum Primarios commonendos esse sub pœnis Academicis ut caveant ab eo Universitatis Decreto

discedere quo arma et ignes arcentur a Ludis Aca=
=demicis.
Die 6.a Martii habita sunt apud Rectorem Amp=
=lissimum ordinaria Deputatorum Academiæ
Comitia in quibus Domum Academicam vulgo
l'hotel de l'Université D.o De Calinat pro prætio
4500.tt esse collocandam censuerunt omnes Deputati,
sic requirente M.o Edmundo Pourchot Universi=
=tatis Syndico.
Die Sabbati 13.o Martii in Comitiis ad hoc specialiter
habitis apud Rectorem Amplissimum auditæ sunt
Rationes Quæstoris generalis Academiæ D.i Besogne
pro anno 1733 et ab omnibus Academiæ Deputatis
eorumque adjunctis probatæ et subsignatæ.
Die Veneris 19.o Martii habita sunt apud Mathuri=
=nenses generalia Academiæ Comitia, et inde processum
est ad ædem Deo Sacram sub Invocatione S.ti Jacobi
à Macello.
Die Martis 23.o Martii habita sunt apud Mathu=
=rinenses horâ 7.a matutinâ Deputatorum Academiæ
Comitia ad aperiendum Rotulum et censuerunt
omnes standum esse moribus antiquis.
Die Sabbati 3.o Aprilis habita sunt horâ post
meridiem 1.a Comitia Deputatorum Academiæ
in Mazarinæo, in quibus Decretum est summo jure
agendum esse adversus Collegii Hubantini Primarium
si ante Diem hujus mensis 15.um summam ad
minimum 250.tt Academiæ Quæstori non per=
solveret; deinde deposita est in Arcâ communi
summa 2066.tt 3.s 10.d ad Collegium Treconiense
pertinens. Registrata sunt postulante D.o De
Romigny sacræ facultatis Syndico, statuta quædam
nova ejusdem facultatis ad Litteras testimoniales
à Professoribus concedendas pertinentia, et consen=
=tientibus omnibus Deputatis in Commentariis
Academicis descripta sunt.
Die Sabbati 17.o Aprilis habita sunt apud Amp=
=lissimum Rectorem, horâ post meridiem primâ
Academiæ Comitia extraordinaria: his in Comitiis
pro M.o Enguehard 3.æ scholæ in Cardinalitio
Professoris qui speciali Regis mandato exulare
jussus fuerat intercedendum esse censuerunt
Deputati apud Eminentissimum Cardinalem
Regni Administrum, ipsique scribendam Epistolam
quâ ipsius protectio implorareturad obtinendum

dicti Professoris reditum. iisdem in Comitiis auditæ
Sunt et probatæ rationes Accepti et Expensi quas reddidit
M.er Denise Collegii S.ti Michaelis Sequester.
Die Sabbati 1.o Maii habita Sunt apud Rectorem
amplissimum ordinaria Deputatorum Academiæ
Comitia, horâ Solitâ; in quibus dixit Rector amp=
=lissimus, Se juxtà ultimi Tribunalis Academici
conclusionem Scripsisse ad Eminentissimum Cardi=
=nalem Regni Administrum ad implorandam
illius protectionem pro D.o Enguehard, protulit
que responsum ejusdem Cardinalis Eminentissimi
quo testabatur dictum M.um Enguehard de Cathedrâ
jussu Regio Spoliatum fuisse propter negligentiam
Suam de quâ Magistratus ipsi graviter conquesti
fuerant. Censuerunt omnes rescribendum ad Emin=
=entissimum Cardinalem, rogandumque ut se
exorari patiatur, velletque Juribus Academiæ
patrocinari et M.um Enguehard coràm Academico
Tribunali remittere, negligentiæ Suæ, si convin=
=cetur, Severè puniendum.
Die Jovis 6.o Maii habita Sunt apud Mathurinenses
horâ 7.a matutinâ Deputatorum Academiæ
Comitia et de more celebrata est Synodus Aca=
demica, vocati Sunt omnes Beneficiarii Univer=
=sitatis, laudati præsentes, absentes mulctati
Sunt nummo aureo.
Die Veneris 7.a Maii Sigillatæ Sunt litteræ in
Regiâ Navarrâ.
Die Mercurii 12.o Maii lustratum est Collegium
Hubantinum auditi Sunt Primarius et Bursarii
illiusque Collegii negotia resque familiares
in maximo discrimine et Summâ confusione
versari deprehensum est, Collegiumque debitis
et Creditoribus innumeris oneratum, compertum
esti, de quibus omnibus Instrumentum authenticum
compositum est.
Die Sabbati 5.o Junii in Comitiis ordinariis
Deputatorum Academiæ legit Rector Amp=
=lissimus litteras Sibi ab Eminentissimo Cardinali
Regni Administro Scriptas, quibus patet litteras
Regias antehac datas, quæ M.um Enguehard excludere
jubebant et eum è Suâ Cathedrâ amovebant,
revocari.
Iisdem in Comitiis accessit dictus M.er Enguehard

et protulit litteras Regias quibus revocabantur priores
et gratias egit Universitati; quae censuit praedictas
litteras in Commentariis suis esse describendas.
deindè Academico Tribunali supplicavit M.er
Dionisius Gaullyer Grammaticae Professor in
Sorbonae Classe ut sibi liceret frui Privilegio
Universitatis ad edendum librum cui titulus est
florus avec une version et des notes cujus suppli=
=cationi annuit Tribunal Academicum visis
testimonialibus litteris virorum Academicorum
istud opus comprobantium. posteà comparuit
M.er Grillet Collegii Albantini Primarius
responsurus de variis Articulis in Actu lustra=
=tionis Collegii sui recensitis. Statutum est senatui
Libellum supplicem esse offerendum et huic
exponendum esse hujus Collegii statum ut obviam
eatur ruinae ipsius proximae.
Die Jovis 17.° Junii habita sunt apud Mathuri=
=nenses generalia Academiae Comitia et indè
processum est ad aedem Deo sacram sub Invocatione
S.ti Ludovici in Collegio Mazarinaeo.
Die Lunae 21.° Junii habita sunt apud Rectorem
amplissimum horâ 1.â pomeridianâ Deputatorum
Academiae Comitia ad deliberandum de re
extraordinariâ et urgente, his in Comitiis lectum
est Instrumentum Authenticum quo M.er
Edmundus Pourchot Universitatis syndicus
aetate et morbo poenè confectus syndicatûs munus
purè ac simpliciter abdicavit. lectum est etiam
Instrumentum quo M.er Carolus Coffin olim
in Coadjutorem M.o Edmundo Pourchot ab
Academico Tribunali nominatus, omnia sua
Jura abdicavit. quibus auditis censuerunt
omnes nullum virum huic muneri obeundo
digniorem esse quam M.rum Baltazar Gibert
Rectorem Amplissimum, qui omnium consensu
Academiae syndicus seu Procurator generalis
nominatus est, non quidem quia Rector esset,
sed propter eximiam suam virtutem, collata
que ab eo in Academiam officia. deindè M.er
Gibert Rector Amplissimus designavit D.um
Caron Matheseos in Mazarinaeo Professorem qui
tempore sui Rectoratûs syndicatûs munus gereret,

qui quidem D.us Caron statim accersitus sacramentum
dedit in manus Rectoris amplissimi: denique itum est
ad Mathurinenses et in loco majorum sacramentum
dedit Rector amplissimus pro munere syndici in
manus sapientissimi sacræ facultatis Decani.

Die Sabbati 3.a Julii habita sunt apud Rectorem
amplissimum ordinaria Deputatorum Academiæ
Comitia in quibus requirente Universitatis Quæstore
generali, actum est de Decimo Denario super pensione
annuâ facultatis Medicinæ Professoribus ex ære
Academiæ persolvendâ; tunc ego facultatis salu=
=berrimæ Decanus coram Tribunali Academico
exposui quam exigua sint Professorum nostrorum
emolumenta, rogavi que Deputatos vellent ergà
facultatem nostram et academicæ disciplinæ reti=
=nentissimam generosiùs agere, ut aliquandò factum
est, et ex unanimi Deputatorum consensu conclusum
est ab Amplissimo Rectore, Decimum Denarium
super Professorum nostrorum pensione non esse
retinendum, ita ut non trahatur in exemplum.
posteà verba facta sunt de concedendâ pensione
annuâ sexcentarum libellarum M.o Gibert
nunc Rectori Amplissimo, qui ad syndici Univer=
=sitatis munus nuper promotus fuerat, ut concessa
fuerat olim M.o Edmundo Pourchot Universi=
=tatis syndico fato functo, et super eâ re placuit
singulos ordines esse consulendos.

Die Sabbati 7.o Augusti habita sunt apud
Rectorem Amplissimum ordinaria Deputatorum
Academiæ Comitia, in quibus 60 supplices pro
litteris nominationis auditi sunt et admissi.
posteà ego facultatis Medicinæ Decanus et sapi=
entissimus Decanus facultatis Theologiæ, tùm
et ornatissimi Procuratores Galliæ, Picardiæ,
Normaniæ, et Germaniæ retulimus singulos
ordines nostros à nobis consultos fuisse qui censuerunt
ad summam sexaginta libellarum in honorarium
syndici Universitatis ex ære Academico attributam
adjiciendam esse pensionem quingentarum et
quadraginta libellarum M.o Gibert ~~nunc Rectori~~
et ad munus syndici nuper promoto, solvendam
quandiu syndicus Universitatis erit quemadmodum
persoluta fuerat M.o Pourchot et similibus de
causis, nempè ob multa et præclara M.i Gibert
in Universitatem merita, et eâ lege ut non

trahatur in exemplum. Sapientissimus verò Jurium Decanus postulavit ut sibi communicarentur Conclusiones, quibus tale honorarium Mo. Bourchot concessum fuerat, et intercessit ne super eo negotio quidquam definiretur. actum est deindè de non retinendo Decimo Denario super Pensione facultatis Medicinæ Professoribus quotannis ex ærario Academico persolvendâ et ex majori suffragiorum numero priorem super eâ re conclusionem confirmavit atque conclusit Rector amplissimus non esse retinendum in præsentem annum.

Die Sabbati 28o. Augusti in antecessum habita sunt ordinaria Deputatorum Academiæ Comitia, in quibus cum dixisset Rector Amplissimus Jesuitas aliquid moliri in Collegium Abavillæum, rogatus est à Deputatis idem Rector Amplissimus cum Clarissimo ex-rectore ut hanc perniciem amolirentur. deindè attulit et legit Sapientissimus Jurium Decanus Conclusionem suæ facultatis, quâ prædicta facultas recusat Mo. Gibert honorarium ab Academico Tribunali concessum, donec Lis de Pensionibus Professorum judicata fuerit, et intercessit ne quid statueretur, et apellare se declaravit si ulterius progrederetur. Statutum est juxtà Conclusiones latas in superioribus Comitiis prædictam Pensionem persolvendam esse, non obstante Consultissimi ordinis intercessione, et hortati sunt Deputati Sapientissimum facultatis Consultissimæ Decanum ut concluderet cum aliis ordinibus.

Die Jovis 2o. 8bris sigillatæ sunt litteræ in Regiâ Navarrâ.

Die Sabbati 2o. 8bris habita sunt more solito Deputatorum Academiæ Comitia, in quibus, quòd per Accensum publicum Amplissimo Rectori significatum fuerit instrumentum quo facultas consultissima juridicè intercedebat ne solveretur Do. Gibert Pensio ipsi ab Academico Tribunali concessa, improbaverunt omnes Deputati Illud Instrumentum ipsi amplissimo Rectori et Rectoriæ dignitati injurium, cum aut Scribæ, aut Prosyndico potuisset denuntiari. hoc negotium nomine et sumptibus Universitatis

esse persequendum censuerunt omnes, quandoquidem
ex ordinum consensu et per Tribunalis Academici
Conclusiones haec annua Pensio D°. Gibert concessa
fuerit.
Die Mercurii 6°. 8bris habita sunt horâ 8ª.
matutinâ apud Mathurinenses generalia Academiae
Comitia Supplicandi causâ et processum est ad
aedem Deo Sacram sub Titulo Annuntiationis
Beatae Mariae apud R. P. Celestinos, ibi post
missam Solemniter cantatus est Hymnus Exulta=
=tionis Te Deum ut Universitatis nomine Deo
O. M. rependerentur grates propter debellatas
ad Guastallam Germanorum acies. Singulis
Doctoribus qui post missam adfuerunt, dum
cantaretur Hymnus Te Deum duplum perso=
=lutum est honorarium ex facultatis Saluber=
=rimae Decreto lato apud Mathurinenses antequam
procederetur, Sic concludente H. T. Baron Decano

Diebus Martis 19°. et Veneris 29°. 8bris Sigillata
Sunt litterae in Regiâ Navarrâ.

H. T. Baron Decanus

Res gestæ apud Chirurgos Barbitonsores Parisienses

à Die Sabbati 7.° 9.bris 1733 ad Diem Sabbati 6.um 9.bris 1734

M.° Hyacintho Theodoro Baron Parisino quartum Decano

Anno Domini 1733 Barbitonsores Chirurgi more Solito Decanum cum duobus Doctoribus per Schedulas à Chirurgi Primarii Vicario, aut ab uno è Præpositis Subsignatas, ad Actus et Magisteria Tyronum Chirurgorum invitaverunt, quibus quidem Actibus Decanus nec ullus Medicus adfuit, propter rationes allatas in Commentariis facultatis anni 1726 et 1727 M.° Stephano francisco Geoffroy Decano.

Hi autem Sunt Actus celebrati per hunc annum quibus Decanus licet invitatus non adfuit, qui proinde à facultate non Sunt approbati.

Die Veneris 4.° 8.bris 1733 Dictus Pouchault filius primo Examine tentatus est.

~~Die Mercurii 13.° 8.bris 1733 Dictus Mery filius fecit Tentativam.~~

Die Mercurii 13.° Januarii 1734 dictus Mery filius, fecit Tentativam.

Die Sabbati 13.° februarii 1734 dictus Mery filius primum Suum Examen Subiit.

Die Veneris 30.â Aprilis 1734 dictus Mertrud inter Barbitonsores Chirurgos aggregatus est.

Die Veneris 21.° Maii dictus Noble Suam Tentativam fecit.

Die Veneris 28.° Maii dictus Marcel Tentativam
fecit.
Die Mercurii 23.° Junii dictus Mery filius ultimum
interrogatus est.
Die Sabbati 26.° Junii dictus Bouchault filius ultimum
Examen subiit.
Die Mercurii 30.ᵃ Junii dictus Marcel primum
interrogatus est.
Die Veneris 2.° Julii dictus Dudilot ultimum
Examen subiit.
Die Sabbati 3.° Julii dictus Noble primo Examine
interrogatus est.
Die Lunæ 5.° Julii dictus Baudouin ultimo
Examine tentatus est.
Die Mercurii 7.° Julii dictus Roard ultimum
interrogatus est.
Die Veneris 9.° Julii dictus Cassaubon ultimum
Examen subiit.
Die Sabbati 12.° Julii Dictus Coste ultimo Examine
tentatus est.
Die Mercurii 14.° Julii dictus Mery filius inter
Barbitonsores Chirurgos receptus est.
Die Jovis 15.° Julii dictus Bouchault filius
inter Barbitonsores Chirurgos cooptatus est.
Die Veneris 16.° Julii dictus Dudilot receptus
est inter Barbitonsores Chirurgos.
Die Sabbati 17.° Julii dictus Baudouin inter
Barbitonsores Chirurgos admissus est.
Die Lunæ 19.° Julii dictus Lallement ultimum
Examen subiit.
Die Mercurii 21.° Julii dictus Roard in Barbi=
=tonsorum Chirurgorum numero cooptatus est.
Die Jovis 22.° Julii dictus Lafitte ultimum
interrogatus est.
Die Veneris 23.° Julii dictus Cassaubon inter
Chirurgos Barbitonsores receptus est.
alterum vero M. Afforty praeses M. A. Delaleu

Die martis 7a. Decembris celebratus est actus vesperiarum
M. Francisci Foelicitatis Cochu Licentiati praeside M. Francisco Bailly
pharmaciae professore et fuit agitata sequens Quaestio

an calculo vesicae laborantibus { Lithontriptica / Lithotomia }

membrum primum proposuit praeses M. Piperaut Baccalaureo
alterum vero M. Peaget M. Cochu Licentiato

Die vero nona Decembris 1734. lauream doctoralem adeptus
est Dictus M. Franciscus Foelicitas Cochu praeside eodem M. Bailly
fuitque agitata Quaestio talis

an educendo e vesica calculo, anteponendus { magnus apparatus? / apparatus lateralis? }

prius membrum Novus Doctor proposuit M. Florentio Bellot
alterum vero M. Bailly praeses M. Peaget

Die Lunae 20a. Decembris 1734. actus vesperiarum Mi. Jacobi
Francisci Vandermonde Licentiati celebratus est praeside Mo.
Antonio Mille Rei herbariae professore designato et fuit agita
quaestio sequens

an fistulae ani causa { interna / externa }

membrum primum M. Mille praeses proposuit discutiendum
M. [illegible] Baccalaureo alterum vero M. Bailli M. Vandermonde
discutiendum proposuit.

Die Jovis 23.ª decembris 1734. M. Jacobus franciscus Vandermonde Doctoralem lauream consequutus est præside M. Jacobo Antonio Mille agitata fuit in hoc actu Quæstio sequens

an ani fistulæ curatio perficiatur { Injectione / Sectione

primum membrum Novus doctor proposuit M. Bellot secundum Præses M. Mille M. Bailly

Oratio Publica anno 1734.

Die Dominica 21.ª Novembris M. Joannes franciscus Couthier scholarum Professor oratione publica lectiones suas auspicatus est in illa demonstrare suscepit qualis sit medicus christianus

Demonstrationes Publicæ anatomicæ chirurgicæ et Pharmaceuticæ Galeno-chymicæ

Die mercurii 5.ª Januarii anni 1735. M.r Elias Col-de-Villars chirurgiæ idiomate Gallico Professor anatomen perdocte in scholarum amphitheatro celebravit secante Antonio Mertrud chirurgo Parisiensi quod programmate Gallico omnibus in locis consuetis affixo significatum fuit his verbis

Dium aujourd. M.r Elie Col-de Villars Doc.r Reg.t en medecine de la faculté de Paris Con.r Med. ord.re du Roy en son chatelet et professeur de chirurgie en langue françoise fera gratuitement en faveur des Etudiants en chirurgie un cours d'anatomie sur un cadavre viril dont M.r Antoine Mertrud chirurgien ord.re du Roy et juré de S.t Cosme tres habile anatomiste demonstrera les parties il commencera de — —

Die sabbati 26.ª mensis martii anni 1735. M.r franciscus mery chirurgiæ Professor operationes chirurgicas quæ circa corpus humanum exercentur in virili cadavere docte admodum et Eleganter proposuit easque dilucide enucleavit in amphitheatro nostro operante Antonio Augustino Mery ejus fratre chirurgo Parisiensi

Die sabbati 23.ª Aprilis anni 1735 M.r Ludovicus claudius Bourdelin Regiæ scientiarum Academiæ socius et scholarum professor pro laudabili nec interrupta saluberrimæ facultatis consuetudine anatomiam Elegantem in virili cadavere exhibuit secante Antonio Barbeau filio chirurgo Parisiensi

Die martis secundo mensis Augusti anni 1735. M.r franciscus Bailly Eques S.ti Michaelis Doctor parisiensis pharmaciæ professor lectiones suas auspicatus est pharmaceuticas sequenti programmate nuntiatas

Cum deo M. franc. Bailly D. M. et pharmaciæ professor selectiora Pharmaciæ Galenico chymicæ opera, dicendo, palam interpretabitur hic eadem, exequendo, publici juris faciet Henricus Charas pharmacopœus parisiensis peritissimus &c---

continuas suas lectiones ultra mensem produxit M. Bailly cum assistentium plausu

obitus Doctorum

Di sabbati 13.ª novembris anni 1734. manibus M.ⁱ Ægidii Adam qui die 30.ª octobris e vivis excesserat parentatum est in scholarum sacello sacro solemni ad quod schedula peculiari doctores invitati fuere

Die Lunæ 28.ª mensis Martii 1735 e vivis excessit vir eximius franciscus Afforty Antiquus facultatis Decanus annos natus 84. et tres menses probitate et morum candore insignis hunc luget facultas cui semper addictissimus fuit magna pompa elatum illius corpus in sancti Gervasii fanum fuit ibique humo conditum astante magna Doctorum caterva die ~~Martii~~ 30. hujus mensis Die vero sabbati sequenti 2.ª Aprilis ipsi in scholarum sacello perhonorifice parentatum est astantibus parentibus amicis et doctoribus benemultis et iis qui ad Tironum ex decreto aderant calculi Distributi sunt secundum decretum 26. Junii anni 1719. latum M. Philippo Hequet Decano et renovatum die præsenti 2.ª Aprilis ut habetur in Comitiis facultatis anni 1735.

Die 13.ª mensis martii anni 1735. omnibus sacramentis præmunitus obiit in Domino hora duodecima sive ad meridiem M. Olivarius Bougourd constantiensis olim discipulus meus D. M. parisiensis et medicus Regis primarius in Nosocomio Wormiensi vir omni (doctrinæ eruditionis genere supra ætatem instructus et virtutibus clarus sed præsertim summa modestia honorifice sepultus fuit in cœmeterio S.ᵗⁱ Joannis Wolmatiæ die 19. ejusdem mensis ut constat scripto fratris francisci de Lesure minoritæ et legionis Borboniensis Galliæ Regiment. de Bourbonnois ac hospitalis Regii Wolmatiæ capellani ipsi licet non regenti parentatum est in sacello nostro die sabbati 23.ª Aprilis 1735. tarde quidem quia nuntium ejus mortis ad me sero pervenit in hebdoma 2ª scilicet ante pascha quam vulgo sanctam nuncupamus in qua mortuorum non solet fieri commemoratio ---

Acta et Comitia saluberrimæ facultatis Medicæ Parisiensis

Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quarto die sabbati vigesimo Novembris facultas convocata fuit legitime per schedulam ab apparitoribus delatam et more in auditorio postulationem M. Gaspari Cochon du Puy collegæ nostri post sacrum hora decima matutina postulavit dictus M.[er] ut pro præsente licet absens haberetur et protulit mandatum Regium quo Rupi fortium a Rege mittitur ut patrem suum adjuvet et scholam anatomicam ac chirurgicam adoctissimo patre sapienter institutam dirigat atque amplificet cujus mandati tenor talis est

De Par le Roy

Sa Majesté etant satisfaite des services du s.[r] du Puy premier medecin de la Marine au port de Rochefort et voulant lui procurer les secours dont il a besoin tant pour remplir les fonctions ordinaires de son Employ que pour diriger l'école d'anatomie et de chirurgie quil a etablie audit port avec un tres grand succès elle ordonne au s.[r] du Puy fils medecin de la faculté de Paris de se rendre au port de Rochefort pour soulager le s.[r] du Puy son pere dans les fonctions ordinaires de son Employ et principalement prendre soin sous sa direction de l'Ecole d'anatomie et de chirurgie mande S. M. au s.[r] de Beauharnois Intend.[t] de la Marine audit port de tenir la main a l'execution du present ordre fait a fontainebleau le 8.[e] Novembre 1724. signé Louis et plus bas Phelippeaux

His auditis et Rogatis sententiis facultas censuit unanimi consensu dictum M. du Puy filium et collegam nostrum pro præsente deinceps habendum esse ea conditione ut Emolumenta ad ipsum idco pertinentia Decani fidei committantur donec dictus M.[er] extra ordinem Thesi quodlibetariæ præfuerit quæ quidem Emolumenta deinceps ipsi reddentur per Decanum sin autem tempore suo Thesi quodlibetariæ extra ordinem non præfuerit tunc emolumenta hæc in facultatis commodum vertentur et sic conclusit Reneaume decanus in eodem consessu probata sunt Responsa M.[i] Isoard

1.[a] decembris die habita sunt ordinaria comitia primæ mensis dicta in quibus de morbis agere consueverunt Doctores et vocati Doctores nihil notatu dignum censuere

Die 7.[a] X.[bris] quæ dies martis fuit 1724. convocati sunt doctores omnes per schedulam in scholas inferiores ad tentandos Baccalaureos in Examine Anatomico quod more solito nuntiatum fuit mandato sequenti compitis omnibus affixo

De Mandato M. Michaelis Ludovici Reneaume saluberrimæ facultatis decani et MM. Doctorum Regentium ejusdem facultatis

Notum sit omnibus ad quos pertinet die martis 7.[a] mensis decembris et diebus mercurii Jovis Veneris sabbati dominica et Lunæ sequentibus anni 1724 ab hora post meridiem secunda usque ad quintam Baccalaureos peritiæ suæ insectionibus et demonstrationibus anatomicis super cadavere virili propria manu exequendis examine probatorio coram facultate periculum esse facturos, subscripsit et promulgavit die dom.[ca] 5.[a] ejusdem mensis et anni Lud. Andel

major facul. apparitor.

Anno domini 1734. Die Veneris vigesima quarta Xbris per schedulam Convocati sunt doctores omnes medici in scholas superiores hora 10a matutina post sacrum Decanum de Bibliotheca dicentem audituri

In Comitiis ordinariis quae praecesserant 1a Xbris proposuerat Decanus propter frigoris inclementiam doctoribus qui aderant an probarent ut Bibliotheca in sacellum transferretur et in Thecis super asseres componerentur ut liberae tum factae scholae superiores paterent quoniam sic ad Comitia commodiores evaderent hyemali tempore in aequorum ac doctorum commodum quod conclusum fuit omnimentibus praesentibus et executioni mandatum est ideoque deinceps fuere solito more in scholis superioribus quae prius fiebant in sacello comitia in hoc autem exequendo libros recognoscere per plures dies non sine labore oportuit ideoque in praesentibus Comitiis dixit Decanus libros omnes (in praesenti) Bibliothecam facultatis medicae parisiensis componentes tum a Mo Francisco Picoté de Belestre legatos tum a Mo Philippo Hecquet ex decano ac Nobilissima foemina domina Amelot dono datos diligenter a se fuisse recognitos et juxta catalogum in facultatis arca reponendum recensitos ac sibi a M. Hyac. Theod. Baron ex decano et Censore exhibitos atque in hujus rei testimonium se ad hujus Catalogi calcem chirographum apposuisse ut Bibliothecae integritatem et M. Th. Hyac. Baron ab ejus custodia solutum declararet velletque facultas quidquid a se super ea re gestum est ratum habere et authoritate sua firmare. Rogatisque super ea re sententiis facultas unanimi consensu ratam et gratam habuit Bibliothecae recognitionem a Decano factam et declarationem ad calcem praedicti Catalogi idiomate Gallico scriptam et ipsius chirographo munitam qua Bibliothecae integritatem testatur et asserit. Censuit itaque solvendum ac liberandum esse a Bibliothecae Custodia M. Th. Hyac. Baron exdecanum quemadmodum vi praesentis decreti solvitur ac liberatur atque hanc Bibliothecae Custodiam M. Mich. Lud. Reneaume Decano demandandam esse de qua exacto decanatu suo pariter rationem reddere tenebitur juxta decretum facultatis latum die 4a Julii 1733. praesens vero decretum ad calcem supradicti Catalogi esse describendum ejusdemque Exemplar M. Th. Hy. Baron suppeditandum esse et sic de omnibus supradictis conclusit Reneaume Decanus

In iisdem Comitiis sententiis per scrutinium latis probavit et laudavit facultas sectiones Anatomicas propria Baccalaureorum manu celebratas eorundem demonstrationes ac responsiones factas nuper in Examine anatomico per hebdomadam integram

Eadem die et in iisdem Comitiis supplex a facultate petiit Ludovicus Andel minor facultatis Apparitor uti vellet illum in locum petri Lalyrine majoris Apparitoris die 22a Xbris fato functi recipere et ipsi majoris Apparitoris munus concedere illius petitioni annuit facultas et assensit unanimi consensu et sic conclusit Reneaume decanus

Lalyrine in gravem morbum incidit ab Itinere Corbolium suscepto de mandato Decani cui allatum fuerat falsum nuntium de morte Domini Godeau Sti Cosmae Parochi et instabant Doctores nonnulli ut convocarentur doctores alium parochum Electuri et certior factus de re fieret illum miserat Corbolium et probe se habere D. Godeau rediens asseruit sed hoc ipso morbo periit Lalyrine magna sua culpa

Die 4o Januarii 1735. habita sunt menstrua comitia ordinaria 1a mensis nuncupata at nihil fere notatu dignum retulere vocati Doctores et suo ordine dicentes Reneaume Decanus

124 Anno Domini 1735. die 8a Januarii per schedulam ut moris est
Convocati Doctores medici omnes hora 10. matutina post sacrum minorem
Bidellum nominaturi unanimi Consensu et Concludente Decano
nominatus fuit Gaspard du Marais undecimus inter illos qui
munus istud ambiebant statim una cum majori Bidello jusjur-
andum solitum in manus decani praestitit fasces que recepit
In iisdem comitiis latum est sequens decretum Reneaume decanus

Anno domini millesimo septingentesimo trigesimo quinto die Januarii 8a
per schedulam ut moris est convocati sunt Doctores medici omnes in scholas
superiores hora 10a matutina post sacrum de rebus ad facultatem pertinent-
ibus deliberaturi. in his comitiis exposuit Decanus edicto Regio anni 1707.
Juberi ut quater in anno philiatri inscribantur at quoniam istud caeterar-
um Academiarum facultatibus medicis tantum praecipitur, postulavit saltem
quemadmodum habetur articulo tertio novorum statutorum curiae placito
anni 1696. firmatorum ut teneantur philiatri bis in anno nomen suum
in Commentariis facultatis solutis solvendis inscribere et praeterea ut inscr-
iptionis primae terminus ad natalitia domini solummodo excurrat, secunda
vero ad diem 8um post pascha quibus perpensis et rogatis sententiis facultas
bono publico intenta et philiatros professorum lectionibus assidue interesse
cupiens unanimi consensu censuit illos bis in anno in facultatis comm-
entariis inscribendos esse et inscriptionis utriusque terminos a decano
propositos ratos haberi quin et Professores litteras testimoniales studiorum
concedere deinceps non debere nisi pro eo tempore quo discipulos in dictis
Commentariis inscriptos esse ipsis per decani testimonium constiterit et
ne aliquis errori locus sit decrevit prohibendum esse ne professores deinceps
dictas litteras philiatris concedant eas ve obsignent prius quam ipsis de
inscriptione constet quod decanus non modo apposito chirographo testa-
bitur sed etiam addito minori facultatis sigillo atque ut deinceps nullus
hujus decreti ignorantiam praetexat illud typis mandandum esse et schol-
arum valvis affigendum esse voluit et sic conclusit Reneaume decanus

Iisdem in Comitiis laudavit Decanus liberalitatem Magistrorum
nonnullorum qui Bibliothecam amplificare student atque ut resciant posteri
quibus debeant librorum nostrorum collectionem postulavit ut non modo in
Catalogo Bibliothecae munerum et illorum qui dederunt mentio fiat sed
etiam ut unicuique volumini facultatis stemma imprimatur cum inscr-
iptione tum supra tum infra quae pateat ad facultatem librum pertinere et a
tali vel tali magistro datum fuisse quibus assentientibus omnibus ista se
observaturum deinceps que ab aliis esse observandum conclusit Reneaume decanus

Die sabbati 22a Januarii anni 1735. probata sunt Responsa nuper
facta in Thesi quodlibetaria a Mo Carolo Payen
Die sabbati 5a februarii 1735. facultas per bidellos convocata fuit hora
10a matutina post sacrum in his comitiis 1o audita est relatio clarissimorum
virorum qui Commentaria et rationes anni secundi posterioris decanatus
M. Th. Hy. Baron ex decani examinaverant referente M. Urbano Leaulté
patre qui in dictis rationibus et commentariis nihil nisi laude dignum exam-
inatores reperisse retulit et ea omnia in majoribus commentariis facult-
atis referenda ac describenda esse asseruit rogati que sententias
idem omnes censuerunt et sic conclusit decanus

Reneaume d.

In iisdem Comitiis audita est postulatio M. Jos. de Jussieu Junioris qui
qui exposuit se jussu regio intra paucos dies Rupi fortium profectum
iri ibi navem regiam conscensurus cum aliquot Regiæ scientiarum Acad-
emiæ sociis ut in Peruviam penetrent et his in Regionibus naturali hist-
oriæ amplificandæ causa omnem moveant lapidem petiit itaque collega
ille ut per hoc tempus quo aberit quod trium saltem futurum est annorum
pro præsente a facultate habeatur tum perlectum est Diploma Regium cujus
tenor hic est

De Par le Roy

Sa M. estant informée du zele dud. s.r Joseph de Jussieu D.r Reg.t de la fac-
ulté de medecine de Paris et de son application surtout ce qui peut avoir rappor-
t a une profession qui exige des connoissances si etendües S. M. a fait choix
dud. s.r de Jussieu pour aller au Perou y faire des Recherches sur la medecine
la Botanique et l'histoire Naturelle et a cet effect S. M. ordonne aud. s.r de
Jussieu de se rendre au port de Rochefort pour s'y embarquer conjointement
avec les s.rs Godin et autres de l'Academie des sciences qui feront le meme
voyage par ordre de S. M. fait a Versailles le 28.e janvier 1735. signé Louis
et plus bas Phelippeaux.

Hoc perlecto diplomate rogatisque sententiis unanimi consensu annuit facultas
postulationi dicti collegæ M. Jos. de Jussieu et sic conclusit Reneaume Decanus

Iisdem in Comitiis sciscitante decano an nummus argenteus vel calculi
duo argentei audientibus rationes M. Ther. Hyac. Baron exdec. distribuer-
entur et an placeret hos calculos ex typo clariss. M. Hecquet exdecani aut
iqui desumere hanc ultimam propositionem plerique amplexi sunt sic
que ex majori suffragiorum numero conclusit Decanus duos calculos
argenteos e Typo M. Hecquet antiqui decani distribuendos esse Reneaume D.

In iisdem Comitiis postulavit M. de l'Epine qui M. Mattot vices gerit
in scholis an Bursæ licentiarum creditoribus præoccupari possint occasione
dicti M. Mattot cui nondum persolutæ fuerant propter quoddam occupat-
ionis instrumentum olim M.o Baron tunc Decano denuntiatum Rogatis
sententiis unanimi consensu ab omnibus Responsum est præoccupationi
non esse subjectas Bursas Licentiorum nec mitti posse in manum regiam
quemadmodum nec alias quotidianas scholæ distributiones eas que dicto
M. Mattot persolvendas esse voluit ac decrevit facultas a M. Baron exdecano
et sic conclusit Reneaume decanus

Iisdem in Comitiis sequens decretum Rogante Decano latum est
Anno Dni 1735. die sabbati 5.a februarii convocata fuit facultas hora 10.a
matutina post sacrum auditura relationem clarissimorum virorum qui
Examinandis M. Hyac. Th. Baron exdecani Commentariis et rationibus
anni ultimi posterioris ipsius decanatus præpositi fuere et de aliis rebus ad
facultatem pertinentibus deliberatura.

In his Comitiis Decanus statutorum assertor saluberrimum ordinem
his verbis allocutus est nuper mihi relatum est Doctores aliquot iratos
Bidello in ultima Thesi quodlibetaria disputante M. Jos. de Jussieu die
Jovis 3.a februarii obmurmurasse quod Bidellus non sineret ipsos chiro-
graphum catalogo apponere. statim atque accesserunt quasi honor-
arii causa tantummodo accederent id fateor V. M. meo jussu factum
est quoniam Theses vestræ probatoriæ sunt et de respondente quem
non audierunt Doctores ferre judicium schedulam in scrutinii capsam
mittentes iniquum mihi visum est et præterea id jam a vobis antea
definitum fuerat articulo 8.o Novorum statutorum Curiæ placito anni

 anni 1696. firmatorum sic autem se habet 8.us ille Articulus
Doctoribus Cum veste talari et manicata pileo quadrato humerali coccino et modesto quali in togatorum colli amictu interiores inferiorum scholarum cancelli duntaxat pateant atque hoc ornatu Baccalaureorum actibus sedentes immorentur decorum eruditione. Judicium laturi ibidem qui in oblato catalogo data subscriptione præsentiæ suæ testimonium exhibeant alioquin si in dictus actuum extra laudatos aulæ interioris limites inscribendæ syngraphæ copiam à Bidellis obtinuisse constet illi jure suffragii priventur hi vero plectentur pecuniæ summa ad arbitrium facultatis
Postulo igitur a vobis ut vi hujus statuti mandatum nostrum ratum habeatis et decreto vestro confirmetis deinceps ab omnibus observandum sub poena indicto articulo expressa. quibus auditis et rogatis sententiis facultas statutorum suorum tenacissima unanimi consensu ratum habuit decani mandatum censuit que octavum articulum novorum statutorum supra memoratum deinceps stricte ab omnibus observandum esse atque hoc decretum typis mandandum ac unicuique Doctori distribuendum ut omnibus innotescat saluberrimum ordinem statutorum suorum observantissimam esse et sic conclusit Renaudin decanus
Iisdem in comitiis aperta scrutinii capsa unanimi consensu probata sunt Responsa nuper facta a M. Barthol. Muroy in thesi quodlibet. cui extra ordinem præfuit M. Jos. de Jussieu
Dein subsecuta sunt eodem die comitia menstrua quæ prima die hujus mensis convocari non potuerant ob cereorum offerendorum Regi principibus et magistratibus ceremoniam ideo que in hunc diem dilata fuere in his autem retulit M. Baron censor se observasse variolas aliquot sed benignas et gutturis inflammationes
M. Malouet dixit se erysipelata quædam curasse quin et malignas pleuritides in quibus metastasi ad caput facta aliquot ægri circa 15. occubuerunt
Relatu digna locutus est M. Bertrand qui dixit in magno vobis nosocomio multos milites reduces è Germania se vidisse febribus malignis detentos quorum alii dysenteria gangrenosa periere alii vero quasi inebriati comatosis affectibus cum symptomatis catalepticis afficiebantur et hi ultimi morbi præmissis V. S. emetico catharticis cessere.
Die sabbati 12.a februarii aperta capsa probata sunt Responsa Luca Aug. folior dss. vost facta in quodlibet. cui præfuit M. Diere
Die sabbati sequenti 19. ejusdem mensis aperta similiter capsa scrutinii unanimi consensu et cum laude probavit facultas Responsa M. Pipereau factain quodlibetario cui præfuit extra ordinem M. Bellot
Die martis 1.a martii habita sunt menstrua comitia in quibus dixit M. Sylva sibi in praxi occurrisse Rheumata levi febre comitataque et febres catharrales cum sudoribus quibus ægri parum solatii recipiebant immo circa 8. diem pectus gravabatur cum sputo cruento (hos ego morbos pleuritides occultas fuisse censeo de quibus Ballonius loquitur) post septenarium 8. S.M. obesis Bechicis et diluto cassiæ circa 14. terminabantur eadem fere vicensuit M. de Jussieu Nota major mentione facta sputi cruenti

quod a narium hæmorrhagia repetebat capite gravato et quæ ~~in his usque~~ in his por. V. S.ne Kinam Kinam apozemati immixtam bellè cessisse iisdem febribus addidit M. Col de Villars se horum morborum initio hæmorrhagias observasse recensuit etiam Rheumatismos inflammatorios qui ut ipse in multis aegris expertus sum frequenti V. S. curati sunt quibus alii Doctores succensuere

Die Jovis 3. martii in fine Thesi cardinalitiæ cui præfuit M. Lemberé filius M. St Vast Baccalaureus supplex postulavit a facultate ut liceret ipsi die Jovis proximo cardinalitiam Thes. propugnare cui præesse debebat M. Le Tellier in locum alterius Baccalaurei M. Marry cui ex ordine præesse debebat M. Millet dixit se propter avunculi mortem coactum esse proficisci in provinciam negotiorum causa congregati extempore Doctores multi non repugnante immo concedente M. Millet censuerunt annuendum esse postulationi dicti Baccalaurei et sic conclusit Decanus Reneaume D.

Die Sabbati 5.o mensis martii in comitiis ordinariis pauperibus dicatis aperto scrutinio probata fuere Responsa a Carolo Payen facta in Thesi Cardinalitia cui præfuit M. Lemberé filius

Die 12. martii in comitiis ordinariis probata fuere Responsa M. filii de St Vast Baccalaurei facta in Thesi Cardinalitia cui præfuit M. Le Tellier Die Veneris præcedenti audita fuere rationes M. Baron et in his comitiis petiit M. Bourdelin natu major nomine M. Lemmery ut qui regi serviunt per suum trimestre absentes licet pro præsentibus haberentur cujus postulationi proprio nomine se adjunxit M.rus Hermant Rogatis sententiis annuit facultas dictæ postulationi et sic conclusit Reneaume Decanus

Die 19.a martii probata sunt Responsa M.ri Marry Baccalaurei in Thesi Cardinalitia

Die 29.a ejusdem mensis martii probata etiam fuere Responsa M. Isoard Baccalaurei facta etiam in Thesi Cardinalitia

Die Sabbati Aprilis 2.o 1735. habita fuere ordinaria comitia menstrua in quibus post sacrum &c. de morbis actum est dixit M. de Lalea se observasse gutturis inflammationes internas et externas Erysipelata quin et sputa sanguinis quæ sputa puris subsequuta sunt tandemque febres quartanas quæ emeticis et aquis mineralibus stybiatis cessere M. Baylly retulit se observasse Rheumatismos cum hydrosibus seu sudaminibus Apoplexias ac paralyses M. Afforty observavit pleuræ Erysipelata levia quæ post V. S. levioribus cessere catharticis M. Peager et apoplexias et capitis dolores et paralyses retulit M. Cosnier hydropes et leucophlegmatias quæ fere omnia nihil novi aut notatu dignum continebant

eodem die probata fuere Responsa M. Piperean facta in ultima Cardinalitia Præter ea in his comitiis confirmatum fuit Decretum latum die Jovis 26. Aprilis 1719. M. Phil. Hecquet Decano quo præscribitur ut duodecim Doctores decenter ornati intersint missis alta voce quæ in sacello nostro celebrantur pro Doctoribus defunctis iisque calculus argenteus distribuatur atque ut deinceps frequentiores adsint Doctores de novo decretum est in locum absentium illorum qui ex ordine vocati erant utriusque ordinis astantibus non vocatis reliquos calculos esse distribuendos et sic ex majori suffragiorum numero (aderant 29) conclusit decanus, et illico fuit executioni mandatum quum M. Afforty hac die parentabatur Reneaume Decanus

128. Die lunæ 2ª. maji habita sunt ordinaria menstrua comitia in quibus Mr Leaulté pater retulit subitaneas mortes aceutharris nonnullas febres malignas herpetes initio fluxionum pectori mortales fuisse ~~[illegible]~~ eas vero fluxiones sub quarum finem oriebantur herpetes crisium loco salutares fuisse M. Magay multas efflorescentias erysipelatosas a bile resinosa et similia retulit addidit etiam tumores biliosos cum gangrena quæ symptomata ab aeris modo calidi modo frigidi inconstantia tanquam causa ortum ducebant M. Danier pectoris fluxiones narravit febres rubras lateris dolores sanguinis sputa et variam hæmorrhagias M. Seron mentionem fecit tenesmi et doloris colici adiecta bile et aliorum dolorum in intestinis quæ v. s. et diluentibus cessere M. Malouin pleuritides et peripneumonias observavit.

Die veneris vigesimo septimo maji 1735. convocata fuit facultas per juramentum hora post meridiem tertia in scholas superiores auditura M.M. Procope Couteaux et Bailly Pharmaciæ professorem de iis quæ privilegia et jura facultatis spectant decernentes nec non de aliis rebus ad facultatem pertinentibus deliberatura

Exposuit 1º. Decanus M. du Vracq med. in hac facultate licentiatum ab iis qui Meduntæ Mantes vectigal Regium omnibus incolis impositum vulgo Taille gallice nuncupatum colligunt comprehensum fuisse in catalogo eorum qui illud vectigal solvere debent quadere privilegiis nostris confisus ipsis litem intentavit quam in suprema subsidiorum curia prosequitur et petere a facultate quod olim 15º martii et 4º februarii 1683. concessit ultro M. Edmundo Charier eo quod de suis privilegiis ageretur nempe intercessuram sed impensis M. Charier. Rogatis sententiis illud idem sic concludente decano concessit facultas M.^o du Vrac cui etiam favet Rector ampl. et omni ope adjuvat Reneaume d.

In his comitiis M. Procope petiit a facultate vellet intercedere in negotio quod habet in status concilio adversus publicanos ipso audito et rogatis sententiis decrevit facultas se pro dicto Magistro intercessuram impensis dicti magistri ubicumque necessum erit et quibuscumque modis ut illæsum servetur jus debitum (possidendi libere et cum immunitate ab omni tributo nobilia prædia (vulgo francs fiefs) membris universitatis parisiensis ratione non solum incolatus lutetiæ per exercitia nostra sufficienter et absque alio annorum numero acquisiti sed etiam ratione status membrorum dictæ universitatis et a simplicibus incolis eminenter distinctorum et sic conclusit Reneaume decanus

In iisdem comitiis M. Bailly pharmaciæ professor dixit nonnullos qui se pharmacopæos immerito jactant prohibere ne in urbe suessionensi Chomier cui facultas per suos deputatos ut moris est magisterii litteras concessit pharmacopolium aperiat et intercessisse ne illius litteræ inscriberentur in curia præsidiali hujus urbis et forte necesse futurum ut una cum pharmacopæis parisiensibus litiganda adeat facultas quod si ita eveniat petere se ut facultas jura sua defendere et conservare velit accedendo liti adversus suessionenses illos in gratiam dicti Chomier annuit facultas petitioni M. Bailly promisit que se accessuram si necesse fuerit et sic conclusit Reneaume decanus

Die Mercurii 1° mensis Junii 1735 habita sunt menstrua comitia in quibus
M. Baron febres aliquot continuas cum capitis gravedine catharrhos vocat
Rheumatismos cum et sine febre casus cum efflorescentiis pluribus narravit
qui morbi omnes periculo caruere. addidit M. Chomel pater adfuisse malignitatem
in quibusdam pectoris fluxionibus febres ardentes Erysipelata efflorescentias miliares
retulit et anginas aliquot quæ post majora auxilia ope cataplasmatis ex Geranio
Robertiano sanatæ sunt.

M. Vasse observavit Rheumatismos capitis contumaces M. Boyer ante
actis mensis morbos præcedentium mensium morbis similes fuisse dixit
qui omnes ab imminuta vel cohibita transpiratione ortum duxere.
M.M. le Roy et fremont non modo deperipneumoniis verba fecere sed et
Diarrhœas adjecere similia narravit M. Hunaud rejiciendum que autumat
nomen fluxionis pectoris quo utebatur M. delaRiviere qui apoplexias
lethales et colicos dolores supra narratis adjecit eadem fere dixit M.
le hoc nisi quod observavit anginas tertio die sanatas absque medicamentis

Die sabbati 18. Junii petiit M. Baron filius examinatores operis gallici
cujus obtulit M.s. et nominati sunt de majori M. Hecquet antiquus decanus M.
finot de minori M.M. Chevalier et Boyer et sic conclusit decanus Reneaume D.

Anno Dni 1735. Die martis 28. Junii saluberrima facultas per
schedulam a Bidellis delatam ut moris est convocata fuit in scholas superiores
hora post meridiem tertia de re ad Academiam spectante deliberatura
In his comitiis Exposuit Decanus Negotium civium Laudunensium qui expetunt
Universitatis auxilium contra regulares qui urbis Lauduni vulgo Laon collegium
jam occupare nituntur addidit idem Decanus in commentariis facultatis
se reperisse conclusionem latam in simili casu volumine enim 13.° horum
Comm.rum refertur conclusum fuisse unanimi consensu in tribunali Academico die
19. 8bris 1645. Academiam accessuram ad causam civium Laudunensium
adversus monachos Benedictinos qui Lauduni collegium ambiebant præterea
in eodem volumine p. 304. hæc leguntur die 2a. Januarii 1646. strenue acta
fuit causa in senatu ab ampliss. Rectore adversus monachos Benedictinos
qui causa ceciderunt et spe sua averso dejecti sunt his igitur prolatis rogatique
super ea re sententiis facultas unanimi consensu censuit Universitatem
accedere debere ad causam civium capituli et cæterorum ordinum urbis Laudunensis ne scilicet hujus urbis collegium ullis Regularibus tradatur et sic
conclusit Reneaume decanus

In iisdem comitiis agitata fuit Quæstio an deinceps in generalibus
Universitatis comitiis ubi rector ad aliquam ecclesiam procedit Doctoribus
cappatis et rite cum illo procedentibus distribuendus sit calculus argenteus
cum duobus assibus et in hanc sententiam omnes unanimi consensu abiere
distribuendum nempe esse calculum in hac occasione in locum solitæ
distributionis et sic conclusit Reneaume Decanus

Præterea sic postulante M. finot Decretum fuit in comitiis ordinariis
cujusque mensis convocandos esse Doctores omnes cum opus aliquod offeretur
facultati ut Examinatores eligantur

Tandem propter Epistolam a Dno Salier lectore Regio et Bibliothecæ regiæ
custode qui postulabat ut ad complementum collectionis Thesium facultatis
quæ exstat in dicta Bibliotheca cujus que Thesis exemplar deinceps unum

in illa reponeretur conclusum fuit id præcipiendum Baccalaureis absque ulla tamen servitutis specie et sic conclusit Reneaume decanus

Die martis 1a Julii habita sunt menstrua facultatis comitia inquibus M. Finot recensuit peripneumonias malignas ex quibus ni cito occurrebatur per frequentes V. S. ægri peribant item et febres malignas in gangrenam desinentes defectu V. S. celeriter institutæ et Erysipelas phlegmonodes M. Baron filius eadem fere observavit et in peripneumoniis metastases fieri ad caput quibus plerumque peribant ægri his addidit M. Lemmery febres intermittentes et anginas cæteri nil nisi similia narravere

Anno Dni 1735. Die Lunæ 1a mensis Augusti facultate legitime convocata per schedulam a Bidellis delatam deliberatura de ædium amphitheatri præsertim restauratione et de aliis rebus ad facultatem pertinentibus Recitavit decanus decretum latum die 23. Januarii 1717. M. Amando Douté decano quod extat vol. 18. commentariorum p. 138. fol. verso quo cavetur ne decanus ullam impensam extraordinariam ultra summam triginta libellarum facere audeat inconsulto ordine causa speciatim definita in schedula convocationis hoc decreto perlecto dixit decanus nuper de nocte fures amphitheatri nostri plumbeum è tecto non sine magno tecti damno abstulisse nolebam damnum illatum ex hoc latrocinio absque vestro consilio resarciri sed quoniam instabat pharmaciæ cursus a Mo. Bailly cras auspicandus coactus sum operarios quam ocyssime ad opus vocare at quoniam impensæ in hoc rerum statu faciendæ summam in supra memorato decreto præscriptam superant peto ut rata habeatis quæcumque a me fient ex consilio architecti Rogatis que sententiis super ea re voluit facultas unanimi consensu penes decanum esse debere quid quid nunc ad ædium et amphitheatri restaurationem pertinet et sic conclusit decanus

In iis dem comitiis legit decanus Epistolam sibi a M. Baron filio scriptam quæ sic se habet — Reneaume d.

„Monsieur J'ay l'honneur de vous adresser comme au digne chef de
„notre compagnie un nombre d'exemplaire du petit ouvrage que j'ay fait sur
„les maladies veneriennes je souhaiterois de tout mon cœur qu'il me fut possible
„de le presenter moi meme a chacun de mes confreres pour les assurer de
„vive voix que je me croiray tres heureux si ce travail et ces recherches peuvent
„les persuader de mon zele pour l'honneur de la medecine et de mon respectueux
„attachement pour notre faculté j'ay l'honneur d'etre avec tous les sentiments
„de consideration et de respect possibles Mr. Votre &c. Baron fils.

Hujus vero operis (non ut ille loquitur modeste opusculi) titulus est Question de medecine dans laquelle on examine si c'est aux medecins qu'il appartient de traiter les maladies veneriennes et si la sureté publique exige que ce soient des medecins qui se chargent de la cure de ces maladies par M. B. doc. Reg. de la faculté de medecine de Paris a Paris 1735. 4.
audita hac Epistola Rogatis que sententiis censuit facultas hoc opus iterum sumptibus nostris typis mandandum viris que aulicis omnibus ordinis magistratibus Decanis facultatum medicarum omnium universitatum Regni nec non collegiis medicis magnarum civitatum distribuendum esse id que sumptibus saluberrimi ordinis et sic conclusit Reneaume decanus

In iisdem comitiis protulit decanus manuscriptum a M. Andry jam approbatum facultatique oblatum cui titulus Tableau des maladies veneriennes &c... par M... chirurgien de paris cujus examen cum renuerit M. Hequet et nominati fuissent MM. Bertrand et Couthier qui inter se diffidebant super hoc manuscripto auditi sunt his que auditis unanimiter placuit facultati ut rejiceretur decrevitque opus istud a Mo. Andry approbatum ab ea improbandum esse et sic conclusi Reneaume decanus

Eodem die habita fuere ordinaria menstrua facultatis comitia in quibus M. Azevedo fluxiones seu inflammationes gutturis se observasse retulit febres quoque intermittentes quae ordinariis cessere remediis in eandem sententiam descendit M. Winslow M. Bastknecht febres continuas cum effervescentiis ad cutem sudoribus et haemorrhagiis quae accedebant ad illud febrium genus quod vulgo in septentrionalibus Galliae plagis vocant la suette sed paucas observavit M. Fourneau his catarrhos addidit M. Boudelin junior nullos epidemicos in hac urbe extitisse morbos asseruit.

Die ~~sabbati~~ Jovis 1o 7bris 1735. habita sunt menstrua comitia primâ mensis nuncupata in quibus nihil relatu dignum obtulere vocati doctores et fere eosdem morbos in praecedentibus comitiis relatos se observasse dixerunt

Verum ad satisfaciendum decreto lato die martis 28o junii praesentis anni 1735. de librorum approbatione convocati sunt doctores omnes in scholas superiores Die Jovis 1o 7bris hora 10a matutina de rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi de libro cujusdam chirurgi nomine Quesnay cui titulus ~~[illegible]~~ essay physique sur l'oeconomie animale 1er vol. et l'art de guerir par la saignée auctam et. parum satis facti fuere doctores audita unius ex collegis approbatione hujus operis licet reformata dicentes que fuit facultatem non sine moestitia animadvertere quod dum incumbit formandis chirurgis hi autem suam negligant ut artem medicam profiteantur hortandum authorem censuit ut se in operibus chirurgicis exerceat nec excurrat extra limites artis chirurgicae ei itaque denegandam esse approbationem et decretum latum sub decanatu M. Baron hac de re confirmandum et sic conclusi Reneaume decanus

Die sabbati 1o 8bris 1735. habita sunt menstrua comitia in ~~[illegible]~~ his M. Bertrand recensuit febres malignas in quibus laborabat caput cum eruptionibus in quibus vasa deplenda sunt alvus libera esse debet et kina kina exhibendum morbillos etiam se observasse dixit eadem retulit M. de Jussieu senior M. Sylva sermonem habuit de febribus malignis quae initio mites videbantur cum dolore lateris pungente in quibus 4. aut 10. sopores invadebant cum ventre tumido et tremoribus spasmodicis de alia febris malignae specie etiam loquutus est cum phlogosi delirio capite obsesso quinquies intra horas triginta v. sectae dilutum cassiae cum mobilles in magna liquidi quantitate postea vero kinam kinam exhibuit et sic sanabantur M. Brunet morbillos v.s. curatos et M. Chevalier febres rubras ac variolas narravere in his comitiis dixit decanus de thesibus quae tardius offeruntur ut sufficienter illas examinare valeant decani praeterea plerumque veteres offerri atque super hac re condendum esse decretum ut his deinceps medeatur assensere omnes et sic conclusi Reneaume decanus

Die 18o 1735. divo Lucae sacro post missam solemnem cui frequentes adfuerunt doctores hi vocati ad comitia post lecta decreta solita de thesibus deliberavere et sequens decretum condidere

Anno Dni 1735. die martis 18o mensis 8bris divo Lucae sacro post missam solemnem in scholarum sacello ut moris est celebratam habita sunt in scholis superioribus vi statutorum majora facultatis comitia

inquibus

In quibus inter alia non nulla dixit Decanus ad facultatis Decus pertinentia scilicet nuper in ultimis Comitiis ordinariis habitis die sabbati 1° hujus mensis Doctores qui tunc aderant censuisse deinceps tolerandum non esse si quis doctor disputaturus sive extra ordinem praesit sive in ordine vel de quodlibetaria vel de cardinalitia quaestione veterem Thesim denuo in lucem proferat atque devenisse ut teneatur Decanus veteres hujusmodi Theses non secus ac novas parum scholae dignitati congruas repudiare atque omnino rejicere quod tunc omnibus assentientibus conclusit sed cum ea quae in hujusmodi Comitiis decernuntur egeant confirmatione addidit idem Decanus se in solemnioribus et majoribus his Comitiis in quibus frequentiores adsunt Doctores hanc eandem conclusionem confirmandam proponere. Rogatisque super ea re sententiis ut id vitii deinceps praecaveatur censuit facultas doctores qui disputationibus praeesse debebunt a Bidellis monendos esse menses quatuor ante disputationis tempus voluit praeterea ut dicti doctores duos menses antequam typis mandetur eorum Thesis illam decano examinandam committant et nequis hujus decreti ignorantiam praetexat illud typis mandandum esse et unicuique Doctori distribuendum et sic conclusit [illegible] Decanus

Die Veneris 19° octobris 1634. postridie Divi Lucae major pars doctorum adfuit sacro solemni pro defunctis Doctoribus celebrato post ea habita sunt solita Comitia in quibus confirmatum fuit Decretum supra scriptum de Thesibus

Postea accessere more solito paucis ante diebus a Majore apparitore compellati Chirurgorum barbitonsorum praepositi absente primarii Barbitonsoris chirurgi vicario praeposito perpetuo Catalogum suum obtulerunt anulo obsignatum solitum vectigal quinque libras cum quatuordecim assibus persolverunt sed cum abesset primarii Barbitonsoris chirurgi vicarius nec rogati praepositi Catalogum suum subsignare voluerint et non modo solitum praestare juramentum sed etiam juramentum ab arresto anni 1629. praescriptum recusaverint ab accenso interpellati dictorum comparitionem protestata est facultas per accensum qui sequens instrumentum illico confecit. deest illud instrumentum quod remansit inter manus D. Dhesicour patroni

vocati deinde fuerunt pharmacopoei parisienses Praetoriani qui
adfuerunt compellati aliquot ante diebus ut moris est a Bidello adfuere
Cum Syndico suo et omnes apposita super Evangelium manu solitum
praestitere Juramentum

Res Gestæ in Academia Parisiensi a die sabbati 6.a novembris 1734. ad diem sabbati 5.am 9.bris 1735.

M.o Michaele Ludovico Reneaume Blæsensi Decano

Die sabbati 6.a 9.bris 1734

Habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem M. Gibert in Mazarinæo inibi tres supplicarunt pro litteris nominationis jure quinquennii et Magisterii artium petierant Ampl. Rector ut afferrent claves arcæ in qua repositum argentum Universitatis obstitit (ut fert fert per solent Juris consulti) jurium facultatis Decanus quominus arca aperiretur nihilo tamen secius placuit concedere ex denariis quæ in manus Quæstoris reperiebantur fidelissimæ picardorum nationi summam 4500.tt sub annua et legitima pensione constitutam ad continuandum ædificium in vico (vulgo du fouarre) straminco

Die sabbati 4.a Xbris 1734. habita sunt ord.a comitia deputatorum Universitatis apud Ampl. Rectorem in Mazarinæo supplicibus 13. concessæ sunt litteræ 2.a facta est potestas Lud. Lanouet artium Magistro aperiendi pedagogium sub clientela Universitatis 3. actum est de lite inter Capitulum Ecclesiæ Regalis et collegiatæ S.ti Germani Autissodoriensis et unum e capellanis nomine Bachelag in qua læduntur jura Graduatorum et ab Academico tribunali conclusum Academiam ~~[illegible]~~ accedere debere ad hanc causam ne quid detrimenti ex judicio intersuntaro Academicorum jura patiantur

Die martis 19. Xbris 1734. habita sunt Generalia comitia Universitatis apud Mathurinenses et processum est ad ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Joannis Evangelistæ in Collegio Dormanno-Bellovaco antequam procederetur secesserunt in angulum Juris decano excepto deputati postea in locum comitiis destinatum ibi Ampl. Rector habuit orationem elegantem et probata sunt quæ gesserat in trimestri magistratu de concilio Decanorum ipsi que litteras commendatitias concessit Tribunal et amplum promisit comitatum

Die sabbati 8.a Januarii anni 1735. habita sunt ord.ria comitia Deputatorum Universitatis apud Ampl. Rec. in Mazarinæo 3. supplicibus concessæ sunt litteræ mortuo illustriss. Duce de Villeroy qui possidebat olim fundum capellaniarum Sancti-Fiacrii unde placuit sigilli Regii quod illius in domo et rebus appositum fuit resignationi nomine Academiæ intercedendum esse et expromenda esse e chartophylacio chartas quæ capellaniarum institutionem et dotem continent tandem deputatis potestas facta est ut agant cum creditoribus collegii Hubantini vulgo de l'ave maria cujus res quotidie in pejus ruunt

Die 30.a Januarii 1735. Ampliss. Rector cum deputatis et adjunctis ad summos Magistratus cereos detulit soli visi sunt senatus princeps et magni consilii protographus

Die 1.a februarii iidem Versalias profecti sunt ut more ea super Rhedis meritoriis nempe Ampl. Rector cæteri deputati cum adjunctis et officiariis Regi Reginæ Ser.mo Delphino Ser. Aurelianensium Duci cereos oblaturi ubique perhonorifice excepta fuit Universitas sive apud Regem patentibus pro antiquo jure ex utraque parte valvis januæ sive apud

Reginam et alios principes ubique Ampl. Rector Academiae dignitatem
in perorando sustinuit egregie hoc anno non apud patres missionis congregati
sunt deputati sed in aula Regia exteriori quae dicitur quadratam ducis Aureli-
anensis le pavillon du duc dorleans per easdem Rhedas parisios rediimus.

Die sabbati 5o februarii habita sunt ordinaria universitatis comitia apud
Ampl. Rect. in Mazarinaeo in quibus tres supplices pro litteris nominationis admi-
ssi sunt decretum est iis qui minores magistratus cereos oblaturi adeunt dari
majoribus officiariis 5. libras pro prandio 2o scribae et quaestori sportulam
simplicem nempe 6. libras cum libra una cereae candelae singulis attribui
sindico vero duplicem nimirum 12tas cum duabus cereae candelae libris Bidello
vero 3tas in sportulam et pro prandio asses 30. dein 9o definitum est universit-
atem ad nullam causam deinceps accedere debere nisi consulto consilio et data
a litigantibus sponsione Academiam a sumptibus fore immunem 4o de consensu
creditorum collegii hubantini decretorio habendo dictum 5. de praelo ad sigillandum
apto comparando

Die sabbati 26. februarii 1735. caepta est ab Academico Tribunali lustratio
Collegii Sagiensis

Die mercurii 2o martii continuata est lustratio collegii sagiensis inutile
censeo acta referre quae in lustrationis instrumento ab Academiae scriba confecto continentur
et a nobis non secus ac a caeteris deputatis obsignato

Die sabbati 5. martii habita sunt comitia ordinaria apud Rectorem in Mazar-
inaeo supplicibus aliquot concessae sunt litterae nominati sunt tres officiarii majores
universitatis ad agendum cum creditoribus collegii hubantini.

Die Lunae 7. martii 1735. sigillatum est in Regia Navarra

Die martis 8o ejusdem mensis et anni hora 9a matutina apud mathu-
rinenses convenit Tribunal Academicum et pro more antiquo aperiendum
esse rotulum censuit

Die mercurii 9o mensis Martii Tribunal Academicum lustravit colleg-
ium Bajocense et lustrationis reliquum distulit in aliud tempus ut habetur
in instrumento a scriba confecto

Die 12. martii quae fuit sabbati in antiquo suo auditorio convenit Tribunal
Academicum inde processum est ad collegii Longobardorum lustrationem
intricata erant hujus collegii negotia adversus provisores et bonorum electio licet
juridica irrita evasit usus est ad id authoritate Regia D. abbas de Vaubrun contra
Arresti majoris consilii statuta lustratio haec continuata fuit diebus 18. et
30.o hujus mensis

Die martis 15. martii 1735. convenere deputati apud ampl. Rectorem
in Mazarinaeo cum adjunctis et auditae sunt rationes integerrimi
Quaestoris Dni Besoigne et probatae sunt

Die veneris 18. martii habita sunt generalia universitatis comitia apud
mathurinenses in Angulo concessae sunt aliquot litterae duo librarii ad jusjuran-
dum admissi non secus ac minor facultati nostrae apparitor in comitio post
orationem factam Ampl. Rectori et probati rebus ab eo gestis processum est
ad aedem Deo sacram sub invocatione Sti Nicolai Tolentinatis apud Augus-
tinenses in suburbio Sti Germani

Die mercurii 23. martii 1735. habita sunt extraordinaria universitatis
comitia hora sesqui septima matutina in aula collegii Mazarinaei ibi
accessit Nobilis vir D. filius Marchionis de Dreux supremus
Rituum magister qui comitatus omni pompa funebri nempe armorum
Rege caeterisque heraldis et fecialibus les crieurs amplissimo rectori gorrasii

 Regi Epistolam Regio ut vocant sigillo munitam qua jubebat Rex Academiam adesse Pompæ funebri Reginæ Sardiniæ quæ a Rectore perlecta jussu armorum Rex feciales ut officio fungerentur tum tintinnabulis suis appellantes eorum primus invitavit Academiam his verbis Nobles et Scientifiques personnes &c.

Die Jovis 24. martii 1735. Ampl. Rector deputati cum adjunctis convenere in scholas superiores facultatis medicinæ hora 9a matutina indeque processum est ad Exequiale Sacrum pro Augustissima Regina Sardiniæ quod celebratum fuit in Ecclesia Metropolitana Parisiensi

Die Sabbati 2a Aprilis habita sunt ordinaria Academiæ comitia apud Ampl. Rectorem in Mazarinæo auditi sunt supplices aliquot et uni denegatæ sunt litteræ quia deerant illi requisita

Die martis 19o Aprilis hora 9a matutina habita fuit Synodus Academica apud Mathurinenses adfuere parochi præter Sancosmianum qui exulat ex aliis Beneficiariis laudati qui aderant ii vero qui sine excusatione legitima aberant mulctati sunt

Die Aprilis 23o qui fuit Sabbati habita sunt extraordinaria Academiæ comitia apud ampl. Rect. in Mazarinæo in quibus datum est responsum hiberniis Collegii Longobardorum nempe standum adhuc mandato Regio ut scripserat Rectori Em. Card. Regni administer

Die Mercurii 27. Aprilis 1735. extraordinaria habita sunt comitia et Tribunal ab auditorio Juris auditorio processit ad Lustrationem Collegii Sanctæ Barbaræ in quo male omnino se habebant omnia et summa indiget reformatione

Die Sabbati 7o maji habita sunt ordinaria Universitatis comitia apud Ampl. Rect. in Mazarinæo supplices aliquot accessere pro litteris nom. propositum fuit Curiæ porrigere libellum supplicem nomine Universitatis pro rebus Collegii Sti Michaelis concessit Academia M. Crevier ut Titum Livium cum suis notis edat sub privilegio suo

Decretum est porrigere libellum procuratori catholico ut velit sequestrem Collegii hubantini nominare ne amplius negotia dicti Collegii gerat primarius nomine Griller

præterea interrogati sunt eadem officio moniti Bidelli duo et decretum accedendum esse ad causam M. Duvrac licentiati in facult. Salubr. adversus collectores in subsidiorum curia necnon in concilio status ad causam M. Procope collegæ nostri adversus publicanos qui ab eo expetunt feodorum subsidium

Die Jovis 12o maji convenere apud Mathurinenses deputati Universitatis et processere ad Collegium Bajocense iterum illud lustraturi

Die Sabbati 4o Junii habita sunt ordinaria comitia deputatorum Universitatis apud Ampl. Rect. in Mazarinæo duo supplices accessere pro litteris Bursarii Collegii Bajocensis interrogati fuere iterum aut etiam de restauratione ædium in Coll. Sanctæ Barbaræ et aliis similibus


An ani fistula ferro tutius quam causticis aut ligatura curatur?

et fuit affirmativa conclusio Respondente M. Jolliot de St. Vast cujus responsa die sabbati sequenti probata sunt.

Die Jovis decimo quinto mensis martii disputavit in ordine de Quæstione quodlibetaria medico chirurgica M. Maloet sub hac verborum serie

An Chirurgia pars medicinæ certior?

Et fuit negativa conclusio cui Respondit M. Carol. Payen Baccalaureus hæc quidem thesis multarum disceptionum causa et initium fuit irati enim chirurgi conductitios scriptores adhibuere qui contra hanc thesim debacchati sunt ut alibi dicetur. Die sabbati sequenti probata sunt responsa Baccalaurei

Die duodecimo Aprilis 1736. post paschalia disputavit in ordine de Quæstione quod-libetaria medico-chirurgica M. de Malzny et fuit Quæstio negativa ejusmodi

An Chirurgus in arte sua medico certior?

Respondebat M. Pipereau Baccalaureus Emeritus quia per tempus non licuit ipsi thesim propugnare propter rationes in alio loco exponendas notandum vero in hac Thesi Baccalaureorum Emeritorum loco novos adfuisse Baccalaureos plures qui adeo animose stadium ingressi sunt ut initio proposuerint argumentum mutum (resumptam vocant) et in fine ad Quodlibeta Responderint at in Comitiis extraordinariis illico post Thesim habitis probata sunt Responsa M. Pipereau

Quæstiones

anti Quodlibetariæ vulgo Pastillariæ

Die Mercurii decimo septimo mensis novembris anni 1735. Mr. Franciscus Felicitas Cochu actum pastillariæ celebravit in Scholis hora decima matutina in quo agitata fuit Quæstio bimembris sub hac verborum serie

an vehementiori Tussi { Diluentia / incrassantia

primum membrum proposuit Mr. Cochu M. Pipereau Bac-

Baccalaureo alteram vero agitavit in utramque partem M.re Bailly eique respondens conclusit M. Chomel filius

Die martis vigesimo mensis decembris 1735. M. claudius de Jean actum pastillariae celebravit in scholis hora decima matutina in quo agitata fuit Quaestio bimembris sequens

an in Apoplexia { sanguinis missio! / Emeticum!

Primum Quaestionis membrum proposuit M. de Jean M.o Payen Baccalaureo alterum M. Vasse vices gerens M.i Renard M.o fontaine qui conclusit

Die mercurii undecimo Januarii anni 1736. M. Albertus Jacobus Hazon actum pastillariae celebravit in scholis hora decima matutina et fuit Quaestio bimembris his verbis concepta

An primis à partu diebus subitae Lochiorum suppressioni
Venae sectio { e Brachio / e saphaena

Primum membrum M. Hazon proposuit M.o Murry Baccalaureo alterum M. Vasse vices gerens M. Vernage M.o Linguet qui conclusit

Die mercurii vigesimo quinto Januarii 1736. M. Adrianus Malaval actum pastillariae celebravit in scholis hora decima matutina in quo agitata fuit Quaestio Bimembris sequens

an Apoplexiae praegnantium { Purgantia! / volatilia!

Primum membrum proposuit M. Malaval M.o Isoard Baccalaureo alterum M. Le Tellier M.o Borfecknecke qui conclusit

Die mercurii octavo februarii 1736. M. Jacobus franciscus Vandermonde actum pastillariae celebravit in scholis hora decima matutina et fuit agitata Quaestio bimembris his verbis concepta

an perspirationi revocandae { Tonica! / Venae sectio?

Primum membrum proposuit M. Vandermonde Baccalaureo M. follior desf. vau alterum M. Miller M.o Danal qui conclusit

Die martis decimo quarto mensis februarii anni 1736. M. cochon Du Puy actum pastillariae celebravit in

in Scholis hora decima matutina et fuit agitata Quæstio bimembris medico-chirurgica his concepta verbis

An lethalis incisio { menyngum? / Cerebri!

primam Quæstionem proposuit M. Cochon du Puy deficiente Candidato M. Murry Baccalaureo alteram M. Brunet vices gerens M. Leaulté filii Mro Boudelin Juniori qui conclusit

Die martis vigesimo primo februarii 1736. M. Tussanus Gilbertus Boulland actum pastillariæ celebravit in Scholis hora decima matutina inquo agitata fuit Quæstio bimembris sequens

An ex turundarum intromissione Cicatricis { Retardatio! / Difformitas!

primum membrum proposuit M. Boulland Mro Isoard Baccalaureo alterum Mro Jacques vices gerens M. Bernier Mro Bellot qui conclusit et vices gerebat M. de Jussieu tertii

Die mercurii vigesimo nono februarii 1736. Mrus Henricus Guyot actum Pastillariæ celebravit in scholis hora decima matutina inquo agitata fuit Quæstio bimembris sequens

Utrum ani inflammationibus { Phlebotomia / Topica

Primum membrum proposuit M. Guyot M. folliot dest. vast Baccalaureo alterum M. Jacques vices gerens M. Besse cui concludens Respondit M. Bellot in locum M. Dier

Vesperiæ et Doctoratus

Die martis vigesimo octavo mensis Augusti anni 1736. hora decima matutina celebratus fuit in scholis actus Vesperiarum Mi Lucæ Augustini folliot dest. vast Licet in ordine licentiatorum ultimus quia supplex a facultate Coram Cancellario petierat ut salvo aliorum jure ipsi liceret ocyus ad Doctoratum promoveri quod ipsi concessum fuit huic actui præfuit Mrus Brunet rei herbariæ professor designatus et in illo actu fuit agitata Quæstio bimembris quæ sic sehabet

An revocandæ perspirationi { Diaphoretica? / Venæ sectio?

primum Quæstionis membrum præses Candidato Mro proposuit alterum M. Millet Licentiato

Die Jovis trigesimo Augusti 1736. M. Lucas Augustinus folliot dest. vast Laurea Doctorali insignitus est præside Mro Brunet et fuit agitata Quæstio bimembris sequens

An Lethargo { Diaphoretica / Venæ sectio

 Primum membrum novus Doctor proposuit Mr Cochu alterum vero praeses M.^o miller discutiendum

Die martis decimo octavo mensis septembris 1736. hora decima matutina celebratus fuit in scholis actus Vesperiarum M.^i Bartholomaei murry praeside M. Michaele Ludovico Reneaume de la garanne tunc facultatis decano vices gessit M. de la Vigne in hoc actu agitata fuit Quaestio bimembris sequens

An puerperae recens enixae { Diaeta tenuissima / alimenta polytropha

primum membrum proposuit praeses candidato alterum vero M. Bonnet Licentiato

Die Jovis vigesimo septembris 1736. Laurea Doctorali insignitus est M. Barthol. Murry praeside M. Reneaume qui vices gessit M. de la Vigne de Fresneville in hoc actu agitata fuit Quaestio bimembris sequens

An lacti puerperarum a partu in sanguinem refluo Venae sectio è { Brachio / saphaena

Novus doctor primum Quaestionis membrum proposuit M. Daval qui vices gessit M. de Jean alterum vero praeses M. Brunet qui conclusit

Die mercurii decimo mensis octobris 1736. hora decima matutina celebratus fuit actus vesperiarum M. Caroli Payen praeside M. Mongin qui vices gessit M. Du Vernay et agitata fuit Quaestio bimembris sequens

An incipiente febre { Venae sectio / Diluentia

Praeses candidato proposuit primum membrum alterum vero Licentiato M. Reneaume vice M. de la Vigne

Die Jovis undecimo octobris 1736. hora decima matutina fuit celebratus actus vesperiarum M. Joannis Isoard praeside M. Ludovico de Santeul in quo agitata fuit sequens quaestio

An a medicina { Vita foelicior / mors Tolerabilior

primum Quaestionis membrum proposuit praeses candidato alterum M. Vasse vices fungens M. Du Vernay Licentiato

Die Veneris duodecimo octobris 1736. celebratus fuit actus vesperiarum M. Ludovici Jacobi Pipereau cui praefuit M. Chevalier pharmaciae professor in quo agitata fuit sequens Quaestio bimembris

Est ne saphaenae sectio { Derivatoria respectu pulmonis / periculosa in peripneumonia

praeses primum membrum proposuit candidato alterum M.

de Santeul licentiato qui conclusit

Die lunæ decimo quinto octobris 1736. laurea doctorali insignitus est M. Carolus Dayen qui animose resistere non timuit præsidi M. Mongin vices gerenti M. du Vernay indigne quidem se gessit præses cujus stoliditas a decano repressa fuit quam silentio tamen involvendam censuit facultas in hoc actu agitata fuit Quæstio bimembris hujusmodi

An curandis morbis { Remedia / Expectatio

Novus doctor primum membrum proposuit M. Haron alterum præses quod conclusit M. Reneaume decanus vices gerens M.ⁱ de la Vigne

Die martis decimo sexto octobris 1736. Lauream doctoralem consequutus est M. Joannes Isoard præfuit huic actui M. de Santeul in quo agitata fuit Quæstio bimembris sub hac verborum serie

An scrofulis { Mercurius / Kina kina

primum Quæstionis membrum proposuit Novus doctor M. Malouel alterum præses M. Vasse qui vices gerebat M. du Vernay

Die Mercurii decimo septimo octobris 1736. Laurea doctorali fuit redimitus M. Ludovicus Jacobus Piperau præside M.^o Chevalier pharmaciæ professore in hoc actu agitata fuit Quæstio bimembris sequens

Est ne venæ jugularis sectio { Revulsoria respectu capitis! / saphenæ sectioni anteponenda in inflammatione meningum!

primum Quæstionis membrum proposuit ~~[illegible]~~ Novus doctor M. Vandermonde alterum præses M. de Santeul concludendum proposuit

Notandum vero quod hi omnes vesperiarum et doctoratus extra ordinem licentiorum celebrati sunt concessa scilicet a facultate licentiatis venia ut salvo aliorum jure non servato ut moris est ordine instituto ab ecclesiæ metropolitanæ et universitatis cancellario et juxta suffragiorum numerum determinato hanc autem supplices veniam a facultate coram cancellario post acceptam licentiam in sacello illustrissimi ac Reverendissimi archiepiscopi parisiensis cui præsentes facultatis nomine ultro consensere et inversus fuit ordo licentiæ quod exemplo non caret nam in præcedente stadio seu licentia res eadem accidit nec servavere in toto solita interstitia novi doctores

Orationes publicæ

Die Dominica vigesima Novembris anni 1735. M. Desiderius Claudius Fremont Scholarum professor hora sesqui tertia pomeridiana necessariam in medio artis et naturæ conspirationem eleganti oratione publica asseruit

Eodem fere tempore lectiones suas chirurgiæ Tyronibus significavit sequenti programmate Gallico M. Joannes Baptista Martineng his verbis

avis aux Aspirants en Chirurgie

M.r J. B. Th. Martineng Docteur Regt. de la faculté de medecine en l'université de Paris et professeur de chirurgie en langue vulgaire donnera les preceptes de cet art en faveur de ceux qui y aspirent

Il commencera Lundi 28e. Novembre 1735. a onze heures et continuera tous les Lundis mercredis et vendredis a la même heure

Le jour quil prononcera son discours public sera annoncé par une affiche particuliere

Speciale quidem et promissum hoc programma non apparuit expectaturque adhuc oratio illa publica

Demonstrationes

Anatomicæ ac Chirurgicæ

et

Opera Galeno-chymica

Die mercurii decimo quarto Decembris 1735. et sequentibus M. Couthier Scholarum professor doctrinam et morbos corporis humani publicis orationibus in cadavere virili explicavit ~~[illegible]~~ singulas vero partes per anatomem patefactas adstantium oculis subjecit Antonius franciscus Barbaut filius chirurgus parisiensis idque in amphitheatro hora nona matutina

Die veneris vigesimo tertio mensis martii M. Petrus Afforty chirurgiæ professor operationes chirurgicas quæ circa corpus humanum exercentur in virili cadavere publica philiatros edocturus orationibus tersis ac dilucidis incæpit operante petro Clery chirurgo parisiensi hora post meridiem tertia quas sequentibus diebus absque interruptione absolvit non sine adstantium plausu

Die martis septimo mensis Augusti M. franciscus Josephus Hunaud Doctor med. paris. Regiæ scientiarum Academiæ et Regiæ societatis Londinensis socius in horto Regio anatomes ac chirurgiæ professor nec non in scholis nostris utriusque Pharmaciæ de selectioribus

Pharmaciæ tum Galenicæ tum chymicæ operibus egit in amphitheatro manum operi admovente Josepho Henry pharmacopoeo parisiensi hora post meridiem tertia et sequentibus diebus Veneris et martis hæc prosequutus est opera.

Obitus Doctorum

Die mercurii vigesimo secundo mensis februarii anni 1736. hora vespertina undecima è vivis excessit Mag.r franciscus Gouel Doctor Regens antiquus professor et censoris munere olim decoratus ætatis suæ anno octogesimo filius erat M. franc. Gouel ordinis nostri quondam dum viveret Doctor.
Die Jovis sequenti humo conditum est illius corpus modeste nimis nec vocata facultate in fano S.ti Josephi quod est auxiliare Ecclesiæ parochialis S.ti Eustachii hic vir candidus morum amoenitate et doctrina commendabilis erat ipsi parentatum est in sacello scholarum die sabbati sequenti tertio mensis martii missa solemni vocatis parentibus qui frequentes adfuere et perhonorifice recepti sunt in hac missa solemni Doctoribus ad turnum vocatis et aliorum præsentium antiquioribus utriusque ordinis in vocatorum absentium locum distributi sunt calculi non secus ac in missa anno præcedenti celebrata pro anima M. Afforty patris

Die martis vigesimo quinto mensis Julii anni 1736. obiit hora post meridiem circiter q.a sacramentis munitus M. Andreas de la Leu clericus Doctor medicus parisiensis antiquus professor unus e capellanis sancyslianis a facultate olim nominatus nec non magni Nosocomii hujus urbis medicus ordinarius vir athletico robore ~~præditus~~ constitutus (sicu uti voluisset) Ingenio præditus multis que litteris imbutus erat non vocata facultate et absque pompa die sequenti ut optaverat in fano Sancti Severini conditus fuit annum agens sexagesimum ipsi die Sabbati sequenti more solito in scholarum sacello missa solemni bene prælatum est vocatis parentibus Doctoribus que qui frequentes adfuere et vocatis Doctoribus præsentibus non secus ac supra calculi distributi sunt modo jam dicto

Acta
Et comitia Saluberrimi
Ordinis Medicorum Parisiensium
a Die Sabbati Quinto novembris 1735.
ad Diem Sabbati tertium
novembris anni 1736.

M.° Michaele Ludovico Reneaume Decano

De comitiis habitis die quinto novembris 1735. initio Jam actum est eodem die habita sunt etiam ordinaria comitia prima mensis nuncupata inquibus M. Col de Villars mentionem fecit febrium tum rubrarum tum intermittentium quibus addidit duplices tertianas continuas quin et variolas quæ omnes ordinariis cessere remediis
M. de Lalen narravit febres malignas inquibus caput tentabatur qui statim mediati sunt ægri convaluere iis vero qui tardius vesicantia profuere
M. Jacques febres tantum intermittentes recensuit et M. Colnier Erysipelata
in iisdem Comitiis Decanus Egit de confirmatione Decreti lati die 18.° octobris circa Theses sed obstantibus nonnullis præsertim M. Afforty ne diutius protraherentur comitia ad alia res remissa est

Die Lunæ septimo novembris 1735. speciali articulo ad id convocata facultate hora decima matutina recogitata vina convocatione decretum latum circa theses die 18.° octobris esse confirmandum censuit illud que ~~[illegible]~~ ex majori suffragiorum numero confirmatum est pro secunda vice et sic conclusit Reneaume Decanus

Die Jovis primo decembris 1735. in Comitiis ordinariis D M. Afforty Egit de morbis pectoris Rheumatismos et arthriticos dolores Rheumatismum mentientes narravit qui venæ sectioni cedebant idem variolas et morbillos observavit
M. Le Tellier recensuit Rheumata et febres intermittentes M. Peaget Egit etiam de febribus intermittentibus quarum typus irregularis erat et inordinatus
M. Millet variolas gutturis dolores et Erysipelata observavit M. Le Roy dixit puerperas aliquot post V. S. ebrachio et saphæna periisse
M. de l'Epine partum peculiarem narravit febres que intermittentes rebelles quæ iteratas requirunt V. S. nec non catharses ante Kina Kina usum retulit etiam exemplum duplicis quartanæ
M. Dubois se febres malignas observasse addidit

Die Sabbati decimo decembris 1735. convocata fuit facultas per schedulam a Bidellis delatam hora decima matutina post sacrum de variis rebus ad Academiam et facultatem pertinentibus deliberatura in his Comitiis inter alia dixit Decanus

Jam olim vobis narravi me vestro nomine porrexisse libellum supplicem Senatui ut admitteretur facultas in lite Universitatis

adversus Juris professores hac quidem causa fere tota nostra est in illa enim de pensionibus quibusdam annuis agitur præsertim quæ de illa quam concessit Tribunal Academicum [struck] vestro professori chirurgiæ scilicet idiomate gallico cui concessioni intercessere Juris professores unde orta est lis de qua agitur

Aresto autem Curiæ dato 4o. maji 1729. præcipitur ut status redituum et impensarum Universitatis instrumento ad id expresse facto constet et una quæque societas Academica deliberare possit et sententiam suam proferre de horum redituum usu præsertim quoad pensiones de quibus agitur quod quidem actum est in Tribunali Academico die 15o. Julii 1730. ut habetur in Commentariis nostris vol. 18. fol. 616. unde apparet hos reditus tum ordinarios tum extraordinarios annuatim ad summam 18600.tt impensas vero ordinarias et extraordinarias ad summam 12050.tt accedere

Societas una quæque sententiam suam exhibere debuit et ea ajunt in lite producere quod a cæteris quæ actum est pensiones novas petentibus non vero a facultate saluberrima quia tunc temporis nulla conclusio a decano prolata est quippe qui vos hac super re non consuluit hujus autem conclusionis defectus liti moras nectit judiciumque protrahit

Super hac Rogatis sententiis censuit facultas quod cum aliæ societates Academicæ indigentia facultatis convictæ ipsi nec detrectent nec contententur annuam pensionem 1000.tt se aliter de cæteris pensionibus sentire non posse nisi quod summæ senatus prudentiæ decernendum relinquat quid quid ipsi opportunum magis visum fuerit attamen se Curiam commonefacere debere augmentum 200.tt librarum pensioni suæ additum et ab Universitate ipsi concessum omnino necessarium esse pro stipendio [struck] sui professoris qui chirurgiam idiomate gallico docet et sic conclusit Reneaume decanus

hanc vero conclusionem tradidi procuratori nostro D. Genneis ut instrumentum ex illa conderet in lite proferendum idiomate Gallico sic conceptam

aujourd'huy 10e. 9bre 1735. la faculté de medecine legitimement assemblée et requise par son Doyen de deliberer sur lemploy des revenus de l'université suivant son exposé elle a esté d'avis que veu l'Etat de la recepte et de la depense qui se trouve dans les registres constaté au Tribunal du mois de Juillet 1730. se montant la recette de l'ancien fond de l'université a la somme de 18600. livres et la depense a celle de 12050. livres comme les autres compagnies ne lui contestent point sa pension de 1000.tt elle ne juge pas apropos sur les autres pensions de prendre d'autre party que de s'en rapporter entierement a la prudence de la cour mais que neanmoins elle ne peut s'empescher de representer a la cour que l'augmentation de 200.tt a elle accordée par l'université lui est absolument necessaire pour l'entretien des leçons de chirurgie en langue françoise ce qui a esté ainsi conclu par le Doyen apres avoir recueilly les voix.

178. In iisdem comitiis dixit decanus illud idem et vobis peto quod
jam olim cum cæteris Academiæ ordinibus egistis adversus juris prof-
essores de graduatorum jure &c. quibus auditis sequens decretum
conditum est cujus unum exemplar deposuit decanus in sequentibus
Academiæ comitiis inter manus scribæ universitatis

Die sabbati decimo decembris 1735. facultas legitime convocata
per schedulam ut moris est a bidellis delatam de variis rebus quæ tum
ad Academiam tum ad facultatem pertinent deliberatura inter alia dixit
Decanus petere se a facultate illud idem quod jam olim ab ea cum cæteris
Academiæ ordinibus actum est adversus servivale collegium quod tunc
suos præferri volebat in concurrentia graduatorum super aliquod beneficium
et arresto juris professores causa ceciderunt cum igitur hodie doctores
sacræ facultatis idem tentare sint ausi et a rege ~~petant~~ ut præfer-
antur septenariis artium professoribus quod aperte contrarium esset regis
declarationi anni 1676. vos autem hic perspectis non modo causæ Academiæ
accessuros spero ipsique opem laturos adversus iniquam Theologorum
postulationem atque amplissimo domino rectori ut vestro nomine
non secus ac aliorum ordinum omnimode agat in hac causa potest-
atem facturos. quibus auditis censuit facultas accedendum esse causæ
universitatis adversus Theologiæ doctores enixeque rogandum ampli-
ssimum rectorem ut omnem curam in hac causa adhibeat etiam
facultatis medicæ nomine et sic conclusit Reneaume decanus

In iisdem comitiis dixit decanus se pro tertia vice proponere
facultati decretum confirmandum quod latum fuit 18.° mensis octobris
anni 1735. jam 7.° mensis novembris ejusdem anni secundo confirmatum
ex majori suffragiorum numero. olim hac de re jam actum fuerat
nam inter multa decreta unum extat volumine 14.° commentariorum
nostrorum fol. 595. quo certa thesi supprimitur aliamque sufficien-
dam esse a græside præscribit facultas ea enim a M. Steph. Geoffroy tunc
Decano ægrotante examinari non potuerat utpote tardius ipsi delata
ideoque decrevit ordo saluberrimus nullam thesim deinceps propugnand-
am esse in scholis quin decano exhibita sit quindecim dies antequam illius
argumentum a bidello promulgetur alioquin liceat decano aliam quam-
cumque thesim sufficere de qua Baccalaureus respondere tenebitur ut ferunt
alia a facultate jam lata decreta et speciatim decretum latum 2.° janu-
arii 1676. M. Joan. Bapt. Moreau decano et sic conclusit vice decani
ægrotantis M. Germanus Preaux ex majori suffragiorum numero
quoniam autem cum numerosa erit Baccalaureorum familia brevior
erit tempus et tunc spatium hoc decreto definitum sufficiens fore non
videtur ideo facultas id prævenire voluit ultimo suo decreto ne scilicet

memoratus casus accidat et praeterea nomini suo ac famae consulendum praecavet ne recoctam crambem exhibeant minus diligentes aut Theses jam in alia facultate propositas quod raro [struck] accidit proponantur his auditis lato que decreto die 18. octobris lato ac septimo novembris confirmato Rogavit sententias decanus et ex majori suffragiorum numero decano concludente tertio tandem confirmatum est decretum Reneaume

Anno Dñi 1736. die lunae 2a Januarii habita sunt ordinaria facultatis comitia in quibus M. Leauté senior narravit febres intermittentes continuas in quarum exacerbatione lethargus accedebat quin et spasmi in his febribus sudores aderant et ebullitiones ad cutim sanguis e vena extractus floridus erat et 14a vel 21a die judicabantur M. Boudelin 1.° morbillos et variolas observavit boni moris in quibus tamen necessaria fuit V.S. icteros etiam et febres intermittentes et malignas necnon subitas mortes MM. Vasse le Roy et Malouin eadem retulere.

Die Lunae 23a Januarii et sequentibus anni 1736. Baccalaurei operationes chirurgicas propriis manibus executi sunt quod quidem Examen sequenti programmate compitis et scholarum valvis affixo promulgatum fuit hoc modo

De Mandato M. Mich. Lud. Reneaume

saluberrimae facultatis parisiensis decani et MM.

Doctorum Regentium ejusdem facultatis

Notum sit omnibus ad quos pertinet die Lunae 23a mensis Januarii et diebus martis mercurii et veneris sabbati dominica et lunae sequentibus 1736. ab hora post meridiem secunda usque ad quintam Baccalaureos peritiae suae in operibus chirurgicis super virili cadavere propria manu exequendis Examine probatorio coram facultate periculum esse facturos.

Subscripsit et promulgavit die veneris 20. ejusdem mensis et anni Lud. Andel major facul. apparitor

Die sabbati 28. Januarii 1736. convocata fuit facultas per schedulam a Bidellis delatam ut moris est Electura Examinatores candidatorum quin rationum anni primi nostri decanatus et de aliis rebus deliberatura in his comitiis proposuit decanus ut Bidellis concederetur aliquid pro opera extra-ordinaria praestita in Examine de operibus chirurgicis ut ipsi postulabant Rogatis sententiis unanimi consensu censuit facultas praeter solitam distributionem uni cuique Bidello erogandam esse summam sex librarum censuit praeterea curae decani relinquendum esse ut in Examine anatomico ac chirurgico sic dirigat ut in primo de cunctis partibus in secundo de singulis operibus interroganti ordine suo Doctores et respondeant Baccalaurei itaut integra demonstretur anatome et omnia perficiantur opera chirurgica per hebdomadis utriusque spatium et sic conclusit Reneaume Decanus

Postea ventum est ad Electionem itaque missa sunt in Urnam Doctorum qui aderant nomina majoris ordinis primo ex qua eduxit Decanus nomina M.M. Martineng Bailly et Millet
Iterum vero missis nominibus doctorum minoris ordinis extraxit ex Urna decanus M.M. Baron Junioris et Barfecknecht hi autem quinque Electores fuere Examinatorum Candidatorum præstito que inter manus decani solito juramento in sacellum sedentes Electioni operam dedere quam videntes in comitium Electorum antiquior M. Martineng sic retulit

In Examinatores candidatorum Elegimus de majori ordine M.M. Baron Censorem Afforty et Bourdelin quorum nominibus in Urnam missis remansit nomen M. Afforty eductaque sunt nomina M.M. Baron et Bourdelin
De Minori vero Elegimus M.M. DuBois Malouin et Bellot quia autem hic ultimus nundum annos duos integros præsidentiæ numerabat intercessere non pauci præcipue M.M. Mongin Cochin Vasse Danier et Lehoc. Hæ vidensque M. Bellot præ modestia quæ in consumma est dirimendæ controversiæ causa abdicavit secessere igitur iterum Electores et in locum M. Bellot suffecere M. Linguet missis itaque in Urnam nominibus eorum de minori qui electi fuerant in Urnæ fundo remansit M. Malouin et eduxit Decanus nomina M.M. DuBois et Linguet
hi quatuor igitur M. Baron pater
M. Bourdelin primus
M. DuBois
M. Linguet candidatorum ~~Electores~~ examinatores præstito prius in manus decani sacramento renuntiati sunt.
altera tandem vice utriusque ordinis nomina seorsim in Urnam missa sunt ad Eligendos Examinatores rationum prioris anni decanatus nostri et sorte ducti sunt de Majori M.M. Martineng Bailly et Millet de Minori vero M.M. Danier Bellot et Vandermonde qui dictarum rationum examinatores fuere

Die sabbati 4.o februarii 1736. habita sunt ordinaria Comitia in quibus M. Caron verba fecit de catharris alvi fluxibus febres etiam continuas cum alvi fluxu observavit febres que obscuras et latentes his curandis V. S. et refrigerantia adhibuit insuper hic addidit herpetes et Erysipelata.

M. Linguet morbillos et variolas boni moris observavit et pleuritides sola V. S. curatas M. Barfecknecht febres continuas narravit Apoplexias et paralyses M. Baron Junior retulit alvi fluxus et colicos dolores
In iisdem comitiis facultas ad hoc speciali articulo ad hoc convocata ut Judicium ferret de operibus chirurgicis a Baccalaureis propria

mam nuper Executioni mandatis non modo illorum Responsa probavit sed impense laudavit et illorum dexteritatem et doctrinam

Die Jovis 3a. mensis martii 1736. habita sunt ordinaria salutaris Comitia de Morbis M. Leauté pater narravit mulierem quamdam hydropicam quae hinc et inde ad negotia sua pergit ducentesimam et vigesimam paracenthesim nuper passam fuisse illi que ut asseruit in una quaque operatione aqua pondus vel mensura extrahebatur alimentorum pondere duplo annos haec natalem quadraginta quinque

M. Finot observavit in muliere phtysica annorum 88. methastasim ad aures factam qua sanata fuit M. Bellot morbillos retulit et pectoris ut ajunt fluxiones absque Expectoratione sanatas

Die Sabbati decimo mensis Martii Convocata fuit facultas auditura supplicationem Candidatorum hora decima matutina post sacrum in his Comitiis Orationem satis tersam ac modestam habuit M. Dionis Gener M. Andri Caeterorum nomine erant autem n°. 6. nempe M. Dionis Bonnart ferret Garnier Belleterre et Demours qui omnes de nomine cognomine patria et Religione interrogati Quaestioni etiam medicae propositae ab antiquioribus praesentium Doctorum satisfecere illorum supplicationi annuit facultas et a decano dictus est ipsis dies ad exhibendas suas litteras

Die Lunae 12a. mensis martii 1736. hora 10a. matutina Congregata facultate attulerunt Candidati litteras suas quibus examinandis more solito Electi sunt viva voce MM. Col de Villars Jvant Danier Vasse Bourdelin junior et Bellot Jam autem creverat candidatorum numerus qui novenarius fuit nam sex primis se adjunxere tres alii nempe MM. Midy ferrein et de Rabours quibus de nomine &c. interrogatis ab antiquioribus praesentium quaestioni etiam medicae satisfecere

Die Sabbati 17a. mensis Martii Convocata fuit facultas per schedulam a Bidellis delatam hora 10a. matutina post sacrum auditura relationem clarissimorum virorum qui Examinandis Candidatorum litteris praepositi fuerunt quam Relationem M. Col de Villars examinatorum antiquior sic fere retulit

Petrus De Mours Massiliensis gradum magisterii in artibus Avenioni adeptus est die 21. septembris 1724. laurea Doctorali ibidem insignitus est die 1a. Aprilis 1728. Baptisterii fontibus ablutus est die 14. augusti 1702. annum agit 34.

Michael philippus Bonnard Carnutes tres menses supra 25. annum attigit natus scilicet die 11. Januarii 1711. eademque die sacris fontibus ablutus in parochia Sti Michaelis ejusdem urbis Doctoratum in Academia Rhemensi adeptus est die 5. maji 1730.

Joannes Jacobus Belleterre quatuor menses supra 21. annum attigit natus parisiis die 11a. 9bris aqua sacra regeneratus in parochia S. Andreae ab arcubus anno 1714. artium magister in Academia parisiensi creatus 9a. 7bris 1733. excepit lectiones MM. Andry millet Mery et Bourdelin ut probant literae sigillo facultatis munitae.

Carolus Dionis natus est parisiis die 13. junii 1710. die 15. sacris fontibus ablutus est in parochia Sti Rochi annum agit 25. cum novem mensibus Doctoratus gradum in medicina adeptus est Rhemis die 26. februarii 1735.

Guido Andreas Garnier parisinus nonum mensem agit supra 20. aetatis annum natus die 14. junii 1715. sacris fontibus ablutus est die 15. ejusdem mensis in parochia Sti Benedicti Magisterio artium decoratus fuit in Academia parisiensi die 18. octobris 1734. per 20. menses excepit lectiones M.M. Couthier Bailly Martineng ut patet literis testimonialibus sigillo facult. munitis M. Affory literas ipsi concedere noluit quia annus Academicus non erat absolutus

Laurentius Ferret parisinus 21. annos natus parisiis die 4. martii 1715. eodem die Baptismate regeneratus in parochia D. Rochi. die 5. 7bris 1734. artium magister renunciatus est biennium in schola parisiensi studuit ut patet literis MM. Bertrand Martineng Vasse et de la leu sigillo munitis [illegible]

Antonius Ferrein Aginates sacro fonte ablutus die 28. octobris 1693. in parochia Frespech ut patet instrumento publico Thomae Bate Judicis Regii et Baroniae Frespech lato die 5. februarii 1703 quod servandum esse judicamus licentiae gradum obtinuit Monspelii die 18. 9bris 1728. doctoratus vero die 27. ejusdem mensis et anni

Joannes Midy Lemovicens Monspelii Baccalaureatus gradum assequutus est die 28. junii 1739. Licentiae die 27. julii et Doctoratus 5. Augusti ejusdem anni desunt ipsi litterae Baptisterii

Gedeon de Rabours Genevensis Doctorali laurea insignitus est Valentiae die 12. julii 1733. desunt ipsi literae Baptisterii

Rogatis sententiis facultas omnes admittendos ad Examen censuit die lunae proximo et sequentibus ita tamen ut si idonei fuerint Midy non antea ad principium admittatur quam prius Baptisterii testimonium pro~~ferat~~ tulerit et Rabours ~~afferat~~ attulerit catholicitatis testimonium a majore Rever. Archiepiscopi Vicario obsignatum et sic conclusit Reneaulme Decanus

Die Lunae 12a martii coram facultate ab Examinatoribus et Decano interrogati sunt candidati ab hora secunda ad 5am de rebus naturalibus die sequenti similiter coram facultate tentati sunt de rebus non naturalibus die Mercurii Responderunt de rebus contra naturam et hac die unicuique Explicandus die Veneris sequenti propositus est Aphorismus.

Die Veneris 16. martii hora 10a matutina coram facultate Candidatus unus quisque Aphorismum ipsi designatum exposuit et adversus expositionem Examinatores argumenta proposuere.

Die sabbati 24. martii convocati sunt Doctores omnes in scholas superiores hora 10a matutina post factam relationem Clarissimorum Examinatorum audituri et suum de ea judicium per scrutinium laturi per schedulam ad singulos doctores per bidellos delatam

Examinatores paululum a comitiis secessere ut de iis quae exponenda esse videbantur agerent inter se tum redeuntes M. Baron antiquior Dixit ab Examinatoribus candidatos omnes ad principium admitti excepto

M. Midy qui tamen in Examine satisfecerat sed antequam profer-
ret litteras baptisterii illum ad principium non esse admittendum
laudavit jure ac merito M. ferrein qui plaudentibus omnibus Egregium se
in arte monstraverat toto Examinis decursu laudavit etiam M. Bouvard
de cæteris dixit satis fecisse MM. Rabours Midy .. farret et Demours tres alios esse debiles sed
spem esse illos in exercitationibus postois vires acquisituros

Postea Decanus Exhibuit literam testimonialem franciscani nomine Geuffray Baccalaurei ~~Doctoris~~ Theologi
parisiensis hac autem dictus Theologus testabatur se audivisse confessionem M.
Rabours atque a Guardiano majori conventus franciscanorum nomine Marc firmata ei scil-
icet fidem adhibendam testabatur Norsecus ac Dmni Regnault magnus Reverendis-
simi Archiepiscopi parisiensis Vicarius et ab utroque subsignata erat apposito dicti
Archiepiscopi sigillo

Item rogatis sententiis censuit facultas omnes ad principium esse admittendos
Excepto M. Mydi qui statim atque proferet testimoniales Baptismatis literas
admittendus erit et sic conclusit Reneaume Decanus

His peractis supplices accessere Baccalaurei Emeriti postulantes manumissi-
onem Verba fecit M. Murry quibus auditis secessere rogata sunt sententia
Censuit facultas illorum postulationi annuendum esse ita ut tamen M.
Piperceau teneatur thesim suam chirurgicam propugnare iis igitur iterum in
Comitium vocatis Decanus nomine facultatis ipsis manumissionem impertiit
conditione supradicta

Denique sub Comitiorum finem in scholas inferiores itum est ubi
alta voce a majore apparitore Baccalaurei renunciati sunt et docendi
initium fecere

M.^{ri} Antonius ferrein Alginates
M. Michael Philippus Bouvard Carnutes
M. Petrus DeMours Massiliensis
M. Laurentius ferret Parisinus
M. Gedeon Rabours Genevensis
M. Joannes Jacobus Belleterre Parisinus
M. Guido Andreas Garnier Parisinus
M. Carolus Dionis Parisinus

Ante aliquot dies Pro Prætor Urbanæ Politiæ Dmnus Herault mihi
affirmaverat Eminentissimum Cardinalem de fleury Regni administ-
trum optare ut ipsum certiorem facerem de Morte M. Godeau Sancti Cosmæ
Parochi qui tunc periculose ægrotabat adeo ut ipsum ex hoc morbo non
surrecturum fere constaret parum perturbatus varia aulicorum quin
et collegarum consilia accepi at accepto nuntio ex urbe Corbolio statim
atque audivi M. Godeau decessisse die dominica 25. martii statim Vers-
alias me contuli timens nequid ordinis libertati nocerent aulæ mandata
atque aliquid detraheretur de illius libertate in futura Electione

Eminentissimum Cardinalem Reverenter adivi ipsum que his verbis allo-
quutus sum

Monseigneur Monsieur le lieutenant de police ma dit que V. E. desiroit
etre informeé de la mort du sieur Godeau je viens den apprendre la Nouvelle
et jay tout quitté pour avoir lhonneur de vous en faire part

his benigné reposuit il ne men a point parlé il faut penser a une bonne election
tum subjunxi Monseigneur ma Compagnie est resolüe de choisir un sujet capa-
ble par sa doctrine digne par ses moeurs et qui soit en meme tems agreable a
V. E. quo audito reposuit cela sera fort bien tum Lutetiam redux jussi ut
Convocaretur facultas

Die Lunæ 26. mensis martii 1736. per Juramentum legitime (per sched-
ulam ut moris est ad singulos Doctores a Bidellis delatam) hora post meridiem
secunda convocata fuit facultas nominatura pastorem S.ti Cosmæ in locum
M. Michaelis Godeau hujus Ecclesiæ dum viveret pastoris in his comitiis
hanc habuit orationem Decanus

Convocati estis hodie per Juramentum Collegæ clarissimi ut ad taram
majorum Beneficiorum in Academia constitutam designetis jure patronatus
pastorem parochiæ St. Cosmæ et Damiani in locum M. Michaelis
Godeau nuper dum viveret hujus Ecclesiæ dignissimi

Quanta autem sit hujus ministerii dignitas quantæ in parocho
doses requirantur in mentem vestram revocare supervacaneum duco
Vos et enim medios christianos non latet in Collatores cadere pastorum
peccata nec ignoratis in pastore requiri non doctrinam modo sed et morum
integritatem atque ambientes rejiciendos esse uno verbo amicis et paren-
tibus aptandum esse factum a christo Responsum matri Zebedeorum
nescis quid petis

Officii autem mei ratio postulare videtur ut vobis Exponam huic
muneri obeundo aptos reperiri inter nos quod quidem Exemplo non caret
præterquam quod olim hujus ordinis Doctores regentes sacerdotes erant
habuimus etiam piissimum collegam M. Robert pastorem in quodam
hujus Diœcesis vico qui noluit minoris reditus parochiam deserere ut
S.ti Andreæ pastor a saluberrimo ordine suo Arcaretur illo scilicet tempore
quo Ultimus et vere pius adhuc que superstes M. Labbé collegæ nostri
filius a facultate renuntiatus est

At si in gratiam Collegarum Nostrorum aliquem ex illorum pare-
ntibus seligere vobis placuerit Maxima Commendatione digni videntur
non pauci inter quos Eminent frater M. Leauté antiquioris frater
M. Afforty in vico quodam circa Luparam vulgo Louvres jam pastor
frater M. Bailly frater M. Bellot alii forte mihi non satis noti vobis
in promptu esse possunt scilicet ille qui olim vices gessit M. Godeau
nomine Roche et ille qui nunc easdem gerit nomine Josset

Verum erit V. clariss. alios si libuerit ordini indicare quos magis

dignos et idoneos judicaveritis unum saltem vos moneo cavere nos debere ne invita fiat electio nostra in praesenti rerum statu eligamus aliquem oportet cui praesul illustrissimus Ecclesiae parisiensis approbationem denegare non possit.

Jam itaque agatur luminum ut nos adjuvet enixe petentes ut moris est sententiam scrutinio ferre convenit auditis tamen prius iis qui aliquem nobis indigitare voluerint

His dictis praesentes appellati sunt et notati in catalogo reperti que sunt adesse 41. Doctores qui scripto ejus quem designari cupiebant nomine in charta papyracea deinceps suo quisque ordine appellati sunt et has chartas in scrutinio deposuere

Postea aperto scrutinio computatae sunt chartae et numero praesentium aequus inventus est illarum numerus tum illas sigillatim evolutas legens decanus nomen in illis scriptum appellabat et uni ex antiquioribus tradebat chartas quae idem nomen continebant transfigendas servandasque quoties redibat nomen idem totque doctores majoris ordinis dictas chartas transfixas laqueo servabant quot nominati sunt diversi subjecti omnibus ergo chartis e scrutinio extractis computata sunt suffragia hoc modo

Quinque suffragia appellavere M. de la Lea tria M. Leaulté fratrem senioris duo M. Josset duo M. Mery at suffragia 29. M. Afforty designabant viginta vero M. Bellot designavere. Vicit itaque suffragiorum numero vir doctrina et morum candore acceptissimus unde decanus pronunciavit facultatem ex majori suffragiorum numero designare pro pastore Ecclesiae SS. Cosmae et Damiani M. Christophorum Bellot Licentiatum Theologum et post subsignatam suffragiorum computatorum chartam ab antiquiore magistro M. Dreaux et antiquorum Juniore M. Leaulté filio et M. Brunet juniorum primo M. Guyot eorumdem ultimo ipso que decano sequens decretum illico conditum est

Anno Dni millesimo septingentesimo trigesimo sexto die lunae vigesimo sexto mensis martii legitime convocata fuit saluberrima facultas per schedulam ad singulos doctores delatam a Bidellis ut moris est his verbis concepta.

per Juramentum

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die lunae vigesimo sexto mensis martii 1736. hora post meridiem secunda Jure patronatus nominaturi pastorem parochiae SS. Cosmae et Damiani in locum M. Michaelis Godeau pastoris ejusdem Ecclesiae fato functi datum die 25.o ejusdem mensis et anni

In his Comitiis dixit Decanus quanta sit hujus ministerii dignitas quantae et quales in parocho requirantur dotes in praesentiarum commemorare supervacaneum duco vos etenim medicos christianos non latet in collatores cadere pastorum peccata nec ignoratis in pastore non modo doctrinam non mediocrem reperiri debere sed et morum integritatem atque ambientes rejiciendos esse itaque agatur luminum enixe petentes ut nos adjuvet sententiam pro more scrutinio ferre convenit quibus auditis doctorum unus quisque ordine suo schedulam nomine illius quem tanto muneri adimplendo aptiorem censebat inscriptam in urnam quam tenebat decanus

conjecere hac autem aperta et computatis suffragiis ex majori suffragiorum numero M. christophorus Bellot Royonus Ambianensis sacræ facultatis Licentiatus in pastorem Ecclesiæ SS. Cosmæ et Damiani electus et renuntiatus est seu potius designatus et sic conclusit Reneaume decanus

His Comitiis peractis misit decanus apparitorem ad amplissimum D. Rectorem M. Gibert ut postularet ab ipso vellet ocyus convocare Tribunal Academicum ad confirmationem hujus electionis quod benigne præstitit die sequenti in comitiis itaque Extraordinariis Universitatis confirmata electione dictus M. christophorus Bellot inter manus ampliss. Rectoris eodem die in loco majorum apud Mathurinenses sacramentum solitum præstitit atque deinceps sequentibus diebus oblato instrumento nominationis ab Academia factæ Reverendissimus Archiepiscopus parisiensis illam comprobavit deinque ab Archidiacono Josiâ in possessionem hujus Ecclesiæ ductus est dictus M. christophorus Bellot et ministerium exercere cæpit quod quidem magno cum gregis sui gaudio Exercet quod utinam ad longos annos

Die sabbati 7º Aprilis 1736. Baptisterii testimoniales literas a Judice obsignatas obtulit M. Midy Lemovicens et secundum facultatis decretum renuntiatus fuit Baccalaureus admissusque ad principium initium docendi fecit ex inferiori cathedra

Eodem die habita sunt ordinaria facultatis comitia menstrua de morbis grassantibus in quibus M. du Cert pectoris ut ajebat fluxiones et febres malignas recensuit qui morbi omnes V. S. cessere M. de Jean tusses et Gutturis inflammationes quæ aliquot V. S. sanatæ sunt M. Winslow mentionem fecit Rheumatismi Catharrhalis quem his verbis gallice expressit Rheumatisme fluxionaire M. Azevedo observavit febres malignas quarum tota malignitas pendebat a prava catharticorum exhibitione et præmatura Erysipelata etiam narravit egit quoque de tumore dorsi cujusdam mulieris in hoc tumore aderat fluctuatio qui tamen apertus non fuit sed facta delitescentia sive methastasi per expectorationem quod rarum ex ægra liberata fuit

Die sabbati 5º maji 1736 habita sunt ordinaria comitia menstrua M. Couthier observavit febres malignas a solo dolore capitis incipientes in quarum initio fere apyretos æger videbatur idem narravit M. Procope qui addidit in his febribus pulsum esse concentratum urinas valde crudas vel naturales cum tendinum subsultibus in his V. S. amara in sero lactis dissoluta et vesicantia adhibita sunt cum successu

M. Du Cert morbillos narravit non secus ac M. Baron pater qui adjecit variolas boni moris et febres malignas quas catharticis cessere sanguis a vena eductus qui inflammatorius erat et alius laxa plerosque sanavit propterea etiam vesicantia eadem protulit M. Bertrand pulsum varium fuisse in his febribus dixit seque metasthases observasse atque præcocem catharsim multos sustulisse

M. Brunet annotavit etiam in his qui non ægrotabant spissum esse

sanguinem e vena eductum et inflammatorium Coineaux et ajebant M. chevalier vidit morbillos variolas febres malignas ~~inflammationes~~ gutturis fluxiones et peripneumonias sed nihil insolitum aut notatu dignum invenit

Die sabbati 2ᵃ. mensis junii 1736. habita fuit ordinario facultatis comitia in quibus legit decanus Epistolam scriptam a d[omi]no Helvetio de medico quodam qui ajebat se vena jugularis sectione pleuritides sanasse itum est in sententiam medicorum regqui Nosolomii dictum que in quod posita veritate observationis has pleuritides malignas fuisse caput que in iis fuisse tentatum praeterea M. le Tellier disseruit de febribus malignis morbillis febribus rubris et variolis benignis

M. Maloet pleuritides et peripneumonias observavit et colicam quae omnium in qua bis vena secta fuit enematis additum oleum amygdalarum dulcium quoque fuit et Embroche facta est cum oleo anethi et chamaemeli MM. Trant et Danier de variolis egere

Die 3ᵃ. maji praesentis anni e vivis excesserat D. Portail senatus princeps qui ~~[illegible]~~ chirurgis nimium favebat die autem 24. ejusdem mensis in ejus locum suffectus est et a Rege proto praeses nominatus vir clarissimus D. Pelletier qui cum universa curia caeterorum que ordinum plausu die 1ᵒ. junii receptus est illum die 5. ejusdem mensis adiit facultatis nomine Decanus magna collegarum caterva comitatus ipsique gratulatus est oratione sequenti

devant M. Finot martineng Bailly Vernage Boyer Pellot vralis

A Monseigneur le Pelletier
Premier President

Monseigneur la faculté de medecine vient avecque Empressement marquer a V. G. la part quelle prend a la joye publique en vous presentant ses respects

Elle ne peut sempescher de vous temoigner combien elle est sensible au choix que S. M. a fait de votre personne pour remplir une place si eminente

Ce grand Prince a par ce moyen comblé les voeux de tous les ordres qui vous desiroient si ardemment et sembloient deja vous avoir tellement designé quil estoit difficile de ne pas appercevoir que cette dignité vous etoit deüe

Oui Monsr. elle vous etoit deüe non par droit de succession mais parce qu'heritier des rares talents et des vertus dun pere illustre qui la remplit autres fois si dignement vous avés fait sentir ce quon devoit attendre de vos lumieres et de votre application auxquelles vous joignés la douceur et l'affabilité qui vous sont naturelles

En un mot la maniere dont vous vous estes conduit dans des occasions aussi difficiles que delicates est une preuve que cette charge ne pouvoit etre mieux remplie. Votre illustre pere navoit point recherché cet honneur dont il etoit si digne vous laués imité en cela son indifference pour les dignités les lui fit quitter et il laissa par cette action un Extreme regret de sa retraite. le bien public Mgr. Exigera de vous un jour de ne pas suivre cet Exemple.

Notre compagnie qui soccupe continuellement a former des Eleves pour le bien dun Etat auquel vous estes si cher ne cessera de se rendre utile de plus en plus en travaillant a la conservation de nos concitoyens comme lordonnent ces sages reglements homologues en la cour que jay lhonneur de vous presenter. cest par lobservation Exacte de ces statuts quelle espere meriter votre protection et vos bontés

Il ne nous reste Mgr. qu'a continuer nos voeux pour la conservation d'une vie aussi pretieuse que la votre afin que nous ayons lontems la consolation de vous voir rendre la justice et repandre vos graces sur les sujets du Prince qui vous a confié son authorité.

Allegrissimam habuit proto praeses congratulationem facultatis et nobis omnem gratiam pollicitus perhumaniter respondit

Die lunae 11.o Julii et sequentibus martis Mercurii et veneris de universa materia medica interrogati sunt novi Baccalaurei N.o 4. abfuere enim M. Demours et Rabours plane satis fecerunt laude dignissimus M. Ferrein more suo solito respondit non secus ac M. Bouvard

Die sabbati sequenti 16. Junii convocata fuit facultas hora decima matutina post sacrum de novis Baccalaureis nuperis diebus de omni materia medica interrogatis judicium per scrutinium laturá aperto autem scrutinio probata sunt illorum responsa quod ipsis in comitium introductis significavit Decanus

Die sabbati ultima mensis Junii habita sunt in antecessum ordinaria facultatis comitia pro prima mensis Julii in his M. de Lalen dixit se observasse morbillos cum exanthematibus qui benigni erant et V.S. cessere

M. Bailly dixit variolas difficile erumpentes V.S. prodiisse loquutus est etiam de dolore lateris Rheumatisante qui V.S. cessit eadem protulit M. Afforty qui aegros aetate graves variolas invasisse cum delirio adjecit nonnulla quae de febribus intermittentibus

M. Col de Villars narravit febres continuas cum capitis gravedine et delirio quae V.S. iterata praesertim e saphoena cum emeto-catharticis sanatae sunt addidit et Rheumatismos et Erysipelata eadem confirmavit M. le Thieullier

M. Lepy observavit variolas distinctas et alias confluentes harum nonnullae initio herpetem miliarem mentiebantur et imitabantur quae pessimae fuerunt ut accidere solet in hac specie adjecit etiam febres continuas malignas

Die sabbati 7.a mensis Julii 1736. facultas per juramentum convocata fuit hora decima matutina de re gravi ad civium salutem et ordinis dignitatem pertinente deliberatura.

in his comitiis dixit Decanus agitur de chirurgo nomine Martineau qui non modo contra statuta nostra et edictum Regium anni 1707. peccavit dum solus curam suscipere ausus est juvenis sclopetarii e cohorte regia quae nigra vulgo les mousquetaires noirs ipsique non cognito morbo sanguinem ultra modum pluries detraxit immerito praeterea collegam nostrum inscitiae accusavit et praescriptis ab illo auxiliis aegrum privavit impediendo ne remedia ab hoc medico imperata exhiberentur ut auditis ex historia mihi communicata a D.no de Gessonville defuncti juvenis tutore qui hanc rem procuratori catholico libello supplice porrecto denuntiavit requeste denonciative illustrissimus autem procurator catholicus ex me rescire desideravit

an in hujus querelæ partem venire vellem per Epistolam ab eo accitus Respondi me existimare e republica esse ad civium salutem et ordinis nostri dignitatem hanc litem prosequi neque ocyus consultorum facultatem et conclusionis vestræ participem illum ante factum iri jam hæc dixe audiverat a D. de Gassonville et M. Lehoc qui ad ægrum vocatus fuerat sic autem se habet historia mihi jam dicto Gassonville tradita

Detail de la Maladie de Mr. Bodin du Cap françois coste de St. Dominique agé de 18 ans et demi mousquetaire du Roy de la 2e compagnie tombé malade le 23. may et mort le 31. a 5. heures du soir a l'hotel des mousquetaires

Le Mercredi 23. may Mr. Bodin revint a l'hotel des Mousquetaires sur les 9. heures du soir en robbe de chambre il se coucha et envoya chercher le chirurgien lequel le saigna dans un bassin a barbe et tira environ cinq poilettes de sang le sr. Martinot chir. major etant venu voir le malade le lendemain gronda son garcon de n'avoir tiré si peu il ordonna den tirer davantage ce que le garcon fit sur le champ dans une jatte qui tient outre a 12. poilettes le malade se plaignant du mal de teste le sr. Martinot ordonna une 3e saignée qui fut aussi abondante le vendredi on fit une saignée du pied plus copieuse que les trois premieres ainsi en moins de trois jours ils ont tiré a Mr. Bodin plus de 40. poilettes de sang sans avoir appellé aucun medecin pas meme consulté Mr. Hermant medecin ord.re de l'hotel

Mr. de Gassonville Curateur de Mr. Bodin ayant appris quil etoit malade prit Mr. Lehoc medecin ord.re dud. Bodin et ly mena avec que deux autres personnes Mr. Lehoc gronda le garcon chirurgien de n'avoir tant tiré de sang disant que l'on pouvoit saigner mais non pas tirer 12. poilettes a la fois le malade ayant dit au Medecin quil vomissoit ce quon lui presentoit il ordonna une potion le garcon chirurgien emporta l'ordonnance crainte quon ne l'executast point il resolut de la faire faire devant lui Mr. de Gassonville faisant plainte a Mr. Guyer Brigadier garde Gram sous ayde major de la quantité de sang quelon avoit tiré au malade il respondit que le chirurgien avoit tort d'autant plus que le jeune homme faisoit des excès

Mr. Lehoc fit faire la potion quil avoit ordonnée chez le sr. Risson apotiq.re rüe St. Antoine que un domestique de Mr. Bodin emporta mais le garcon chirurgien empescha quon ne la donnast disant que le medecin ne connoissoit pas la maladie

Le samedy Mr. Gassonville a 7. heure du matin apres ce qui s'estoit passé et apercevant du rougeurs sur la poitrine il rendit compte a Mr. Lehoc lequel l'ayant veu sur les cinq heures le trouva couvert de rougeurs il dit a Mr. de Gassonville que c'etoit la petite verolle et crainte d'allarmer et quon obligeast de transferer le malade quil ne falloit rien dire il ordonna un julep le dimanche matin Mr. Gassonville sceut que le malade ne l'avoit pas pris le Medecin le soir ordonna potion et julep mit une garde et engagea une personne de confiance a faire executer le lundy le chirurgien commenca a reconnoitre que ce n'estoit pas la maladie quil avoit cru et dit que c'etoit la rougeole Mr. Lehoc trouva que la petite verolle etoit bien sortie qu'elle etoit abondante et confluente mais il dit quil ne restoit pas assés de force au malade pour soutenir la fievre de suppuration en effet deux jours apres elle se manifesta et emporta le malade.

His auditis re que in deliberationem missa adeo variæ fuerunt sententiæ ut vix illas enumerare possim vicit tamen illa quæ censuerunt Decanum adeundum esse procuratorem catholicum cum deputatis ipsique

 rem sic exposituerunt scilicet quod si ipse persequatur suo nomine Jubeatque nos in hac causa interventuros aliter facultatem nihil proprio nomine movendum censere et sic invitus nec sine mærore conclusit decanus opportuna enim admodum videbatur occasio ad conterendam chirurgorum protervitatem

Reneaume decanus

Die Lunæ 9. Julii convocati sunt doctores in scholas superiores ut hac die et sequentibus martis mercurii et Veneris interrogarent de praxi Baccalaureos Emeritos ab hora secunda ad quintam

Die sabbati 14. mensis Julii 1736. convocata fuit hora decima matutina de Baccalaureis emeritis nuperrime de praxi medica interrogatis suam sententiam scrutinio latura nec non de jure Rotuli deliberatura aperto scrutinio probatæ sunt Baccalaureorum Emeritorum responsa postea Jus rotuli discussum est

Dein retulit Decanus se cum MM. Lemmery finot martineng Bailly Bourdelin Boyer et lehoc adivisse clarissimum procuratorem catholicum ipsique gratias amplissimas se egisse propter libellum suplicem ab ipso Curiæ porrectum quo intervenit in lite Universitatis adversus sex virale Collegium de pensionibus cujus quidem supplicis libelli conclusio admodum facultati favet dicit enim pensiones omnes inutiles et tollendas præter illam quæ facultati solvitur et concessa est reposuit autem id æquum sibi visum fuisse quantum vero ad rem chirurgi Martineau se nihil movere posse nisi facultas agat proprio nomine cum instarem promisit se substituto suo in tribunali Criminali communicaturum quodque si res ad hoc tribunal defferri possit tunc se acturum adversus dictum chirurgum

Die mercurii 1a mensis Augusti 1736. habita sunt ordinaria menstrua facultatis Comitia in his recensuit M. Peaget febres inflammatorias cum Exanthematis quasdam vero cum stupore. variolas benignas dolores aurium Rheumatismos Ischyades et diarrhæas M. Miller variolas benignas M. Bourdelin 1a observavit variolas confluentes quæ missioni sanguinis frequenti cessere alias vero quæ male dixit M. Vasse ultimo mense in plerisque morbis tentatum fuisse caput

M. fremont loquutus est de febribus tertianis de variolis discretis quæ felicem eventum habuere M. Malouin febres etiam tertianas cum diarrhæa observavit quæ V.S. et Catharsi sanatæ sunt addidit etiam febres malignas M. vero le Tellier mentionem fecit Erysipelatis

Die Dominica duodecimo mensis Augusti 1736. convocati sunt Doctores omnes in Aulam exteriorem illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis Comitatum præbituri Decano Baccalaureos offerenti meritissimo Ecclesiæ Parisiensis et Academiæ Cancellario

Infensa erat facultas Cancellario et manebat alta mente repostum ejus Judicium in responsione ad Dnu Baron qua male habuerat Baccalaureos ultimæ licentiæ dixerat enim illos Juvenes ac inexpertes seque pro salute civium ab illis tractandorum valde timere. ad repellendam hanc Injuriam quantum in Decano erat hanc orationem habuit

Ecclesiæ Parisiensis Cancellario et Universitatis, Decanus Baccalaureos offert Emeritos

Sextum jam vertitur sæculum Meritissime Cancellarie Ecclesiæ parisiensis Proceres admodum Colendi Collegæ amantiss. audit. omnium ordinum Spectatissimi ex quo monumentis Nostris demonstrari potest absque intermissione consuetudinem illam longe ante institutam viguisse Emeritos scilicet probatos que saluberrimæ facultatis Baccalaureos post emensum non sine magnis laboribus Licentiæ stadium vobis offerendi

Ea autem mente Cancel. Dignis. tibi offeruntur ut illis ad metam properantibus missionem Benedictione Apostolica prius a te confirmandam impertiamur

In hac actione percelebri quoties Deus bone atria hæc vetustate sua veneranda alumnorum nostrorum laudibus personuere horum præcones non modo Decani prædecessores mei sed ipsi etiam Cancellarii nunquam non probantibus sociis canonicis

Sed plebs ingrata ac stolida plerumque quin et nonnunquam litterati Levioris armaturæ id que pudore perfusus dico Encomiorum loco Cavillationibus et Jocis medicos insectari et lacessere amant. de plebe parum sollicitos esse oportet cujus mentem præcurrit lingua cujus judicium ab opinione pendet cujus denique mores in scurrilitatem effunduntur. litterati vero Ironice non serio loquuntur dum nos probris afficiunt quasi Comicorum nænias recinerent dum intus aliter illos sentire ac sapere constat

A sciolis autem istis qui sic agunt quærerem lubens an hoc in quo vivitur sæculum medicos pariat Elapsis sæculis pejores quo doctiores quod que hodierna quam profitemur Medicina sic luce clarescat sua ut antiquorum tenebris purissimam doctrinæ facem affundat

Ergo ne præterita quæque sæcula suis medicis in tanta physices caligine fere cæcutientibus laudem tribuerunt quam oculatissimis, quæ nostrorum est fœlicitas temporum, medicis quisquam denegabit? Quantum ab ejusmodi hominibus distas Dignis. Cancel. cujus ingenium tanto lumine splendet mens tot virtutibus ornatur mores denique amœnitate ac urbanitate ita Condiuntur ut nihil proferre valeas quod aut temet ipso dignum aut veritati consonum aut nostri ordinis decori congruum non videatur

Neglectis itaque Doctiss. Baccalaurei invidorum quorundam calumniis vel stolide cavillantium jocis et Ironia postquam vobis benedixerit et quodam modo vos consecraverit Meritiss. Cancel. tum incipite facere et docere quoniam ita vos informavit ordo Noster ut libenter suos fœtus agnoscat legitimos vos nempe viros probos et medendi peritos duo enim hæc Religio et Doctrina medicum parisiensem constituunt ut jam uno

 et altero hujus orationis membro Judicaturus sum quod dum breviter conficio aures benignas præbete

Mirum certe vestrum nemini videbitur aud. si medicum qui definiri solet vir probus medendi peritus Relligione præditum esse debere dixero cum absque relligione probitatem sinceram puramque reperiri posse nullo modo existimem sincerum nisi est vas acescit quodcumque infundis

Ingrati profecto esset animi Altissimum qui de terra creavit medicinam a medicis non coli cum præsertim illos necessitatis causa ab ipso institutos asserat spiritus sanctus eosque laude dignos judicaverit in illo tempore quo medicina paucarum adhuc herbarum scientia fuit aliter sentire si non insanire ~~saltem~~ hallucinari saltem est

Nam medicina et Relligio quæ duæ sunt comites individuæ id habent ipsæ dignitatis ut qui de illis jocari impiè satagunt se tantum supra cæteros homines animo ingenioque extolli putent quantum utraque cæteras res supereminet illisque antecellit

Hujus generis homines si qui vere tales sint integræ mentis non esse nemo non fatebitur ignorant scilicet summum sacerdotem Jesum christum redemptorem nostrum sublimem medicinæ speciem exercere dignatum fuisse ægros omnis generis sanando quos non arte illa sancta quam profitemur curabat sed illico sanos reddebat vi divina ipsi propria ac insita et per illius corpus vestesque ipsas diffusa

Qui autem de medicina et medicorum relligione minus recte sentiunt ii judæis similes videntur qui christi admirandis operibus perculsi stupendas ejus sanationes ob oculos suos patratas negare non audebant sed illas saltem dæmonum ope factas esse contendebant christumque pro præstigiatore habebant hanc calumniam æquo tulit animo christus cujus imitatores nos præstare debemus

Præterea cum a patre luminum omnis virtus scientiaque fluant petendumque dixerit Dominus ut accipiamus et cum tot virtutibus cognitionibus ne indigeat ut ad artis acumen perveniat medicus ideo quemquam relligione destitutum medicum evadere posse non crediderim licet inter istas cognitiones innumeras quibus eget hominum vulgus plerasque ingrato quodam animi motu naturales appellare consueverit

Sed non ad discendum modo infinitas quæ illas dotes quibus medicum parisiensem ornari decet acquirendas juvat relligio verum etiam ad agendum et operandum cum jam enim illam rerum fere omnium notitiam qua opus habet assequutus est medicus ipsi necessariam nemo non videt pietatem esse atque sanctimoniam

Quis enim amabo nisi christiane sapiat eam animi constantiam perferendis artis nostræ laboribus parem obtinebit quis patientiam magnanimum querelis et plebis objurgationibus ferendis sycophantarum detractionibus artificumve calumniis tolerandis impertiet medico nisi a cælo demissa ipsi infundatur an aliter immotus silensque non paucorum injurias et jocos perpeti valebit

num absque charitate misericordiam sublevandis ægris idoneam consequetur aliquis licet doctrina omnis generis cumulatus sit hoc enim donum dei est vereque Relligionis anima at quis sine illa commiseratione motus blande humaniter que morbo prostratos et afflictos ad æquanimitatem et tolerantiam inuitabit

Ex aliorum miseria dolore necessario afficitur qui charitate christiana præditus est et fieri nequit ut medicus illa imbutus misericors non sit dum continuo hominum miserias contemplatur dolores intelligit luctum videt planctum que auribus percipit adeo certe proficiscitur hæc virtus sola que Relligio pietatem illam medico largitur qua pauperi et egeno subuenit non minori alacritate quam divitibus optimatibus que

Quid enim est quæso ipsa medica praxis nisi tota relligio aut pietas quo cunctis benefacere inimicos etiam solari vel ipsis auxilio esse ardet natura hoc est dei minister et interpres medicus dum hos dolore vehementi impeditos aut atroci intolerabili ve cruciatu victos ad pietatem et constantiam hortatur illos brevi corporis sarcina liberandos parum cœlestis patriæ memores admonet et ad pia christiani munia sollicitat tum se una medicum sacerdotem que præstat nam medici hæ sunt sollicitudines et curæ Deo gratissimæ aliorum vigiliis et orationibus æquiparandæ cum præsertim erogat de suo pauperie vexatis

Utinam temporis angustiæ tot enarrandis veteribus mediciæ pietatis exemplis sufficerent si liceret patrum nostrorum pia facta relegere imitanda certe suspicienda que afferrem infinita relligionis monumenta vos ne tæderet gesta dicta que tot sanctorum professione medicorum quos recenset Duvallius noster in suo catalogo auscultare mihi ne celebrandi sunt hamonius Dodartius que qui dum vitam vere christianam agerent non scriptis modo rarioris Doctrinæ Theologicæ medicæ que Rempublicam literariam ditauerunt sed et omnem suam operam ministerium omne sublevandis pauperibus devouerunt

An celebrabo laudibus que extollam piissimum sacerdotem collegam nostrum Robertum qui his ultimis temporibus res miranda noluit pagi deserere parochiam et in hanc florentissimam urbem transvehi ad curionatum potiorem ac longe ditiorem quia se totum rusticis pauperibus relligione obstrinxerat silco non paucorum adhuc viventium præclaras dotes nobis ad imitationem et admirationem propositas

at quæso ordinis nostri olim Doctores simul et Ecclesiæ principes summi scilicet pontifices archiepiscopi episcopi et præsules innumeri ut fuse prosequitur Naudæus in suo paranympho quonam quæso

 moteducti artem medicam professi sunt nisi charitatis stimulo accensi christi que exemplo commoti

Hæc eadem charitas Canonicos venerabiles Ecclesiæ parisiensis antecessores vestros olim Collegas nostros ad medicinæ praxim allexit quorum pietate et munificentia Extructum fundatumque fuit magnum hujus urbis Nosocomium in templi ferè margine ut citius et commodius ab officio divino ad pauperum ministerium advolarent in his piissimis viris locum certe non habuisset proverbium respondentis Echo quærenti quid sit sacerdotium tales fuere collegæ nostri piissimi isti sacerdotes admodum venerandi Deo ministrare se et servire merito autumab-ant cum medici officio defungebantur

Tam stricto autem nexu tunc uniebantur et conjuncta erant sacerdotium et med-icina ut nonnisi clericos ad regentiam admitteret schola medica parisiensis atque ut adeo strictus ille nexus solveretur sacerdotiumque a medicina segregaretur opus fuit summi Pontificis diplomate ac venia dispensationem barbare vocant juris can-nonici authores quam quidem attulit Curiæ Romanæ legatus Clarissimus Tota-villæus

Si hæc omnia relligionem medici parisiensis potiorem partem constituere non demonstrarent summa illa cura et sollicitudo qua saluberrimus ordo suos alumnos ad pietatem dirigit ac format demonstrationis loco seu argumenti invictissimi rem absolverent

Eorum enim omnium supra a me allatorum semper memores neminem admittere solemus ad primum examen nisi se relligionem catholicam Apostolicam et Romanam profiteri authenticis probaverit testimoniis admissus vero aliquis tentatusque Baccalaurei gradum non adipiscitur quin prius spondeat fidem ve adstringat se et laudabiles ordinis consuetud-ines servaturum et piis officiis in sacello nostro aliisve locis adfuturum Jam enim Baccalaurei nostri statim atque renuntiati sunt in pietatis relligionisque exercitio continuo sic excoluntur ut non modo apud nos Deum precari ac ore confiteri sed et ceremoniis pluribus religiose adesse teneantur omnibus scilicet missis in sacello nostro celebrandis quin et mortuorum Doctorum funeribus precibusque recitandis dum illis apud nos parentatur

Tandem per biennium post sacrum pauperibus serviunt ut fusius infra dicetur cunctis decenter Academiæ supplicationibus intersunt sic et aliis similibus relligionis officiis pietatique tamdiu exercitatos alumnos nostros quis inficias ibit vere probos fieri tum sane medici parisiensis mediam partem explevere deinceps periti evadunt medendique peritiam aliis mediis jam jam in altero orationis membro expon-endis adipiscuntur

Peritiam non mediocrem Medico inesse debere docti affirmant vulgus etiã clamat quibus vero auxiliis hanc acquirant neophiti nostri paucis adumbrare animus est ut menti vestræ insideat legitima justaque medici Idæa.

Nemo profecto negauerit virum probum peritam necessario euadere cum relligionem in medico doctrina sequatur mediamque absoluat charitas enim ipsi scientiæ illius auiditatem instillat qua misere dolentibus possit opitulari vt autem facilius vobis planum fiat qualis quantaque doctrina neophytos nostros imbui oporteat nullam autem adhibere opus erit id via simplici facillime monstraturus sum enarratione scilicet exercitiorum quibus perficiuntur Baccalaurei nostri sic autem se res habet sub martii mensis finem statim atque nobis constitit de candidatorum relligione ac moribus de humaniorum litterarum Philosophiæ et medicinæ studiis tum ad Examen admissi adelectis Doctoribus per tres dies continuos coram facultate interrogantur de rebus naturalibus non naturalibus et contra naturam quæ prima sunt artis nostræ Elementa quot et quanta depromant doctrinæ reconditioris specimina ex his tribus capitibus ii soli norunt qui huic studio insudarunt

His peractis quædam ipsis sententia ex Aphorismorum hippocratis sectione quauis enucleanda proponitur ab Examinatorum uno qui syllogistice contra arguit tum sic probati si satis fecerint ad principium admittuntur breuior est sententia in qua contractum aliquod doctrinæ effatum continetur ut docendi initium faciant quo specimine recitato statim Baccalaurei renuntiantur

Post hæc vix duobus mensibus elapsis de omni materia medicinali per integram hebdomadam a singulis Doctoribus interrogati respondent quid autem intelligat materiæ medicæ nomine schola parisiensis quicumque percepit is sane mirabitur stupendos labores quibus ad hoc examen alumnos nostros præparari conueniat hæc enim materies vniuersam fere naturam complectitur hoc est non modo animalium et mineralium sed et plantarum segetem infinitam quæ omnia nosce ac indigitare tenentur Baccalaurei illorum etiam natalitia indolem partes excrementa ipsa virtutes vsum medicum præparationes exhibendi modum cautiones occasionemque dilucide inquirenti exponunt

His tentaminibus succedunt alia non minoris momenti laboris ue opera vix namque aura frigidior autumno successit tum præsentibus sciscitantibus que Doctoribus scalpello stringunt athletæ nostri propriaque manu humanum secant cadauer structuram partium ad minutissimas prosequuntur fibrillas omnium situm numerum et compositionem demonstrant functionesque diserte explicant

Hanc exercitationem anatomicam proxime sequitur Thesium elucubratissimarum et nouarum pugna pugna quidem non vibratilis sed seria. Theses igitur numero quatuor per biennium propugnantur quarum vnam Cardinalitiam tres vero quodlibetarias nuncupant quæ omnes a sexta ad meridiem excurrunt nominis autem ratio hæc est quodlibetariæ dicuntur illæ quia in his actibus Baccalaurei omnes qui initio velitationis quadam specie Thesim ventilarunt et totis viribus aggressi sunt sub finem post quam nouem doctores in propugnantem Baccalaureum disputauere

tenentur ipsi eandem publice defendere dum illico et ab abrupto unus quisque respondet quæstioni cuilibet ab uno è disputantibus propositæ hoc tentamine de respondentium doctrina certo et dilucide constat quod quidem probationis genus unicum et scholæ nostræ proprium sufficeret æquis rerum æstimatoribus ad alumnorum nostrorum eruditionem definiendam atque comprobandam

altera vero Thesis Cardinalitia dicitur ab institutore Cardinali Totavillæo in qua inter se acriter respondens et socii Baccalaurei ad instar aliarum facultatum præsertim que ut solent in sacra facultate Theologi dimicant

harum autem exercitationum prima quæ quodlibetaria est œconomiæ animalis aliquod Theorema discutiendum continet secunda quæ Cardinalitia est modo Theoretica modo practica hygieines aliquod problema tractat hæ duæ theses primum stadii annum complent

verum altero anno facti jam doctiores Neophyti Nostri res practicas tractant iterum sæviente Borea cultrum et ferrum resumunt et opera omnia chirurgica præsentibus magistris singulis percontante uno quoque suo ordine septimanæ spatio propriis exequuntur manibus

ultimas tandem quodlibetarias praxim spectantes pathologicam nempe unam seu de morbis chirurgicam alteram seu de iis quæ manus operam postulant et de operandi ratione dicto jam modo propugnant

Toto etiam hoc biennio actibus pastillariæ vesperiarum et doctoratus interesse suos jubet facultas in quibus plerumque candidatorum loco quæstionibus agitari solitis respondent discunt præterea præsertim in vesperiis quæ sint et esse debeant Medici parisiensis officia quoniam in hoc actu præses licentiatum brevi doctorandum admonet eorum omnium quæ ad medici munia pertinent illumque ad ea diligenter adimplenda oratione tersa ac concinna hortatur

sed quod alumnis nostris praxeos vel Therapeutices intelligentiam non mediocrem parit illud est quod toto licentiæ decursu post sacrum omnibus sabbati diebus doctoribus assident qui confluentibus undequaque ægris consilium gratis impertiunt illorum amanuenses sunt præscripta que medicamenta et formulas scripto consignant sic Therapejæ assueti exacto demum stadio per hebdomadam a singulis magistris in examine ultimo et practico de morbis morborum causis et symptomatis de curandi methodo de convenientibus auxiliis eorumque administrandi ratione interrogantur

Qua suos Alumnos methodo facultas medica parisiensis tentare soleat qua illos via ad artem ituros deducat qua diligentia ipsos relligione informatos accendat ad virtutem quo illos foveat ardore qua cura et sollicitudine illorum mores experiatur denique qua sedulitate et ratione illos de rerum medicarum omni genere edoceat jam intelligitis Cancell. meritiss. Ecclesiæ principes illustrissimi unde vobis planum fit et notum esse debet illos nec homicidas immisericordes cæcosque nec sycophantas evadere posse sed viros probos medendi peritos quod si enim tot ac tantis curis non responderent illos profecto respueret ordo saluberrimus

quicumque autem omnibus supra memoratis cum laude satis fecerunt qui in hac cultura ita profecere ut legitimos maturos ve fructus edere valeant hi sunt quos facultas medica parisiensis Emeritos Baccalaureos nuncupare dignatur quos que ad licentiam admissos Cancellario offerre consuevit Decanus

Hos quinque quos vides Cancell. Digniss. si tales esse dixero non satis erit numero quidem paucos spectas sed probitate Religione moribus doctrinæ que copia adeo commendabiles ut æqui parari majori numero possint facultas enim quæ tam scrupulosè suos trutinat pondere potius quam numero delectatur

Itaque non sine grato quodam animi sensu hos Athletas tantis curis educatos dignos que a toto nostro ordine judicatos qui in facultatem cooptarentur offero ut eos benigne excipias et authoritate Apostolica ac Regia qua fungeris Benedictione munire digneris ut tandem aliquando post tot emensos labores virtutis ac doctrinæ suæ præmium consequantur.

Orationem hanc altera Dud Bouin d'Angervilliers Ecclesiæ ac Academiæ parisiensis excepit inqua humaniter et benigne nos habuit Egit enim de artis nostræ laudibus ordinem nostrum Decanum ipsum et Baccalaureos summis extulit laudibus longe a se ipso mutatus per duos annos post hoc Responsum exeuntem comitati sunt Baccalaurei Doctores vero qui aderant per Bidellum viva voce ad Comitia vocati sunt in eandem exteriorem aulam ut audirent postulationem M. Piperean Baccalaurei Emeriti qui ostabat ut in paranymphi actione quam habiturus erat sedilia Decani et paranymphi applicarentur majori scholarum inferiorum cathedræ quoniam hac dispositione et conspici ab omnibus adstantibus et audiri melius paranymphum posse ajebat re in deliberationem missa annuerunt universi illius petitioni censuerunt que sedilia deinceps sic esse collocanda quod conclusit Reneaume Decanus

Die Dominica vigesimo sexto mensis Augusti 1736. convocati sunt Doctores hora post meridiem tertia in scholas inferiores publicis paranymphi actionibus interfuturi hanc solemnitatem nuntiaverat M. Piperean programmate sequenti

Cum deo M. Lud. Jacob. Piperean saluberrimæ facultatis parisiensis Baccalaureus medicus Emeritus

pro more a majoribus instituto Paranymphicam habebit orationem in qua asseret medicinam scientiarum studiosis commendabilem virtutis amantibus pretiosam esse debere mox singulorum licentiandorum laudes celebrabit Die Dominica 26. Aug. 1736. hora post meridiem tertia

Tersa admodum fuit ac venusta illius oratio assumens licentiandi laudes Ironica tractavit acrioribus que vel per sit salibus unde insulsum valde que ingratum tulit responsum. scholæ que dignitati parum congruens Hujus rei mentionem facere eo animo placuit ut deinceps ne quid simile scholam dehonestet caveant successores nostri igitur e re esse existimo ut paranymphi actio non celebretur prius quam illius oratio et Encomia licentiandorum vel a decano vel a doctoribus ad id specialiter a facultate deputatis lecta sint et probata una cum Responsionibus licentiandorum

198. Die lunæ 27. mensis Augusti 1736. hora septima matutina in Aulam exteriorem illustrissimi Archiepiscopi parisiensis convenere Doctores omnes cum Academiæ Cancellario et de ordine Licentiandorum suffragia tulere exquibus sequens dispositio sequuta est Ordo Licentiandorum 1736.

A. M. Carolus Payen Parisinus
B. M. Bartholomæus Murry Laonensis hybernus
C. M. Joannes Isoard Rejus apud Gallo provinciales
D. M. Ludovicus Jacobus Pipereau Rhotomagensis
E. M. Lucas Augustinus folliot dess. Vart-San-Laudæus Constantiensis

Postea itum est in illustrissimi Archiepiscopi sacellum ibique Licentiandis ingenua procumbentibus cum Apostolica Benedictione Licentiam docendi legendi et faciendi medicinam concessit dedit que Cancellarius tum que idem Mo Carolo Payen qui primum Licentiæ gradum obtinuerat quæstionem medicam proposuit

Cui ubi satis fecit Licentiati omnes supplicavere pro vesperiis et Doctoratu Dein Cancellarius Decanus Doctores aliquot Licentiatos duxerunt ad templum Beatæ Mariæ ibi que supra Evangelium in altare positum Licentiati solitum et solemne præstitere juramentum deoque gratias egerunt.

Die sabbati 1o septembris 1736. habita sunt ordinaria facultatis comitia in his narravit M. Lehoc variolas exquibus multi ob Diætæ errores periere sub ortis abscessibus multi etiam ex eodem morbo periere cum pustulis purpuratis qualum que sint methodo tractati attulit idem observationem mulieris quæ ex hydrophobia periit cujus caput adeo asanguine occupabatur ut in investigatione anatomica illius solutis integumentis sanguis magna copia effluxerit aperto vero cranio magna ejusdem quantitas inventa est cerebellum inter et medullam oblongatam qui fere ad libras duas effluxit

M. Baron filius morbillos observavit M. delaRiviere febres intermittentes M. Pousse filius fere easdem quin et malignas M. Malaval protulit gutturis dolores

in his comitiis supplex accessit novus Doctor M. folliot dess. vart petiit que afacultate ut pro præsente licet absens haberetur at ex majori suffragiorum numero res ad alia comitia dilata est et sic conclusit decanus

Reneaume

Die 13o septembris 1736. convocati sunt Doctores omnes in scholas superiores hora post meridiem sesqui tertia Bursarum partiti onem definituri eaque in his comitiis definita est

Die martis 25. septembris 1736. convocata fuit facultas hora decima matutina post sacrum auditura Clariss. Collegam M. Bourdelin seniorem de Jubilæo proximis Remigialibus aperiendo de eoque deliberatura petebat hanc gratiam pro candidato qui Examinis tempore adesse non potuit quia tunc Regi serviebat in Nasocomio militari audita postulatione M. Bourdelin censuit facultas ejus postulationi annuendum esse.

Aperiendum que Jubilaeum nec aliis Convocationibus opus esse valuis que scholarum et locis solitis affigendum mandatum solitum sicque ex majori suffragiorum numero Conclusit Reneaume Decanus

Die lunae 1° octobris 1736. absente Decano M. Caron praefuit comitiis ordinariis in quibus M. Andri dixit se vidisse febres continuas et alias intermittentes variolas et ejus modi morbos qui facile curati sunt M. chomel pater eosdem morbos ac mense praeterito febres continuas scilicet et variolas observavit

Cuncti similia dixerunt sed frequentiores et intensiores hos morbos fuisse hoc ultimo mense affirmaverunt his que additum fuisse fluxum ventris unde periculum fuit in his omnibus praecipuum remedium v. s. profuit cum Emollientibus et anodynis

Die sabbati sexto octobris 1736. convocata fuit facultas auditura postulationem Candidatorum accessit unus nomine Majaut pro quo postulaverat M. Bourdelin Jubil-ärum supra concessum audito interrogatoque ut fieri solet candidato censuit facultas ejus literas ab iis dem MM.is qui caeterorum litteras examinaverant examinandas quoque esse harum illico relationem fecit eorum Antiquior M. col de Villars his fere verbis

Michael Josephus Majaut sacris fontibus ablutus die 22. januarii 1710. Duaci vulgo Douay annum agit 27um decet illius litteris testimonialibus Baptismatis authoritas judicis quam pollicetur se intra decem dies exhibiturum gradum licentiatus adeptus est in Duacensi universitate die 5° Aprilis 1732. Doctoratus vero lauream consequutus est in Rhemensi die 3. Januarii 1735. hunc ad Examen admittimus hac audita relatione admissus fuit ad Examen unanimi consensu ea lege ut si falsis fecerit non admittatur ad principium prius quam literas Baptisterii judicis syngrapha munitas exhibeat

Die mercurii decimo octobris 1736. hora post meridiem tertia tentatus fuit Novus candidatus ab Examinatoribus de Physiologia hygieine et pathologia facultate expresse ad illam audiendum convocata

Die sabbati sequenti 13. octobris 1736. convocata fuit facultas ad audiendam Explanationem Aphorismi et relationem clarissimorum virorum qui novum Candidatum examinaverant et de candidato judicium per scrutinium latura atque hoc aperto probata sunt responsa candidati qui exhibuerat literas testimoniales Baptismatis a judice Duacensi obsignatas ideoque quia Examinatoribus satisfecerat ad principium fuit admissus

In his comitiis facta mentione a decano Examinis materiae medicae M. Andri obstare voluit quominus Novus Baccalaureus cito examinaretur et intra paucos dies responderet de omni materia medica allatae ab eo rationes forte ab alio minus ingratae fuissent sed ex majori suffragiorum numero censuit facultas penes Decanum esse diem indicare Examini futuro et sic Conclusit Reneaume Decanus

Postea in scholis inferioribus M. Michael Josephus Majaut Duacensis Baccalaureus renuntiatus est et Docendi initium fecit ex minori Cathedra

Die Jovis 18.° octobris 1736. Divo Lucae patrono Nostro sacro missa solemnis more solito celebrata est in scholarum sacello magno adstante Doctorum numero hi postea viva voce per Bidellos ad comitia vocati

audivere Decreta quæ hac die legi consueverunt tum Apparitores jubente Decano pro more deposuere Baccalaurei intro missi iterum supra Evangelium Juramento se obstrinxere mox Apparitores accessere quibus nemine reluctante post solitum Juramentum reddita sunt fasces

Die Veneris 19.a octobris 1736. Doctores fere omnes interfuere sacro solemni quod Celebrari solet pro defunctis Doctoribus quo peracto in Comitium viva voce per Bidellos vocati accessere circa horam sexquidecimam comparuere paucis ante diebus a Bidello more solito compellati Barbitonsorum chirurgorum præpositi quatuor absente primarii Barbitonsoris chirurgi Vicario præposito perpetuo catalogum suum attulerunt præpositi, solitum vectigal quinque librarum cum assibus quatuordecim persolverunt at quoniam nec aderat primarii Barbitonsoris chirurgi Vicarius nec præpositi rogati et ab accenso interpellati catalogum suum subsignare voluerunt et solitum præstare juramentum ideo de illorum comparitione facultas protestata est et protestationis Instrumentum sequens ab accenso illico construendum censuit

Proces Verbal

L'an mil sept cent trente six le dix neuf octobre dix heures du matin a la requeste des Doyen et Docteurs de la faculté de medecine en l'université de paris qui ont elu leur en leurs escole superieure seize a paris rüe de la Bucherie paroisse St. Etienne du mont nous pierre simon Robinet huissier du Roy aux requestes du palais a paris y demeurant rüe du Cimetiere et paroisse de St. Nicolas des champs soussigné nous sommes transportés aux d.tes escoles superieures de la faculté de medecine sus d.te rüe et paroisse pour dresser notre proces verbal au sujet de ce qui se doit passer ledit jour et heure lors du serment que doivent prester a ladite faculté les lieutenant prevost et gardes de la Communauté des maitres chirurgiens Barbiers de Paris lors qu'ils en prestant led.t serment doivent payer un ecu d'or ou la valeur d'icelui de droit et redevance annuelle et donner la liste de leurs jurés et maitres signée des d.ts lieutenant et prevosts ainsi qu'il est d'usage de tems immemorial ou estant en l'assemblée de lad.te faculté sont comparus quatre prevosts de lad.te Communauté du nombre desquels etoit le s.r Courtois les trois autres nous estants inconnus et ayant refusé de dire leurs noms de ce interpellés lesquels prevosts nous avons sommés en parlant a leurs personnes a la requeste et en presence de lad.te faculté de lui prester le serment ordinaire et accoutumé ou du moins par provision celui ordonné par l'arrest du 11. may 1724. en attend.t et sans prejudice de l'instance au sujet de l'enterinement de lettres en forme de requeste civile obtenües contre led.t Arrest laquelle instance lad.te faculté propose de faire juger incessamment lesquels prevosts ont esté refusants de prester aucun serment et de signer leur refus de ce interpellés et se sont retirés precipitamment apres avoir mis sur le Bureau de lad.te faculté la liste de leurs jurés et maitres avec que la somme de cent quatorze sols pour la redevance annuelle dont ils ont declaré ne vouloir quittance a eux offerte par M.r Reneaume Doyen et ont refusé de signer la liste par eux presentée ainsi qu'il est d'usage de ce pareillement sommés

De laquelle comparition les Doyens et Docteurs Regents protestent de nullité et de touts depens dommages et interests primo attendu la non comparition du lieutenant de la Communauté des maitres Barbiers Chirurgiens qui estant un des prevosts de lad.te Communauté doit se trouver avecque les autres prevosts et gardes en lad.te assemblée pour satisfaire aux devoirs par eux deus a lad.te faculté secundo parce que lesdits prevosts n'ont voulu prester aucun serment ce qui est contraire aux reglemens et arrests par lesquels ils sont obligés de prester serment a lad.te faculté 3.o la faculté proteste de nullité de la liste qu'ils lui ont presentée de leurs jurés et maitres parce que lad.te liste doit estre intitulée Listes des maitres chirurgiens Barbiers jurés

de Paris qualité qu'ils doivent prendre depuis leur reunion avecque les Barbiers et non simplement ainsi qu'elle est Liste des M^es chirurgiens Jurés et que d'ailleurs les lieutenant et prevosts doivent signer lad^te liste lesquels nous voulu faire de ce sommés pourquoi lad^te faculté nous a requis de la signer et parapher ce que nous avons fait deplus lad^te faculté ne peut approuver lad^te liste dautant que plusieurs de ceux qui y sont inscrits n'ont pas esté receus suivant les regles prescrites par lordonance de Blois pourquoy lesd^ts ~~[illegible]~~ doyen et docteurs Regents protestent de se pourvoir et contre ce qui peut leur faire prejudice dont et de ce que dessus lad^te faculté nous a requis acte a elle octroyé pour lui servir et valoir en temps et lieu ce que de raison et a lad^t Me Reneaume Doyen signé avec nous le present procès verbal pour et au nom et presence de lad^te faculté Reneaume doyen Robinet

Controllé a paris le vingt un 8bre 1736. fol. 142. Reg. 37. signé le Roy

Et ledit jour dix neuf octobre audit an a la requeste desd^ts Doyen et Docteurs Regents de la faculté de medecine qui ont elu leur domicile comme dit est Nous huissier susd^t et soussigné avons signifié baillé et delaissé copie du proces verbal cy dessus et des autres parts et reiteré les protestations y portées a la Communauté lieutenant prevosts et gardes des M^es chirurgiens Jurés Barbiers de paris en leur domicile et Bureau de Communauté sis a paris rüe des Cordeliers paroisse de s^t Cosme en parlant au portier qui a refusé de dire son nom de ce interpellé suivant lordonnance a ce qu'ils n'en ignorent et leur avons en parlant comme dessus laissé copie dud^t procès verbal et du present signé Robinet

Controlé a paris le vingt un 8bre 1736. Reg. 142. fol. 37. signé le Roy

Vocati deinde pharmacopoei parisienses praetoriani adfuerunt cum suo syndico et omnes posita super Evangelium manu solitum praestitere Juramentum

Die lunae 22. octobris 1736. convocata ad id facultate Novus Baccalaureus ab hora sesqui secunda pomeridiana tentatus est a praesentibus ad horam sextam de omni materia medica

Die sabbati 27. 8bris 1736. convocati sunt doctores omnes hora decima matutina post sacrum in scholas superiores de Novo Baccalaureo nuper de omni materia medicinali interrogato suum judicium scrutinio laturi necnon audituri relationem Clarissimorum virorum qui rationes anni primi Decanatus nostri examinavere et de aliis rebus deliberaturi aperto scrutinio probata sunt Responsa M. Majault postea M. Bailly antiquior eorum qui rationes nostras anni primi Decanatus nostri examinaverunt dixit illos nihil reperisse in commentariis nisi dignum referri in majora facultatis Commentaria et ab iisdem rationes nostras probatas fuisse

Die mercurii 31. octobris 1736. convocata fuit facultas per schedulam per Bidellos ad omnes Doctores delatam hora post meridiem sesqui secunda auditura rationes anni primi Decanatus nostri has autem praesentibus omnibus reddidimus et ad illarum calcem Decretum de illis latum scripsit praesentium antiquior quod iterum hic exscribendum inutile censemus # vide ad calcem

Die 3. novembris anni 1736. habita sunt ordinaria facultatis comitia menstrua in quibus ipse mentionem feci morbi cujusdam qui prima fronte novus mihi apparuit et sutores les Cordoniers invaserat ii mulierum talos ligneos in calceamentis pingebant mistione in qua auripigmentum reperiebatur et dum ista mistio ad ignem fundebatur illius vapore infecti colico dolore adoriebantur pictorum colicis doloribus fere simili et hunc morbum simili methodo curavimus in quo plures aegrotavere tum mulieres sutorum tum sutores ipsi M. Fourneau de colicis doloribus in quibus aderant excrementa dura vomitus bilis porracea egit M. Azevedo narravit febres subintrantes kina-kina devictas variolas rheumata et rheumatismos M. Bellot non solum variolas observavit sed

abscessus gangrenosos exquibus sub morbi finem dum pacata videntur omnia plerumque pereunt ægri M. Cochu loquutus est de febribus malignis et intermittentibus

post ea ventum est ad majora Comitia nam eodem die ut jubent statuta nostra Convocata fuerat facultas decanum et professores electura nec non examinatores rationum anni secundi decanatus nostri nominatura. hora decima matutina post sacrum itaque primo sorte ducti sunt rationum nostrarum Examinatores scilicet

De majori M. Besnier	de minori vero M. de Magny
M. claud. Bourdelin	M. Vasse
M. J. F. Leaulté filium	M. Mery

secundo Decanus Depositis insignibus Decanatus tanto onere jam levatus alacrior amplissimas brevi oratione facultati gratias egit et magnam eorum partem adumbravit quæ supra scripta sunt 3.º professores magistratu decedentem Decanum sequuti sunt et suo quisque ordine facultati gratum animum significarunt ob Concessa ipsis munera et villicationis rationem reddidere

quarto sorte ducti sunt Decani et professorum Electores nempe ex antiquioribus M. Besnier Leaulté fil. et Chevalier ex junioribus M. Magni et Baron filius hi quinque Electores præstito prius sacramento in sacellum secessere redeuntes vero in Comitium appellavere in Decanum de majori M. col de villars M. Lud. claud. Bourdelin De Minori vero M. De lepine quorum nominibus in urnam missis non sine lætitia Extraxi Nomen M. claudii Bourdelin qui præstito in manus meas solito juramento Decanatus insignia recepit ac cum omnium applausu Decanus renuntiatus est

Reneaume, Decanus

in his comitiis M. Lud. claud. Bourdelin Nomine M. Lemery petiit a facultate ut deinceps sibi solverentur Emolumenta tempore quo Regi servit ipsi que retenta a M. Baron prædecessore meo huic se adjunxit M. Hermant Rogatis sententiis annuit facultas petitioni dictorum doctorum et ex majori suffragiorum numero debita ipsis a decano esse persolvenda censuit et sic conclusit

Reneaume decanus

Res Gestæ in Academia Parisiensi a Die quinto novembris 1735. ad Diem secundum mensis novembris anni sequentis 1736.

M. Michaele Ludovico Reneaume Blesensi Decano

Anno Domini 1735 die sabbati 5.º novembris habita sunt ordinaria
deputatorum Universitatis Comitia apud Amplissimum Rectorem D.
Gibert in Mazarinæo Collegio
1.º pro literis nominationis jure Magisterii artium et quinquennii octo
supplicaverunt et illis concessæ sunt
2.º Joannes Lucas supplicavit pro licentia aperiendi pedagogii sub clientela
Universitatis et nominati sunt qui de illo inquirant
3.º ut mos est recognita et lecta sunt quæ in prioribus comitiis decreta fuerant
4.º de capellano Turonensi graduato placuit de sententia patroni D. Godefroy accedere
ad causam dicti capellani graduati nequid innovetur cum graduatorum
damno in capellaniis quas N.º 43. capitulum Ecclesiæ Cathedralis Turonensis
inniseri et adunari postulat canonicorum præbendis
5.º M. Denise procurator sequester collegii s.ti Michaelis egit de Bursario quodam
a collatoribus nominato et placuit postulandum esse a senatu ne collatores
quemquam nominent ad Bursas donec restituta sit vita communis ut fert
senat. consul. anni 1729.
6.º actum est de Bidellis a sigillatione absentibus quos sportula privandos
et multandos censuit Tribunal et si feræ reculantur id fieri debere eorum
impensis sicque super omnibus audito M. Leonorio Caron pro syndico
conclusum fuit ab Ampliss. Rectore D. Gibert
anno Dni 1735. die sabbati 3.º Xbris habita sunt ordinaria deputatorum
Universitatis Comitia apud Ampliss. Rect. in Mazarinæo
1.º supplices accessere 16. pro litteris nominationis quæ iis concessæ sunt.
2.º audita relatione MM. Piat et Besoigne concessa est dicto Lucas licentia
aperiendi pedagogii sub clientela Universitatis
3.º lecta et recognita sunt decreta in superioribus comitiis ut fieri solet
licet deinceps de hoc articulo sileamus semper tamen supponi debet
4.º placuit supprimi libellum supplicem de quo superioribus comitiis
dictum fuerat nec a M. Denise s.ti Michaelis sequestro quidquam esse
solvendum præter primario et quatuor Bursariis existentibus tempore
quo senatus consultum latum est
5.º Firmerius Guiguet de la Tour Brivensis in diocesi Lemovicensi uni é

 quatuor Bursariis Collegii S.ti Michaelis vacante per spontaneam abdicationem Geoffre nominatus petiit ut a tempore quo ad Tribunal primum accessisset Bursæ fructus sibi persolverentur aud. M. Leon. Caron prosyndico censuit Tribunal Academicum ipsum inter Bursarios dicti collegii esse numerandum ipsi que fructus Bursæ a Mense octobri persolvendos et ad habitandum assignandum esse illi pædagogium quod in collegio sanctæ Barbaræ existit

6.° de addendis hymnis in longiori processione actum est et francia procuratori ut illos seligeret mandatum est et ad Tribunal referat

7.° appellationem ordinum in supplicationibus non per Bidellum sed per præconem fieri debere decretum est et officiarios admoneri ut legitimo numero adsint eundo redeundoque

8.° Superstes pecunia Collegii Trecorensis ex arca deprompta est nempe summa quatuor millium centum et viginti novem librarum cum tribus denariis ea que D. Denise proc.r sequestro tradita ut hæredibus Domini Grosteau quod ipsi debetur nomine collegii solvat sic que ab Ampliss. Rectore audito prius M. Leonorio Caron prosyndico super omnibus conclusum fuit

Anno D.ni 1735. die martis decimo Decembris habita sunt generalia Universitatis comitia apud Mathurinenses supplex accessit in angulo M. Boucher presbiter Cluniacensis ei que concessæ sunt literæ nominationis Librarii duo inter manus amplis. Rectoris fidem sacramento adstrinxere dein Comitium ingressi sumus et post Rectoris orationem et approbationem eorum quæ gessit de concilio Decanorum in trimestri magistratu ipsi Decretæ sunt litteræ commendatitiæ et processum est ad ædem deo sacram sub invocatione S.ti Germani veteris

Die Lunæ 19. Decembris sigillatum est in æde sacra Regiæ Navarræ

Die Sabbati 7.° mensis Januarii anni 1736. habita sunt ordinaria deputatorum Universitatis comitia apud Amplis. Rectorem in Mazarinæo

supplices octo accessere pro litteris nominationis quæ ipsis audito M. Leon. Caron prosyndico concessæ sunt

Decretum est commentarios seu Registra vel Regesta Academiæ in Tabulario Academiæ diligenter esse asservanda nec licere scribæ illos e suis manibus dimittere et capitationem Joan. fremont Bidelli nationis Germanicæ ex ejus nationis ærario esse desumendam præterea Xenia more solito esse distribuenda amanuensibus tum procuratoris tum et notarii Academiæ

Rogatus fuit ampliss. Rector ut solita diligentia cum procuratore catholico agat de collegio hubantino vulgo de l'ave maria

tandem accessit M. Simon primarius collegii sagiensis qui dixit se

quam primum Universitatis Decretum in dicti Collegii Commentariis describendum et quantum fieri poterit executioni mandaturum ei declarationis suæ actus concessus est

Die sabbati 21. Januarii 1736. sigillatum est in æde sacra Regiæ Navarræ

Die 28. ejusdem mensis celebrata fuit Missa Sti Caroli magni in eadem æde et panegyricum dixit D. de Vauvilliers

Die lunæ 30. Januarii 1736. officiarii majores Universitatis minoribus magistratibus cereos detulerunt pro more

Die vero martis 31. ejusdem mensis et anni ampliss. D. Rector Decani et procuratores cum adjunctis officiariisque majoribus et apparitoribus omnibus ornati majoribus infulis cereos detulerunt sereniss. Aurelianensium Duci tum et singulis supremarum Curiarum præsidibus primariis

Die mercurii 1o. februarii 1736. iidem eodem apparatu Versalias se contulerunt cereos solemni pompa Regi Reginæ Sereniss. Delphino Eminentiss. Cardinali Defleury Regni administro illustriss. Galliarum Cancellario apud singulos ampliss. Rector orationem habuit tempori que convenientissimam Jam enim pax sperabatur

Die sabbati 4. februarii 1736. habita sunt ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia apud Amplis. Rectorem in Mazarinæo

Renato Poirier qui supplex accessit concessæ sunt literæ nominationis

Supplicavit Augustinus Gouault artium magister pro licentia aperiendi pedagogii sub clientela Universitatis in hac urbe nominati sunt qui inquirant in ejus vitam et peritiam MM. Besoigne et Piat

Decretum est primarium aliosque Bursarios Collegii Bajocensis prope diem citari ad Academicum tribunal declaraturos an decretum latum die 4. Xbris 1735. in dicto collegio promulgatum describi curaverit in libro deliberationum dicti collegii

Postularunt majores nuntii qui in causa sunt in suprema parlamenti curia ut juxta privilegia declarentur immunes ab officio quo cæteri cives tenentur accendere publicas candelas singuli ordine suo ut Universitas accedat ad causam suam illorum postulationi annuendum esse censuit Tribunal Academicum

Censuit etiam si visum fuerit Universitatis concilio accedere causæ pergamenariorum qui postulant litem de re pergamenaria motam remitti a proprætore politiæ ad Prætorem urbanum

tandem propter nimium pedagogiorum numerum quæ sibi officiunt censuit Tribunal admonendos esse Magistros ut intra certum temporis spatium suas proferant clientelæ litteras et scripto declarent qua in urbis regione aut vico habitant interim similes literas non esse concedendas nisi dicto Gouault si idoneus repertus fuerit

205. anno Dñi 1736. die martis 28. februarii hora septima matutina habita sunt comitia deputatorum Universitatis apud Mathurinenses ad aperiendum rotulum more majorum

In iisdem Comitiis super postulatione D. frecot decretum est quod si voluntaria sit venditio geminarum Domorum in Universitatis dominio positarum in vico vulgo des ss. peres quas Emptionem est D. fremont ex viginti Denariis octo remitti seu ad 12. denarios in singulas libras pro obventionis vidigi his conditionibus 1º antequam Coemptionis instrumentum in censum Universitatis referatur (vulgo ensaisinement) ipse novam faciat Declarationem (vulgo Titre nouvel) 2º in illa spondeat se nec suos dictas Domos hominibus jugis mancipii (gens de main morte) quacumque ratione alienaturos prout in primo Coemptionis instrumento cautum est 3º ut si forte jure consanguinitatis retrahantur tunc cedat quidquid juris habuerit Universitati ex retrahente repetendi octo illos denarios qui sunt ipsi remittuntur

Anno Dñi 1736. 3º mensis martii habita sunt ordinaria Universitatis comitia apud amplis. Rectorem in Mazarinæo inquibus octo supplices accessere iis concessæ sunt literæ nominationis ea lege tamen ut petrus Rotrou diœcesis Carnutensis litteras acceptæ tonsuræ clericalis quæ ipsi deerant intra mensem scribæ exhibeat dein facta est potestas M. Denise procur. sequestro Collegii Sti michaelis et Trecorensis locandi duas horum collegiorum domos

Præterea si nundum relatæ sunt in supremâ curiæ commentariis literæ patentes quibus Capellaniæ Turonenses admiscentur et uniuntur cum prebendis canonicorum Ecclesiæ cathedralis Turonensis protinus conclusionem die 5.ª 9bris proxime elapsi super hac re latam executioni esse mandandam postulante uno egraduatis et cum illo intercedendum esse conclusum est

Denique exposuit fidelis. Quæstor sibi persolutam esse a D. de Roquelaure summam trium mille librarum quæ super erat ex quinque mille quam per senatus consultum die 4.º 7bris tenebatur Universitati numerare ut videre est in conclusione lata die 2.º octobris 1734. dictumque D. de Roquelaure postulare ut sibi detur apocha et solutæ et collocatæ summæ integræ et duo millia librarum quæ jam ab illo numerata fuerant per conclusionem 6.ª 9bris latam adhibita fuisse in summa septies mille et quingentarum librarum quam tunc temporis visum est sub annua pensione constitui fidelis. picardorum nationi non potuisse autem ut ferebat conclusio dicta tria millia quæ solvenda erant in ea summa adhiberi quippe nundum numerata ideoque non poterant in contractu cum fidelis. natione inito tanquam a prædicto D. de Roquelaure accepta declarari

107

audito prosyndico censuerunt omnes summam totam mille librarum 206.
dicto D.no persolutam esse aliquo collocandam dandamque illustriss.
viro Apocham quam postulat

Ad haec dixit ornatissimus picardiae procurator ex summa quadraginta
millium libellarum quam praedicta nationi persenatus consultum licet
conducere ad extruendam domum in vico straminieo sex tantum et triginta
millia conducta adhuc fuisse et suo nomine rogavit ut reliqua quatuor
millia suae nationi ex aerario Academico sub annua et legitima pensione
constituatur audito prosyndico consultissimae jurium facultatis decanus
et procurator venerandae nationis dixerunt abstinere se a ferenda sent-
entia donec ordines suos consuluerint caeteri decani et procuratores
suorum ordinum nomine consenserunt ut tria libellarum millia a
D.o de Roquelaure veniunt persoluta adjectis ex ea pecunia quam fideliss.
Quaestor prae manibus habet mille libellis nationi Picardiae sub
annua pensione constituatur et ita conclusit ampliss. Rector

Die mercurii 14.a mensis martii 1736. habita sunt comitia
Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Mazarinaeo
ad audiendas rationes accepti et expensi fidelissimi Quaestoris M. Besoigne
soliti aderant deputati cum adjunctis officiarii majores et omnium
ordinum apparitores in his comitiis supplicibus duobus concessae sunt
literae Nominationis tum facta est potestas M. Gouault aperiendi paeda-
gogii in hac urbe sub clientela Universitatis audita scilicet relatione de
eo facta a MM. Piat et Besoigne.

Dno Audouit postulanti qui domum emere volebat in dominio
Universitatis sitam remitti octo denarios censuit tribunal iisdem condit-
ionibus ac aliis emptoribus supra memoratis

Tandem placuit clatra horti domus Universitatis refici certis condition-
ibus a conductoribus servandis

Auditis rationibus fidelissimi Quaestoris compertum est ex aere Academiae
per annum 1735. accepto residuum esse summam undecim millium
trecentarum et viginti septem librarum cum duobus denariis 11327.lt 0s 2.d.
placuit autem illico ex ea summa in arcam aerarii recondi summam
bis mille et centum librarum 2100.lt quod reliquum est autem penes
Quaestorem remanere partim juxta conclusionem latam die 3.o praesentis
hujus mensis collocandam ~~partim~~ partim in caeteros usus hujus anni impendendam

Die martis 20. mensis martii habita sunt comitia generalia Univers-
itatis apud Mathurinenses hora octava matutina sessit Rector in
angulo ibique supplicibus quinque litterae concessae sunt nominationis
Deinde in comitium venit et orationem habuit facundam ingenti clero
populoque plaudenti gratulatus est de novo breviario cura et autho-
ritate illustriss. Archiepiscopi et venerabilis capituli Ecclesiae Metropolit-
anae nuper edito superioribus breviariis perfectiore postea singuli ordines
rata et grata habuerunt quaecumque ampliss. Rector gessit in superiori
Magistratu de concilio decanorum et decreverunt ei literas commendatitias
tum processum est ad aedem D. J. sub invocatione St. Jacobi apud Dominicanos
majoris conventus.

anno Dñi 1736. die martis 27. mensis martii habita sunt extra ordinaria me postulante universitatis comitia apud amplissimum Rectorem in mazarinaeo in his autem Comitiis Ego saluberrimae facultatis decanus dixi quod cum in ordine ab universitate instituto recurrant saluberrimae facultatis vices in Jure designandi ad majora Academiae Beneficia quorum praesentatio ad ipsam Academiam pertinet cumque contigerit curionatum ss. cosmae et Damiani in hac civitate vacare per obitum M. michaelis Godeau ultimi illius possessoris pacifici saluberrimam facultatem habitis hesternâ die 26. hujus mensis comitiis solemnibus designasse per universitatem nominandum et praesentandum ad praedictum curionatum M. christophorum Bellot presbyterum Ambianensem sacrae facultatis Licentiatum Theologum postea legi ordinis nostri decretum designationis quod scribae tradidi tum postulavi ut dictus M. Bellot admitteretur et ad dictum curionatum praesentaretur audito igitur M. Besoigne syndici vices gerente quia aegrotabat prosyndicus M. Leon. caron viso universitatis decreto die 13. Junii 1723. lato quo duplex ordo instituitur in designandis Beneficiariis visa conclusione 3ª Julii 1728. in eandem sententiam facta visa conclusione 11ª decembris ejusdem anni qua constat in ordine majorum Beneficiorum ultimam designationem factam fuisse a consultissima Jurium facultate ac proinde cum constaret Jus designandi in eorumdem Beneficiorum ordine ad saluberrimam facultatem pertinere Rogatis dictisque sententiis unanimi consensu placuit M. christophorum Bellot presbyterum Ambianensem sacrae facultatis Parisiensis Licentiatum Theologum a saluberrima facultate medicinae designatum ad curionatum ss. cosmae et Damiani in hac civitate vacantem per obitum M. Michaelis Godeau ultimi illius possessoris pacifici ab universitate nominari et praesentari sicque conclusit amplissimus Rector M. Gibert

Protinus Tribunal Academicum se contulit ad mathurinenses ubi continuatis comitiis dictus M. christophorus Bellot solitum sacramentum inter manus Amplis. Rectoris in loco majorum praestitit In iisdem comitiis placuit accedere causae pergamenariorum ut ad senatum privilegiorum vi evocaretur tum et subsignatus est contractus cum fidelissima picardorum natione quo ipsi collocata fuit secundum conclusionem superioribus comitiis latam summa quatuor millium librarum ex aere Academico

anno Dñi 1736. die sabbati 6ª Aprilis habita sunt ordinaria deputatorum universitatis comitia apud Amplis. Rectorem in Mazarinaeo et supplex unus accessit cui concessae sunt litterae

In his comitiis M. Bouquet collegii Bajocensis primarius scripto Declaravit se curasse ut decretum die 29. Xbris promulgatum in collegii tabulis describeretur tradiditque tabulam redituum et onerum dicti collegii et harum rerum actus ipsi concessus est

De lite collegii Grassinaei cum sacerdotibus hibernis quam abjiciebat placuit consulere an hanc etiam deseret Academia

Dixit M. Denise sequester Collegii sti Michaelis de Chaillo quodam die
collegii quod quidam duplicato gratis emere volebat hac de re senatui supp-
licem libellum porrigere placuit

Idem M. Denise rationes suas anni 1735 reddidit ipsi propter immen-
sum laborem in conquirendis et ordinandis dicti Collegii tabulis titulis et
chartis ex aere dicti collegii concessit Tribunal summam trecentarum
libellarum ille vero in gratiam collegii tertiam partem remisit et
Ducentas libras tantum sumpsit probatae sunt illius rationes et residuum
anni 1734. summa nempe quingentarum supra mille librarum cum
octodecim assibus et septem denariis ~~1500#. 18 assibus~~ 1500# 18s 7d.
in area instar depositi asservari placuit

Anno Dni 1736. die martis 10a mensis aprilis hora septima matutina celeb-
rata fuit synodus Academica post brevem amplis. Rectoris orationem omnes
Beneficiarii ex Nominatione et collatione Universitatis hoc ordine appellati sunt

M. Jacobus Labbé in artibus Magr. pastor Ecclesiae parochialis sti Andreae
ab Arcubus

M. Christophorus Bellot Licentiatus Theologus Ecclesiae parochialis ss. Cosmae et
Damiani pastor nominatus

M. Jacobus Rochebouet pastor Ecclesiae sti Germani Veteris

Capellani

M. Carolus Tabouroin in artibus Mr. Capel. B. Mariae in Ecclesia parochiali
sti Andreae ab arcubus

Capellani Capellaniarum fauvisianarum

M. Bertrandus Robin Doctor Theologus ~~Ecclesiae Metropolitanae parisiensis
Canonicus~~

M. Joannes Bonnesoeur Licentiatus Theologus

M. Nicolaus Guillaume Licentiatus Theologus

M. Carolus franciscus Dufour Doctor Theologus Ecclesiae Metropolitanae
parisiensis Canonicus

M. Andreas de Laleu Doctor medicus saluberr. facult. parisiensis

Capellani de ~~Thesauro Regio~~ Castelletto

M. Cyprianus Langlois Baccalaureus Theologus

M. Andreas Assolan in Utroque Jure Licentiatus

M. Marcus Guerinus du chemin in artibus Magister

Capellani de Thesauro Regio

M. Martinus Martineau

M. franciscus Vitasse defontaine Licentiatus Theologus

praesentes quidem laudati fuere absentes vero absque legitima excusatione
mulctati sunt

Die sabbati 14. mensis Aprilis in aede sacra Regiae Navarrae sigillatum est.

Anno Dni 1736. die sabbati 5. maji habita sunt ordinaria deputatorum
Academiae Comitia apud amplis. Rectorem in Mazarinaeo

Duobus supplicibus concessae sunt litterae Nominationis

De consilio Universitatis discedere placuit aliis Grassinaeorum salvo
tamen jure et retento tempore et loco postulandi quod data occasione
postulabit Academia neque id collegium Academicum bonorum suorum

209. se inconsulta alienent. De negotio pergamenariorum derogatum est conclusioni in superioribus Comitiis latæ et ab ea causa abstinendum censuit Academia Donec in foro proprætoris politiæ judicata fuerit quod si contigerit pergamenarios causa cadere et ab eo judicio provocare tum eorum provocationi subscribi oportere juxta conclusionem in superioribus Comitiis latam in ærarium Universitatis recondita est instar depositi asservanda summa quingentarum supra mille librarum cum octodecim assibus et denariis septem quæ ærii accepti collegii S^ti^ michaelis residuum esse compertum est ex rationibus M. Denise præ. seq. per annum 1735.

Die sabbati 2° Junii 1736. habita sunt ordinaria Universitatis Comitia apud Ampliss. Rectorem in Mazarinæo tribus supplicibus concessæ sunt literæ nominationis

de postulatione dicti fremone priori germanicæ nationis apparitoris dictum est ad Universitatem non pertinere judicium proprætoris Urbani definitum tamen est 24^tt^ ei non sportularum aut debiti ratione sed liberalitatis causa in gratiam demortui patris Erogari denique admissus est inter hastatos satellites qui adhibentur ad removendam Turbam dictus Lambily helvetus

Anno Dñi 1736. die martis 19. Junii habita sunt generalia Universitatis Comitia apud Mathurinenses ubi post orationem probatis rebus ab amplissimo Rectore in trimestri magistratu de consilio decanorum ipsi decretæ sunt litteræ commendatitiæ tum processum est ad ædem deo sacram sub invocatione S^ti^ Pauli

Die Veneris 22. Junii sigillatum est in æde sacra Regiæ Navarræ

Anno Dñi 1736. die sabbati 7. Julii habita sunt ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia in quibus tribus supplicibus concessæ sunt literæ

placuit agi gratias illustriss. Ecclesiæ principi D. D'Argentre Episcopo Tutellensi Nomine Universitatis pro tertio operis sui volumine dono dato et duo priora volumina ab ipso quoque olim data sed amissa reparari et apud Universitatis scribam cum illo tertio collocari

actum est etiam de domo sita in vico S^ti^ Nicolai de Cardueto deque illius raderibus capellaniæ B. Mariæ in Ecclesia parochiali S^ti^ Andreæ ab arcubus fundo quam vendere proponebat M. Carolus Tabourin dictæ capellaniæ possessor sacerdotibus seminarii S^ti^ Nicolai de Carduceto ea pactione ut quinque librarum millia 5000^tt^ prætium esset collocandum interea ipsos soluturos annuatim ducentas et quinquaginta libras 250^tt^ dicto M. Tabourin donec prætium collocatum sit et omnes impensas quascumque futuras facturos dictos sacerdotes postquam relatum fuit ab Architecto de dictæ domus statu et viso judicio præfecti rei viariæ quo jubebatur hanc domum intra triduum diruendam esse visa denique inquisitione integerrimi senatoris D. de Monthulé audito M. Leon. Caron prosyndico unanimi consensu annuendum esse et consentiendum venditioni dictæ domus a M. Tabourin cappellano B. mariæ S^ti^ Andreæ ab arcubus ut vendere possit solum et rudera prætiis et conditionibus memoratis et in pactione declaratis conclusum est

Dein exposuit fideliss. Quæstor secundum conclusionem 1° Augusti 1733. latam quæ præcipua monumenta acta et instrumenta quæ in

Chartophylacio Universitatis asservantur describi jubentur scriptum
fecisse abiis quæ Universitati censum ac dominium spectant quæ jam ad tria
volumina exurgunt eaque instrumenta sive autographa sive deficientium auto-
graphorum exemplaria in ordinem fuisse redacta præterea inventarium ut ajunt
confecisse in duo volumina comprehensum quorum unum titulos domorum alter-
um actiones et judicia continet his et aliis expositis nonnulla postulavit et audito
prosyndico laudarunt omnes et probaverunt præstitam a dicto Quæstore M.
Besoigne operam censueruntque honorario remunerandam unus
ipse obstitit placuit igitur approbari quidquid hac in re fecerit veros habendos
sumptus esse et relatis in chartophylacio sive quæ extraxit ipse sive quæ a
MM. le Vasseur et Benet et Pourchot habuit instrumentis et chartis ipsum
liberum et exoneratum declarari postquam affirmaverit nihil eorum
apud se retentum fuisse tandem enixe rogavi ut in cæteris eandem præstet
operam ipsi quæ fieri potestatem extrahendi é chartophylacio perfasci-
culos et retinendi apud se quæcumque instrumenta ei necessaria sunt
ad exercendum munus facta ~~apud~~ eorum apud scribam declaratione
præterea curet typis mandari libellum de Academiæ censu tanquam
privati opus tandem decretum est é chartophylacio non esse distrahenda
instrumenta sed exemplariis seu expeditionibus legitimis illa esse com-
municanda atque hoc decretum valvis chartophylacii affigendum

Anno Dñi 1736. die sabbati 4º mensis Augusti habita sunt ordi-
naria deputatorum Universitatis comitia apud Ampliss. Rectorem in
Mazarinæo supplices accessere Nº. 68. omnibus concessæ sunt literæ
nominationis Cæsari Murry nominatim modo intra mensem afferat
literas testimoniales acceptæ tonsuræ clericalis supplex etiam accessit jure
Baccalaureatus in utroque jure et Triennii in consultissima facultate et nobilitatis
ex utroque parente M. Joan. Carolus Gabriel Valentin De Virray Nobilis Carnotensis clericus
placuit quidem ipsi indulgeri sed ea conditione ut afferat novum nobilitatis testimo-
nium in quo testes non coram actuariis publicis sed coram judice ordinario loci in quo
natus est deponant prout in concordatis habetur

In iisdem comitiis decrevit tribunal postulante prosyndico nullas admittendas
esse literas confecti annui studii ante primum diem Augusti datas ideoque
admonendos professores ut sint parisiis eadie præsentes

Exhibuit fideliss. Quæstor declarationem instrumentorum et aliam
quæ reposuerat in chartophylacio et aliam eorum quæ retinebat utramque
declarationem describi placuit et illum declarari liberum et exoneratum
his omnibus dequibus in prima fit mentio

Facta est potestas M. Denise proc. sequestro Collegii Sti. Michaelis num-
erandi centum libras actuario publico in mercedem operæ ipsius in utili-
tatem dicti Collegii impensæ

quia autem dictum est redemptores juris morticinii jus exercere velle
in fidelissimam picardorum nationem ob eam domum quam ædificavit
in via straminea et cum res ista ad Academicas immunitates pertineat
visum est ad causam fideliss. nationis Universitatem accedere debere

 Decretum etiam est domino Godefroy Academiæ patrono in supremo ~~curiæ~~ Concilio numerari quæ habentur in tabula memoriali ab ipso data

Anno Dñi 1736. Die Jovis 23. Augusti per ante Lessum habita sunt ordinaria deputatorum Academiæ Comitia apud Amplis. Rectorem in Marcavinæo in quibus duobus supplicibus concessæ sunt literæ nominationis et decretum est pensionem annuam quam salubˡ errima facultas percipit ex ære Academiæ hoc anno integram nulla parte in Decumanum vectigal retenta prædictæ facultati persolui iisdem cautionibus quibus anno superiori tum et centum quinquaginta libras Amplis. Rectori tradi dividendas apparitoribus et aliis qui per annum Academiæ famulati sunt item et ejus famulo libras quadraginta facta est etiam potestas Quæstori ut quidquid ad Novam privilegiorum Academiæ Collectionem pertinere arbitrabitur impensis Universitatis describi curet

Denique cum Unus Nuntiis Academiæ litem habeat coram proprætore Urbanæ politiæ decretum est quod si lite cadat et ad senatum provocet ad causam ejus Universitatem accedere debere visum est.

Lecto decreto Universitatis die 13. Junii 1722. lato quoduplex ordo Beneficiorum instituitur et conclusione 3ª Julii 1728. alia 4. Martii 1730. latis quibus constat M. Guarinum Duchemin qui inter Capellanos Academicos postremo nominatus est præsentatum fuisse a saluberrima facultate ac proinde Jus præsentandi in minorum beneficiorum ordine ad honorandam Gallorum nationem esse devolutum Visa conclusione Nationis Gallicanæ 14. hujus mensis facta unanimi Consensu placuit M. petrum Stephanum Gourlin ab honoranda Gallorum natione præsentatum admitti ipsique conferri eam e Capellaniis Sanvisianis quæ nunc vacat per obitum M. Andreæ de Laleu Doctoris medici parisiensis ultimi illius possessoris pacifici

Die Veneris 31. Augusti 1736. in æde sacra Regiæ Navarræ sigillatum est

Anno Dñi 1736. die martis 25. mensis septembris habita sunt extraordinaria deputatorum Universitatis Comitia apud Amplis. Rectorem in Marcavinæo in his Dixit amplis. Rector se conventum fuisse a clariss. Viro M. Nicolao Bonaventura Thierry Doctore Theologo ac professore Sorbonico qui sibi dixit nominatum se esse Cancellarium Ecclesiæ et Universitatis Parisiensis in locum illustris. viri D. Bonin D'angervillier Episcopi Uticensis nuper a Rege nominati seque crastina die 26. hujus mensis horis matutinis Sacramentum dicturum indicta Ecclesiæ Capitulo præsentibus duobus Magistris Universitatis Juxta Constitutionem Gregorii IX. datam Idibus Aprilis 1231. de ea re audito M. Leon. Caron prosyndico nominati sunt dictus M. Leonorius Caron et M. Nicolaus Piat Universitatis scriba qui huic Sacramento dicendo intersint et ad proxima Comitia referant

Anno Dñi 1736. die sabbati 6ª mensis octobris habita sunt ordinaria deputatorum Universitatis comitia apud Amplis. Rectorem in Marcavinæo in quibus scribæ vices gessit M. Bessigne ægrotabat enim M. Piat supplicibus novem concessæ sunt literæ nominationis Retulit M. Leon. Caron prosyndicus se una cum M. Piat scriba ex conclusione lata 25. septembris interfuisse dum M. Thierry Ecclesiæ

et Universitatis cancellarius sacramentum solemne diceret die 26°. ejusdem mensis in capitulo dictæ Ecclesiæ in Bibliotheca capitali convenere cum cancellario tum adros scriba venit capituli superpellicio indutus et postulavit ab ipsis delegationis instrumentum rediit aliquanto post scriba cum duobus apparitoribus invitavit que ut cum cancellario descenderent cancellario utrinque comites præeuntibus scriba et apparitoribus processere capitali septa ingressi consessere in scamno camerarii delegati cancellarius vero ad pulpitum decani venit in quo absente decano sedebat M. vivant præcentor ibi que flexis genibus alta voce legit duas constitutiones Gregorii IX. et Bonifacii viij. postea tactis Evangeliis sacramentum dixit mox surrexit una cum delegatis salutatis canonicis et ab iisdem resalutati eodem ordine redierunt datus est M.M. Piat et Caron actus obitæ delegationis

In iisdem comitiis facta est potestas M. Denise imputandi 30lt. dicto Sonnet conductore cujus domus Collegii Sti Michaelis ob varias actiones forenses

De emptione domorum in vico SS. patrum sitarum a D. Fremont possessarum actum est et iisdem conditionibus quibus supra remitti Emptori denarios octo conclusum est

Die 8°. octobris 1736. habita sunt Universitatis comitia apud Mathurinenses post amplis. Rectoris orationem et probatis solito more per trimestrem magistratum ab ipso gestis de concilio decanorum decretæ sunt illi literæ commendatitiæ et processum est ad ædem deo sacram sub invocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ apud franciscanos majoris conventus

Die undecimo octobris habita sunt Universitatis comitia hora septima matutina ad confirmandam Electionem amplissimi Rectoris M. Piat qui in locum M. Gibert Electus est

Die Jovis 18. octobris in æde sacra Regiæ Navarræ sigillatum est

213.

Res Gestæ
Apud chirurgos – Barbitonsores Parisienses adie 5.° Nouembris 1735. ad Diem tertium nouembris anni 1736.
M.° Michaele Ludi Reneaume Decano

Anni Dñi 1735. et 1736. chirurgi Barbitonsores more solito Decanum cum duobus Doctoribus per schedulas a chirurgi Barbitonsoris primarii vicario vel ab uno è prepositis subsignatas ad actus et Magisterio Tyronum chirurgorum Barbitonsorum invitarunt quibus quidem actibus nec Decanus nec ullus Nostri doctoribus adfuit propter rationes allatas in commentariis facultatis annorum 1726. et 1727. sub decanatu M. Geoffroy Vol. 19. p. 410

Subsequuntur autem isti actus a facultate non probati propter et nostram et aliorum Doctorum absentiam

Die Mercurii Decimo octavo Mensis Januarii anni 1736. aggregatus est inter Barbitonsores chirurgos Dictus Chopin

Die sabbati 28.° ejusdem mensis et anni tentatus est filius D. Bayet

Die Lunæ 30.° Januarii 1736. tentatus etiam fuit filius D. Bayet ejus Nominis secundi

Die Lunæ 20. februarii 1736. primum Examen subiit filius D. Bayet

Die sabbati 10.° mensis martii Ultimum Examen subiit filius D. Andouillé

Die veneris 23. martii 1736. Ultimum Examen D. Du Pouy subiit

Die Lunæ 26. martii filius D. Andouillé receptus est

Die Jovis 29. martii 1736. Dictus Senequier horis matutinis examinatus est tanquam expertus in dentium morbis

Die sabbati 31. mensis martii Dictus Du Pouy receptus est

Die veneris 11.° mensis maji 1736. tentatus est filius D. Cagnard

Die Mercurii 16. mensis maji 1736. pariter tentatus est Dictus Bourta

Die sabbati 26. maji Ultimum Examen subiit filius D. Bayet secundi hujus nominis

Die Lunæ 28. maji tentatus est Dictus Hevin

Die mercurii 30.° maji Receptus est filius D. Bayet secundi

Die sabbati secundo Junii 1736. ultimum Examen subiit Dictus Gané

Die mercurii sexto mensis Junii 1736. receptus est Dictus Gané

Die sabbati 9.° Junii 1736. Dictus Taffet ultimum Examen subiit

Die Lunæ 11. Junii tentatus est Dictus Sohet

Die mercurii 13. Junii Dictus Taffet receptus est

Die Jovis 14.° Junii Dictus Doublet tentatus est

Die Veneris 15.° Junii Tentatus est Dictus Batta

Die sabbati 16. Junii Dictus Laumiey aggregatus est

Die Lunæ 18. Junii dictus Dufaur tentatus est

Die Mercurii 20.° Junii dictus LaRoche aggregatus est

Die sabbati 23. Junii Dictus Waroux tentatus est

Die Lunæ secundo mensis Julii anni 1736. filius D. Cagnard hujus nominis secundi primum Examen subiit

Die mercurii 4.° Julii Dictus Bourte primum Examen subiit

Die sabbati 7.° Julii dictus Heuin primum examen subiit

Die Lunæ 9.° Julii Dictus des Hayes tentatus est

Die Jovis 12.° Julii Dictus Caulay Tentatus est

Die Lunæ 16.° Julii filius D. Doublet primum Examen subiit

Die sabbati 21.° Julii dictus Souhet primum Examen subiit

Die Jovis 26.° Julii Dictus Dufaur primum Examen subiit

Die mercurii primo mensis Augusti anni 1736. Dictus Waroux primum Examen subiit

Die Lunæ 13.° Augusti Dictus Planes tentatus est

Die mercurii 22.° Augusti Dictus Caulay primum Examen subiit

Die Mercurii 29.° Augusti dictus Deshayes primum Examen subiit

Die mercurii 19. septembris 1736. Dictus de Planes primum Examen subiit

Die sabbati 13. octobris Dictus Darmena aggregatus est

Libellos supplices ad obtinenda Cadavera seorsim nobis obtulere, Dictus Marcel et illius supplex libellus a Doctore D. De Jeune subsignatus fuit Bayet similiter obtulit a Doctore D. Desorre subsignatum et Dictus Gone a Doctore la Campagne subsignatus fuit illius supplex libellus nobis etiam a se subsignatum seorsim unum obtulere Cæsar Verdier et D. Morand

Die martis 30. octobris interrogatus est et admissus inter dentistas Dictus Charreigne

Obstetrices

apud Chirurgos Barbitonsores Parisientes

Examinatæ et ad Magisterium admissæ

a die 5.º novembris 1735. ad diem 3. 9^bris 1736.

M. Michaele Ludovico Reneaume Decano

per schedulas a proto chirurgi Barbitonsoris primarii vicario primi invitato ipsoque annuente et probante

Die martis vigesimo secundo mensis novembris 1735. coram nobis et collegis nostris Cassteletti medicis Examinata fuit dicta Gonet et admissa

Die mercurii 2.º decembris 1735. similiter dicta Ellié examinata fuit et admissa

Die 6.º Xbris dicta Tribou Examinata fuit et admissa

Die jovis 29. Xbris dicta Landry Examinata fuit et admissa

Die martis decimo mensis Januarii anni 1736. dicta Duplessis Examinata fuit et admissa

Die Veneris 10.º februarii dicta le Jeune Examinata fuit et admissa

Die Lunæ 10.º Martii dicta Chardon Examinata et admissa fuit.

Die martis 10.º Aprilis dicta Potteau Examinata et admissa fuit

Die Veneris 13.º Aprilis dicta Dourdan Examinata et admissa fuit

Die Veneris 18. Maji dicta Guidamour Examinata et admissa fuit

Die Lunæ 25.º Junii dicta Linelle fuit examinata et admissa

Die Lunæ 24. 7bris dicta Fayel fuit Examinata et admissa

Die mercurii 26. 7bris dicta de Coulogne Examinata fuit et admissa

Res Gestæ

Apud Pharmacopœos Parisienses a Die quinto nouembris 1734 ad Diem 3.um nouembris 1736.

M.o Michaele Ludouico Reneaume Decano

Sequentibus Pharmacopoeorum Parisiens actibus una cum Pharmaciæ Professoribus præfuit ut moris est Decanus

Die Lunæ vigesimo sexto mensis martii Examinatus fuit et probatus Georgius Edmundus Terrier Ductore M.o henry pharm. parisiensi 1736.

Idem Edmundus Georgius Terrier Specimen prius a decano et professoribus probatum Die 2.o Junii 1736. exposuit et sequentibus diebus confectum ab eo Specimen illud pharmaceuticum probatum est ideo que inter pharmacopœos parisienses cooptatus Sacramentum dixit apud Propraetorem Politiæ a M. hunaud oblatus Dein que chirographo obsignauit in libro professori pharmaciæ pacta conuenta

Die Lunæ vigesimo nono Maji 1736. de plantis et omni materia medicamentorum examinatus fuit in horto pharmacopoeorum petrus Augustinus le Maire ductore M.o vassal

Idem le Maire die Lunæ incepit Expositum die sabbati 30. Junii 1736. specimen pharmaceuticum diebus que sequentibus absoluit hoc absoluto a facultate probato per deputatos decanum et professores in ... Maji ... cooptatus est et a M. hunaud oblatus Coram propraetore politiæ Sacramentum dixit tum que scripto se obstrinxit in libro professoris pharmaciæ circa pacta conuenta promissum que dein scripto suo chirographo confirmauit

Die sabbati decimo octauo Augusti 1736. Examinatus fuit Mauritius Carolus Cheualier ductore M. Chuchignon filio et probatæ sunt illius Responsa atque ad specimen admissus est

Idem Mauritius Carolus Cheualier die vigesimo quinto mensis Augusti 1736. specimen pharmaceuticum exhibuit illud que diebus sequentibus confecit ideo que illius opere probato tum a facultate tum a Magistris inter pharmacopœos parisienses cooptatus est dein oblatus a M. hunaud Coram propraetore politiæ sacramentum dixit Deinque scripto chirographo munito se astrinxit in libro professoris pharmaceutici qui pacta conuenta inter pharmacopœos parisienses et facultatem Continet

Die Lunæ   9.bris de mandato professorum pharmaciæ peritis pharmacopoeorum Custodibus Juridica ut moris est ab

apparitore Majore Custodibus pharmacopoeorum juridice denuntiato convenere in scholas superiores dicti Custodes cum accenso et famulis simulque Decanus professores pharmaciae cum adjunctis inde profecti pharmacopolia per tres dies lustravere.

Die   7bris simili mandato aromatariorum Custodibus similiter denuntiato Decanus professores cum adjunctis aromatariorum Custodes cum accenso et famulis aromatariorum officinas per tres dies lustravere.

Res Gestæ

Apud Pharmacopœos Aulicos sub authoritate Summi Prætoris

Hoc anno inter istos pharmacopœos nullus receptus est. sed solito more istorum pharmacopœorum officinas præsente illorum Syndico Decanus professores et adjuncti iisdem diebus quibus cæterorum officinas lustrabant comitantibus pharmacopœorum parisiensium custodibus pariter lustraverunt

Codex

Rationarius Accepti et Expensi ordinarii et Extraordinarii a M°. Michaele Ludovico Reneaume Blesensi Decano a die 5°. novembris 1735. ad Diem tertium novembris 1736.

Tabula Accepti.

Caput Primum accepti. ordinarii ex annuo facultatis reditu

A vidua la Goine pro annua minorum ædium locatione accepit Decanus summam ducentarum quadraginta libellarum - - - - - - 240.^{tt}

a Dño Raffignac pro pretio annuæ locationis majorum ædium facultatis cadente in diem ultimum 9bris accepit Decanus summam quingentarum et triginta libellarum - - - - - - - - - 530.^{tt}

ab urbis Quæstore Dño Berthe pro ultimo semestri anni 1735. annui proventus majoris contractus accepit Decanus summam centum et septuaginta quinque librarum - - 175.

ab eodem pro primo semestri anni 1736. ejusdem contractus accepit Decanus parem summam - - - - - 175.

Ex altero urbis Quæstore Dño Routhier pro ultimo semestri anni 1735. annui proventus minoris contractus accepit Decanus summam vigenti septem librarum cum decem assibus - - - - - - - - - - 27.^{tt} 10^{s}

ab eodem Quæstore pro primo semestri anni 1736. proventus annui ejusdem minoris contractus accepit Decanus parem summam - - - - - - - 27. 10.

Summa hujus paginæ est de onze cent soixante quinze Livres

Caput secundum

accepti a Baccalaureis in Quæstionibus quodlibetariis pro stipendio lectorum et Registro

a M.° Joanne Isoard accepit Decanus libras quatuor cum decem assibus	4.# 10.ſ
a M. Lud. Jacobo Dipereau similiter	4. 10
a M. Carolo Payen	4. 10.
a M. Barth. Murry	4. 10
a M. Luca Augus. foliot de S.t Vast	4. 10.

Caput tertium

accepti a Baccalaureis in Quæst. quodlibet. pro horto

a M.° Jo. Isoard libras tres cum assibus quatuor accepit Decanus	3.# 4.ſ
a M. Car. Payen	3. 4.
a M. Lud. Jac. Dipereau	3. 4.
a M. Barth. Murry	3. 4.
a M. L. aug. foliot de S.t Vast	3. 4.

Caput quartum

Accepti a Baccalaureis in Quæst. quodlib. pro anatomia et schedulis non registratis

a M.° Joan. Isoard accepit Decanus libras sexdecim	16.#
a M. Car. Payen	16.
a M. Lud. Jac. Dipereau	16.
a M. Barthol. Murry	16.
a M. L. Aug. foliot de S.t Vast	16.

Summa hujus paginæ est de cent dix huit livres dix sols

Caput Quintum

accepti a chirurgis-Barbitonsoribus

Die 19. 8bris 1736. a praepositis chirurgorum-Barbitonsorum proventigali annuo accepit Decanus summam quinque libellarum cum assibus quatuordecim - - - - - - - - 5.# 14s

Ex singulis chirurgiae Tyronibus examinatis aut ad magisterium admissis nihil accepit Decanus et hoc notatur ad memoriam quia his actibus licet vocatus non adfuit ex decreto facultatis

Caput Sextum

accepti a Medicinae Candidatis vel potius studiosis pro jure inscriptionis et jure sigilli

a Medicinae studiosis qui nomen suum facultati dederunt a martinalibus 1735. ex prima inscriptione accepit Decanus summam ducentarum librarum cum assibus quatuor - - 200.# 4s.

ab iis dem pro secunda inscriptione a mense Januario 1736. accepit Decanus centum et quinquaginta libras cum assibus duodecim - - - - - - - - - 150.12s

pro jure sigilli quatuordecim litteris testimonialibus appositi accepit Decanus summam quadraginta duarum librarum - - - - - - - - - - - 42.

Caput Septimum

accepti a Medicinae Candidatis Examinandis pro anatomia et schedulis non registratis

A M. Antonio ferrein accepit Decanus libras sexdecim - - - - - - - - - 16.#
 - - - - - - - - - 16.
a M. petro de Mours - - - - - - - 16.
a M. Laurentio ferret - - - - - - 16.
a M. Gedeon Rabours - - - - - - 16.
a M. Joa. Jac. Belletoste - - - - - 16.
a M. Guid. Andrea Garnier - - - - - 16.
a M. Car. Dionis - - - - - - - 16.
a M. Joan. Midy - - - - - - - 16.
a M. Mich. Josepho Majault - - - - - 16.
a M. Mich. Philippo Bouvard - - - - - 16.

Summa hujus paginae est de cinq cent cinquante huit livres dix sols

Caput Octavum

accepti a Medicinæ candidatis admissis ad Baccalaureatum pro jure Bursarum

accepit Decanus ab Anto. ferrein libras sexdecim - - - 16.#

a Mich. philippo Bouvard - - - - - - - - - - 16.

a Petro De Mours - - - - - - - - - - 16.

a Laur. ferret - - - - - - - - - - - - 16.

a Ged. Rabours - - - - - - - - - - - 16.

a Joan. Jac. Belleterre - - - - - - - - 16.

a Gu. Andrea Garnier - - - - - - - - 16.

a car. Dionis - - - - - - - - - - - 16.

a Joa. Midy - - - - - - - - - - 16.

a Mich. Jos. Majault - - - - - - - - 16.

Caput Nonum

accepti a candidatis ad Baccalaureatum admissis pro sacello et ornamentis loco sacchari

a M. Ant ferrein accepit Decanus sexdecim libras - 16.#

a M. phil Bouvard - - - - - - - - - - 16.

a M. Pet. De Mours - - - - - - - - - 16.

a M. Laur. ferret - - - - - - - - - - 16.

a M. Ged. Rabours - - - - - - - - - 16.

a M. Jo. Jac. Belleterre - - - - - - - - 16.

a M. Gu. And. Garnier - - - - - - - - 16.

a M. car. Dionis - - - - - - - - - - 16.

a M. Joa. Midy - - - - - - - - - - 16.

a M. mich. Jos. Majault - - - - - - - 16.

Caput Decimum

accepti a Baccalaureis ad medicinæ Licentiam admittendis

accepit Decanus a M.re Joa. Isvard viginta quinque libras - - - - - - - - - - 35.#

a M. lud. Jac. Pipereau - - - - - - - - 35.

a M. Barth. Murry - - - - - - - - - 35.

a M. Car. Payen - - - - - - - - - - 35.

a M. Lu. Aug. folliot de St. vart - - - - - 35.

Summa hujus paginæ est de quatre cent quatre vingt quinze Livres

Caput undecimum

acceptï a Baccalaureis ad medicinæ Licentiam
admittendis pro mulctis irrogatis

a Mᵒ. joan. Isoard libras duodecim accepit decanus 12.ᵗᵗ
a M. Jac. Lud. Pipereau — — — 12.
a M. Barth. murry . . . . 12.
a M. Car. Payen . . . . . 12.
a M Lu. Aug. folliot des.ᵗ vast . . .

Caput Duodecimum

accepti a Baccalaureis ad medicinæ Licentiam
admittendis pro jure præsentationis et sacello

a Mᵒ. Jo. Jo. Isoard accepit decanus libras sex — — 6.ᵗᵗ
a M. Jac. Lud. Pipereau — — — 6.
a M. Barth. murry . . . . — — 6.
a M. Car. Payen — . . . . — — 6.
a M. Lu. Aug. folliot des.ᵗ vast — — —

Caput Decimum tertium

accepti a Licentiatis in actu sui
Doctoratus

a Mᵒ. Car. Payen accepit decanus centum 180.ᵗᵗ
et octoginta libras . . . . . . 180.
a M. Barthol. murry . . . . . . 180.
a M. Joa. Isoard . . . . . 180.
a M. Lud. Jac. Pipereau . . . . 180.
a M. Lu. Aug. foliot des.ᵗ vast . . . 180.

Caput Decimum quartum

accepti a Medicinæ Licentiatis in actu
sui Doctoratus pro sacello

a M. Car. Payen accepit decanus libram 1.ᵗᵗ 12.ˢ
unum cum duodecim assibus 1. 12
a M. Barth. murry . . . . . . 1. 12.
a M. Joa. Isoard . . . . 1. 12.
a M. Lud. Jac. Pipereau . . . . . 1. 12.
a M. Lu. Aug. folliot des.ᵗ vast . . . . . 1. 12.

Summa hujus paginæ est de neuf cent quatre vingt dix huit
livres.

Caput 15.um

accepti a Baccalaureis et licentiatis pro aulæorum usu

pro decem quodlibetariis accepit Decanus centum et viginti libras - - - - - - - - - 120.tt
in tribus pastillariis libras duodecim - - - - - - 12.
in præsentatione et paranympho viginti quatuor libras - - 24.
in actibus Vesperiarum et Doctoratus centum et viginti libras - - - - - - - - - - 120.

Caput Decimum sextum

accepti ab eo qui primum licentiæ gradum obtinuit

a M. Cor. Payen accepit Decanus trecentas libras - - - - - - - - - - - 300.

Caput Decimum septimum

accepti Extraordinarii

A Quæstore majoris Nosocomii ex iis quæ M.o And. de Calen dicti Nosocomii medici ordinarii debebantur accepit Dec. nonaginta novem libras ex qua summa dempta summa sexaginta sex librarum pro duobus annis vectigalis capitatim impositi nempe 1834 et 1835. quam persolvit Dec. accepti reliquavit summa triginta trium libellarum - - - - - 33.
a M.o Jacques pro eodem vectigali anni 1836. accepit Dec. triginta tres libras 33
a Baccalaureis pro eodem vectigali anni 1836.
a M.o Isoard libras sexdecim cum decem assibus - - 16.10
a M. Payen - - - - - - - - - - - 16.10.
~~a M. [illegible]~~ nihil soluit propter conditiones pacis in tractatu Riswicensi ~~16.10.~~
a M. Dipereau - - - - - - - 16.10.
a M. Folliot de S.t Vast . . . . 16.10.

Caput Decimum octavum

accepti ab Academiæ Quæstore

a M.o Claudio Besoigne Academiæ Quæstore solitam accepit Decanus summam professoribus distribuendam mille librarum . - - - 1000.tt

Summa hujus paginæ est de dix sept cent huit livres

Caput Decimum nonum

accepti a Quaestore Postarum

A Quaestore Postarum accepit Decanus mense Aprili anni 1736. summam noningenta librarum. 900.tt

ab eodem Quaestore mense octobri parem summam accepit Decanus . . . . . -900.

ab utraque summa demptus fuit decimus denarius itaque pro anno 1736. pensionis annuae a Rege nostris professoribus concessae accepit Decanus summam mille et octoginta librarum ex qua a dicto Quaestore retentus fuit Decimus denarius

Caput vigesimum

accepti ex Reliqua pecunia Examinum et aliorum actuum

Ex reliqua pecunia examinis chirurgici propter absentiam quinque Doctorum numerabit Decanus summam viginti quinque librarum - - - - 25.

In Examine Botanico propter absentiam Doctorum numerabit Decanus summam centum et quinque librarum - - - - 105.

In secundo examine Botanico M. Majault nempe numerabit Decanus propter absentiam octo Doctorum viginta duas libras . . . . 32.

Ex Reliqua pecunia octo quod libertariorum propter absentiam Doctorum numerabit Decanus summam ducentarum et quadraginta duarum librarum . . . . 242.

Summa hujus paginae est de deux mille deux cent quatre livres

Caput vigesimum
Primum et accepti Ultimum
acceptum ex mulctis Doctorum

Propter absentiam doctorum tredecim inter duodecim designatos ex decreto in actibus Vesperiarum et Doctoratus numerabit Decanus viginti novem libras cum assibus quinque — - - - - - - - 29.# 5.

Propter absentiam doctorum designatorum a cura Pauperum

acceptit Decanus a Mro Lemmery libras quatuor - - - - - - - - - 4.
a M. Azevedo libras duas - - - - - - 2
a M. falconnet libras duodecim - - - - 12.
a M. Sylua libras decem - - - - - 10.
a M. Bernier libras duas - - - - - - 2
a M. Renard lib. quatuor - - - - - - 4
a M. Boyer Lib. decem - - - - - 10.
a M. Guenault lib. quatuor - - - - 4.
a M. Pousse filio lib. duas. - - - 2.
a M. fontaine lib. quatuor - - - - - 4.
a M. Cochu lib. duas - - - - - - - - 2.

Summa hujus paginæ est de quatre vingt cinq livres cinq sols.

Summa totius accepti est de sept mille trois cent quarante deux Livres cinq solds.

Tabula Expensi Ordinarii et Extraordinarii

Caput Primum

Expensi

Ex rationibus prioris anni nostri Decanatus coram facultate redditis ultimo octobris anni 1786. facultas debebat Decano summam Ducentarum duarum librarum supra sex millia cum undecim assibus et tribus denariis . . 6202.# 11.s 3.d.

Insuper Decano debet facultas honorarium tunc ipsi concessum centum et quinquaginta librarum . . . 150.#

Praeterea singulis Doctoribus praesentibus Aulicis et Censariis antiquiori et Decano duplum Bidellis viritim Distributi sunt Calculi argentei duo in praedictis rationibus itaque pro septuaginta duobus Capitibus numerabit Decanus summam ducentarum et quin-quaginta novem librarum cum decem assibus - - - - - - - - 259.# 10.s

Majori Apparitori pro opera extraordinaria solvit decanus quinquaginta libras . . . . 50.#

minori vero solvit viginti quinque libras - - - - - 25.#

Caput Secundum

Expensi pro honorario Professorum Ex aerario facultatis

M.e Couthier pathologiae professori solvit Decanus nonaginta libras - - - - - - 90.#

M.e fremont Physiologiae professori solvit De. parem summam - - - - - - - 90.#

M. Assorty chirurgiae professori - - - - - 90.#

M. Millet rei herbariae professori - - - - - 90.#

M. Martineng chirurgiae idiomate Gallico professori solvit pariter Decanus nonaginta libras - - 90.#

Quittancés

Visés

Summa hujus paginae est de sept mille cent trente sept livres un sol trois deniers.

Caput Tertium

Expensi pro Retusionibus

M.° Preaux antiquiori magistro soluit Decanus summam quatuor librarum 4.lt
M. Baron Censori libras duas . . . . . . 2.
M. Couthier pathol. profess. pariter — — — — 2.
M. fremont phys. profess. . . . . 2.
M. Afforty chir. lat. prof. 2
M. Millet Botanices profess. . . . . . . 2.
M. hunauld primo pharmaciæ profess. . . . . 2.
M. chevalier altero pharm. prof. — 2
M. Martinency chir. gall. profess. 2
Decano libras quatuor . . . . 4.

Visis

Caput Quartum

Expensi pro anatome Operibus Chirurgicis et Pharmaceuticis

M.° Couthier pathol. Profess. ob anatomem celebratam in amphitheatro soluit Decanus triginta libras . . . 30.lt
chirurgo ministranti Barbault viginti libras — . . 20
pro cæteris impensis soluit Decanus apparitori centum triginta novem libras cum sexdecim assibus . . . 139. 16.s
M.° Afforty chir. prof. pro operibus chirurgicis in amphith.° Celebratis sol. Dec. triginta libras . . . . 30.
chirurgo operanti N.° Clery viginti libras . . . . . 20.
pro Cæteris impensis sol. Dec. apparitori centum et tres libras cum assibus novem decim . . . 103. 19.s
pro operibus pharmaceuticis a M.° hunaud in amphith.° celebratis sol. Dec. triginta tres libras cum assibus quatuor 33. 4.s
D. henry pharmacopoeo operanti libras viginti . . . 20.

Quittancie

Nota que jay employé par megarde les quittances des deux professeurs et des deux chirurgiens et ~~des apoth~~ qui estoient deja comprises dans le memoire d'Audel ainsi il faut ~~retrancher~~ de cette page cent vingt livres

Itaque summa hujus paginæ est tantum de trois cent livres dix neuf sols.

Caput Quintum

Expensi pro honorario professorum ex aere Academiae

M.e Couthier pathologiae professori solvit Decanus ducentas libras . . . . 200 ₶
M. fremont physiol. profess. . . . . 200.
M. Afforty chir. lat. prof. . . . . 200.
M. Millet Botanices prof. . . . . 200.
M. Hunauld pharmac. profess. . . . . 200.

Caput Sextum

Expensi pro honorario professorum a Rege concesso et a Quaestore postarum soluto

M.e Couthier Pathol. professori mense Aprili 1736. solvit Decanus centum et quinquaginta libras . . . 150 ₶
M. fremont physiol. profess. . . . . 150.
M. Afforty chir. Lat. profess. . . . . 150.
M. Millet Bot. profess. . . . . 150.
M. Hunaud Pharm. prof. . . . . 150.
M. Martineng chir. Gall. profess. . . . . 150.
Iisdem iterum mense Septembri 1736. solvit Decanus summam aequalem nempe . . . 150. ₶
M. Couthier . . . . 150.
M. fremont . . . . 150.
M. Afforty . . . . 150.
M. Millet . . . . 150.
M. Hunauld . . . . 150.
M. Martineng . . . .

Summa hujus paginae est de deux mille huit cent livres.

Quittantia vidi

Caput Septimum

Expensi pro rebus sacris

Pro anniversario M.ⁱ Luçon soluit decanus summam viginti quinque librarum 25.ᵗᵗ
pro anniversario M.ⁱ de colonia octo libras . . . . . . 8.
Dño. de la Tour capellano pro missis et obitibus celebratis a die 15.° Augusti 1735. ad ultimum 10bris ejusdem anni 1735. soluit decanus trigenta sex libras 36.ᵗᵗ
Bidellis per hæc tempora ministrantibus undecim libras cum duobus assibus et sex denariis 11.ᵗᵗ 2.ˢ 6.ᵈ
eidem Dño de la Tour pro missis et obitibus celebratis a die 4.° Januarii 1736. ad 24. martii viginti duas libras cum assibus quinque 22.ᵗᵗ 5.ˢ
Bidellis per hæc tempora ministrantibus octo libras . . . 8.
Eidem capellano pro missa solemni celebrata mense martio 1736. pro anima M. fra. Gouel soluit decanus libras duodecim . . . . 12.
Bidellis ministrantibus libras duas . . . . 2.
Doctoribus ad turnum vocatis et aliis qui huic missæ interfuerunt et Bidellis propter distributos calculos numerabit decanus viginti sex libras . . . . 26.
Dño de la Tour capellano pro missis celebratis ab ultimo martii ad 28. Junii 1736. inclusive soluit decanus libras novem decim cum duobus assibus et sex denariis 19.ᵗᵗ 2.ˢ 6.ᵈ
Bidellis per hæc tempora ministrantibus libras septem cum duobus assibus et sex denariis 7. 2. 6.ᵈ
Pro resarcitis sacelli ornamentis Dño. Borthon tenevices capellani gerente Dñi de la Tour soluit Dec. libras tres . . . . 3.
Dño. de la Tour pro missis celebratis a die 15. augusti ad 3.ᵘ 9bris 1736. sol. Dec. viginti tres libras cum assibus duobus et sex denariis 23. 2. 6.ᵈ
Dño. Borthon capellano pro missa solemni celebrata pro anima M. Ard. de Lalen s. Dec. undecim libras . . . . 11.
Bidellis ministrantibus libras duas . . . . 2.
in eadem missa ob distributos calculos doctoribus ad turnum vocatis et præsentibus numerabit decanus libras viginti sex . . . . 26.
Die sacro D. Lucæ anni 1736. Doctoribus præsentibus antiquiori et decano duplum pro offertorio et Bidellis soluit decanus septuaginta octo libras cum octo assibus . . 78. 8.
majori apparitori pro pane azymo et vino per annum suppeditatis libras sex . . . . 6.
eidem pro mundatis sacelli linteis libras octodecim . . . 18.
Dicto Delu cereario pro cereis et candelis cereis per annum in sacello combustis et distributis ~~soluit decanus~~ libras sexaginta novem cum decem assibus 69.ᵗᵗ 10
Bidellis per hæc tempora ministrantibus libr. quinque cum assibus septem decim et sex denariis 5.ᵗᵗ 17. 6.ᵈ

Summa hujus paginæ est de quatre cent dix neuf livres dix sols six deniers.

Vidit Quittantias [margin notes; partly illegible]

Caput Octavum

Expensi pro rebus Academiæ

In supplicationibus Academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Germani Veteris die martis 13.o novembris 1735. aderant Doctores 26. ideoque pro calculis et offertorio numerabit Decanus quinquaginta tres libras cum assibus tredecim . . . 53.tt 13.s

Decano et adjuncto qui comitati sunt Ampliss. ~~Rectorem~~ cereos ad Principes et Magistratus deferentem ultimo Januarii 1736. solvit Decanus libras novem . . . . 9.

apparitoribus eodem die libras tres . . . . 3.

Decano et adjuncto qui cum ampliss. Rectore Versalias petierunt Regi Reginæ et principibus cereos oblaturi die 1.o februarii 1736. solvit Decanus libras octodecim . . . . 18.

Bidellis eodem die libras sex . . . . 6.

In supplicationibus Academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Jacobi apud Dominicanos majoris Conventus die martis vigesimo mensis martii 1736. præsentibus viginti tribus Doctoribus calculi distributi sunt pro quibus et offertorio numerabit Decanus summam quinquaginta librarum 50

In supplicationibus Academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Pauli die martis decimo nono [illegible] Junii ejusdem anni adfuere Doctores viginti novem quibus calculi distributi sunt pro quibus et offertorio numerabit Decanus summam quinquaginta novem librarum cum assibus quatuor 59.tt 4.s

In supplicationibus Academiæ ad ædem Deo sacram sub invocatione sanctæ Magdalenæ apud franciscanos majoris conventus die Lunæ octavo mensis octobris 1736. aderant viginti duo Doctores quibus distributi sunt calculi pro quibus et offertorio numerabit Decanus quadraginta septem libras cum assibus octodecim 47. 18.s

pro lite M. Drolope et M. Du Vrac in curia suprema subsidiorum ad invisendos magistratus patronos et procuratores et in multorum collegiorum lustratione impendit Decanus pro studiis libras quinquaginta 50.tt

Summa hujus paginæ est de deux cent quatre vingt seize livres quinze sols.

Visis Quittantiis

Visis Quittantiis

Caput nonum

Expensi pro facultatis ædibus

Dicto Grador fabro ferrario propter varia opera solvit Decanus libras quatuordecim . . . . 14.[tt]

Eidem propter alia opera in alio Decanatu facta et nundum soluta ut testatus est apparitor noster solvit Decanus libras sexdecim et asses decem . . . . 16. 10.[s]

Dicto chapeij latomo ac cementario propter metas quinque in scholarum ambitu juxta muros positas solvit Decanus summam sexaginta duarum librarum . . . . . . 62.

Pavitori qui viarum pavimenta sternit propter metas supradictas sol. Decanus libras quinque . . . . . 5.

Viarum præfectis ut dictas metas ponere liceret solvit Decanus libras octo cum duodecim assibus . . . . 8. 12.[s]

iisdem ut extra clauderetur fenestra inferior minoris domus apposito exteriori ostio sol. Dec. libras quatuor cum uno asse . . 4. 1.[s]

propter dictam dictam ab iisdem præfectis solvit Decanus libram unam cum decem assibus . . . . . 1. 10.[s]

Viduæ hunoult pro annua reparatione tectorum cadente in diem primam Julii anni 1736. solvit Decanus summam quinquaginta librarum . . . . . . 50.

Eidem viduæ propter tectam majorem partem anterioris scholæ parietis propter ligna putrescentia solvit Decanus septuaginta novem libras cum sex assibus et octo denariis . . . 79. 6.[s] 8.[d]

eidem propter alia opera varia solvit iterum Decanus quinquaginta libras . . . . 50.

Dicto finet vitrario ob fracta vitra et nitori reddita solvit Decanus libras sexdecim cum octodecim assibus . . . 16.[tt] 18.[s]

Quæstori generali majoris Nosocomii pro undecim annis census debiti dicto Nosocomio pro ædibus nostris quod est annuatim assium quinquaginta solvit Decanus summam viginti septem librarum cum decem assibus . . 27. 10.[s]

Architecto qui artificum memorialia correxit per annos duos et ob varia consilia annis præcedentibus ac præsente data in ædium lustratione et pecuniam recusanti dedit Decanus calculos argenteos N.[o] quadraginta ideo que numerat libras septuaginta . 70.

Variis etiam iis præsertim qui calculorum typos antiquorum et præcedentium Decanorum dedere quos que pro facultate collegit Decanus calculos argenteos numero decem dedit ideo que numerabit summam septem decim librarum . . . . 17.[tt]

Summa hujus paginæ est de quatre cent vingt deux livres sept sols huit deniers.

Visis Quidlantius

Visum Reidlandii.

Caput Decimum

Expensi ordinarii et Extraordinarii pro rebus et Litibus facultatis

Pro annua pensione Viduæ M. fournier nomine collia cadente in diem ultimum septembris per duas vices solvit Decanus septuaginta quinque libras unde exurgit summa centum et quinquaginta libras 150.tt

Dicto Sherminier Quæstori Vectigalis quod Decimus denarius dicitur pro anno 1735. ex majorum ædium reditu solvit Decanus quinquaginta tres libras . . . . 53.

Eidem pro eodem anno ex minorum ædium reditu solvit Decanus viginti quatuor libras . . . . . 24.

Eidem pro injecta manu Regia asses triginta 1. 10.s

Eidem pro eodem Vectigali per annum 1736. ex reditu majorum ædium solvit iterum Decanus quinquaginta tres libras . . . 53.

eidem pro eodem anno ex minorum ædium reditu solvit Decanus viginti quatuor libras . . . . . 24.

Iterum eidem pro injecta manu regia asses triginta . . . 1. 10.s

Dño. Julien de Prunay in supremo senatu patrono nostro ob concilium de lite adversus chirurgos-Barbitonsores solvit Decanus viginti quatuor libras . . . . 24.

ejus amanuensi qui scripta et instrumenta hujus litis reddidit post mortem dicti patroni sol. dec. libras duodecim. . . . . 12.

Domino d'herieour altero in senatu Patrono pro scripto in eadem lite adversus chirurgos-Barbitonsores de Baccalaureorum exercitationibus de consilio procuratoris nostri solvit Decanus septuaginta duas libras . . . 72.

ejus amanuensi libras quindecim . . . . 15.

Pro calculis argenteis distributis in duodecim comitiis prima mensis dictis numerabit decanus summam Ducentarum et quinquaginta octo librarum . . 258.

accenso nomine Robinet pro instrumento die decimo nono octobris 1736. confecto ac denuntiato chirurgis Barbitonsoribus qui hoc die comparuerunt solvit Decanus libras sex . . . . 6.

Ludovico Andel majori apparitori qui aulæa scholæ parietibus affixit a mense novembri 1735. ad Duodecimum Aprilis 1736. solvit Decanus quadraginta quinque libras . . . . . . 45.

Summa hujus paginæ est de sept cent trente neuf livres

Visis Quittantiis

Visis Quittantiis

237. Ludovico Andel ob affixa aulæa a mense junio ad primum diem novembris 1736. solvit Decanus libras quadraginta quatuor 44.lt

Pro prandiis eorum qui in transferenda componendaque Bibliotheca anno præterito allaboraverunt nec in anterioribus rationibus memoratis sol. Dec. libras novem . . . . 9.

prandiis aliquot Doctorum qui operam præstitere tum in recognoscenda tum in componenda Bibliotheca impendit Decanus libras triginta . . . . 30.

pro Xeniis tam magistratum portitoribus aliis ac in diversis occasionibus numerabit Dec. triginta sex libras . . . . . . 36.

Lud. Andel pro accensis ignibus a mense novembri 1735. ad Paschalia anni 1736. solvit Decanus libras viginti quinque cum assibus novem 25. 9s

Dño Quillau Typographo per duos annos propter impressa programmata convocentur &c. ut fert acceptilatio sol. Decanus summam quingentarum et octoginta librarum . . . . 580.

alteri Typographo propter duas Epistolas Typis mandatas viginti duas libras cum decem assibus . . . 22lt 10s

Propter varias Epistolas per postam a collegiis medicorum a variis medicis et chirurgis acceptas solvit Decanus libras quindecim et asses octo 15 8s

Ei qui scholarum ambitum per annum scopis verrit solvit Decanus libras octodecim . . . . 18.

pro hujus ambitus per æstatem irroratione solvit Decanus libras quatuor . . . . 4.

ob mundatum sacellum et scholas superiores de more numerabit Decanus libras quindecim . . . . 15.

pro affixis aulæis circa scholas in utroque festo corporis christi solvit Decanus libras octo . . . . 8.

minori Bidello ob scripta memorialia duo solvit Decanus libras septem . . . . 7.

Eidem propter alia scripta et Papyro subministrata solvit Decanus libras duodecim cum undecim assibus . . 12.11s

eidem pro aliis scriptis solvit Decanus libras sex . . . . 6.

illi qui annuos facultatis reditus percepit et pro apocharum pergameno pro duobus annis pro more solvit Decanus viginti libras . . . . 20.

Summa hujus paginæ est de huit cent cinquante deux livres dix huit sols

[Left margin:] Visis Quittantiis

[Left margin:] Visis Quittantiis

Lud. Andel pro libris compactis majoribus scilicet et minoribus statutis aliisque solvit Decanus libras novemdecim et asses quinque . . . . 19.# 5.s

M.o Lemmery secundum decretum latum die 31. octobris 1736. retenta ipsi a M. Baron tum Decano solvit Decanus ideoque numerat triginta quinque libras cum duobus assibus et sex denariis 35. 2.s 6.d

eadem ratione solvit Decanus M.o Germont libras octodecim . . . . 18.

pro itineribus Versalias susceptis praesertim ad invisendum Em. cardinalem de fleury regni administrum numerabit Decanus libras vigenti quinque . . . . . . 25.

pro Rhedis ad invisendum procuratorem catholicum decanus numerabit libras tredecim . . . . . . 13.

pro iisdem ad invisendos proto praesides et advocatum catholicum numerabit Decanus libras triginta . . . . . 30.

pro iisdem ad invisendum propraetorem politiae Decanus numerabit libras duodecim . . . . . . 12.

Lud. Andel pro compactis variis manuscriptis codicibus et aliis libris sol. Dec. libras quatuordecim cum sex assibus . . 14. 6.s

eidem pro variis operibus solvit Decanus summam septuaginta trium librarum . . . . . 73.

Dicto Lalande pro variis programmatis et mandatis affixis solvit Decanus libras quadraginta octo . . . . 48.

D.no Buirette pro concilio inito de lite pharmacopoeorum Suessionensium sol. Dec. libras duodecim . . . . 12.

D.no d'hericour pro concilio de sententia quam chirurgi-barbitonsores obtinuerant contra obstetrices in qua scholae nomen sumebant sol. Dec. libras duodecim . . . . 12.

Pro vectigali capitationis M.i Adam in annum 1734. solvit Decanus libras triginta tres . . . . 33.

pro eodem nomine M.i delaleu in annos 1734. et 1735. sol. Decanus sexaginta sex libras . . . . 66.

pro injecta manu regia iis quae dicto M. delaleu debebantur a Quaestore generali Nosocomii majoris sol. Dec. libras quatuor et asses decem . . . 4. 10.s

pro capitationis media parte per annum 1735. nomine M. Bourgeois sexdecim libras et asses decem 16. 10.s

pro capitatione Bidellorum per annos 1734 et 1735. sol. Dec. libras triginta novem et asses duodecim . . . 39. 12.s

pro capitatione Baccalaureorum tredecim per annum 1734. sol. Dec. ducentas et quatuordecim libras cum decem assib. 214. 10.

Summa hujus paginae est des six cent quatre vingt cinq livres quinze sols six deniers.

Visis Quittantiis

Visis Quittantiis

239. Pro Capitatione Baccalaureorum quatuor in annum 1735.
Solvit Decanus sexaginta sex libras . . . . 66 ᵗᵗ.
pro supplemento capitationis Mʳⁱ Gouel debentur libræ
septem decim cum uno asse . . . . 17. 1 ˢ
pro stemmate facultatis ære inciso secundum Decretum
ut apponatur libris Bibliothecæ facultatis solvit
Decan. libras duodecim . . . . 12.
Lud. Andel propter deficientes solidos in saccis aut nothos
repertos ex accepta pecunia reddidit Dec. libras tredecim . . . 13.
eidem pro variis operibus solvit decanus libras
sexaginta . . . . 60.
Pro Rhedis meritoriis per annum suppeditatis ad tractanda
facultatis negotia impendit Decanus centum et
quinquaginta libras . . . . 150.
pro caducis impensis demore numerabit Decanus
sexaginta libras . . . . 60.
pro calculis æneis in his ce rationibus adhibitis
numerabit Decanus libras quindecim . . . . . . 15.
Summa hujus Paginæ est de trois cent quatre vingt
treize livres un sol.

Visis Quittantiis

Caput ultimum

ad memoriam eorum quæ facultati debentur

Debet M. Roussin de Montabourg Instrumento coram actuario publico transacto mille et ducentas libras
insuper idem M. alio instrumento debet quingentas et sexaginta quinque libras cum duodecim assibus
quæ debebat M. Rougourd illius morte perempta sunt ideoque nec amplius memoranda
Debet facultati M. Hieronymus Ludovicus Cornier pro capitatione anni 1729. triginta tres libras.

Summa totius accepti, est de sept mille trois cent quarante deux livres cinq sols.

Summa vero totius expensi est, de quatorze mille quarante sept livres sept sols onze deniers.

Ergo summa totius expensi superat summam totius accepti de six mille sept cent cinq livres deux sols onze deniers.

Facultas ratas et gratas habet rationes posterioris anni ~~sui~~ decanatus Magistri Michaelis Ludovici Reneaume exdecani, censet ei agendas esse gratias pro rebus facultatis praeclare gestis, eique

duerunt Solitum honorarium centum et quinquagenta libellarum singulis doctoribus praesentibus aulicis et causaris honorarium duorum caluulorum argenteorum, Bidellis tantumdem, Decano et antiquiori Magistro Duplum, Majori Bidello Summam quinquagenta libellarum, minori viginti quinque libras. Insuper statuit Facultas Summam de Six mille Sept. cent cinq Livres deux sols onze deniers quae a Facultate Magistro Michaeli Ludovico Reneaume exdecano debetur, a Magistro Ludovico Claudio Bourdelin decano esse persolvendam ut moris est. Et ita Conclusit die Jovis decimo octobris anni millesimi septingentesimi vigesimi septimi.

L. C. Bourdelin Decanus

Reneaume

Thuvneau

Chomel

Lemery

Marais

Hermen

Du Cerf

Fongin

accepi pro domino andry Couzier

Baron

Reuvand.

Desdevilars

Couzier

accepi pro Mag. Lemoy.

Bailly

Bailly

Chomel de l'ancien

affory

Bolstier

accepi pro Dom. Marrency. affory

Peagot

De Sauvel

milus

Goermagny

chevalier.

Eprinet

Jacques

Molorb

Garnier

Pro D. Delepine

Goermagny

Danier de Ziville

Vasse

Le Thieullier

Cosnier

Mery

B. de Jussieu

Boyer

J. H. Malouin

Chomaud

Lehoc

Delaruiche

accepi pro Domino Bemier

Singuel

Baron

Fontaine

Goltpe

De Lorinier

Bourdelin

accepi pro Magi. Du Bolor Bourdelin

Cochu

Dejean

Pyer

Boullard

Malaval

Guyot

Board

Gispereau

Commentarius
Rerum in saluberrimâ Facultate medicâ Parisiensi gestarum, cum tabulis accepti et expensi a die sabbati 3ª novembris anni 1736 ad diem sabbati 2ᵘᵐ novembris anni 1737. Magistro Ludovico Claudio Bourdelin Decano.

Anno millesimo septingentesimo trigesimo sexto, die sabbati tertio novembris convocata fuit Facultas horâ decimâ matutinâ post sacrum, in scholas superiores, ubi præsentibus plurimis Doctoribus, habitâ que prius ab exeunte è Decanatu Mº Michaele Ludovico Reneaume oratione, tum et ab uno quoque Professorum qui per annum academicum docendi munere functi fuerant, sorte, ut moris est, creati sunt Electores; de majori quidem ordine

Mⁱ Besnier
Leaulté filius
Chevalier.

de minore autem ordine

Mⁱ de Magny
Baron filius

qui postquam solitum præstitissent sacramentum, secesserunt in sacrarium, Decanum et Professores religiosè nominaturi. Re confectâ redierunt in Comitium supra nominati quinque clarissimi viri, retuleruntque Facultati, suo et Collegarum nomine, verba faciente Mº Besnier, se, pro sustinendo operosissimo Decanatûs negotio, designasse tres è præsentibus Doctoribus, de majore scilicet ordine

Mºˢ Eliam Col de Vilars
Ludovicum Claudium Bourdelin

de minore autem ordine

Mᵘᵐ Guillelmum Josephum de L'Epine

quorum nominibus in urnam conjectis favit sors magistro Ludovico Claudio Bourdelin, cujus nomen ex urnâ Mᵘˢ Reneaume eduxit. Hanc Electionem gratam habere non dedignata est bona, ut solet, Facultas. Præstitit illico novus Decanus sacramentum inter manus amicissimi viri Mⁱ Reneaume Exdecani.

Nullâ interpositâ morâ veteri Facultati M.er Besnier Electorum antiquior designatos a se et suis collegis Electoribus fuisse in scholarum Professoris munus

de majori ordine M.rem

de minori autem M.os.

Magister Le Thoc sorte ductus est

in chirurgiæ latino idiomate edocendæ Professores

de majore ordine M.

de minore M

sorte ductus est M.er Hunauld

in Professores Rei Herbariæ

de majore ordine M.

de Minore

sorte ductus est M.er Chomel filius.

in Professores denique Pharmaciæ utriusque designati fuere

de majore ordine M.

de Minore

sorte ductus est M.er Bertrand.

Qui quatuor novi Professores in novi Decani manus solitum dixere sacramentum. Accepit deinde ab Exdecano Decanus novus Decanatûs insignia; humerale scilicet Coccineum, sigillum parvum Facultatis, veterem Statutorum Codicem, et claves tum ad Facultatem, tum ad Parisiensem Academiam pertinentes.

His peractis, Academiæ Censor renuntiatus est M.r Michael Ludovicus Reneaume Exdecanus.

In iisdem etiam Comitiis actum est de aliis rebus quæ a meritissimo viro M.o Reneaume in Facultatis acta relatæ fuerunt, quibus proinde judicamus esse supersedendum.

Die dominico sequente accessere summo manè ad Decanum duo Facultatis Apparitores, obsequium et reverentiam suam Decano testaturi. Eos de officiis diligenter peragendis admonuit Decanus.

Eodem etiam die post meridiem, ad Decanum se contulere Baccalaurei, quos, quàm potuit humanissime, ut decebat, exceptos, ad Scholæ sustinendam dignitatem hortatus est Decanus, nec sine tutelæ et amicitiæ suæ, sic ipsis postulantibus, pollicitatione et sincerâ promissione dimisit.

Duobus interpositis diebus, Decanum invisere Pharmacopœorum Parisiensium Custodes novam Decanatûs dignitatem ipsi gratulaturi.

Sequuntur nomina et cognomina viventium et Regentium in saluberrima Facultate Medicâ Parisienti Doctorum.

M.ri Germanus Preaux Exprofessor Regius, Scholarum antiquior.
Urbanus Leaulté;
Petrus Marais;
Petrus joannes Burette Regius Professor et Regiæ Numismatum academiæ socius.
Alexander Petrus Mattot.
Philippus Caron Antiquus Facultatis Decanus
joannes Baptista Chomel, Medicus Regis ordinarius, et Regiæ Scientiarum academiæ socius veteranus.
Philippus Hecquet Antiquus Facultatis Decanus.
Nicolaus Andry Professor Regius, antiquus Facultatis decanus.
Petrus Le Tonnelier.
Ludovicus Lemery medicus Regis ordinarius, Chimiæ, in horto Regio Professor, et Regiæ Scientiarum academiæ socius.
Raimondus jacob Finot
Michael Ludovicus Reneaume de La Garanne, Regiæ scientiarum academiæ socius, Exdecanus et Censor.
jacobus Fourneau.
joannes Herment, Medicus Regis ordinarius.
Petrus Azevedo.
Antonius Pepin, in Regio Brestensi nautarum Nosocomio medicus primarius.
jacobus Benignus Winslow, Regiæ scientiarum academiæ socius, Regiæ societatis Berolinensis socius, et Teutonicæ linguæ Regius interpres.
Claudius Vergne
Claudius Du Cerf
joannes Claudius Adrianus Helvetius Regi a sanctioribus consiliis Reginæ medicus primarius et Regiæ scientiarum academiæ socius.
Michael Procope Couteaux
joannes Baptista Mongin Medicus Regio ordinarius.
joannes Franciscus Couthier
Hyacinthus Theodorus Baron antiquus Facultatis Decanus.
Camillus Falconnet saluberrimi Consilii Regis socius, utriusque aulæ equestris medicus ordinarius, et Regiæ litterarum ac Numismatum academiæ socius.

Thomas Bernardus Bertrand Pharmaciæ Professor designatus.
Franciscus Pousse.
joannes Baptista Thomas Martineng, chirurgiæ idiomate gallico Professor.
joannes Silva Saluberis Consilii Regis socius, et Serenissimi Ducis Borbonii medicus primarius.
Antonius De jussieu Regiæ Scientiarum Academiæ, Regiarumque angliæ et Prussiæ Societatum socius, et in Horto Regis Botanices Professor.
joannes Helle Dotariæ Hispaniarum Reginæ a Consiliis, et medicus primarius.
Henricus Besnier.
Elias Col de Vilars consiliarius et medicus Regis in Castelleto.
Petrus antonius Lepy
Franciscus Bailly Eques S.ti Michaelis.
Claudius antonius Renard.
Petrus Afforty.
Nicolaus Le Tellier.
Michael Procope
jacobus Antonius Millet
joannes Franciscus Leaulté.
Michael Ludovicus Vernage.
Ludovicus Claudius Bourdelin Regiæ Scientiarum Academiæ socius, Facultatis Decanus.
Emmanuel Mauritius Duverney.
Ludovicus de Santeul
joannes Damianus Chevalier Pharmaciæ Professor.
Claudius De La Vigne De Frecheville Medicus Regis, et Domûs Reginæ ordinarius.
Gabriel Antonius jacques
josephus De La Grive, non Regens.
Guillelmus De Magny
Petrus Maloet Regis consiliarius, et Regiæ Domûs invalidorum Ducum ac Militum Medicus ordinarius Regiæque Scientiarum academiæ Socius.
jacobus Tranc è Regiâ Scientiarum Academiâ
Philippus Davier De Breville Dotariæ Hispaniarum Reginæ consiliarius et medicus ordinarius.
Thomas Renatus Garnier.
Andreas josephus Seron Rei Tormentariæ Medicus.

David Vasse
Nicolaus Le Roy de St. Agnan
Ludovicus joannes Le Thieullier.
Ludovicus Hieronymus Cosnier.
Guillelmus josephus de L'Epine Chirurgiæ idiomate gallico
Professor designatus.
Joannes Baptista Dubois, Professor Regius, serenissimæ
Principis Dotariæ primæ de Conti medicus ordinarius, et
Chirurgiæ Professor.
Franciscus Mery
Bernardus de jussieu è Regiâ Scientiarum Academiâ,
Societatis Regiæ Londinensis socius, et Botanices in Horto
Regio Prodemonstrator.
Desiderius claudius Tremont Pathologiæ Professor.
joannes Boyer in supremâ Curiâ Medicus Regis ordinarius.
Paulus jacobus Malouin
Antonius Nicolaus Guenault
Ludovicus Petrus Le Hoc Regis in Casteleto Medicus ordinarius.
Franciscus josephus Hunauld in Horto Regio Anatomes et
Chirurgiæ Professor, et Regiæ Scientiarum Academiæ socius.
Raymundus de La Riviere
Antonius Casamajor.
Ludovicus Maria Pousse.
Hyacinthus Theodorus Baron Scholarum Professor.
joannes Baptista Ludovicus Chomel
Achilles Franciscus Fontaine
Petrus Roussin de Montabourg, non Regens
Robertus Hubertus Linguet
Otho Casimirus Barfeknecht
Antonius joannes Daval.
Henricus Franciscus Bourdelin.
josephus de jussieu è Regiâ Scientiarum Academiâ.
joannes de Diest
Ludovicus Florentius Bellot.
Franciscus Felicitas Cochu
claudius Carolus De jean.
jacobus albertus Hazon.
Adrianus Malaval.
Franciscus Vandermonde.
Gaspar Cochon Du Puy
Tettanus Gilbertus Boullaud.
Henricus Guyot.

Carolus Payen
Bartholomæus Murry
joannes jsoard.
Ludovicus jacobus Pipereau.
Ludovicus augustinus Folliot de S.t Vast, non Regens.

Quæstiones Quodlibetariæ.

Die jovis 15° novembris anni 1736 disputavit extra ordinem de Quodlibetaria quæstione M.r Carolus Payen respondente Baccalaureo joanne Midy Lemovicensi. Quæstio hæc fuit.

Est ne eadem in ossibus quæ in aliis partibus nutritionis ratio?

et fuit quæstio affirmative propugnata. Finitis argumentantium Doctorum disputationibus antequam veniretur ad Quodlibeta, lectus fuit altâ voce, ut fieri solet, in primâ cujuslibet anni academici incipientis, a majore Facultatis Apparitore, Catalogus Doctorum viventium et actu Regentium supra scriptus. Lecta pariter ab eodem Bidello deinceps fuerunt Facultatis Decreta quæ tunc temporis legi solent a primo apparitore. Qui tamen, sic jubente Decano, abstinuit a legendo Decreto quod tulerat Facultas M.o Reneaume Decano, die sabbati 5° februarii 1735. In habitis enim eo die Comitiis postulaverat vir meritissimus, saluberrimi que ordinis statutorum tenacissimus, vellet Facultas renovare articulum 8um novorum Statutorum Curiæ Placito, anno 1696 firmatorum, ac proinde iterum statuere ut, quemadmodum legere est in illo articulo,

Doctoribus cum veste talari et manicatâ, Pileo quadrato, humerali Coccino, et modesto, qualis est Togatorum colli amictu, interiores inferiorum scholarum Cancelli duntaxat pateant: atque hoc ornatu Baccalaureorum actibus sedentes immoreantur, de eorum eruditione judicium laturi, ibidem que in oblato Catalogo datâ subscriptione, præsentiæ suæ testimonium exhibeant; Alioquin, si in diebus actuum, extra laudatos aulæ interioris limites inscribendæ syngraphæ copiam a Bidellis obtinuisse constet, illi suffragii jure priventur, hi vero plectantur pecuniæ summâ, ad arbitrium Facultatis.

Vigilantissimi Decani M.i Reneaume postulationi annuens Facultas saluberrima, Censuit tunc, octavum articulum novorum Statutorum supra memoratum, stricte deinceps ab omnibus observandum esse, atque hoc decretum typis mandandum

esse, et unicuique Doctori distribuendum, ut omnibus innotesceret saluberrimum Ordinem Statutorum suorum esse observantissimum. Et sic concluserat Mr. Reneaume Decanus.

Postea vero, quasi parum esset singulis Doctoribus distributum fuisse hujus Decreti exemplar, incipiente 2º. sui Decanatus anno in 1ª Thesi Quodlibetariâ jusserat Mr. Reneaume apparitori, ut, post lectum publice Doctorum Catalogum, et alia quæ tunc legi solent, altâ etiam voce legeret supra memoratum Decretum. Hanc lectionem ægrè tulerunt Doctores plurimi succensueruntque Decano, quasi ille, hac hujus Decreti publica et insolita lectione, Collegarum suorum incuriam carpere, spretasque ab iis saluberrimi Ordinis leges notum facere voluisset ac divulgare, quod certe ab optimo viro Mº Reneaume maxime alienum erat.

Hanc collegarum offensam ut declinaret hoc anno Decanus, et sarta nihilominus tecta que servarentur Statuta, ratus que aliundè, summum jus summam esse injuriam, cavit ne Decretum hoc, tot offensarum causam publice in Scholis recitaret Bidellus. Cum tamen tam in hac primâ quam in secundâ quodlibetariâ Thesi, Decreti hujus immemor non unus Doctor Catalogo Syngrapham suam non togatus apposuisset, suffragium que suum, et, de responsis Baccalaurei judicium scrutinio immisisset, recenter lati Decreti ut violationi iret obviam Decanus, sequentem unicuique Doctori schedulam per apparitores misit, articulo 8º novorum Statutorum subscriptam

Memineris etiam atque etiam te ora, Doctor sapientissime suprascriptis lineis contineri, non, latam à novolo, aut plus æquo sibi arrogante authoritatis Decano legem, sed unum è Facultatis saluberrimis Statutis, Quibus omnibus asserendis invigilare, ut Decani est, sic et iisdem observandis solemni ipso Doctoratûs sui die nostrûm nemo se non obstrinxit.

Tui observantissimus Lud. Claudius Bourdelin
Decanus.

Voti compos factus fuit Decanus, illud que a Collegarum humanitate obtinuit, ut nullus deinceps, nisi togatus disputationibus Quodlibetariis aliisve assisteret.

Die jovis 6º. decembris anni 1736 disputavit extra ordinem de Quodlibetariâ quæstione Mr. Bartholomæus Murry respondente Guidone Andrea Garnier Parisino Baccalaureo medico, et fuit quæstio talis,

Est ne Transpiratio hyemalis perfectior?

Quæ questio fuit affirmativè conclusa.

Die jovis vigesimo decembris 1736 disputavit extra ordinem de Quodlibetaria quæstione M.er joannes Isoard, respondente joanne jacobo Belleteste Parisino Baccalaureo medico et fuit quæstio talis

Sunt ne habiliores ad artem medicam, qui imaginatione pollent?

fuit quæstio negativè conclusa.

Die jovis decimo januarii 1737 disputavit extra ordinem de Quodlibetaria quæstione M.er Ludovicus jacobus Dipereau respondente Baccalaureo medico Laurentio Ferrel Parisino. Quæ quæstio his verbis proposita fuit,

Est ne solus nervorum succus alibilis?

et affirmativè conclusa.

Die jovis 24.o januarii 1737 disputavit in ordine suo de Quodlibetaria quæstione M.er Gabriel Antonius jacques, respondente Antonio Ferrein Aginnate Baccalaureo medico et fuit quæstio talis,

An sanitas a solidorum et fluidorum æquilibrio?

affirmativè conclusa.

Die septimo februarii anni 1737 disputavit de Quodlibetaria quæstione in ordine suo M.er Claudius De La Vigne de Frechaville Medicus Regis et Domûs Reginæ ordinarius respondente Michaele Philippo Bouvart Carnutæo. Fuit quæstio talis

An Perspirationi et Sudori, cæteræ Excretiones vicariæ?

affirmativè conclusa.

Die jovis 21.o Februarii disputavit in ordine suo de Quodlibetaria quæstione M.er Jo. Damianus Chevalier, Pharmaciæ Professor, respondente Carolo Dionis Parisino. Fuit quæstio talis

An a diversâ Causâ moveantur Cerebrum et dura Meninx?

affirmativè conclusa.

Die jovis 28.o Februarii disputavit in ordine suo de Quodlibetaria quæstione M.er Claudius Brunet Rei herbariæ Professor, respondente Michaele Majault Duaceno. Fuit

quæstio talis,

An a diverso glandularum situ, secretiones diversæ?

affirmativè conclusa.

Die jovis 18° julii 1737 disputavit, de Quodlibetariâ quæstio mer Emmanuel Mauritius Duverney, respondente Gedeone de Rabours Genevensi; Fuit quæstio talis

An Tritus Chylosim juvet?

affirmativè conclusa.

Cur hæc Thesis a Gedeone de Rabours non nisi julio mense propugnata fuerit, quæ ante Quadragesimam debuisset propugnari, in causâ fuit Baccalaurei secessus, quem urgentia negotia Licentiæ cursum interrumpere coegerant. His sublatis quæ eum a medicinæ continuando studio avocaverant impedimentis, die Veneris 31° Maii supplex ad Facultatem accessit Gedeon de Rabours, resumendæque Licentiæ potestatem a saluberrimi Ordinis indulgentiâ obtinuit, ut dicetur inferius.

Huic Thesi præesse debebat in ordine suo mer de Santeul. ille autem cum peractis omnibus Quodlibetariis quæstionibus, nesciret Gedeonem de Rabours, qui a scholis discesserat, rediturum esse, sibique disputandum esse anno proximo de Quodlibetariâ quæstione Pathologicâ intelligeret, suam hanc Thesim Pathologicam composuerat, et a Decano monitus, ut fieri solet, de exarandâ Thesi Physiologicâ retulit Decano se suam habere paratam Thesim Pathologicam, et rogare Decanum Facultatemque, ut sibi liceret præesse anno proxime futuro, id est post Martinalia. Urgebat tempus, habebat mer Duverney paratam suam Thesim Physiologicam. Quæ duo in causâ fuerunt cur mr de Santeul postulationi obtemperatum fuerit.

Antiquodlibetariæ Quæstiones vulgò Pastillariæ.

Die Mercurii 14° 9bris ann. 1736 horâ decimâ matutinâ mer Carolus Payen actum Pastillariæ celebravit in scholis inferioribus. in eo actu propositæ fuerunt quæstiones duæ in utramque partem.

An proxima nutritionis materia { Chylus? Sanguis?

Priorem quæstionem proposuit novus Doctor mer Payen joanni Midy Baccalaureo qui candidati vices gessit, alteram mr Jacques mo Bellot juniori doctori solvendam proposuit; in eo autem

m^r. jacques m^r. Duverney

Die Mercurii 5° xbris 1736 horâ decimâ matutinâ actum Pastillariæ celebravit m^r. Bartholomæus Murry, in quo bimembris hæc quæstio proposita fuit,

Suntne corpora hyeme { Robustiora? Pleniora?

Primum quæstionis membrum Baccalaureo Andreæ Guidoni Garnier solvendum proposuit m^r. Murry novus doctor, alterum m^o. Cochu juniori doctori m^r. Reneaume academiæ censor et m^i. de La vigne de Frecheville vices gerens proposuit.

Die Mercurii 19° xbris 1736 horâ decima matutina actum Pastillariæ celebravit m^r joannes Isoard: Fuit quæstio talis,

An qui magis valent imaginatione minùs valeant { judicio? memoriâ?

Primum quæstionis membrum m^r. Isoard actûs Præses joanni jacobo Belleteste Baccalaureo, secundum m^r. de Lâureul m^o. Chomel filio, m^i. de jean vices gerenti discutiendum proposuit.

Die Mercurii 9° januarii 1737 horâ decimâ matutinâ actum Pastillariæ celebravit m^r. Ludovicus jacobus Pipereau. Fuit quæstio talis

Suntne spiritus animales naturæ { Lymphaticæ? aereæ?

Primum quæstionis membrum m^r. Pipereau Præses Laurentio Ferret Baccalaureo, alterum m^r. Chevalier, juniori Doctori m^o. Hazon solvendum proposuit.

Quæstiones Cardinalitiæ

Die jovis 7° martii 1737 præfuit Thesi Cardinalitiæ m^r. Claudius Antonius Renard a sextâ horâ matutinâ ad meridiem, respondente Michaele Philippo Bouvart Carnuteo. Fuit quæstio talis,

Suntne aptiores ad restaurandum, seniorum animalium carnes?

affirmativè conclusa.

Die Martis 19° Martii 1737 præfuit Thesi Cardinalitiæ m^r. Franciscus Bailly respondente joanne jacobo Belleteste. Fuit quæstio talis,

an sanitatis præsidium Equitatio?

affirmativè conclusa.

Die jovis 21° Martii praefuit Thesi Cardinalitiae m.er Petrus Antonius Lepy, respondente Michaele josepho Majault. Fuit quaestio talis,

An Aqua vitae, Aqua mortis?

affirmativè conclusa.

Die jovis 28° Martii praefuit Cardinalitiae quaestioni m.er Elias Col de Vilars, respondente Guidone Andrea Garnier. Fuit autem haec quaestio talis,

An Melancholicis Musica?

affirmativè. conclusa.

Die jovis 4° aprilis praefuit Thesi Cardinalitiae m.er Henricus Besnier, respondente Carolo Dionis. Fuit quaestio talis.

An amica Musis Hydropotia?

affirmativè conclusa. Quid autem negotii Thesis haec Decano et Facultati facesserit, dicetur ubi de saluberrimi ordinis Actis et Comitiis.

Die jovis undecimo Aprilis praefuit Cardinalitiae Thesi m.er joannes Bette respondente joanne Midy. Fuit quaestio talis.

An quò major virium jactura, eò victus tenuior?

affirmativè conclusa.

Die Lunae 15° aprilis, Cardinalitiae quaestioni praefuit m.er Antonius de Jussieu, respondente Laurentio Ferret. Fuit quaestio talis,

An Petroselinum hortensia inter condimenta saluberrimum?

affirmativè conclusa.

Die mercurii 17° Aprilis praefuit Thesi Cardinalitiae m.er joannes Baptista Silva respondente Antonio Ferrein. Fuit quaestio talis,

An a simplici parcoque victu sanum corpus, et animus expeditus?

affirmative conclusa.

Die lunae 23° decembris Cardinalitiae Thesi praefuit m.er joannes Baptista Thomas Martineng, respondente Gedeone De Rabours. Fuit quaestio talis,

An Magnatibus venari saluberrimum?

affirmativè conclusa

Oratio Publica

ann. 1736.

Die Dominico 18° mensis 9bris Medicinæ studium auspicaturus Mr. Hyacinthus Theodorus Baron, filius, medicinam a præjudicatis vulgi opinionibus oratione publicâ vindicavit.

Demonstrationes Anatomicæ Opera Chirurgica & Galeno-Chymica.

Die sabbati 17° februarii 1737 Mr. Desiderius Claudius Tremont Scholarum Professor, Anatomiam in Cadavere virili celebravit horâ decimâ matutinâ. Usus est manu et operâ Antonii Augustini Mery Chirurgi Parisiensis.

Die veneris 5° Aprilis et sequentibus horâ decimâ matutinâ Mr. joannes Dubois Operationes Chirurgicas quæ circa corpus humanum exercentur, in virili cadavere, publicè Philiatros edocuit, operante Antonio Augustino Mery Chirurgo parisiensi.

Die Mercurii 17° mensis julii 1737 et sequentibus horâ 3â post meridiem, selectiora Pharmaciæ Galeno-chimicæ opera palam interpretatus est Mr. joannes Damianus Chevalier. Quibus exequendis operibus manum admovit Petrus Blazin Pharmacopæus Parisiensis.

Hoc eodem anno celebrari etiam debuisset Anatomia idiomate gallico, ut fieri solet a Professore cui Chirurgiæ Philiatros linguâ Gallicâ edocendæ munus incumbit. Cur autem eo publico cursu scholæ caruerint, in causâ fuit mi. Martineau morbus.

Obitus Doctorum

Hoc anno 1737 tres e nostris Doctores amisimus.

Primus obiit, die scilicet Mr. Philippus Hecquet antiquus Facultatis Decanus, medicorum operum longâ serie, felicique et diuturnâ praxi non huic urbi tantum, sed toti regno, non soli Galliæ, sed universæ Europæ notissimus, medicâ eruditione, pietate et probitate commen-

doctissimus, ut veritatis, sic Facultatis amantissimus, Doctorum virorum observantissimus, amicissimus, erga medicinæ Tyrones Medicosque officiosissimus, in nostrum ordinem beneficentissimus, erga nos tandem etiam post fata liberalis.

Hunc virum saluberrimi totius Ordinis desiderii digni-ssimum proximè sequutus est Mr Fremont quem Professoris Chirurgici munere à pluribus annis defunctum, Pathologiamque hoc anno cum laude edocentem, in medio cursu præmatura mors intercepit. Obiit die

Luctui tandem nostro cumulum addidit Mi jacobi Frant Hiberni, annum que tertium supra quinquagesimum vix agentis mors etiam præceps, licet a pluribus mensibus non improvisa. Mirum sane quantum ille secum abstu-lerit scientiæ. Absit enim vel levissimæ Hyperboles sus-picio, fuit Mr jacobus Frant græcæ latinæque Linguæ scientissimus. illo eloquentius oravit nemo, nemo scripsit elegantius, facilius ornatiusque versu dixit nemo. Fuit idem juris Legumque non imperitus; Historiæ tum veteris tum novæ callens, in Physicis expertissimus, in Anatomiâ exercitatissimus, versatissimus in Botanicâ, animalis œcono-miæ doctissimus. Quid plura? Eum novimus ut bonis omnibus instructum artibus nec iis superbientem, sic malarum omnino nescium, Ambitionisque et Adulatoriæ præsertim artis ignoratione gloriantem. Obiit die

Doctissimo viro res adeo fuit arcta domi, ut Facultatis sumptibus eum tumulari opportuerit.

Acta & Comitia
Saluberrimæ Facultatis medicæ Parisiensis

Anno Domini 1736 die Sabbati primo Decembris, habita sunt in Scholis Superioribus horâ sesquidecimâ matutinâ, ut moris est, Menstrua Saluberrimi ordinis de Morbis grassantibus Comitia; Qui fuere Rheumatismi, Variolæ, Peripneumoniæ, Anginæ, Erysipelata, Febres intermittentes, Febres continuæ & malignæ. Ab iis Comitiis abfuit Decanus morbo tentatus; hujus loco adfuit Mr. Hyacinthus Theodorus Baron antiquus Facultatis Decanus.

Anno Dñi 1737 die Mercurii 2° januarii habita sunt in Scholis Superioribus horâ solitâ, menstrua Facultatis Comitia de morbis grassantibus, qui fuerunt Febres tertianæ, Tertianæ duplices, Febres malignæ, Variolæ pessimi moris, Apostematibus, et morte non rarò terminatæ, Dysenteriæ etiam, quæ vulgaribus remediis, in magno præsertim Parisiensi Nosocomio, sic referente, nosocomii hujus Medico, Mr. Bertrand, cessere. Retulit Mr. Antonius de Jussieu se vidisse in urbe febres malignas cum carbunculis, carbunculos que etiam absque febre maligna. Vidit Mr. Trant, ut ipse testatus est in iisdem Comitiis, Peripneumoniam a refluxu in Pulmonem bilis magnâ copiâ oriundam. Dixit Mr. Silva Variolas, quas in urbe plurimas curaverat, fuisse merè inflammatorias, eas que maturè celebratis Phlebotomiis, Emulsionibus que coccinellæ rubedine coloratis, (quo scilicet, Cardiacorum vulgarium colore huic potui accedente, ægri salutariter fallerentur) feliciter sanatas fuisse. Verba etiam fecit idem Mr. Silva de morbis Puerperii, aut potius puerperio succedentibus, curatu satis difficilibus, quibus correptæ ægræ, venâ in cubito toties apertâ quoties res postulabat, sanitati redditæ sunt. Quibus vero saphenæ sectio celebrata fuit, hæ, intra quartum diem aut quintum periere. Hic loci non abs re fuerit disparem Variolarum, feliciorem que in urbe quam in Nosocomio conditionem atque exitum perpendere et annotare.

iisdem in Comitiis dixit Mr. Elias Col de Vilars (qui semel atque iterum vivâ voce in Professorem Chirurgiæ gallico idiomate edocendæ appellatus a Facultate fuerat, et in adimplendo hoc munere, tum Collegarum existimationem, tum etiam Chirurgiæ tyronum, ipsorum que Chirurgorum reverentiam sibi conciliârat) cogitare se de. typis mandandis iis quos chirurgiæ gallicæ in scholis

dictaverat codicibus. Quarum chirurgicarum lectionum, antequam typis mandarentur, examinatores a Facultate postulavit M.os Finot et Le Hoc. Annuit meritissimi viri petitioni Facultas saluberrima; nominavitque insuper in tertium hujus libri examinatorem M.um Hunauld Anatomiæ et Chirurgiæ in horto Regio Professorem.

In iisdem Comitiis probatus fuit sumptus quem in reparanda Scholarum arcitra facere meditabatur Decanus.

Die lunæ 4.o februarii anni 1737 habita fuere in Scholis superioribus, de morbis grassantibus, menstrua Facultatis medicæ Parisiensis Comitia. Fuere hi morbi, variolæ, quæ, referente M.o Elia Col de Vilars, eædem erant hoc mense in magno Parisiensi nosocomio, quæ fuerant mense præterito, Erysipelata insuper, cum delirio, et pessimi moris. Retulit M.er Bailly, se in vico propè Lutetiam, Sannois, dicto vidisse morbum Epidemicum febrem scilicet malignam, putridam et verminosam, sat mali moris, quem pejorem adhuc fecerat non unus in diætâ error; præpostere nimirum exhibita Cardiaca calida, et Phlebotomiæ omissio. Mentio etiam fuit facta de Febribus scarlatinis in urbe vulgaribus, ac præterea de morbis Rheumatismo affinibus, qui pro partibus quam impetebant et obsidebant, modo Anginas faciebant, modo Peripneumonias &c. Qui morbi indolem habebant adèo variam et mutabilem, ut pro diverso multiplicique humoris morbum facientis decubitu, multiformibus, iisdemque symptomaticis morbis unus idemque æger uno tenore laboraverit. Hoc etiam tempore non infrequentes fuere Dysenteriæ.

Die Veneris 1.o Martii anni 1737 habita sunt in Scholis superioribus, de morbis grassantibus, saluberrimæ Facultatis menstrua Comitia. Sævierant mense præterito, sæviebantque adhuc potissimum Morbi pectoris Catarrhales cum dolore lateris punctorio, sputoque sanguineo, sed phlebotomiis, diluentibus remediis, et aqua Cassiæ aliquot Tartari Emetici granis acuatâ feliciter curati fuerunt et sanati. Sævierunt præterea tertianæ febres mali moris, quas comitabatur Cynanche; Rheumata omnis generis, quæ aut naturalibus per alvum, aut arte procuratis evacuationibus cesserunt, Erysipelata, Cynanche plurima, curatu non difficilis.

His in Comitiis legit Decanus oblatum sibi et Facultati a privato quodam homine Charboniere dicto, hoc eodem die, horâ septima matutina libellum supplicem, cujus hic erat tenor.

A Messieurs
Les Doyen et Docteurs Regents
de la Faculté de Medecine en
L'université de Paris

Supplie humblement Louis Charboniere Ecuyer natif d'Aix en Provence, disant qu'il a un remede particulier et une Methode nouvelle pour traiter les maladies Veneriennes dont il a fait plusieurs epreuves tant en Provence, qu'a Paris, avec un succés qui prouve que son Remede et sa methode sont preferables au Remede et a la Methode ordinaires. Mais il ne croiroit pas ses preuves complettes, si elles n'etoient admises et authorisées par une Faculté aussi celebre que l'est celle de Paris. C'est pourquoy il la supplie de vouloir nommer des Commissaires pour examiner sa methode de traiter les maladies venerienes, et l'etat des malades, avant, pendant, et apres le traitement, pour, que sur le rapport qu'ils luy en feront, la Faculté en puisse porter son jugement, pour servir de regle a celuy du Public. Elle continuera par là a donner des marques de son zele pour l'utilité des Citoyens.

Signatum. Charboniere.

Hujus libelli supplicis auditâ lectione censuit saluberrima Facultas annuendum esse petitioni dicti D. Charboniere, ut pote quae Facultati esset perhonorifica, deferendum hunc libellum supplicem ad amplissimum Procuratorem Catholicum, abeoque postulandum, velit faciendum hoc a Facultate novi remedii examen authoritate sua confirmare, alium autem hac de re servandum esse silentium. et sic conclusit

Ludovicus Claudius Bourdelin Decanus.

Placuit autem Facultati nominandis examinatoribus supersederi, donec cum illustrissimo Procuratore Catholico res communicata fuisset.

Eodem etiam primo Martii die convocavit Decanus Doctores omnes per schedulam a Bidellis delatam, ut scilicet servato solito ordine adessent et examinarent super Anatomiâ Baccalaureos; quodquidem Examen sequente mandato totius urbis compitis affixo nuntiatum fuerat.

De mandato
Magistri Ludovici Claudii Boudelin
Saluberrimæ Facultatis Decani
Et M. M. Doctorum Regentium ejusdem
Facultatis.

Notum sit omnibus ad quos pertinet, die veneris primo mensis Martii, et diebus sabbati, dominico, lunæ, mercurii, jovis et veneris sequentibus anni 1737 ab horâ post meridiem 2ª ad quintam, Baccalaureos medicos peritiæ suæ in sectionibus et demonstrationibus anatomicis, super muliebri cadavere propriâ manu celebrandis, examine probatorio, periculum esse facturos.

Subscripsi et promulgavi die 26° februarii ejusdem anni.
Ludovicus Audel. major Facultatis Apparitor.

hac autem schedulâ ad supradictum Examen invitati fuerunt Doctores.

Articulus quartus
Decreti 22° die Martii 1732 lati, et unâ convocatione confirmati.

Exercitationum anatomicarum 1° et 2° die Abdomen ipsius que viscera demonstrentur; 3°, die de pectoris partibus agatur; quarto, de capite tractetur; quinto omnes corporis musculi exponantur; 6°, vasorum et nervorum distributiones explicentur; 7°, ossa examinentur: de situ, connexione, structurâ et usu partium interrogati Baccalaurei, demonstrando respondeant.

Vi cujus decreti

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores die veneris primo mensis Martii 1737, et diebus sabbati, dominico, lunæ, Mercurii, jovis et veneris sequentibus, ab horâ 2ª post meridiem ad quintam, Baccalaureos, sectiones et demonstrationes anatomicas propriis manibus, super muliebri cadavere exercentes interrogaturi.
Datum die 26° februarii ejusdem anni. Boudelin Decanus.

Die sabbati 9° mensis Martii anni 1737 convocati fuerunt Doctores medici omnes in scholas superiores horâ decimâ matutinâ post sacrum, de sectionibus anatomicis a Baccalaureis, propriâ manu in cadavere muliebri celebratis judicium suum per scrutinium laturi, et de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi. Quibus in Comitiis probatæ fuerunt a Facultate,

immo et laudatæ Baccalaureorum in secando et demonstrando dexteritas et peritia.

Jis in Comitiis mentio facta est de Lite Pensionum, et sumptuum hac de causâ factorum, quæ res, ut pote non urgens, ad convocata ad hoc alia Comitia remissa fuit.

Eadem etiam sors obtigit Mi. Vasse propositioni ad Facultatis Bibliothecam spectante. Proposuerat scilicet saluberrimo Ordini Mr. Vasse ut sibi concederetur in Facultatis ædibus pro suo domicilio unum tantummodò cubiculum et eâ lege sese obstringebat gerendo Bibliothecæ custodis muneri. Quæ propositio post multas variasque omnino sententias, ad alia Comitia remitti debere visa est saluberrimo Ordini.

Die jovis 21° Martii 1737 horâ post meridiem 4ta accepit scriptam ad se ab Urbanæ Politiæ Propraetore D.D. Herault Decanus sequentem epistolam.

Il est necessaire, Monsieur, que la Faculté choisisse deux medecins de reputation pour les envoyer demain a 10 heures du matin a Bicestre, pour y examiner des gens attaquez de la maladie venerienne, aux quels on veut donner des remedes dont on a tout lieu d'esperer les plus grands succez. Il est important que les medecins que la Faculté choisira, soient exacts a se trouver demain a dix heures, parceque Mrs les administrateurs ne manqueront pas de leur costé d'estre exacts au rendez vous.

Je suis tres parfaitement, Monsieur,

Vostre tres humble et tres obeissant serviteur.

signatum. Herault.

Urgebat tempus, nec licebat Decano a 4ta horâ pomeridianâ ad crastinam decimam matutinam convocare Facultatem. Ne tamen per illum staret quominus Ordo saluberrimus hanc recipiendi dominii sui in morbos venereos (in quos diu est ex quo Barbitonsores Chirurgi per fas nefasque involarunt) juriumque suorum recuperandorum occasionem arriperet, adiit extemplo Mrs Reneaume et Baron patrem, illum Exdecanum, hunc antiquum Facultatis Decanum, quibus cum epistolam Urbanæ Politiæ Propraetoris communicavit, et ab ipsis petiit, ut Decano Castellum Vincestriacum nomine et loco Facultatis petituro comites sese vellent adjungere. Nec illud laboris recusaverunt meritissimi viri Facultatisque amantissimi. Crastino igitur die horâ nonâ matutinâ profecti, ad Vincestriacum Castellum sese contulerunt unà cum Decano Mr Reneaume et Baron pater, ubi ab Administratoribus D.is Caillart, De La Chapelle, et Le Doubre honorificè accepti fuerunt, frugalique

nec tamen illiberali refecti prandio, præsente eodem D°. Charboniere qui libellum supplicem Facultati, ut suprà diximus, obtulerat, duodecim, ex multo pluribus quos ipsis offerebant hujus Nosocomii uterque chirurgus, ægros lue venereâ laborantes selegerunt, quos dicto D°. Charboniere curandos tradererunt Nosocomii administratores. Re confectâ, id est, electis duodecim ægris eorum que symptomatis venereis, exarato ad id negotii, memoriali libello, mandatis, Lutetiam non nisi horâ sextâ vespertinâ redierunt.

His invisendis ægris per sex continuas hebdomadas ita elaboravit Facultas, ut nullum fere prætermiserit diem, quin unus aut plures e Doctoribus, suâ vice Castellum Vincestriacum petierit. Quibus alternatis vicibus factum est, ut plusquam quadraginta Doctores, suo ordine, duo ut plurimum antiquiores cum duobus junioribus, adhibiti remedii ejusque operationis et successûs testes ac judices fuerint.

Quis fuerit illius remedii exitus, dicetur infrà, ubi de judicio a Facultate lato agetur. Illud autem novum esse vix crediderimus. nec enim novum est suffumigiis mercurialibus sanari luem veneream. Quod spectat ad remedii naturam, suspicati sumus non semel, illud nihil aliud esse nisi Cinnabarim prunis ardentibus injectam: Quod quidem, non solum a colore rubro quo cartulas, pulverem illum involventes, infectas vidimus, sed etiam sapore quodam acido, fumi quem pulvis ille ardendo exhalabat, a sulphuris vivi [illegible] gustu non absimili, licuit consicere. Differt autem dicti D°. Charboniere methodus ab aliorum, qui suffumigiis luem veneream curaverunt, methodo, in eo, quod conteccis tantum linteo ægri oculis, (forsan ne colorem pulveris videre æger possit,) occlusoque alio mantili ore, æger totus sub Papilione, fumo naribus hauriendo exponatur. Quod quidem cavere solent alii fumigatores, relicto extra Papilionem ægri capite; Licet tamen inter antiquos nonnulli, id est, primis curatæ per Hydrargyrum luis Venereæ temporibus, quidam pari methodo uti non dubitaverint. Quidquid sit, et quibuscunque de industriâ larvetur a dicto D°. Charboniere alienis coloribus externis vel adscititiis qualitatibus hoc remedium sive pulvis quo utitur in suis suffumigiis, constat, operationis et virium hujus remedii authorem animamque, ut ita dicam, esse mercurium; Quandoquidem ex iis ægris, quibus coram Facultate administrata fuerunt suffumigia, tertia saltem pars

salivationem, plus minus posita fuit; quod quidem a solo mercurio proficisci posse ignorat nemo.

Die lunæ 1º Aprilis anni 1737 habita sunt in Scholis superioribus, de morbis grassantibus menstrua saluberrimæ Facultatis Comitia. in quibus nihil relatum est memoratu dignum aut novum.

Die jovis 4º Aprilis dum in Castello Vincenniaco invisendis ægris D. Chabonieve unà cum aliis collegis tribus operam navaret Decanus, quo die etiam in Scholis propugnabatur a Carolo Dionis Baccalaureo Thesis cui titulus erat An amica musis Hydropotia? Mº Henrico Besnier Præside, atque, ut suspicari licet, Authore, quæ sane inelegans et admodum obscura sed nulla tenus tamen Religioni contraria Decano visa fuerat, novem Doctores ægre scilicet ferentes quod tale opus nomine Facultatis in publicum prodiret, absente Decano suam de hac Thesi sententiam scripto mandatam et subsignatam primo Apparitori tradiderunt Decano reddendam.

Die sabbati sequente quo probari debebant et reverâ probata fuere Baccalaurei qui hanc Thesim propugnaverat responsa, nonnulli è supra dictis novem Doctoribus de eâ Thesi, occupatum in invisendis, ut fieri solet unoquoque die sabbati, ægris pauperibus Decanum alloquuti sunt, operis inelegantiam barbariemque incusantes. Quibus respondit Decanus se ea quidem quæ in hac Thesi reprehensione digna censebant improbare, in eâ tamen nihil animadvertisse quod Religionis Regisque aut Reipublicæ honori ac debitæ reverentiæ contrarium sit, quibus solis de causis, Decano liceat Thesim recusare, et prohibere ne typis mandetur: Convocaturum se die lunæ proximo Facultatem, ut quid super hac Thesi statuendum esset quidque in eâdem damnandum videretur, decerneret, quod nedum in saluberrimi ordinis dedecus verti posset, immo in ejus honorem cessurum potius videbatur, et aliis in posterum Doctoribus, (si qui tamen essent qui absurdum adeo opus possent componere, quod quidem non existimabat,) futurum esset exemplo.

Die igitur lunæ 8º Aprilis 1737, sicut promiserat Decanus, convocata fuit Facultas sequente schedulâ, per apparitores, ut mos est, singulis Doctoribus delatâ.

Convocentur Doctores omnes in Scholas superiores

die lunæ 8° aprilis anni 1737 hora post meridiem 3ª super Thesi quattro ejusdem mensis propugnata deliberaturi. Datum parisiis die sabbati 6° ejusdem mensis et anni.

Burdelin Decanus.

Quibus in Comitiis dixit Decanus,

Dolere se quod in 1717 quæ tunc primum extra ordinem convocasset Comitiis, de inquirendo in collegæ eruditionem atque doctrinam ageretur. Se tamen nec Facultatis dignitati et honori, nec illud efflagitantibus, clarissimo viro Mº Reneaume academiæ censori pluribusque aliis meritissimis collegis potuisse non concedere, ut in Thesim cujus quæstio est an amica mulis hydroposia? die jovis 4º aprilis propugnatam et a Præside Mº henrico Besnier exaratam, saluberrima Facultas animadverteret. Sibi quidem Decano, hanc Thesim parum eleganter scriptam, pessim obscuram, et quibusdam in locis, vix ac ne vix explicabilem visam fuisse: Supradictis vero Doctoribus, aliâ etiam de causâ, ad Facultatem illud opus deferri placuisse, quod nimirum sequentem propositionem, quæ in pessimum sensum posset forte detorqueri, contineret; unde sequitur, ingenium, ut pote quid è triplici substantiâ conflatum, et post hâc cum illâ communicans, inde, idem alimentis, reparari: Quasi illud intelligi voluisset, incogitans, ut suspicari licet, denuntiatæ Theseos author, Mentem humanam esse quid divisibile, partibus constans, materiale, et materialis reparationis capax aut indigum. A quâ sanè sententiâ christianus quilibet plane abhorret.

Addidit præterea Decanus, ipso die quo Thesis illa propugnabatur, Exemplaria medicinæ studiosis, cæterisque astantibus distribuenda, retrahendo ad se atque retinendo, cavisse, quantum fieri poterat, Facultatem, ne in vulgus tale scriptum serperet. Sed Medicis Parisiensibus, catholicam, apostolicam, Romanamque Religionem profiteri atque observare gloriantibus, non satis esse, si violatæ tantillum aut imprudenter tantum læsæ Religionis Rei non habeantur, decere insuper, necessumque esse eos vel levissimæ suspicionis umbrâ vacare. Quid igitur in tali rerum statu agendum esset saluberrimus Ordo deliberaret.

Ijis auditis atque perpensis, rogatis que praesentium et frequentium in iis Comitiis Doctorum, hac de re, suffragiis,

Censuit Saluberrima Facultas Thesim cujus quaestio est An amica Musis Hydropolia? Doctore Medico Parisiensi aeque ac saluberrimo ordine indignam esse, eamque improbandam et supprimendam unanimi voce pronuntiavit atque Decrevit. Et sic conclusit Ludovicus Claudius Bourdelin Decanus.

Iisdem in Comitiis, datâ, ab improbatâ Thesi, occasione, petiit a Facultate Decanus, vellet ad praecavendum simile dedecus, impediendum que ne posthac, temporis defectu, par Thesis in publicum prodiret, (nec enim, saepe, aliter facere Decano licet, cui theses eo ipso tempore quo typis debent mandari, ut plurimum deferuntur,) jubere

1°, ut veteres Theses a Decano repudiarentur,

2°, ut de componendâ suâ Thesi Doctor quilibet a Decano moneretur quatuor menses ante disputationis tempus.

3° tandem, ut Praeses ad Decanum suam Thesim deferret examinandam, duos menses antequam propugnaretur. Quod quidem Decreto lato die martis 18° 8bris divo Lucae sacro anno 1735 M°. Reneaume Decano jam cautum fuerat, nec postea tamen observatum. Hac autem de re cum in schedula convocationis mentionem expressam non fecisset Decanus, placuit Saluberrimo Ordini nova ad hoc negotium, iterum et semel, quemadmodum fieri solet in rebus magni momenti, Convocari Comitia, et sic conclusit Ludovicus Claudius Bourdelin Decanus.

Die jovis 2°. Maii 1737, habita sunt in scholis superioribus de morbis grassantibus menstrua Saluberrimae Facultatis Comitia. Mense praeterito saevierant potissimum Peripneumoniae in Gangraenam abeuntes cum sputis nigrescentibus et pulsu debili, quibus morbis aegri circa quartum diem ut plurimum interibant. Variolae pessimi moris, et quibuslibet remediis rebelles; morbi Puerperarum periculosissimi; Febres plurimae Catarrhales, cum rheumaticis vagis que variarum corporis partium et lumborum praesertim doloribus, urinis que rubris et sanguineis; ex quibus febribus, licet mali sane moris, plurimi tamen convaluerunt, sed vix ante tres septimanas; Peripneumoniae Erysipelatodes morte terminatae; mitiores aliae, aliae demum nothae; Quae duae ultimae Peripneumoniarum species mature et debite celebratis Phlebotomiis, exhibito que et pluries in minimâ dose repetito Kerm. minerali diluentibus que et oleosis medicaminibus sat feliciter cesserunt.

Retulit praeterea Mr. Chomel filius in vico Lutetiae vicino, Juri vocant, Epidemicas fuisse hac tempestate, pessimi moris Peripneumonias, quae circa diem quintum morte terminabantur et a paucis tantum aegris ad diem septimum protractae fuerunt.

In iisdem Comitiis verba fecit coram Facultate vir meritissimus Mr. Joannes Baptista Dubois brevique et eloquenti oratiuncula postulavit a saluberrimo ordine pro viduâ Mi. Fremont Parisiensis, et die 26o. Aprilis nuper fato functi, pensionem annuam huic viduæ eò magis necessariam, quo illius res domi erant arctiores. Mota fuit, quæ miseris succurrere nunquam non gloriata est Facultas saluberrima, dictæque viduæ in annuam Pensionem concessit summam ducentarum libellarum.

Supererat per reliquum annum gerenda Professoris Pathologici Provincia: Cui muneri, sed gratis, eâ quæ conditione ut Vidua Fremont Professoris stipendium integrum acciperet, adimplendo generose se obtulit Mr. Henricus Franciscus Bourdelin Decani frater natu minor; Quò scilicet, leve quidem, sed indigæ viduæ opportunum, adeòque nec ingratum, solatiolum accederet. Hanc propositionem gratissimam habuit saluberrima Facultas. Appellatus igitur vivâ voce fuit in Professorem Pathologiæ Mr. Henricus Franciscus Bourdelin et die sequente docere cœpit, gratis, ut promiserat, et testantur Viduæ Fremont acceptilationes.

Tandem eodem die, iisdemque in Comitiis, sed eventu dispare, postulavit in oblato a se saluberrimæ Facultati libello supplice liberalitatem Da. vidua Mi. Souhait quondam Doctoris medici Parisiensis, sed a pluribus annis fato functi. Hac enim de re cum retulisset Facultati non unus Doctor, dictam Viduam, alteri marito, post obitum primi, Mi. nimirum Souhait, cum quo non adeo concorditer vixerat, nupsisse, quod viduæ Mi. Fremont unanimis concesserat Facultas, illud in iisdem Comitiis, Viduæ Mi. Souhait unanimiter etiam denegavit.

Iisdem in Comitiis auditus est Mr. Le Thieullier Doctor medicus Parisiensis de Lite quam Dictus Mr. Le Thieullier intentarat apud Urbanæ Politiæ Proprætorem Chirurgo cuidam Rivals dicto, quod scilicet is Chirurgus in morbo interno, ac proinde medicæ omnino ditionis, Medici, consulendo et præscribendo, Pharmacopæi vero, interna medicamina propinando duplicem personam gerere, magno ægri damno atque malo, non dubitasset. Postulabat Mr. Le Thieullier, vellet Facultas ad hanc causam accedere, eâ tamen lege, ut quidquid pecuniæ in hac persequendâ Lite solvendum esset, totum illud ipse impenderet, nominaretque Facultas quosdam è suis Doctoribus, qui itero ad Politiæ Proprætoris ædes, illiusque justitiam, pro Mo. Le Thieullier, nomine Facultatis imploraturo Decano, præberent comitatum. Huic petitioni

annuit Facultas, et in Legatos appellavit ex majori ordine m.os Procope, Dousse patrem, & Col de Vilars, e Minori autem m.os Boyer, Le Hoc, et Thenauld. In hac peragenda Legatione Oratoris personam gessit Decanus, Rei statum deinde exposuit m.er Le Thieullier, rogavit m.er Dousse judices medicus, alii que astantes Legati, qua nihil obstante multiplici prece atque oratione, irrita spei redit Facultas. Urbanissimè quidem saluberrimi ordinis Legationi respondit Urbanæ Politiæ Propraetor, sed ex eo, praeter verba et voces, saluberrimus ordo nihil reportavit. Paucis interjectis diebus judicata Lis fuit, hac que causâ, omnium æquissimâ, et in quâ nihil quærebatur a Facultate, nisi statutorum suorum, senatus supremi authoritate firmatorum observatio et tenor, formâ, ut aiunt, cecidit. Ordo saluberrimus.

Nec illud infortunii, sine quadam m.ri Le Thieullier culpâ, saluberrimo ordini accidit. Quas enim ex ægrotantis domo, præparatas a chirurgo plenas medicaminibus, prævaricationis que facturas fidem lagenas exportaverat m.er Le Thieullier, cum prius, accersiti ad id negotii, rerum civilium inquisitoris sigillo apposito claudere debuisset, suo tantum obsignavit, et in domum suam transtulit. Quod cum parum juridicum visum fuerit Urbanæ Politiæ Proprætori, in causâ fuit cur litem suam perdiderit m.er Le Thieullier, et chirurgus, si non absolutus, at saltem indiciorum testimoniorum que defectu indemnatus recesserit.

Eodem etiam die horâ post meridiem circiter quartâ, in collegio Montis acuti quod tunc tertium lustrabat Universitas, audiit ab amplissimo Rectore Decanus Thesim quam suppressam declaraverat 8° aprilis ejusdem anni Facultas medica Parisiensis, fuisse delatam ad Theologiæ Facultatem a malevolis quibusdam, nominatos que ab eâdem Facultate fuisse quatuor Doctores, qui eam examinarent, et de eâ in sacræ Theologiæ comitiis primis mensis proximis sententiam suam exponerent, et, nec enim aliud ab illis delatoribus quærebatur, censurâ eam notarent. Quod statim atque rescivit Decanus, præsentem in eadem collegii montis acuti lustratione clarissimum virum m.um De Romigny Facultatis Theologiæ tunc syndicum, hac de re allocutus est. Mirum sibi videri, scilicet, quod Thesim medicam a Facultate saluberrimâ improbatam et suppressam examinando ac censurâ notando, actum agere in animo haberet

Sacra Facultas. Cui respondit Mr. De Romigny se quidem in ultimis sacræ Facultatis Primamensis Comitiis, in eâ fuisse sententiâ, ut tota res illa silentio præteriretur; sed quemdam ex iis Doctoribus qui tunc aderant, Mrum Sulitel Gallande addidisse, Bene est, sed ea res ad Eminentissimum Cardinalem de Fleury Regni administrum delata fuit, et in eâ est sententiâ Eminentissimus Cardinalis, ut hæc Thesis a sacrâ Facultate examinetur, et Censurâ, si quidem res postulaverit, notetur. Quibus auditis, se siluisse, ne regiæ authoritati parum reverentiæ afferre videretur. Tali in rerum statu visum est Decano, e re Facultatis saluberrimæ esse, scriptâ quamprimùm ad Regni administrum Eminentissimum epistolâ, in quâ, quid hac super re a saluberrimâ Facultate gestum fuerat, sincerè exponeretur, apud Eminentissimum Cardinalem saluberrimum ordinem excusare, veraque narrando, malevolorum hominum, saluberrimique ordinis gloriæ invidorum calumnias atque criminationes, aut factas diluere, aut faciendas præoccupare. Crastino igitur die ad Eminentissimum Cardinalem De Fleury scripsit his verbis Decanus.

Monseigneur

j'ay appris hier au soir qu'on avoit deferé a vostre Eminence une These qui fut soutenüe aux Ecoles de Medecine jeudy 4eme du mois d'avril dernier, et que conformement aux ordres de V. E. cette These avoit esté denoncée a la Faculté de Theologie, qui avoit nommé quelques Docteurs pour l'examiner. Mon devoir et la place de Doyen de la Faculté de Medecine que j'ay l'honneur d'occuper, ne m'ont pas permis de differer a avoir l'honneur d'informer V. E. de ce qui s'est passé a ce sujet. Cette These m'avoit paru, comme elle l'est en effet, mal ecrite, obscure, et en certains endroits, tout a fait inintelligible. j'appris le même jour qu'elle se soutenoit, que quelques uns de nos Docteurs en pensoient comme moy; mais que, de plus, elle leur avoit paru contenir une proposition louche, et qui pouvoit estre susceptible d'un sens contraire aux verités que la Religion enseigne, et qu'elle nous ordonne de croire. je crus, Monseigneur, qu'il ne suffisoit pas a des Medecins qui se font gloire de professer et d'observer la Religion Catholique Apostolique et Romaine de ne pas estre

convaincus d'en attaquer les dogmes, mais qu'ils devoient estre exempts, même du soupçon. Ainsi pour empecher qu'on ne pût imputer a la Faculté de Medecine de Paris des erreurs qu'elle deteste, je pris le parti, en son nom de me faire rapporter les exemplaires qu'on distribue ordinairement aux Etudiants en Medecine, et autres personnes qui assistent a nos theses. Le samedy suivant, qui etoit le sixieme d'avril, je parlay a la visite qui se fait tous les samedis pour les pauvres malades, de cette même These, et je convoquay l'assemblée generale pour le lundi suivant 8eme d'avril. Dans cette assemblée, Monseigneur, la Faculté a qui j'exposay l'etat de la question, desavoua et condamna d'une voix unanime la These qui en etoit le sujet, et ordonna qu'elle seroit, et demeureroit supprimée. V. E. voit, Monseigneur, que s'il y a trente jours que le mal est arrivé, il y en a vingt sept que la Faculté y a apporté tout le remede qui dependoit d'elle. Je supplie V. E., Monseigneur, d'estre persuadée que je redoubleray mes soins et ma vigilance, pour mettre a l'avenir la Faculté de medecine a l'abry d'une pareille accusation, qu'elle n'encourrera jamais que malgré elle, et sans le sçavoir. j'ay l'honneur d'estre avec le plus profond respect De V. E.,

Monseigneur

Le tres humble et tres obeissant serviteur
Bourdelin Doyen de la Faculté de Medecine de Paris.

a Paris ce 3eme may 1737.

Die lunæ sequenti, 6o Maii sequentem ab Eminentissimo Cardinale de Fleury, Regni administro accepit Decanus responsionem, cujus inscriptio erat

A Monsieur Bourdelin Doyen de la Faculté de Medecine.
a Paris. S Cardinal de Fleury.

a Versailles le 6 may 1737.

Ce n'est point par mon ordre, Monsieur, que la Faculté de Theologie a examiné la These soutenüe dans les Ecoles de Medecine; mais luy ayant esté deferée, elle a crû devoir nommer des Docteurs pour en prendre connoissance. je vois que vous pensez vous même qu'elle n'est pas soutenable, et que la Faculté de Medecine a fait retirer les exemplaires. Mais il seroit question de desavouer publiquement cette These, pour prevenir la censure que la Faculté de Theologie paroist ne pouvoir se dispenser d'en faire. C'est un moyen naturel que vostre Faculté peut employer pour terminer cette affaire d'une maniere convenable. je n'ay qu'a m'en rapporter a vostre zele, et je vous prie d'estre persuadé

Monsieur de l'estime particuliere que j'ay pour vous.
Signatum. Le Cardinal de Fleury.

Die jovis 9° Mari 1737 convocati sunt Doctores omnes in Scholas Superiores horâ ipsâ tertiâ pomeridianâ, clarissimorum virorum qui suffumigatos in Castello Vincestriaco a D°. Charboniere ægros jussu Magistratuum examinaverant, relationem audituri, nec non de Thesibus, tempore definiendo ad Decanum in posterum deferendis, et de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

I°. in iis Comitiis dixit Decanus e Facultatis re et honore esse ut caveatur in posterum, ne qua Thesis saluberrimi Ordinis antiquo splendore parum digna in lucem prodeat, postulavit que a Facultate, vellet, decretum anno 1735 die martis 18° mensis xbris divo Lucæ sacro latum renovando, iterum decernere ut in posterum ne quis Doctor temporis angustias causatus parum accuratam veterem ve Thesim decano examinandam offerat; statueretur ac definiretur tempus quo tum a Decano de componendâ suâ Thesi quilibet Doctor præmoneretur, tum a futuro præside Thesis ad Decanum examinanda deferretur. Re in deliberationem missâ, Censuit Facultas Doctores qui disputationibus præesse debent, a Bidellis monendos esse quatuor menses ante disputationis tempus: Voluit præterea ut dicti Doctores duos menses antequam typis mandetur eorum Thesis, sive Physiologica, sive Cardinalitia, sive Pathologica sit aut Chirurgica, illam Decano examinandam committant. Et sic ex majore suffragiorum numero conclusit L.-C. Bourdelin Decanus.

2°. Cæterorum Doctorum nomine qui pluries inviserant commissos D°. Charboniere in Castello Vincestriaco ægros, amplam, licet tamen pro materie ubertate satis compendiariam atque contractam fecit coram saluberrimo ordine relationem M^r. Reneaume examinatorum antiquior. in qua relatione plurima recensuit quæ tum circa D°. Charboniere Remedium, tum circa ejusdem Remedii operationem et vires unà cum cæteris Doctoribus observaverat. Quâ auditâ accuratissimâ doctissimi viri relatione, collectis que hac de re omnium suffragiis, ferendum de hoc remedio a Facultate judicium rogatus fuit Decanus domi exarare et construere, quod postea judicium convocatis iterum ad id negotii saluberrimæ Facultati prius legeretur, quam amplissimis Magistratibus Administratoribus que Vincestriaci Nosocomii offerretur, et publici juris fieret.

3°. in iisdem Comitiis iterum actum est de Thesi a saluberrimo Ordine jam improbatâ, et suppressâ die Lunæ 8° aprilis. Mentionis, de confecto jam hoc negotio, iterum factæ, causa fuit Eminentissimi

Cardinalis ad Decanum Epistola, qua postulabat Regni administer illustrissimus, ut hanc Thesim saluberrima Facultas publicè et expressè discuteret. Cui Eminentissimi Cardinalis mandato et jussui ut cito obtemperaretur, Decano nihil satius visum est, quam Regni administri litteris coram Facultate lectis quid hac super re maximi momenti agendum esset toti saluberrimo Ordini, in iisdem Comitiis exponere. Cujus tamen Epistolæ mentio nulla facta fuerat in convocationis schedulâ, quod scilicet non nisi post typis mandatam eandem schedulam Eminentissimi Cardinalis litteræ ad Decanum pervenissent. Ne autem epistolæ hujus ignorationem prætendere posset, improbatæ et tot causæ rumorum Theseos Præses M.er Henricus Besnier, (quem required ipsâ latere poterant hæ litteræ, quemadmodum et totum ordinem latebant) eodem ipso die quo haberi debebant Comitia, ad M.um Besnier scripsit Decanus, eumque Facultatis nomine monuit, ut iis Comitiis adesset.

Convocatâ igitur coram Facultate postquam legisset Decanus Eminentissimi Cardinalis de Fleury epistolam, dixit Facultati,

Non aliam sibi videri tutiorem expeditioremque sedandæ hujus tempestatis rationem, quam si Facultas Decretum hac super Thesi latum typis mandari juberet, et singulis Doctoribus distribui. Necesse insuper, suâ quidem sententiâ, esse, ut M.er Henricus Besnier hac de suâ Thesi disseretur hicce nunc et improbaret quidquid Religioni Catholicæ, apostolicæ et Romanæ non esset consentaneum, Baccalaureus autem Dionis hanc propositionem, unde sequitur ingenium &c, apud Decanum, ore et scripto ejuraret. Re in deliberationem missâ, collectisque præsentium omnium Doctorum suffragiis, statuit unanimis Facultas Decretum die lunæ 8.o Aprilis hac super Thesi latum, quod modò alta voce legerat Decanus, typis quamprimum esse mandandum, publicique juris faciendum. Et sic conclusit

L. C. Bourdelin Decanus.

Huic decreto in comitiis, ut modo dictum est, coram Facultate lecto, magister Henricus Besnier Theseos author et præses adhærere se extemplò testatus est, hancque propositionem, unde sequitur ingenium ut pote quid è triplici substantiâ conflatum, et posthac cum illâ communicans, inde reparari, eo sensu quo mentem humanam esse quid divisibile, partibus constans, materiale et materialis reparationis capax aut indigum significaret se, ex animo, et bonâ fide ejurare

Eodem die Carolus Dionis Baccalaureus medicus qui hanc Thesim propugnaverat, eandem propositionem apud Decanum, his

verbis ejuravit.

Ego infrà scriptus saluberrimæ Facultatis medicæ Parisiensis Baccalaureus, declaro me ejurare eam propositionem Unde sequitur, ingenium, ut pote quid è triplici substantiâ conflatum, et posthac cum illâ communicans inde separari, eo sensu quo mentem humanam esse quid divisibile, partibus constans, materiale, et materialis separationis capax aut indigum significaret, meque judicio a saluberrimâ Facultate die lunæ 8º aprilis anni 1737 lato, adhærere.

Signatum, Carolus Dionis Baccalaureus medicus Parisiensis.

Fuit igitur, nullâ interpositâ morâ typis mandatum saluberrimæ Facultatis Decretum, cum appositis in fine et ad calcem hujus Decreti Mi. Besnier Præsidis, et Baccalaurei Caroli Dionis ejurationibus, huic que decreto adhæsionibus.

Hujus Decreti harum que Ejurationum exemplar unum die sabbati undecimo maii, ad amplissimum Regni Administrum, Eminentissimum Cardinalem De Fleury, cum sequente epistolâ, misit Decanus.

Monseigneur

j'ay lu lundi dernier dans l'assemblée de la Faculté de medecine la lettre de V. E. j'ay exigé suivant ses ordres, un desaveu formel de Mr. Besnier President de la These qu'on avoit deferé à la Faculté de Theologie, et du Bachelier qui l'a soutenüe. j'ay l'honneur de presenter à Vostre Eminence, les Decrets de la Faculté de Medecine contre cette These, et le desaveu que le President et le Bachelier ont fait de la proposition qui y est contenüe. je n'aurois rien a desirer, Monseigneur, si je pouvois me flatter que V. E. fut contente de la ponctualité et de la promptitude de la Faculté a executer ses ordres, et qu'elle voulut accorder a mes tres humbles prieres la grace d'estre persuadée du profond respect avec le quel j'ay l'honneur d'estre de Vostre Eminence

Monseigneur

Le tres humble et tres obeissant serviteur

a Paris ce 11.eme may 1737 — Bourdelin Doyen de la Faculté de medecine de Paris.

His Decani litteris, sequente epistolâ respondit amplissimus Regni administer die veneris sequente, 17º maii 1737.

a Versailles ce 17 may 1737.

j'ay receu, Monsieur, le Decret que vous m'avez envoyé par le quel la Faculté de Medecine desavoüe formellement

la proposition inserée dans une These soutenüe dans vostre Faculté. je l'ay communiqué au Syndic de la Faculté de Theologie qui l'a trouvé suffisant pour prevenir les suites qui pourroient resulter de cette proposition. je ne puis que louer infiniment le parti que vostre Faculté a pris, qui est tres sage et tres convenable. je vous prie de croire que j'ay pour vous, Monsieur, toute l'estime possible.

Signatum. Le Cardinal de Fleury.

Sic detumuit delituque hæc procella, quæ, nisi saluberrimi Ordinis prudentiâ celeriter remota fuisset atque depulsa, poterat, conspirantibus malevolorum quorumdam hominum pessimis sufflatibus foveri et augeri, Facultatisque saluberrimæ tranquillitati et gloriæ non leve damnum afferre.

Nª Hic loci meminisse non abs re fuerit, postulasse a Decano Amplissimum Academiæ Parisiensis Rectorem M.um Nicolaum Piat exemplar unum primæ epistolæ quam ad Decanum scripserat Eminentissimus Cardinalis, in quâ Facultati injungebat ut Thesim de qua tunc agebatur censurâ suâ notaret Ordo Saluberrimus, almæ Universitatis commentariis inscribendum. Quo scilicet, vel ipsius Regni administri jussu et scripto constaret, penes unumquemque ex ordinibus Parisiensem academiam componentibus esse, si quod scriptum Religioni catholicæ apostolicæ et Romanæ contrarium ab uno e suis, sive Doctor sit, sive Professor sit, in lucem emitteretur, illud censurâ suâ notare. Quam quidem potestatem Theologiæ Facultas contra cæterarum Facultatum atque nationum universitatis jura sibi soli falso affectat arrogare.

Harum itaque Cardinalis Eminentissimi literarum exemplar unum suâ manu scriptum tradidit Amplissimo Rectori Decanus, quod quidem exemplar suâ Syngraphâ appositoque parvo Facultatis saluberrimæ sigillo testatus est Decanus Eminentissimi Cardinalis autographo esse simillimum.

Hujus etiam Decreti exemplar Amplissimo viro D.D. Daguesseau Regni tunc Cancellario, et hodie sigillorum etiam Regiorum Custodi dignissimo epistolâ his verbis conceptâ inclusum misit Decanus.

A Monseigneur
Monseigneur le Chancelier
En Cour.

Monseigneur
j'ay l'honneur de presenter a Vostre Grandeur le decret que la Faculté de medecine avoit rendu dès Lundi 8eme avril contre une These qui avoit esté soutenüe le jeudi 4eme du meme mois aux Ecoles de Medecine, et dont la Faculté avoit eu soin de retirer les exemplaires qui se distribuent ordinairement aux

etudiants en medecine et autres Etrangers les jours de These. Malgré ces précautions, cette These fut deferée le jeudi 2eme du present mois a la Faculté de Theologie, qui, a ce que j'appris le jour même nomma des examinateurs a ce sujet. j'eus l'honneur d'en ecrire a S. E. Monseigneur le Cardinal de Fleury. dans la reponse dont il m'honnora, S. E. me manda qu'un desaveu public etoit la voye la plus convenable pour obvier a la censure de la Faculté de Theologie. je pris donc le parti, Monseigneur, d'exiger de Mr. Besnier autheur et President de cette These un desaveu formel en presence de la Faculté assemblée a ce sujet, jeudi 9eme May. La Faculté fit dans cette assemblée un nouveau Decret, par le quel elle ordonna l'impression du premier, c'est a dire de celuy qu'elle avoit rendu des le 8eme du mois d'avril. j'ay l'honneur d'envoyer l'un et l'autre a votre Grandeur, avec le desaveu du Bachelier. il ne manquera rien a l'authenticité de ces deux Decrets, Monseigneur, si V. G. daigne les honnorer du sceau respectable de son approbation. j'ay l'honneur d'estre avec un tres profond respect de V. G.

Monseigneur

Le tres humble et tres obeissant serviteur

a Paris ce 13eme May 1737 — Bourdelin Doyen de la Faculté de medecine de Paris.

Die martis 14o Maii 1737 habita sunt saluberrimi Ordinis comitia ad quæ convocati fuerant Doctores sequente schedulâ.

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores die martis 14o Maii ann. 1737 horâ ipsa 3a pomeridiana, clarissimorum virorum qui lue venereâ laborantes et suffumigatos a Do Charboniere jussu Magistratuum ægros examinaverunt, relationem audituri, nec non de Thesibus, definiendo tempore, ad Decanum, inposterum deferendis, secundo deliberaturi. Datum Parisiis die lunæ 13o ejusdem mensis et anni.

Bourdelin Decanus.

His in comitiis, exarati/um a se, ut saluberrimæ Facultati placuerat de Remedii Di Charboniere operatione et viribus judicium coram saluberrimo ordine legit Decanus his verbis conceptum.

La Faculté de Medecine apres avoir entendu lire le detail du traitement des douze malades confiez au Sr. Charboniere, au quel traitement plus de trente de ses Docteurs ont assisté en differents temps; Et apres avoir murement examiné en deux assemblées consecutives le Referé des Deputez nommez par elle pour se transporter a Bicestre

a ce sujet, se croit obligée pour l'interest du Public et l'honneur de la verité d'assurer m.rs les Magistrats que le Remede du S.r Charboniere, du quel elle n'a vu que de bons effets, luy paroist pouvoir estre tres utile au Public, tant par rapport a la douceur avec la quelle il agit, que par rapport au moins de temps et au peu de frait qu'il exige. Cependant pour donner un jugement definitif sur un Remede dont le succes dont le succes interesse tout le Royaume, La Faculté croit avoir encore besoin de temps et de nouvelles experiences sur des sujets de differents sexes. Deliberé aux Ecoles de Medecine par la Faculté assemblée a ce sujet, le 14 May 1737.

Bourdelin Doyen de la Faculté de Medecine.

Hoc judicium ab Universo Ordine comprobatum fuit, et sequentibus diebus ad Amplissimum supremae Curiae Praesidem D. D. Peletier, illustrissimum ejusdem supremae Curiae Procuratorem Catholicum D. D. Joly de Fleury, et Urbanae Politiae Propositorem D. Herault, a Decano et quatuor ad id negotii delegatis Doctoribus fuit delatum.

In iisdem Comitiis verba iterum fecit Decanus de definiendo Thesium ad Decanum, earumdem examinatorem afferendarum tempore, Censuit que Facultas standum esse Decreto hac de re 9o mensis ejusdem lato. et sic conclusit.

L. C. Bourdelin Decanus.

Noverat Magistratus publici boni cupidissimus, latum a Facultate saluberrimâ de aegris a D.o Charboniere suffumigatis prudentissimum judicium. Eorum itaque jussu scripsit ad Decanum die 27o maii D.us de La Chapelle unus è secundi ordinis Administratoribus, vir priscae fidei illibataeque Probitatis ac pietatis, et Decani amicissimus, in hac esse sententia illustrissimum Archiepiscopum Parisiensem D. D. de Vintimille, Catholicum que supremi Senatus Procuratorem, ut laudabili erga pauperes amore inceptum promotum a saluberrimâ Facultate opus, non minori sedulitate pari que caritate ad finem quamprimum perducerent, ab eadem Facultate.

Postero etiam die convenit Decanum, lustrando monasticenti Collegio cum velsquo tribunali academico occupatum idem D.us de La Chapelle, dixit que in eâ esse mente vincestriaei Nosocomii Administratores, ut Facultas e suis Doctoribus seligeret duodecim in morbis venereis curandis versatissimos viros

qui utriusque sexus novos 24.or ægros, D.o Charboniere iterum committendos a Magistratibus, toto curationis tempore, soli exami-narent, tradidit que insuper Decanus nomina duodecim Doctorum quos ad id negotii selegi postulabant clarissimi Administratores. Hac igitur super re convocata fuit Facultas sequente schedulâ.

Per juramentum.

Convocentur doctores omnes in scholas superiores die veneris 31.o maii anni 1737 horâ tertiâ pomeridiana, de novis utriusque sexûs ægrotis lue venereâ laborantibus, D.o Charboniere, jussu Magistratuum, committendis, Decanum dicentem audituri, iis que assiduè invisendis, Examinatores, sic requirentibus amplissimis Magistratibus, præfecturi; nec non de Thesibus defi-niendo tempore ad Decanum inposterum deferendis, ~~certò~~ et ultimo deliberaturi. Datum parisiis die mercurii 29.o ejusdem mensis et anni. Bourdelin Decanus.

Habita fuere igitur indicto die generalia Facultatis Comitia, in quibus postquam rem totam exposuisset Decanus, appellati sunt singuli Doctores ad ferendum suum, ut fieri solet suffragium, tum de eligendis supradictorum ægrorum examinatoribus, tum de horum eligendorum examinatorum formâ. Quibus duobus de rebus cum parum inter se consentirent Doctores, ne in longius et forte incassum comitia protraherentur, si præsentium Doctorum unusquisque suo ordine quoslibet collegas in exami-natores appellaret, in eâ fuit sententiâ saluberrima Facultas, ut more solito fieret Electio, nullâ habitâ ratione eorum Doctorum quorum nomina Decano tradiderat D.us De La Chapelle. Quæ quidem nomina a Decano alta voce legi noluit Facultas, quod nimirum ad se pertineret eos huic examini doctores præficere quos ipsa vellet. Quod autem ad Examinatorum numerum spectabat, placuit ordini saluberrimo duodecim sex scilicet de majore ordine, et totidem de minore, nominari. Conjectis igitur, ut moris est, in urnam doctorum præsentium nominibus sorte ducti sunt Electores quinque, de majore scilicet ordine

M.i Leaulté Pater,
Leaulté filius,
Brunet.
de minore, M.i De Magny
Cosnier.

Qui quinque Electores in sacellum secesserant, ibi qui postquam

diligentiusque fuissent commovati, redierunt, retuleruntque Facultati, se in examinatores aegrorum Castelli successivi elegisse de majore ordine M.os Lemmery
Reneaume
Baron patrem,
Bertrand,
Silva
Col de Vilars
de minore autem M.os De Magny
Maloet,
De L'Epine
Mery
Fontaine
Bellot

Cui electioni illico intercesserunt M.i Dropope et Boyer, eâ scilicet de causâ, quod contra statuta esset, M.um De Magny, qui unus erat ex Electoribus, in examinatorem nominari. Hac tamen nihil obstante intercessione, vim suam sortita est supra dicta electio.

Quod spectat autem ad Theses, quarum in schedulâ Convocationis mentio facta fuerat, Censuit in his Comitiis 3° et ultimo Facultas, standum esse Decreto hac superiore nono ejusdem mensis lato; Et sic cum omnibus Conclusit.

L. C. Bourdelin Decanus.

iisdem in Comitiis supplicavit apud saluberrimum ordinem Gedeon De Rabours, unus e Baccalaureis, pro resumendo Licentiæ non inconstanter, sed gravissimis de causis interruptæ stadio. Re in deliberationem missâ collectisque omnium suffragiis, annuit reduci Baccalaurei supplicationi Facultas; eâ tamen conditione atque lege, ut ante Martinalia, Examine publico de omni re medicamentaria tentaretur, duasque Theses, Physiologicam unam, alteram Cardinalitiam propugnaret, et præterea in humano Cadavere ejusdem De Rabours sumptibus comparando, sectiones anatomicas coram interrogantibus Doctoribus, in scholis superioribus ut moris est, diebus a Decano eligendis et indicendis celebraret. Quas conditiones postquam se accipere et observaturum esse testatus est

atque pollicitus Dnus de Rabours, Baccalaureorum in numerum iterum receptus est, resumendi que studii medici veniam a saluberrimæ Facultatis indulgentiâ impetravit.

Die sabbati 1º junii 1737 horâ sesquidecimâ matutinâ habita sunt de morbis grassantibus ordinaria Facultatis comitia. Sævierant mense præterito, sæviebant que adhuc Peripneumoniæ cum sputis rubigine tinctis; quæ peripneumoniæ, suppuratione terminabantur. Visa fuit Cynanche plurima non mali moris. Observatæ etiam fuerunt Pleuroperipneumoniæ Catarrhales, quas comitabantur dolores tum intus tum extus qui vel ipso tactu augebantur. His morbis laborantium ægrorum non unus, suppuratus obiit. Nec raræ tandem fuerunt febres malignæ, quarum plurimæ sub Pleuritidis vel Peripneumoniæ larvâ imponebant medicis; quæ tamen largâ et sæpe repetitâ Phlebotomiâ exhibitis que Kerm. Mineralis minimis dosibus, pro ægri viribus et morbi indicatione repetitis et continuatis feliciter curatæ fuerunt.

Die Lunæ 1º mensis julii 1737 horâ sesquidecimâ matutinâ, habita sunt in scholis superioribus ordinaria saluberrimi ordinis comitia de morbis grassantibus. Morbi hujus tempestatis erant Peripneumoniæ et Pleuritides malignæ, Erysipelata, Febres, Angina multiplex, Variolæ numero paucæ, quædam tamen maculis purpureis intermixtæ.

Annotavit insuper Mr Murry plurimas mense Maio ortas fuisse Peripneumonias, quibus medelam satis certam attulerat, sæpius repetita, venæ sectio; hâc vero omissâ, ægros circa quintam vel septimum diem fere omnes obiisse.

Die jovis 4º julii et veneris quinto ejusdem mensis Gedeon De Rabours qui resumendi studii medici Licentiam a saluberrimo ordine obtinuerat, de omni re medicamentaria fuit interrogatus.

Ineunte eodem mense julio convenit Decanum Dna Magy, vidua Di Duquesnoy, Urbis, dum viveret, Ædilis, Decanusque, et apud Decanum toti ordini supplicem libellum obtulit, quo postulabat, vellet Facultas nominare Doctores qui examinarent aquas Putei, quem habebat in villâ suâ Suliaco ab urbe tres circiter leucas remotâ. Libelli supplicis hic erat tenor.

A Messieurs

Les Doyens et Docteurs Regents

De la Faculté de Medecine de Paris.

La veuve Duquesnoy ancien Echevin de la ville de Paris

vous remettre tres humblement, Messieurs, qu'elle a decouvert dans une jardin d'une Maison qu'elle a a Sussy, en Brie, a voit lieues de cette ville, deux sources d'Eaux dont les Effets, qu'elle a ressenti par elle même, et nombre de personnes qui en ont usé, et en usent actuellement, sont des plus avantageux a la santé. Mais comme il ne convient pas a la Dame Duquesnoy de consentir ny de se prester aux Public pour l'usage de ces Eaux, que la Faculté n'en ait decidé, Elle a recours a vous, Messieurs, comme les seuls juges en etat d'en faire faire les Epreuves pour en constater les qualités et les proprietés.

A ces causes, Messieurs, il vous plaise de vostre authorité et par la pleine confiance que la suppliante a en vous, d'ordonner qu'il sera faite une Analyse des dites Eaux, et de nommer a cet effet des Commissaires qui se transporteront sur les lieux, pour voir les sources, Examiner les dites Eaux, en faire prendre a la source et en faire faire l'Analyse, pour, sur le rapport qui en sera fait, estre ensuite par vous, Messieurs, statué et ordonné ainsi qu'il appartiendra. Et vous ferez justice.

Signatum Marie Magy Duquesnoy.

Quo igitur die sabbati convenire debebant Doctores omnes, suum de Baccalaurei responsis judicium laturi, eodem convocavit Facultatem Decanus, de Aquarum Susiacarum nominandis Examinatoribus simul ac de responsis Gedeonis de Rabours Baccalaurei, deliberaturam, sequente schedulâ.

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die sabbati 6o mensis julii anni 1737 horâ decimâ matutinâ, super responsis Baccalaurei de omni Medicinali materiâ interrogati suum judicium laturi; nec non, de nominandis Aquarum Mineralium in agro Susiaco nuper detectarum, Examinatoribus, ac de re ad Parisienses Pharmacopoeos spectante Decanum dicentem audituri. Datum die jovis 4o ejusdem mensis et anni.

Bourdelin Decanus.

1o In iis comitiis probata fuere Gedeonis de Rabours Baccalaurei responsa.

2o Legit Decanus coram Facultate libellum supplicem Dae Duquesnoy. Cujus audita lectione, collectis praesentium Doctorum suffragiis, Placuit saluberrimae Facultati, sorte duci Examinatores sex, tres nimirum de majore, et totidem de minore ordine. Cum autem nominis Mr Lemmery absentis, postulavitque Decanus, ut

dictus Mʳ Lemmery Chimiæ in Horto Regio Professor et in Chymicæ Operationibus experimentis que versatissimus, unus esset ex Examinatoribus, rogavit Decanum Ordo saluberrimus, ut ut sibi pro adjuncto seligeret Mᵘᵐ Lemmery et sic cum omnibus conclusit. L. C. Bourdelin Decanus.

Extemplo igitur, non Electorum ministerio, sed sorte, conjectis scilicet in urnam. 1º antiquorum deinde juniorum Doctorum præsentium nominibus, tria ex utroque ordine nomina Doctorum ex urnâ extraxit Decanus; qui Doctores, illico Examinatores aquarum Sulfaciarum unâ cum Mº Lemmery ex Decano renuntiati fuere.

De majori ordine fuerunt Mʳ Léaulté pater,
Bertrand,
Bailly.

De minore autem Mʳ Jacques
Chomel filius,
Vandermonde.

Qui paucis interjectis diebus ad Vicum Sulfacum se contulerunt; ibique, exhaustis prius ad siccitatem Puteo, quo scilicet fraus omnis et dolus abessent, ex ipsis duobus Fontibus in fundo putei inter istamet saxa scaturientes aquas inspexerunt, quarum sufficientem quantitatem, amplis lagenis quam plurimis, suo sigillo obturatis inclusam, in urbem postea reduces, analysi chimicæ subjecerunt examinandam ut suo loco dicetur.

3º Quod spectat ad Pharmacopæos Parisienses, quorum in schedulâ convocationis mentio facta fuerat, postulabant illi a Facultate, ut intercederet, in lite quam habebant adversus Rei Tormentariæ, aliosque, non juratos ut aiunt Pharmacopæos, quorum ad Litem accesserant, ii Pharmacopæi qui cum bonâ veniâ Prætoris Regii artem Pharmaceuticam Parisiis exercent. Ji autem Pharmacopæi, ut a solâ Facultate medicâ Parisiensi examinantur, et magisterio donantur, sic et eos tenetur Facultas saluberrima auxilio suo et favore adjuvare. Quæ res attentione digna visa fuit. Nec enim in hac causâ stare poterat pro Pharmacopæis Parisientibus Facultas, quin Prætoris Regii Pharmacopæos non deserere tantum, sed etiam judicio persequeretur. Ergo antequam hac de re quicquam statueretur, Placuit saluberrimo ordini, super postulatione Pharmacopæorum Parisiensium, consuli consultissimum virum Mᵘᵐ Buirette, Facultatis, in supremâ Curiâ Patronum, nominavit que hunc in finem Mᵒˢ Reneaume, Baron patrem, et Millet, qui unâ cum Decano, Facultatis Consilium inivêrent, unitis que viribus et animis, totum negotium et statuta Facultatis Mº Buirette explicarent, et

quid agendum esset, ab ipso sciscitarentur et acciperent, quod deinceps ad Facultatem Decanus referret. At, caeterâ, totam rem ad alia comitia remitti placuit.

4° demum verba fecit M. Bailly de alio negotio ad privatum quemdam Chaumier dictum, pertinente. Hunc Chaumier M.tri Reneaume tunc Decanus, et M.i Bailly et Hunauld tunc etiam temporis Pharmaciae Professores examinaverant, dignumque judicaverant qui in Urbe Suessonensi Artem Pharmaceuticam exerceret. Nihil obstantibus tamen iis Magisterii litteris, quas jure Pharmacopoeo Facultas medica Parisiensis concesserat, dictum Chaumier arcebant a componendis vendi-tandisque, in Urbe Suessonensi Pharmacis, ejusdem urbis Medici et Pharmacopoei. Pendebat a duobus annis et amplius sub Curiae Supremae judicibus injudicata lis, postulabatque dictus Chaumier, aut saltem, illius nomine, M. Bailly, ut in hac Lite, adversus medicos Pharmacopoeosque Suessonenses Facultas intercederet.

Placuit etiam hac de re consuli M.um Boivette Facultatis Causidicum, illudque laboris, tam Decano, tum etiam M.is Reneaume Bailly et Hunauld, quorum tempore et Magistratu haec lis originem duxerat, ordo saluberrimus injunxit. Et sic conclusit. L. C. Bourdelin Decanus.

Die jovis 1° Augusti 1737 horâ sesquidecimâ matutinâ, habita sunt in Scholis superioribus, de morbis grassantibus menstrua Facultatis saluberrimae Comitia. Hi morbi erant Febres malignae quas antecedebant Faucium inflammatio, et comitabantur, cum pulsu sanorum fere simili, ingens in somnum propensio, motusque convulsivi et subsultus tendinum, tum in exacerbatione, tum in remissione frequentissimi. Illi morbi iteratis Phlebotomiis, et saphenae praesertim sectionibus pluvimis, procuratisque singulo quoque die, copiosis, per alvum evacuationibus feliciter sanati fuerunt. Erant autem supra dicti morbi, ut pertinacissimi, sic et diu periculosissimi, nec quicquam de sua saevitate remittebant, licet aegri sudoribus copiosissimis diffluerent, qui sudores, non critici, sed symptomatici tantùm cum essent, nedum cunctationi locum praeberent, remediorum è contra opem assiduam efflagitabant. Harum febrium nonnullae, Cortice Peruviano, versus decimum septimum aut vigesimum morbi diem, nec ante, nisi infausto exitu, exhibito, fuerunt profligatae. Haec retulit ex propriâ observatione M. Silva serenissimi Borbonii Ducis medicus. Quibus addidit etiam M. Malöet regii invalidorum Ducum et Militum Nosocomii medicus, se vidisse plurimas Colicas Pictonum, sive Pictorum, gallicè Coliques de Poitou, Coliques de Peintres, Coliques de Plomb,

quæ Phlebotomiis, Emulsionibus, Clisteribus, vomitoriis deinde que purgantibus, ut fieri solet, felicissime, et sine recidivæ incommodo cesserunt.

Die Lunæ 2° 7bris anni 1737, horâ matutinâ sesqui-decimâ, habita sunt in Scholis Superioribus menstrua Facultatis Comitia de morbis grassantibus; qui fuere Febres malignæ Miliaribus eruptionibus stipatæ, deliriis que et biliosis alvi fluxibus, quibus optatum finem imposuerunt Phlebotomiæ, Emulsiones, Tartarum Stibiatum. Grassabantur insuper hac eadem tempestate Morbilli, Erysipelata, Rheumatismi Podagrici.

iis in Comitiis renuntiavit Facultati Decanus, supremum mense præterito obiisse diem, Mrum Genies Facultatis in Supremâ Curiâ Procuratorem, proposuit que ut illius in locum sufficeretur Dus Thomazon, illius Successor, factâ tamen prius a Decano in dicti Di. Thomazon famam inquisitione. Annuerunt Doctores propositioni a Decano factæ.

Die quinto ejusdem mensis, eâ causâ vicit saluberrima Facultas, in quâ de Professoris chirurgici Pensione annuâ agebatur. Quid actum hac super re fuerit, circa Litis hujus impensas, infra declarabitur.

Die martis 1° 8bris 1737 horâ solitâ habita sunt in Scholis Superioribus menstrua Facultatis saluberrimæ Comitia. Morbi hujus tempestatis erant morbi pectoris, Peripneumoniæ, Febres intermittentes, Febres malignæ.

Eadem etiam die martis 1° 8bris convocata fuit universa Facultas extra ordinem, de plurimis rebus deliberatura, ut patet ex sequente schedulâ convocationis ad unum quemque Doctorem per Bidellos delatâ.

Convocentur Doctores omnes in Scholas Superiores die Martis primo 8bris anni 1737 horâ ipsa decimâ matutinâ, clarissimorum virorum qui Rationes posterioris anni Decanatus Mi Reneaume meritissimi viri examinaverunt, relationem audituri, Nec non de causâ quam nuper obtinuit Facultas ad Professoris chirurgiæ, gallico idiomate edocendæ, honorarium spectante; de Re ad Facultatis Bibliothecam pertinente; de Epistolâ a Rupifortensibus Pharmacopæis ad Facultatem scriptâ; aliisque non levis momenti rebus Decanum dicentem audituri et superiis deliberaturi. Datum Parisiis die sabbati 28° 7bris ejusdem anni.

Bourdelin Decanus.

1° In iis Comitiis verba fecit clarissimus vir Mr. Miller in locum Mi. Besnier examinatorum antiquioris, suo que et meritissimorum Collegarum nomine retulit Facultati, se nihil in Rationibus et Commentariis Mi Reneaume reperisse, quod reprehensione dignum esset, immo quæcumque in dictis commentariis continentur,

omnia esse probitati veritatique omnino consentanea, ac proinde laudibus dignissima.

2° Renuntiavit Facultati decanus eâ causâ vicisse saluberrimum Ordinem, quam habebat a 15 et amplius annis Facultas, et quae ad Professoris chirurgiae gallico idiomate edocendae honorarium spectabat. Hujus litis motores praecipui fuerant consultissimae jurium Facultatis sex Antecessores, qui quidem, (ut noverunt omnes) sex viri totam jurium Facultatem componunt. Quo scilicet tempore, in medicinae studiosorum emolumentum, ac praesertim in chirurgiae Tyronum gratiam et informationem creaverat Facultas sextum Professorem, qui Chirurgiam gallico idiomate edoceret, postulaverat ab Universitate Ordo saluberrimus, vellet communis caeterorum Ordinum mater, eandem singulis annis, in novi hujus Professoris stipendium summam 200^{lib} concedere ex aerario suo, quam caeterorum saluberrimi ordinis Professorum unicuique a pluribus annis annuatim largiebatur. Nec illud liberalitatis in saluberrimum ordinem denegabat Universitas Parisiensis; immo M. Winslow pro gesto hoc munere per annum 1742 hanc summam munifice pendere non dubitaverat. Huic autem Universitatis erga saluberrimum liberalitati intercesserunt supra nominati jurium Facultatis sexviri, id est tota jurium consultissima Facultas. Hinc orta lis, quae quindecim annos duravit. Quoad tandem illustrissimus Procurator Catholicus D.D.^{us} de Joly de Fleury, maturè examinatis, quaecunque ad hanc causam pertinebant instrumentis, rationumque momentis, supremae Curiae libellum supplicem obtulerit, cujus haec erat conclusio, ut scilicet saluberrimae Facultati conservaretur annua ab universitate, nostri ordinis Professoribus pendi solita mille libellarum pensio, additâ insuper pro chirurgiae gallico idiomate docendae Professoris honorario summâ ducentarum libellarum annuatim in posterum pendendâ; caeteris vero academiae ordinibus non amplius solveretur par et annua mille libellarum pensio, quam singuli prius uno quoque anno accipere solitierant. Haec illustrissimi Catholici Procuratoris conclusio, supremae Curiae Magistratibus amplissimis adeo aequa visa fuit, ut, in ferendo hac super lite judicio, ab hac conclusione ne latum quidem unguem suprema Curia recesserit, quemadmodum videre est in senatus consulto hac de re die quinto septembris lato, et chartis pergamenis, ut mos est, mandato.

Silemus hic quot ad obtinendum hoc judicium exantlaverint labores Decanus aliique Facultatis legati, cum satis constet nullam litem sine multiplici itu et reditu, anxiaque et

assiduâ sollicitatione unquam terminari.

Hoc judicium Facultati medicæ ut favorabile, sic et acceptissimum, æquissimo non solum animo tulit, sed et habuit gratissimum, si solam forte juvium Facultatem, litis hujus motricem, exceperit, tota Parisiensis Universitas, sibi ipsi, ademptâ unicuique Ordini annuâ Pensione damnosam.

Hac super lite in iis Comitiis dixit Facultati Decanus, non ita modicas esse, quas in eâ persequendâ, Facultas saluberrima fecerat impensas. Videri proinde quid ad eas solvendas facto opus esset. Vicisse quidem in eâ Causâ saluberrimum Ordinem; sed hujus victoriæ fructus ad eos solos Doctores proprié pertinere, qui a quindecim annis, idest, ab incepta lite Chirurgiam idiomate gallico edocuerant; æquum tamen videri, ut illi saltem impendiorum partem solverent, ad quos solum hujus litis obtentæ emolumentum pervenit. Dixit insuper Decanus unum ex iis Professoribus qui a litis initio Chirurgiam gallicè docuerant, Mrum. Adam fato functum viduam reliquisse parum locupletem, ad quam jure ac merito pertinere eam summam, quæ conjugi illius Mo. Adam, vivo, non potuisset denegari.

3o tandem et ultimo verba fecit de Mo Reneaume Facultatis Exdecano, æquissimo que Academiæ Censore Decanus, dixit que justum sibi videri et e facultatis honore esse ut vir meritissimus Mr. Reneaume qui primus omnium, in hac gerendâ Professoris Chirurgiæ Provinciâ operam suam et tempus generosissimè gratis que et antè devoverat, quàm quicquam adhuc è suo ærario erogandum decrevisset Universitas in, Chirurgiæ gallico idiomate edocendæ, Professoris honorarium, ex iis fructibus ac reditibus qui per quindecim annos coacervati summam conflabant trium mille libellarum, suam quoque partem deciperet.

Quos tres articulos cum ratos et gratos habere se testati essent ii Chirurgiæ Professores ad quos negotium illud præsertim pertinebat, Mi. scilicet Winslow, Mougin, Couthier, Martineng, Col de Vilars et De Magny, Placuit saluberrimo Ordini

1o sumptuum quos in hac lite persequenda fecerat Facultas partem mediam a memoratis modo Professoribus, ex eâ quam accepturi erant viritim summâ persolvi; partem vero alteram a futurorum Chirurgiæ gallicæ Professorum pari numero, in posterum relinqui solvendam.

2o Dæ viduæ Mi. Adam, conjugis sui honorarium dari, eâ tamen lege, ut dicta vidua idem ac Professores cæteri, ad solvenda hujus litis impendia symbolum conferat.

3o, optime, hac in re, ut in aliis pluribus de Facultate merito

Mo. Reneaume, eandem, quæ aliis Professoribus, summam concedi.
Et sic super his tribus articulis conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

3° actum est de Re ad Facultatis Bibliothecam pertinente. Res illa erat Supremæ Curiæ Placitum quod vocant Arrest sur Requeste non sine Mi. Provost in Supremâ Curiâ Patroni multa sollicitatione latum. Quodquidem Senatus consultum, Facultati, per Accensum die 12° ejusdem mensis significatum fuit. Hoc Senatus Parisiensis Decreto, injungebatur Facultati, ut ea communicaret cum Amplissimo Procuratore Catholico Decreta, quæ tum circa libros Mi. Picoté de Belestre, illustrissimæ Feminæ Dæ Ammelot, et Di. Hecquet, tum etiam circa centum selecta volumina ultima, quæ idem Mr. Hecquet, ante et post fata in Facultatem liberalis, testamento moriens reliquerat, saluberrimus ordo tulerat. Legit Facultati hoc Senatusconsultum Decanus. Cujus auditâ lectione, in eam fuit sententiam unanimis Facultas, ut hæc res, quemadmodum fieri solet in magni momenti negotiis, nonnisi rei ad deliberandum convocata Facultate conficeretur, atque hoc super, semel adhuc et iterum Facultatis Comitia convocarentur, interim vero super hoc Senatusconsulto, Mr. Boivette Facultatis Patronus consuleretur. Et sic conclusit

L. C. Bourdelin Decanus.

4° Legit Facultati Decanus Epistolam a Pharmacopœis Rupifortensibus ad Facultatem, scriptam, hisque verbis conceptam.

Messieurs

Permettez nous. s'il vous plaist que nous ayons l'honneur d'avoir recours a vous au sujet d'une sentence rendüe au siege de la Police de cette ville, qui renvoyoit la communauté des apotiquaires, et le Sr. Bitaudeau maistre chirurgien a messieurs les medecins de la Faculté de paris; les apoticaires pour apporter un certificat qui declare que le scorbut est une maladie qui regarde la medecine, et ledit Bitaudeau pour rapporter aussi un certificat de quelques medecins de la Faculté qui declare que cette maladie est de la competence de la chirurgie. Cette contestation a esté renvoyée en premier lieu a Mr. Du Puy medecin du Roy de la Province, et premier medecin de la Marine, et a Mr. de Champourcy second medecin de la marine, pour donner leurs avis. Ce chirurgien poussé par sa communauté, a l'exemple des autres, a levé le bouclier de sa revolte, par une recusation de ces deux Messieurs aussi malcautée qu'impertinente. Voila, Messieurs, le sujet du Procez.

Par arrest du Conseil intervenu le 20 juin 1724 en interpretation de l'article 19eme des Statuts de la Communauté des chirurgiens de Versailles, ils furent astreints a n'administrer aucun remede interne dans les maladies, excepté les veneriennes et autres secretes. C'est sous ce terme que le Sr. Bitaudeau s'est retranché, et a soutenu que la malade a qui il a administré des remedes internes, etoit scorbutique, maladie sousentendüe par le terme de l'arrest, et par consequent de la competence de la chirurgie.

Nous avons l'honneur de joindre icy la sentence de renvoy, et nous vous supplions tres humblement, Messieurs, de nous accorder l'honneur de vos protections, contre ces chirurgiens qui font tous leurs efforts pour s'emparer de cette maladie si commune icy, et voilée sous tant d'autres. ils trouveroient par la dequoy rassasier leur avidité de donner des remedes, et par consequent nous opprimer tout a fait.

Nous avons l'honneur d'estre avec un Respect infini

Messieurs Vos tres humbles et tres obeissants serviteurs.

Signatum, Thiron, Layllard
syndics.

a Rochefort ce 27 aoust 1737

Hac lectâ epistolâ, dixit Facultati Decanus.

Vestro hodie committitur arbitrio dirimenda lis, nova atque ac judicatu facilis, Viri Medici, et in quâ non tam Pharmacopœorum, quam Medicorum res agitur. Ambigitur scilicet an scorbutus in secretorum Morborum grege numerari debeat. Scitis, Viri medici, Morbi apud nos secreti audiunt potissimum ii, quibus laborare turpe est, quòd nimirum non sine turpi, ut plurimum, commercio, atque adeo non sine quodam dedecore contrahantur, quales sunt imprimis morbi Venerei omnes. Sunt et alii morbi, pro secretis etiam, a nonnullis habiti, Glandularum præsertim pervicaces incolæ, medicinæ non raro rebelles atque refractarii, et quos, a parentibus ad sobolem, infelici hæreditate traduci, tristis nimium experientia docuit, Scrophulas vocant. Hos et illos morbos si exceperitis, Viri Medici, vix alios, meâ quidem sententiâ, reperiatis, secretorum morborum nomine donandos. Ad memoratos autem morbos, sive Originis, sive Naturæ, sive Contagii ratione scorbutum accedere, nullus, nisi agyrta, artisque nostræ plane ignarus pronuntiaverit.

Præterea, quis morbum illum secretum dixerit, qui ab aere, salsis alimentis, maris consitio, aliisque causis

ineluctabilibus, originem ducere solet, qui publicus est, cujus neminem pudet; qui non uni aliquando urbi, non uni tantum Provinciæ, sed regnis integris potentissimisque imperiis frequentissimus est. jam autem Sueciæ, Daniæ, Norvegiæ, Septentrionali Germaniæ, Borealibus omnibus populis, continibusque mari Galliarum urbibus Scorbutum familiarem Endemiumque esse, nemo vestrum ignorat. An non videndus esset, si quis in modo memoratis locis Secretorum Morborum curationem medicinamque profitens, Scorbutum in eorundem morborum album referret? Quod de Borealibus regionibus modo diximus, viri medici, illud de Rupiforte urbe maritimâ dictum putate.

Istis auditis, collectisque omnium et frequentium in iis Comitiis Doctorum suffragiis, Scorbutum morbis, ut aiunt, secretis non esse annumerandum, saluberrima Facultas unanimi consensu declaravit. Et sic cum omnibus conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Hac de re rescripsit ad Pharmacopœos Rupifortenses Facultatis nomine Decanus, simulque ad ipsos misit hujus Decreti unum exemplar; Quod statim atque illi acceperunt, sequentibus litteris gratum suum animum Facultati significavere.

Messieurs

Nous avons receu le Decret que la Faculté a bien voulu prononcer en nostre faveur. Nous avons l'honneur de luy en faire nos tres humbles remerciements, nous allons, avec cette piece authentique, faire condamner cet audacieux Chirurgien, et faire rentrer ces revoltez dans les bornes de leur profession. Nous vous asseurons, Messieurs, de nostre eternelle reconnoissance, et sommes avec un respect infini

Messieurs, Vos tres humbles et tres obeissants serviteurs

Signatum. Thiron Laysard, syndics.

a Rochefort ce 1737.

Anno Dni 1737 die Martis 1° 8bris habita sunt in Scholis Superioribus, de morbis grassantibus menstrua saluberrimæ Facultatis Comitia. Sævierant potissimum elapso nuper mense morbi pectoris, Peripneumoniæ scilicet, et præterea febres intermittentes, et febres malignæ.

Die jovis decimo Octobris, auditæ sunt et expunctæ Rationes posterioris anni Decanatûs meritissimi viri Mr. Reneaume.

Die Veneris 18° 8bris anni 1737 Divi Lucæ Orthodoxorum medicorum Patroni festo, sacra de more solemniter peracta sunt in Scholarum sacello, præsente magno Doctorum numero. Quibus peractis sacris, a majore Facultatis Apparitore convocati Doctores ad Comitia venerant.

Iis in Comitiis Apparitores duo deposuerunt ut moris est fasces, quos mox ex doctorum consensu, præstito prius solito juramento receperunt. Intromitti deinde Baccalaurei appositâ super Evangelium manu solitum etiam præstitere sacramentum.

Die sabbati 19° 8bris postridie divi Lucæ in scholas superiores convenere Doctorum plurimi et interfuerunt sacro solemni pro defunctis Doctoribus celebrari solito. Peractis sacris, ad Comitia ventum est, in quibus circa horam sesquidecimam, paucis ante diebus, a Bidello ut moris est moniti, comparuerunt Barbitonsorum Chirurgorum Præpositi quatuor, absente Primi Chirurgi vicario, Præposito perpetuo, et solitum vectigal centum ac quatuordecim assium Facultati persolverunt. Sed cum nec adesset Primi Chirurgi vicarius, nec Præpositi Chirurgorum Catalogum suum subsignare voluerint, nec solitum præstare juramentum non recusaverint accersitus illico intromissus sequens, sic requirente Facultate construxit instrumentum.

L'an mil sept cent trente sept le dixneuf octobre dix heures du matin, nous Pierre Simon Robinet Huissier aux Requestes du Palais a Paris y demeurant rüe du Cimetiere et Paroisse St Nicolas des Champs, nous sommes transportez aux Ecoles superieures de la Faculté de Medecine sises a Paris rüe de la Bucherie Paroisse St Estienne du Mont, a la requeste des Doyen et Docteurs Regents de la dite Faculté ou ils ont elu leur domicile, pour faire nostre procez verbal de ce qui se doit passer au sujet du serment que doivent prester le dit jour et heure entre les mains des Doyen et Docteurs Regents de la dite Faculté, les Lieutenant et Prevosts des maistres Chirurgiens Barbiers de Paris au nom et comme representants toute leur communauté des Chirurgiens Barbiers, lesquels, en prestant le dit serment, doivent payer par chacun an la redevance d'un Ecu d'or de cent quatorze sols et presenter la liste de leurs jurez et Maitres signée d'eux, aux fins de l'execution des anciens reglements et usages renouvellez par les Concordats de quinze cent soixante

dix sept, et seize cent quarante quatre, dont l'arrest du sept fevrier mil six cent soixante a ordonné l'execution. En la quelle assemblée de la Faculté, seroient trouver les sieurs Paul Mouton, Marin Sebastien Blanchard, François Cabany, et Pierre Simon Rouhault, tous quatre Prevosts de la dite Communauté, et comme la representans, les quels quatre Prevosts ont mis sur le bureau de la dite Faculté en la dite assemblée, ès mains de Maistre Boudelin doyen de la dite Faculté, cent quatorze sols, valeur d'un Ecu d'or de redevance accoustumée, et ont presenté la Liste de leurs jurez et maistres, la quelle Liste nous avons sommé et interpellé les dits quatre Prevosts, en parlant a leurs personnes, de signer, ce qu'ils ont refusé. Comme aussi en parlant comme dessus, nous avons sommé les dits Prevosts de prester le serment ordinaire, tel que les Lieutenants et Prevosts leurs predecesseurs, l'ont toujours presté et par provision en attendant le jugement de l'Entherinement des Lettres en forme de requeste civile, obtenues contre l'arrest du onze mars mil sept cent vingt quatre, de bien et fidelement exercer la Chirurgie, d'executer leurs statuts, a la charge que par eux ne sera pas derogé aux droits de la Faculté, et qu'ils seront conservez en leur entier, comme ils l'ont esté par le passé depuis plusieurs siecles, pourquoy la Faculté a Protesté d'y faire ajouter ce qui y manque et d'en faire supprimer ce que la dite Communauté y a inseré mal a propos, les quels Prevosts ont refusé de prester le serment et a l'egard du payement de la valeur de l'Ecu d'or par eux actuellement payé, ils ont declaré qu'ils n'en demandent point de quittance, les quels Prevosts nous avons sommez de signer ce qu'ils ont dit et fait cy dessus, les quels ont esté de ce faire refusans, de la quelle Comparution, dire, et requisitions les dits Doyen et Docteurs regents nous ont demandé acte a eux octroyé, et ont protesté de nullité d'icelle Comparution, attendu qu'elle n'est pas conforme aux anciens usages et reglements, et a ce qui s'est pratiqué en pareil cas, par les anciens Chirurgiens de St. Come et pendant les Chirurgiens Barbiers, avant et depuis leur reunion pendant nombre d'années; Premierement en ce que le dit Lieutenant comme Prevost perpetuel doit estre present avec les autres Prevosts en charge; secondement, en ce que les dits Prevosts en charge, ont refusé de prester le serment; troisiemement la Faculté ne peut pas approuver la Liste qu'ils luy ont presentée de tous ceux

qu'elle comprend sous le nom de Messieurs les Chirurgiens jurez de Paris, parceque par l'arrest du vingt trois avril mil six cent cinq, il leur est defendu de prendre cette seule qualité de Chirurgiens, et par les patentes du mois de Mars mil six cent cinquante six, confirmatif de leur Contract d'union registré en la cour, le dit contrat homologué par l'arrest du sept fevrier mil six cent soixante, il a esté dit qu'ils porteroient desormais le nom de Chirurgiens Barbiers, laquelle qualité ils doivent retenir depuis leur reunion, ainsi qu'ils l'ont pris dans les autres listes et Catalogues qu'ils ont signés, et encore, parceque plusieurs de ceux qui y sont inscripts, ne doivent pas estre reputez ni reconnus maistres, n'ayant point esté receus dans les formes prescriptes par l'ordonnance de Blois, les statuts de la Faculté de medecine, Concordats homologuez en la Cour, et aux arrests contradictoires de la dite Cour. La dite Faculté ayant encore improuvé le dit Catalogue, parcequ'il n'est point signé d'aucune personne, l'usage estant qu'il le doit estre par les Lieutenant et Prevosts, pourquoy la dite Faculté nous a requis de le Parapher par nous, ne varietur, ce que nous avons fait au desir de nostre present Procez verbal. Et avons donné acte a la dite Faculté de ses protestations, dires, et requisitions, pour luy servir en temps et lieu ce que de raison, et nous a requis la dite Faculté de signifier et bailler copie du present procez verbal aux dits Lieutenant, Prevosts, et Communauté des maistres Chirurgiens Barbiers de St. Cosme au Bureau de leur communauté, a ce qu'ils n'en ignorent, dont acte, et a le dit Maistre Bourdelin Doyen signé avec nous au present, pour et au nom de la dite Faculté. L. C. Bourdelin.

Robinet.

Controllé a paris le 22 8bre 1737

Le Roux.

Lan mil sept cent trente sept le dixneuf octobre a la requeste des Doyen et Docteurs Regents de la Faculté de medecine, qui ont eslu leur domicile en leurs Ecoles superieures rüe de la Bucherie p[arroi]sse St. Estienne du Mont, nous huissier susdit et soussigné avons signifiée, denoncée, baillée et laissée copie au Lieutenant Prevosts et Communauté des Maistres Chirurgiens Barbiers de St. Cosme en leur domicile et bureau de Communauté a paris rüe des Cordeliers, en parlant au Portier, qui a refusé de dire son nom, de ce interpellé, du Procez verbal de ce jourd'huy cy endroit et de l'autre part a ce qu'ils n'en ignorent, et leur avons reiterées les defences y portées et laissée en parlant comme dessus copie du dit Procez verbal et du present

Robinet.

Controllé a Paris le 22 octobre 1737.

Le Roux.

Die Martis 29° ejusdem mensis convocata fuit Facultas horâ 3tiâ pomeridiana, sequente schedulâ.

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores die Martis 29° 8bris 1777 horâ sextâ pomeridianâ de Thesi Cardinalitiâ die jovis sequente propugnanda Mum joannem Baptistam Thomam Martineng dicentem audituri, et super hac re deliberaturi. Datum parisiis die sabbati 26° ejusdem mensis et anni. Bourdelin decanus.

In iis comitiis verba fecit Mer Martineng de Thesi suâ quam Gedeon de Rabours Genevensis propugnare et debebat et sperabat die jovis sequente, cui Gedeoni de Rabours, licet resumendæ, ut supra relatum est, licentiæ veniam a saluberrimo ordine impetrasset, prœsse recusavit Mer Martineng ob rationes mox enarrandas.

Baccalaurei gradum in saluberrimâ Facultate cum suis commilitonibus adeptus fuerat dictus Gedeon de Rabours et quo Genevensis hæreseos suspicionem omnem a se removeret, constaretque eum Catholicam Apostolicam et Romanam Religionem profiteri, exhibuerat coram Facultate scriptum testimonium Franciscani attestantis dictum de Rabours peccata sua confessum esse; attulerat insuper dictus de Rabours unius e magnis illustrissimi Parisiensis Archiepiscopi vicariis litteras testimoniales quibus patebat dicto Franciscano fidem haberi posse. His solis duobus instrumentis contenta saluberrima Facultas, Gedeonem de Rabours inter Baccalaureos admiserat licet non unus Doctor reclamaret, exigeretque ut hæreseos Genevensis ejurationem prius exhiberet dictus de Rabours quam Baccalaurei gradu donaretur, e quibus reclamantibus erat ipse Mer Ludovicus Claudius Bourdelin nondum Decanus. Sed vicerat major suffragiorum numerus, et Principium suum dixerat [illegible] minori ut fieri solet cathedrâ Gedeon de Rabours Baccalaurei gradu donatus a Facultate. Negotiis deinde domesticis distractus Licentiam idem deseruerat, et eo tempore quo supra diximus cum Facultatis veniâ resumpserat, atque exinde Thesim Physiologicam Mo. Duverney Præside propugnaverat. Quo igitur commilitonum suorum exercitia æquaret, supererat illi Thesis Cardinalitia propugnanda, subeundumque de Anatomiâ Examen. Huic Thesi Cardinalitiæ præesse recusavit Mer Martineng dixitque Facultati, Timere se ne quidam saluberrimi Ordinis hostes eo formidandi magis, quo malum suum animum diligentius tegunt,

Facultati vitio verteret, quod eum virum inter Baccalaureos suos numerari pateretur, quem non constabat satis luculenter, Catholicam Apostolicam Romanamque Religionem profiteri. Nec enim Hæresim suam ejurasse dictum De Rabours, nec ejuratæ ejusdem Hæreseos testimonium authenticum saluberrimo Ordini obtulisse. Quibus duobus articulis antequam satisfecisset dictus De Rabours, illi praeluturum se conceptissimis verbis negavit Mr. Martineng. Quæ postquam locutus esset vir meritissimus protulit Facultati Decanus Ejurationem dicti De Rabours, quo super instrumento, allatisque a Mo. Martineng rationum momentis, non levibus sane, ut pote quibus Facultatis Religio, Honor, Statutaque asserebantur, postquam praesentium Doctorum unusquisque, suam mentem aperuisset, collectis numeratisque suffragiis, Placuit Facultati saluberrimæ, super prolatâ modo Baccalaurei De Rabours Ejuratione consuli Patronos, interimque dictum De Rabours omnibus Baccalaurei medici functionibus ac juribus privari. Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Hæc autem res, cum optatum finem non obtinuerit nisi eodem die quo de eligendis Decano et Professoribus actum est, idcirco eam ad alterum secundi anni nostri Decanatûs Commentarium remitti debere existimamus.

Res gestæ
In academiâ Parisiensi
Decano
M.e Ludovico Claudio Bourdelin
Parisino.

à die sabbati decimo novembris ann. 1736
ad diem nonum 9bris anni 1737.

Anno Dni 1736 die decimo Nbris anni 1736 habita sunt apud amplissimum Rectorem M.um Nicolaum Pial in sorbonæ Plessæo Comitia ordinaria deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis ad academicum Tribunal primum consedit M.er L. Claudius Bourdelin saluberrimi ordinis Decanus.

Accesserant, ut solent, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, quatuor tantum supplices, quorum supplicationi postquam indulsisset Tribunal academicum, aliaque negotia quædam peracta fuissent, Placuit eidem Tribunali nominare quatuor delegatos, mm.os scilicet Bourdelin saluberrimi ordinis Decanum, Barbier honorandæ nationis Procuratorem, Beloique Universitatis Quæstorem generalem, et De Chantelou protoribam, qui arcam ærarii academici, et æs in eâ contentum, ex ædibus M.i Gibert clarissimi exrectoris, in amplissimi Rectoris ædes deferri quam primum curarent, et comitarentur; quod die sequenti factum est.

Eodem anno, die 1° Xbris habita sunt apud amplissimum Rectorem Comitia ordinaria deputatorum Universitatis. Quibus in comitiis, absente valetudinis causâ saluberrimæ Facultatis Decano, Decani vices gessit, partesque egit M.er Hyacinthus Theodorus Baron antiquus ejusdem ordinis Decanus.

Iisdem in Comitiis Placuit Tribunali academico, totius Universitatis nomine intercessionem institui ne referrentur in Commentarios Curiæ Parlamenti Litteræ Patentes datæ ad confirmationem illius Decreti quo illustrissimus Turonensis Archiepiscopus, cum Mensâ Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ Turonensis tres et quadraginta Capellanias jungit atque adunat, et ab ipso insuper Turonensis archiepiscopi Decreto appellari tanquam ab abusu.

Eodem anno, die 11° Xbris habita sunt apud Maturinenses supplicatoria Universitatis Comitia, et deum deo salvam sub invocatione beatæ Mariæ apud Carmelitas, fuit ritè processum.

Anno Dni 1737 habita sunt die 5° januarii apud Amplissimum Rectorem, in Sorbonæ Plesæo Comitia Deputatorum Universitatis. Accesserunt pro obtinendis litteris Nominationis, jure magisterii Artium et quinquennii, duo supplices, quibus audito prius M° Balthazare Gibert Syndico, placuit indulgeri.

In iisdem Comitiis, audito etiam prius hac de re M° Balthazare Gibert Syndico, facta est, a Tribunali Academico, potestas Amplissimo Rectori, ejusque successoribus, remittendi nomine Universitatis, emptoribus Ædium in illius dominio venalium, ex eo quod ipsi debetur ob jus ratæ emptionis, (gallicè droit de Lods et vente) si modo spontanea fuerit ac voluntaria illa venditio, octo, a viginti, denarios in unam quamque totius summæ libram, non amplius, eâ lege, ut emptionis instrumentum, in Censum universitatis non ante referatur, (gallicè ensaisiner) quàm emptor solemni declaratione fidem obligaverit, nec se, suos, quos dicunt, causam habentes, hominibus jugis mancipii, (gallicè Gens de main morte) quâcunque ratione alienaturos; utque, si forte contigerit, ut ædes venditæ, ab aliquo, jure consanguinitatis retrahantur, tum quidquid emptori remiserit Universitas, ad ipsam omnino redeat. Quæ quidem contingendarum similium rerum ideirco facta fuit Rectori amplissimo potestas, ne scilicet, quemadmodum emptoris cujusdam occasione observavat Rector Amplissimus, dum expectantur menstrua universitatis Comitia, emptor quilibet, præ tædio expectationis, sententiam forte mutet.

Die 31° januarii 1737, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores cum singulis adjunctis, officiariis majoribus, omnibusque Apparitoribus, Cereos detulerunt singulis supremarum Curiarum Principibus. Domi inventi sunt supremi senatus, et Magni Consilii Principes, non alii.

Die 1° Februarii idem Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, adjuncti, officiarii, cum Apparitoribus Versalias profecti, Cereos solemni pompâ Regi, Reginæ, serenissimo Delphino, Aurelianensium Duci, illustrissimo Franciæ Cancellario, ante illum, Eminentissimo Regni administro, sigillorum Custodi, obtulerunt. Benignè admodum a singulis accepta est Universitas. Regem imprimis, frequentissimo purpuratorum cœtu stipatum Oratione cum paucis tersâ comptâque, eâdemque gratissima, et ad rem maxime accommodata, ita salutavit Rector amplissimus, ut ab ore dicentis, ad unum omnes, pendere viderentur. Postquam

autem dicendi finem fecit, ac Regi cereum obtulit, Rex ipse ad eum paulo propius accedens, clarâ voce respondit, sane quam humaniter, Sibi gratissimum esse suæ Universitatis officium. Quæ quidem verba, nemo non audivit. Neque vero prius ex eo quo substiterat loco reversus est, quam omnes ex illius conspectu abierint. Regina, et voce, et vultu, et oculis, ipsoque totius oris et corporis habitu, suâ se ipsa suavitate vita est superasse. Serenissimus Delphinus, qui inter utramque suæ genitricæ Magistrum stabat medius, Rectoris amplissimi oratione, novâ quidem hilaritate conditâ, summopere delectari visus est, seque tum ipsi, tum Universitati gratias agere, clarissimâ voce pronuntiavit. Post prandium Universitas in urbem rediit feliciter.

Anno Dñi 1737, 9º februarii habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo, comitia deputatorum Universitatis ordinaria. Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii septem artium magistri, quorum petitioni, audito ut moris est, Mº Balthazare Gibert Academiæ Syndico fuit indultum.

iniit comitiis, quod dixit Amplissimus Rector, illos Artium Magistros qui sub clientela Universitatis adolescentes alunt, necdum evocatos fuisse, cum tamen ex conclusione die 7º februarii 1736 latâ decretum fuisset ad illud muneris neminem admitti, priusquam eorum qui admissi sunt, certus numerus iniri potuisset; audito eâ de re Mº Balthazare Gibert Syndico, Placuit illos publico Rectoris mandato quam primum admoneri, ut et suum apud Scribam nomen profiteantur, et ipsi suas clientelæ litteras exhibeant.

Anno Dñi 1737 die secundo Martii habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo Comitia deputatorum Universitatis ordinaria. in quibus 1ùm sedit Mºr Amyot, Consultissimæ Facultatis Decanus. Accessere ad Tribunal academicum pro obtinendis litteris nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii duodecim supplices, quorum supplicationi, audito prius Mº Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

iisdem in Comitiis munus unius e quatuor Universitatis Papetariis vacans per abdicationem spontaneam joannis Baptistæ Tabar, a Tribunali academico concessum est Antonio Marchand priori fidelissimæ Nationis Apparitori.

Die martis 15º martii habita sunt in Maturinensi Comitia supplicatoria Universitatis. Unde, probatis prius quæ ex consilio Decanorum per suum trimestrem magistratum gesserat Rector amplissimus, ad ædem Deo sacram sub invocatione Beatæ Mariæ

in Cisterciensium Collegio, vita processum est.

Anno Dni 1737 die 19° martii habita sunt in Maturinensi horâ ipsâ septimâ matutinâ Comitia Universitatis ad aperiendum Rotulum. Ubi postquam verba fecit amplissimus Rector, de retinendo more antiquo aperiendi Rotuli, audito Mº Balthazare Gibert Syndico, Placuit aperiendum esse Rotulum more majorum.

Anno Dni 1737 die sexto aprilis, habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plesseo, Comitia deputatorum Universitatis ordinaria; in quibus 1um sederunt Mri Longuet venerandæ Nationis, et Mri Guillaume constantissimæ Procuratores.

Quibus in Comitiis postquam annuisset Tribunal Academicum petitioni septem supplicantium pro litteris nominationis, jure magisterii Artium et Quinquennii, auditæ et expunctæ sunt Rationes Mi Ludovici Tranquilli Denise, Procuratoris sequestri, Collegii Sancti Michaelis. Deinde in locum dicti, Denis, unius ex quatuor Universitatis Pergamenariis, fato functi, suffectus est joannes Paulée, qui illico sacramentum dixit inter manus amplissimi Rectoris.

Legit deinde Rector amplissimus Academico Tribunali Regis litteras ad Rectorem scriptas, quibus jubebat Rex, ut quamprimum lustraretur a Rectore et Academico Tribunali Collegium Montacutium, quod lustrari placuit die undecimo ejusdem mensis.

Anno Dni 1737, die decimo Aprilis, habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plesseo, Comitia deputatorum Universitatis, ad expungendas Rationes accepti et expensi per annum 1736 a Mº Augustino Besoigne, Quæstore generali Universitatis; Quibus in Comitiis adfuerunt Amplissimus Rector et omnes deputati, cum suis adjunctis.

Summa Expensi fuit . . . 29125tt 11s
Summa accepti fuit . . . 37985tt 4s 9d
Summa reliqua, fuit . . . 8859tt 13s 9d

Anno Dni 1737 die 11° aprilis lustrari cœptum est Collegium Montis Acuti; Quæ lustratio diebus 15°, 25° aprilis, et die 2° Maii eâdem horâ secundâ scilicet pomeridianâ, continuata fuit.

Anno Dni 1737, die trigesimo aprilis, horâ 7mâ matutinâ, celebrata est in Maturinensi Synodus Academica. ibi, post habitam ab amplissimo Rectore orationem, omnes qui ex Academicæ nominatione Beneficia possident, a Proscriba fuere appellati. Laudati sunt, qui se stitere præsentes; excusati qui absentiæ causam habuerunt sonticam. Mr Yvo Bonnetour unus e Capellanis Capellaniarum Savoëtianarum, qui nullâ datâ excusatione abfuit, mulctatus est nummo aureo.

Anno Dñi 1737 die 2ᵒ Maii, habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo Comitia deputatorum Universitatis ordinaria. Tres accessere supplices pro obtinendis litteris nominationis, jure Magisterii Artium, et Quinquennii; quorum supplicationi placuit indulgeri.

iis in Comitiis Mᵒ Gâcon uni e quatuor Universitatis Patronis suffectus fuit a Tribunali Academico M. Ludovicus de Hericourt, vir summâ doctrinæ laude clarissimus.

Die septimo Maii horâ 2ª pomeridianâ, lustratum est Collegium Montacutum.

Die 15ᵒ Maii habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo Comitia deputatorum Universitatis extraordinaria, ad ejus collegii lustrationem indicta. Quibus in Comitiis primum sedit Mʳ. Petrus Ribaucourt fidelissimæ Nationis Procurator. Priusquam ad Montacutum procederetur, Mʳ. Ludovicus de Hericourt Universitatis in supremâ Curiâ Patronus, eo nomine tactis libris sacris, juramentum dixit inter manus amplissimi Rectoris. Quo facto, itum est ad Montacutum Collegium.

Diebus 22ᵒ et 24ᵒ Maii continuata est ejusdem Collegii lustratio.

Anno Dñi 1737, die primo junii, habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo, Comitia deputatorum Universitatis ordinaria. accessere tres supplices pro obtinendis litteris nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii, quibus, audito prius Mᵒ. Balthazare Gibert Syndico, placuit indulgeri.

Accessere etiam in iisdem Comitiis decem alii supplices, pro licentiâ aperiendi in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis. Rogati sunt M.M. Barbier Galliæ Procurator, et Beloigne Quæstor Universitatis, ut in quinque ex iis, M.M. vero Longuet Normanniæ, et Ribaucourt Picardiæ Procuratores, qui in quinque aliorum morem et doctrinam inquirerent, et de iis ad proximum Tribunal referrent.

Anno Dñi 1737 die 18ᵒ junii, habita sunt in Mathurinensi Comitia Universitatis supplicatoria; atque inde, postquam rata et grata habuissent singuli Ordines, quæcunque gesserat Rector amplissimus in suo ultimo trimestri Magistratu, rite processum est ad ædem deo sacram sub invocatione Sᵗⁱ Caroli Borromæi apud Doctrinæ christianæ sacerdotes.

Die sexto julii habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo, Comitia deputatorum Universitatis ordinaria. in quibus indultum est 1ᵒ. iis qui supplicaverant pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii. 2ᵒ admissi sunt decem illi Artium Magistri qui die primo junii supplicaverant pro licentiâ aperiendi Pædagogii sub clientelâ Universitatis, qui statim vocati, sacramentum inter manus amplissimi Rectoris illico præstitere.

Comitiis in iisdem, de quâdam domo quæ in viâ vulgo Charetiere Collegium de Coqueret solet etiamnum nuncupari, quæque die Junii 29° anni 1737 per Licitationem venit, Placuit fieri potestatem meritissimo Syndico ea omnia instrumenta conficiendi, nomine Universitatis, quibus possit eò perveniri, ut quâ de causâ Collegium verè esse desierit, certò cognoscatur.

Anno Dñi 1737 die 23° Augusti, habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo, Comitia deputatorum Universitatis ordinaria. Quibus in Comitiis accesserunt pro obtinendis litteris nominationis 1° M. Petrus Thomas Maudul de Touville Presbyter Rothomagæus in utroque jure Baccalaureus, jure Quinquennii in Consultissimâ Jurium Facultate: 2° 77 alii jure Magisterii artium et Quinquennii quorum supplicationi Placuit indulgeri.

Anno Dñi 1737 die 26° Augusti habita sunt extra ordinem Comitia deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo, de obtinendâ jurium Exemptionis caducæ, (vulgò Droits d'amortissements) immunitate in gratiam Fidelissimæ Nationis, pro eâ domo quam reædificare coacta fuerat, ob eam scilicet partem, quâ hæc domus veteri major est. Summa autem postulata a Publicanis, ascendebat ad 7600tt et amplius. Quâ de re cum verba fecisset Amplissimus Rector, Placuit hac eâdem de re consuli Patronos, Universitatis enim interesse plurimum, ut ne iis quæ dicuntur juribus, quibus hactenus libera fuit, teneri jam incipiat.

Anno Dñi 1737 die 31° Augusti, habita sunt in Antecessum apud Amplissimum Rectorem, in Sorbonæ Plessæo Comitia deputatorum Universitatis. Accessit pro obtinendis litteris nominationis unus tantum supplex, cujus petitioni Placuit annui.

Comitiis in iisdem dixit Amplissimus Rector publicis in calamitatibus erogari solitam ab Academiâ aliquam, Eleemosynæ nomine pecuniæ summam: Nunc vero, postquam pars aliqua Nosocomii Parisiensis, hoc ineunte mense, tristi conflagravit incendio, æquum videri ut Academia antiquum morem obtineat. Hac super re audito prius Mo. Balthazare Gibert Syndico, Placuit, a fidelissimo Quæstore summam Quingentarum libellarum, 500tt, ad eum, deferri, nomine Universitatis, qui ei rei, Senatus-Consulto præpositus est.

Anno Dñi die 7° 8bris 1737 habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plessæo, Comitia deputatorum Universitatis ordinaria. Supplicarunt pro litteris nominationis, jure magisterii artium et Quinquennii septem artium magistri, quibus indultum est.

Anno Dñi 1737 habita sunt in Maturinensi Comitia Universitatis supplicatoria. Postquam consessum esset in Angulo, itum est in Comitium, ubi gratis et ratis habitis quæcumque Amplissimus Rector gesserat in suo trimestri Magistratu, de consilio Decanorum, promissisque litteris Commendatitiis et amplissimo comitatu, eidem Rectori ritè processuro ad ædem deo sacram sub invocatione Beatæ Virginis annuntiatæ, apud Cælestinos, cum per tempus pluvium eò procedere minime liceret, processum est ab æde Sanctissimæ Trinitati sacrâ apud Maturinenses, per proximas hujus loci vias, et ad eam reversum.

Res gestæ apud Chirurgos Barbitonsores Parisienses a die Sabbati 3°. 9bris 1736, ad diem Sabbati secundum 9bris anni 1737 M°. Ludovico Claudio Bourdelin Decano.

Anno Domini 1736 Barbitonsores chirurgi, more solito, decanum cum duobus Doctoribus per schedulas, a chirurgi primarii Vicario, aut ab uno e Præpositis subsignatas, ad actus et Magisteria Tyronum Chirurgorum invitaverunt; Quibus quidem actibus, nec Decanus, nec ullus Doctor adfuit, propter rationes allatas in Commentariis Facultatis ann. 1726 et 1727 M°. Stephano Francisco Geoffroy Decano.

Isti autem fuerunt actus celebrati per hunc annum quibus Decanus licet invitatus non adfuit, qui proinde a Facultate non sunt approbati.

Die Sabbati 17°. 9bris 1736 dictus Battut, primum suum Examen subiit.

Die Lunæ 4° februarii 1737 filius dicti Botentuit 2ᵢ Tentativam suam fecit.

Die Lunæ 18° februarii 1737 dictus Laudumier examen subiit.

Die Mercurii 24°. Aprilis 1737 dictus Courtois ~~examen~~ subiit de dentium operationibus.

Die Lunæ 20 maii 1737 ultimum suum Examen subiit filius dicti Doublet fato functi.

Die jovis 23° Maii ultimum suum examen subiit filius dicti Coignard 2ⁱ.

Die Sabbati 25° Maii 1737 ultimum suum examen subiit dictus Sohet

Die Mercurii 29° Maii 1737 ultimum suum examen subiit dictus Battut

Die Veneris 24°. Maii 1737 in numero chirurgorum collocatus est dicti Doublet filius.

Die Sabbati 1°. junii 1737 ad chirurgos receptus est filius dicti Coignard 2ⁱ.

Die mercurii quinto junii 1737 inter chirurgos ascriptus est dictus Sohet.

Die Sabbati 8° junii Tentativam suam fecit dictus De La Malle

Die Lunæ 3° junii adfuit decanus in nosocomio vulgo de la Pitié eos auditurus Tyrones Chirurgiæ qui ad magisterium in chirurgia obtinendum, postquam pauperibus per solitum tempus servissent, coram nosocomii hujus administratoribus, examine, a chirurgis Parisiensibus, tentati fuere.

Die jovis sexto junii 1737 in chirurgorum numero collocatus est dictus Battut.

Die sabbati 15° junii 1737 Tentativam suam fecit dictus Du Bertrand.

Die mercurii 19° junii 1737 ultimum suum examen subiit dictus Bourru

Die veneris 21° junii 1737 Tentativam suam fecit dictus Davilliere

Die sabbati 22° junii 1737 ultimum suum subiit examen dictus Des Hayes

Die mercurii 26° junii 1737 ultimum suum examen subiit dictus Duffaur.

Die veneris 28° junii 1737 ultimum suum examen subiit dictus Hevin.

Die sabbati 6° julii 1737 ultimum suum examen subiit dictus Caulay

Die Lunæ 1° julii ultimum suum examen subiit dictus Uvaroux

Die mercurii 3° julii 1737 ultimum suum examen subiit dictus Planes

Die jovis 4° julii 1737 suam fecit Tentativam dictus Calmejane.

Die veneris 5° julii 1737 Tentativam suam fecit dictus Simon.

Die Lunæ 29° julii 1737 primum suum subiit examen dictus De La Malle.

Die veneris 26° julii 1737 primum suum subiit examen dictus Davillier

Die Lunæ 8° julii 1737 dictus Bourru inter chirurgos receptus est.

Die mercurii decimo julii inter chirurgos receptus est dictus Des Hayes

Die jovis 11° julii 1737 inter chirurgos receptus est dictus Duffaur.

Die veneris 12° julii 1737 inter chirurgos receptus est dictus Hevin.

Die sabbati 13° julii 1737 inter chirurgos receptus est dictus Uvaroux

Die mercurii 17° julii 1737 ad chirurgos receptus est dictus Planes.

Die mercurii 24° julii ad chirurgos receptus est dictus Caulay.

Die sabbati 3° augusti 1737 inter chirurgos aggregatus est dictus Quesnay

Die martis 6° Augusti, super dentium operationibus interrogatus est dictus Thibaud.

Die lunae 19° Augusti primum suum examen subiit dictus Simon.

Die mercurii 21° Augusti primum suum examen subiit dictus Gavrigue.

Die jovis 22°. Augusti Tentativam suam fecit dictus Buisson

Die lunae 26°. Augusti primum suum subiit examen dictus Calmejane.

Die mercurii 28° Augusti 1.um suum examen subiit dictus Sabatier.

Die jovis 12°. 7bris primum suum subiit examen dictus Pascal.

Die Lunae 16°. 7.bris primum suum subiit examen dictus Buisson.

Die sabbati 28° 7.bris aggregatus fuit dictus De La Borde.

Die jovis 3°. 8bris anni 1737 primum suum subiit examen dictus De Baig.

Obstetrices

apud Parisienses Chirurgos examinatae et Magisterium adeptae,

a die sabbati 3°. 9.bris anni 1736
ad diem sabbati 2.um 9.bris anni 1737

M°. Ludovico Claudio Bourdelin Decano.

Per schedulas a Protochirurgi vicario subscriptas invitato prius ipsoque praesente annuente, & probante.

Die sabbati 9° februarii 1737 dicta Dangu.
Die jovis 28°. februarii 1737 dicta Marechal
Die veneris 5° maii 1737 dicta La Madre.
Die veneris 24°. maii 1737, dicta Caron.
Die jovis 6°. junii 1737, dicta Masson.
Die Lunae 8° julii 1737, dicta Triboulet
Die jovis 18°. julii 1737, dicta Mazure
Die Lunae 29°. julii 1737, dicta Pouvu
Die Lunae 22°. Augusti 1737, dicta Fillevin.
Die martis 3°. septembris 1737, dicta Frieux
Die Lunae 30°. septembris 1737, dicta Gomier.
Die mercurii 2°. octobris 1737, dicta Dauphin.

Sequuntur Nomina et Cognomina
Barbitonsorum Chirurgorum Sancosmanorum
tum Magistrorum, tum Tyronum
qui per hunc primum nostri decanatûs
annum
libellos supplices Facultatis decano
more solito obtulerunt, ut ipsis liceret
obtinere Cadavera ad operationes
chirurgicas et sectiones anatomicas
celebrandas.

Mathias Doubet. Tyro. . . Hebrard conductor.
Claudius Bourru Tyro. . . Cuquel conductor.
Joannes Duffaur Tyro. . . Bertrand conductor.
Petrus josephus Vvaroux Tyro. . Fremont conductor.
Celer Verdier Chirurgus.
Salvator Morand chirurgus.

Ludovicus Claudius Bourdelin
Decanus.

Res gestæ apud Pharmacopoeos et Aromatarios Parisienses,

a die sabbati 3ª 9bris ann. 1736 ad diem sabbati 2dum 9bris ann. 1737.
Mº Ludovico Claudio Bourdelin Decano.

Anno Dñi 1737 Ignatius Theodorus Brougnard primum suum examen subiit a decano, duobus Pharmaciæ Professoribus, Pharmacopoeorumque Præpositis interrogatus junii die duodecimo horâ post meridiem secunda.

Die 22ª julii 1737 idem Brougnard altero examine de plantis in Pharmacopoeorum horto tentatus est,

die vero 29ª ejusdem mensis specimen suum Pharmaceuticum, a decano et duobus Pharmaciæ Professoribus prius comprobatum exposuit, illius que compositione è novo Facultatis Codice depromptas, sequentibus diebus, coram iisdem Facultatis deputatis executus est, et die jovis sequente inter Pharmacopoeos parisienses admissus est, postquam ab antiquiore Pharmaciæ Professore Joanne Damiano Chevalier præsentatus sacramentum præstiterit, et articulos in Pharmaciæ Professoris libro contentos, subscripserit.

Eodem anno, die 27ª julii unico examine tentatus est Ludovicus Desprez, ut pote Magistri filius.

Die 7ª augusti specimen suum Pharmaceuticum a decano et duobus Pharmaciæ Professoribus prius examinatum et comprobatum exposuit, ac deinde, inter Pharmacopoeos Parisienses more solito observatis que observandis receptus est, idem Ludovicus Desprez.

Anno Dñi 1737 die 13ª julii unico examine tentatus est Carolus Claudius Rittoan filius; die vero 27ª ejusdem mensis, more solito, inter Pharmacopoeos Parisienses cooptatus est, exposito prius ut moris est suo specimine Pharmaceutico servatis que servandis

Anno 1737 die 14ª augusti post confectam præsentibus Facultatis deputatis Tabellam inter Pharmacopoeos aggregatus est Joannes Guindre.

Anno Dñi 1737 die Septembris 19° primo examine in ædibus Pharmacopœorum Parisiensium examine tentatus est Joannes Dufour

die 24° 7bris de simplicibus medicamentis alterum examen in horto Pharmacopœorum viâ vulgo dictâ de l'Arbaletre idem joannes Dufour subiit, et tandem post expositum de more suum specimen 26° die ejusdem mensis, inter Pharmacopœos parisienses die mercurii trigesimo 7bris receptus est.

Lustratæ sunt hoc anno, solito more per tres dies Pharmacopœorum omnium officinæ, tum Parisiensium, tum etiam Regiorum et Prætorianorum astantibus eorum Syndicis.

Res gestæ
apud Pharmacopœos aulicos qui sub authoritate summi Prætoris Pharmaciam exercent

Anno 1737 die 17° junii examen suum subiit dictus Gentes et specimen suum a dicto die adusque vigesimum ejusdem mensis diem exposuit, quo die absoluto eo specimine Pharmacopœus a Facultate parisiensi renuntiatus est.

Eodem anno, die junii 25° post exantlatum solitum examen expositum que suum specimen et confectum, ad vigesimum usque ejusdem mensis diem, Pharmacopœus a Facultate medicâ Parisiensi declaratus est.

Eodem anno, die 8° julii dictus Baudson exantlato suo examine confecto que ut moris est specimine, a Facultate saluberrima Parisiensi Pharmacopœus renuntiatus est.

Codex Rationarius

Accepti et Expensi Ordinarii et extraordinarii,
a die Sabbati 3°. Nbris ann. 1736,
ad diem Sabbati 2um. Nbris ann. 1737
a Mo. Ludovico Claudio Bourdelin Parisino,
Decano.

Caput 1um. Accepti
ex annuo reditu Facultatis.

A viduâ La Grive pro annuâ locatione minorum ædium, cadente in diem ultimum decembris 1736 accepit Decanus summam sexaginta libellarum. . . . . 60#

A dicto Rafignac ex reditu annuæ Locationis majorum Facultatis ædium summam centum triginta duarum libellarum cum decem assibus. . 132# 10s

Ab Urbis Quæstore pro sex mensibus minoris Contractus, summam septem et viginti libellarum cum decem assibus. . . . 27# 10

A vidua La Grive pro annuâ locatione cadente in Paschalia, summam sexaginta libellarum. . . . . . 60#

Ab Urbis quæstore pro sex mensibus majoris contractûs, summam centum septuaginta quinque libellarum. . . 175#

A dicto Rafignac ex reditu annuæ locationis majorum ædium summam centum triginta duarum libellarum, cum decem assibus. . . . . 132# 10s

A dicto Rafignac summam centum triginta duarum libellarum cum decem assibus. . . . . 132# 10s

Ab Urbis Quæstore pro sex mensibus majoris contractûs, summam centum septuaginta quinque libellarum. 175#

Caput 2um. Accepti
a Baccalaureis in Quodlibetariis Quæstionibus,
pro stipendiis Lectorum et Registro.

a Mo. Antonio Ferrein . . . . 4# 10s

a Mo. Michaele Josepho Majault . . . . . . 4# 10s

a Mo. Michaele Philippo Bouvart . . . . . . 4# 10s

Summa hujus paginæ Est de Neuf cent huit Livres dix sols.

a m^o. joanne jacobo Bellerese, - - - - - - - 4lt. 10s
a m^o. joanne Midy - - - - - - - - - - 4lt. 10s
a m^o Guidone Andrea Garnier - - - - - - - 4lt. 10s
a m^o. Laurentio Ferret - - - - - - - - - 4lt. 10s
a m^o. Gedeone de Rabourt - - - - - - - - 4lt. 10s
a m^o. Carolo Dionis - - - - - - - - - - 4lt. 10.

Caput 3um accepti
a Baccalaureis in Quæstionibus
Quodlibetariis, pro Horto.

a m^o. Antonio Ferrein - - - - - - - - - 3lt. 4s
a m^o michaele josepho Majault - - - - - - 3lt. 4s
a m^o. Michaele Philippo Bouvart - - - - - 3lt. 4s
a m^o. joanne jacobo Bellerese, - - - - - - 3lt. 4s
a m^o. joanne Midy - - - - - - - - - - 3lt. 4s
a m^o Guidone Andrea Garnier - - - - - - - 3lt. 4s
a m^o. Laurentio Ferret - - - - - - - - - 3lt. 4s
a m^o. Gedeone de Rabourt - - - - - - - - 3lt. 4s
a m^o. Carolo Dionis - - - - - - - - - - 3lt. 4s

Caput 4um Accepti
a Baccalaureis in Quæstionibus Quodlibetariis
pro Anatome et Schedulis non registratis.

a m^o. Antonio Ferrein - - - - - - - - - 16lt
a m^o. michaele josepho Majault, - - - - - - 16lt
a m^o. Michaele Philippo Bouvart - - - - - 16lt
a m^o. joanne jacobo Bellerese - - - - - - 16lt
a m^o. joanne Midy - - - - - - - - - - 16lt
a m^o. Guidone Andrea Garnier - - - - - - 16lt
a m^o. Laurentio Ferret - - - - - - - - - 16lt
a m^o. Gedeone de Rabourt - - - - - - - - 16lt
a m^o. Carolo Dionis - - - - - - - - - - 16lt

Summa hujus paginæ Est de Cent quatre vingt dix neuf livres seize sous

Caput 5um accepti
a Baccalaureis in Quæstionibus Cardinalitiis
Pro Stipendiis Lectorum, et Horto.

a m°. Antonio Ferrein - - - - - - - -	10#
a m°. Michaele josepho Majault	10#
a m°. Michaele Philippo Bouvart	10#
a m°. joanne jacobo Belletesse	10#
a m°. joanne Midy - - - - - - - - -	10#
a m°. Guidone Andrea Garnier	10#
a m°. Laurentio Ferret . - - - - - -	10#
a m°. Gedeone de Rabours . . - - - -	10#
a m°. Carolo Dionis . . - - - - - -	10#

Caput 6um accepti
a Baccalaureis in Quæstionibus Cardinalitiis
Pro rebus Academiæ . .

a m°. Antonio Ferrein . . . . - - - -	18#
a m°. Michaele josepho Majault . . . - -	18#
a m°. Michaele Philippo Bouvart - - - -	18#
a m°. joanne jacobo Belleresse . . . - - - -	18#
a m°. joanne Midy - - - - - - -	18#
a m°. Guidone Andrea Garnier . - - -	18#
a m°. Laurentio Ferret . - - - - - -	18#
a m°. Gedeone de Rabours . . - - - .	18#
a m°. Carolo Dionis . - - - - - - -	18#

Caput 7um accepti
a Chirurgis Barbitonsoribus.

A chirurgorum Præpositis ex annuo vectigali,
accepit Decanus quinque libras cum assibus quatuordecim. . . . 5# 14s

Ab iis qui hoc anno chirurgiæ Magisterium adepti sunt, qui
singuli debent summam trium libellarum cum duodecim assibus,
accepit Decanus . . . . nihil

Summa hujus paginæ est de deux cent cinquante
sept livres quatorze sous

Caput 8um accepti,
a medicinæ studiosis pro jure duarum
inscriptionum.

Accepit Decanus summam Quingentarum triginta duarum libellarum cum quatuor assibus. - - - - 532 tt 4 s

Pro jure sigilli septem testimoniis appositi, 21 tt

Caput 9um accepti
a Baccalaureis pro aulæorum usu.

Pro novem actibus Quodlibetariis, et novem Cardinalitiis, accepit Decanus summam ducentarum sexdecim libellarum. Pro quolibet actu duodecim libræ numerantur. . . 216 tt

Pro quatuor Pastillariis, accepit Decanus libras sexdecim - . . 16 tt

Capul decimum accepti
ex reliquâ pecuniâ in Quodlibetariis Quæstionibus
et Examinibus.

in actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem m.er Carolus Payen die jovis 15° 9bris 1736 respondente m.o joanne Midy propter absentiam tredecim Doctorum, relicta est decano summa quinquaginta duarum librarum. - . 52 tt

in actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem m.er Bartholomæus Murry die 6° decembris, respondente m.o Guidone Andrea Garnier, propter absentiam tredecim Doctorum, relicta est Decano summa quinquaginta duarum libellarum. - - — — — . . 52 tt

jn actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem m.er joannes Thoard, respondente m.o joanne jacobo Belleteste, die jovis vigesimo decembris, 1736, propter absentiam decem Doctorum relicta est Decano summa quadraginta libellarum. . . - — - - — - - - - . 40 tt

jn actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem m.er Ludovicus jacobus Pipereau ~~propter~~ die jovis decimo januarii 1737 respondente m.o Laurentio Ferret, propter absentiam undecim Doctorum, relicta Decano summa quadraginta quatuor libellarum. - . - — - . . 44 tt

jn Examine Anatomico octo Baccalaureorum, relicta est decano propter absentiam undecim Doctorum summa nonaginta novem libellarum - - . - . . . 99 tt

Summa hujus paginæ est de mil Soixante douze livres quatre sous.

In Examine Materiæ Medicæ Gedeonis de Rabours propter absentiam 22^{orum}. Doctorum relicta est Decano summa Octoginta et octo libellarum. - - - - - - 88 ℔

Caput 11um accepti
Ab Academiæ Parisiensis Quæstore,
Pro stipendiis Lectorum.

accepit Decanus summam mille librarum. 1000 ℔

Caput 12um. accepti
a Quæstore Postarum.

Pro annuâ Pensione quam unicuique sex Professorum Rex concedit, accepit Decanus summam mille et octingentarum libellarum. - - - - - - - - - - 1800 ℔

Caput ultimum accepti
Ex mulctis propter absentiam Doctorum
a Curâ Pauperum.

Retinuit Decanus summam sexaginta duarum libellarum. - - - - - - - - - - - - . . 62 ℔

Summa hujus paginæ est de deux mil neuf cent cinquante livres.

Summa totius accepti est de cinq mil trois cent quatre vingt huit livres, quatre sols.

Tabula Expensi ordinarii & extraordinarii.

Caput 1.um Expensi.

Ex Rationibus posterioris anni decanatus m.i Reneaume debet decano Facultas summam sex mille septingentarum quinque libellarum cum duobus assibus et undecim denariis. - - - - . . 6705 tt 2 s. 11 d

Pro honorario decani centum et quinquaginta libras m.o Reneaume persolvit decanus. - - . . . 150 tt

Singulis doctoribus qui Rationes m.i Reneaume probaverunt et obsignaverunt, persolvit decanus duos Calculos argenteos, constantes tribus libellis cum decem assibus, sibi et antiquiori m.o duplum cuique Bidello unum calculum argenteum, unde conflatur summa ducentarum trium libellarum. . . 203 tt

Pro calculis aeneis numeravit decanus libras quindecim. - - — — — — — . . . 15 tt

Visis

Caput 2.um Expensi pro stipendiis Lectorum.

m.o Hyacintho Theodoro Baron filio Physiologiae Professori numeravit decanus summam nonaginta libellarum - - - — — — — — - - - . 90 tt

m.o Desiderio Claudio Fremont summam nonaginta libellarum Pathologiae Professori. - — — - - - . 90 tt

M.o joanni Baptistae Dubois Chirurgiae Professori, summam nonaginta libellarum. - - - - - 90 tt

quittantiis

m.o Claudio Brunel Rei herbariae Professori summam nonaginta libellarum. - - - - 90 tt

M.o joanni Baptistae Thomae Martineng Chirurgiae gallicae Professori - . - - - — — — — - - 90. tt

Caput 3.um Expensi pro Refusionibus.

Eisdem Professoribus pro jure refusionis persolvit decanus libras duodecim - - - - - - - - - - - - 12 tt

decano et antiquiori magistro duplum. . . 8 tt

Summa hujus paginae est de Sept mil Cinq cent quarante trois livres deux sols onze deniers.

Caput 4.um Expensi

pro Anatomiâ, Operibus Chirurgicis et Pharmaceuticis.

M.o Desiderio Claudio Fremont pro Anatome, persolvit Decanus triginta libras . . - - - - - - - 30 lt

Chirurgo cujus operâ usus est, viginti libras. . . . 20 lt

M.o Dubois pro Operationibus chirurgicis - . . . 30 lt

Chirurgo cujus manu usus est, viginti libras 20 lt

Pro aliis sumptibus Anatomes - . . . . . 91 lt 12 s

Pro aliis sumptibus Chirurgicarum Operationum 75 lt

Pharmacopaeo Blazin pro Operationibus Pharmaceuticis summam viginti librarum, . . - - - - - 20 lt

Pro aliis sumptibus Operationum Pharmaceuticarum M.o Chevalier Professore, 33 lt 10 s

visis

Caput 5.um Expensi

Ex Aere Academico

M.o Hyacintho Theodoro Baron filio, Physiologiae Professori persolvit Decanus . . . . 200 lt

M.o Fremont Pathologiae Professori . . . . - 200 lt

M.o Dubois Chirurgiae Professori . . . - - - 200 lt

M.o Brunet Rei herbariae Professori . . - . - - 200 lt

M.o Chevalier Pharmaciae Professori . . . . . - 200 lt

quittantiis

Caput 6.um Expensi

a Quaestore Doctorum

Persolvit Decanus M.o Hyacintho Theodoro Baron filio . . . 300 lt

M.o Fremont . - - - - - - - - - - 300 lt

M.o Dubois . . - - - - - - - - - 300 lt

M.o Brunet . . - - - - - - - - - 300 lt

M.o Chevalier . . . - - - - - - - - - 300 lt

M.o Martineng Gallicae Chirurgiae Professori . . . . 300 lt

Caput 7.um Expensi

pro rebus sacris.

Pro Anniversario M.i Luçon . . . - - - - - - 25 lt

Pro anniversario M.i De Colonia - - - - - - - 8 lt

Summa hujus paginae est de trois mil cent cinquante trois livres ~~dix~~ deux sols.

Pro missis et obitibus à die 15° 9bris 1736 ad ultimum decembris ejusdem anni D°. de la Tour Facultatis Capellano persolvit Decanus sexdecim libras cum duobus assibus et sex denariis . . . – – – – – – – – — 16. 2. 6.

Apparitoribus ministrantibus quinque libras cum duodecim assibus et sex denariis . – – – – – — 5. 12. 6.

Pro missis et obitibus a primo die januarii 1737 ad ultimum aprilis ejusdem anni diem D°. Borthon Facultatis Capellano viginti quatuor libras cum duodecim assibus et sex denariis . – – – – – – – — 24. 12. 6.

Apparitoribus ministrantibus octo libras cum decem assibus et sex denariis – – – – – — 8. 17. 6.

Pro calculis distributis in Ecclesiâ monialium Carmelitarum, viginti septem Doctoribus cum extulerunt et composuerunt M.rum Hecquet quadraginta septem libras cum quinque assibus . – – – – – – — 47. 5.

Capellano pro missa quâ parentavit in suo sacello Facultas M°. Hecquet die 13°. aprilis 1737 undecim libras . . – – – – – – – – – — 11.

Pro quindecim calculis quos doctoribus astantibus distribuit Decanus, viginti sex libras cum quinque assibus. — 26. 5.

In funere magistri Fremont, in ossuario S.ti Rochi, sepulti, distribuit præsentibus Doctoribus Decanus calculos viginti octo, pro quibus numeravit quadraginta novem libras cum octo assibus . – – – – – — 49. 8.

Pro missâ quâ parentavit eidem M°. Fremont in sacello suo Facultas Capellano solvit Decanus undecim libras . – – – – – – – – — 11.

Pro calculis quindecim quos distribui curavit Doctoribus præsentibus, numeravit Decanus viginti sex libras cum quinque assibus . – – – – – — 26. 5.

Eidem Capellano pro missis et obitibus ab ultimo aprilis die ad 22um junii diem solvit Decanus sexdecim libras cum septemdecim assibus et sex denariis . – – – – – – – – — 16. 17. 6.

Bedellis ministrantibus quatuor libras cum duobus assibus et sex denariis . . . – – – – – – — 4. 2. 6.

Summa hujus paginæ est de deux cent quarante une livre huit sols.

quittantiis

Visis

Pro Elato et Sepulto Facultatis sumptibus Mo. Trant in sepulchreto Sti. Andreæ ab Arcubus persolvit Decanus sexaginta libras cum septem assibus. - - - - - 60tt. 7s

Doctoribus præsentibus 24or. calculos distribui curavit Decanus, pro quibus numeravit quadraginta duas libras . . . - - - - - - - - - - - 42tt

Pro missa quâ in sacello suo parentavit eidem Mo Trant Facultas, Capellano solvit Decanus undecim libras. - 11tt

Pro calculis quos doctoribus præsentibus distribui curavit, numeravit Decanus viginti sex libras cum quinque assibus . . . . - - - - - - - - 26tt 5s

Eidem Capellano pro missis mensium junii, octobris, novembris, et decembris solvit Decanus viginta novem libras cum duobus assibus et sex denariis - - . . 39tt. 2s. 6d

Bidellis ministrantibus decem libras cum duobus assibus et sex denariis. - - - - - - - - 10tt 12s. 6d

Die divo Lucæ sacro doctoribus præsentibus distribui curavit Decanus septuaginta duas libras 72tt

Dicto Pelu Cerario pro anno 1737 . . . . 81tt. 4s

Pro restauratis candelabris argenteis sacelli dicto Soulain aurifabro duodecim libras . - - - - 12tt

Andel primo Appositori pro pane Azymo et vino sex libras . - - - - - - - - - 6tt

Eidem pro mundatis sacelli linteis quindecim libras . - - - - - - - - - - 15tt

Eidem pro mundatis sacello et scholis superioribus quindecim libras . - - - - - - 15tt

Eidem pro aliis minimis reparationibus ad sacelli utensilia pertinentibus, septem libras cum septemdecim assibus . - - - - - - - .7tt 17s

quittantiis

Visis

Caput 8um Expensi
pro Rebus Academicæ.

Doctoribus qui comitati sunt Decanum in supplicationibus Rectoris ad ædem deo sacram sub invocatione B. virginis de Monte Carmelo, apud Carmelitas magni conventus die martis 11o Xbris 1736 pro distributis calculis 28 numeravit quadraginta novem libras . 49tt

Pro offertorio duas libras cum quatuordecim assibus. - . 2tt. 14s

Doctoribus qui comitati sunt Decanum ad ædem deo sacram sub invocatione B. Virginis Mariæ in Collegio

Summa hujus paginæ est quatre cent cinquante livres deux sols.

Sancti Bernardi in supplicationibus Rectoris die veneris 15° Martii 1737 distribui curavit Decanus calculos 28 pro quibus numeravabit quadraginta novem libras. - - - - - - - - - - - 49 ⁱᵗ

Pro offertorio duas libras cum quatuordecim assibus. 2 ⁱᵗ 14 ˢ

Doctoribus qui comitati sunt Decanum in supplicationibus Rectoris ad aedem deo sacram sub invocatione S^ti Caroli Borromaei apud Christianae Doctrinae sacerdotes 18° junii 1737 distribui curavit decanus viginti tres calculos pro quibus numeravabit quadraginta libras cum quinque assibus. - - - - - - - - 40 ⁱᵗ 5 ˢ

Pro offertorio duas libras cum sex assibus - - - - 2 ⁱᵗ 6 ˢ

quittantiis

Doctoribus qui comitati sunt Decanum in supplicationibus Rectoris ad aedem deo sacram sub titulo Annuntiationis sanctissimae Virginis Deiparae in R.R. P.P. Coelestinorum Coenobio, die Lunae 7° 8bris 1737 distribui curavit viginti duos calculos, pro quibus numeravabit decanus triginta octo libras cum decem assibus. - - - - - - - - - 38 ⁱᵗ 10 ˢ

Pro offertorio duas libras cum quatuor assibus - - - - 2 ⁱᵗ 4 ˢ

Decano qui comitatum praebuit amplissimo Rectori cereos offerenti magistratibus die ultimo januarii 1737 sex libras - - - - - - 6 ⁱᵗ

M^o Reneaume Censori tres libras - - - - 3 ⁱᵗ

Bidellis tres libras - - - - - 3 ⁱᵗ

Decano qui comitatus est Rectorem cereos offerentem Regi, Reginae, Delphino, virisque Principibus duodecim libras. - - - - - - - 12 ⁱᵗ

M^o Reneaume Censori et Decani adjuncto sex libras. - - - - - - - - 6 ⁱᵗ

Bidellis sex libras - - - - - 6 ⁱᵗ

visis

Caput 9um Expensi pro Facultatis aedibus.

Dicto Finel Viario quinquaginta tres libras persolvit Decanus - - - - - - - 53 ⁱᵗ

Ei Operario qui resarcivit aedium Facultatis Tecta, viginta quatuor libras cum sex assibus. 34 ⁱᵗ 6 ˢ

Eidem pro annua sua pensione cadente in diem 1um julii 1737 quinquaginta libras. - - - 50 ⁱᵗ

Summa hujus paginae est de trois cent huit livres cinq sols.

Eidem de eâ summâ quæ ipsi debebatur pro varis reparationibus, quadraginta octo libras . . . . 48#

Vitrario decem octo libras cum duodecim assibus . . 18#. 12s

Andel primo Apparitori pro mandato scholarum circuitu et crevato altaris tempore eodem circuitu, 21# viginti et unam libram - — — - - - - 21#

Fabro ferrario triginta sex libras . . . . 36#

Caput decimum et ultimum
Expensi extraordinarii.

Piero Lalande qui programmata valvis scholarum et per compita urbis affixit in scholarum solemni instauratione novem libras . . . . - - 9#

Eidem pro affixo mri Fremont cursus anatomicæ programmate sex libras . . - - 6#

Eidem pro affixo mandato Decani sex libras . 6#

Eidem pro affixo programmate mri Dubois chirurgiæ Professoris sex libras . . . - - 6#

Eidem pro affixo programmate mri Chevalier Pharmaciæ utriusque Professoris, sex libras . . . 6#

Andel Apparitori pro minoribus anatomicæ mri de Rabours Baccalaurei sumptibus quatuordecim libras cum sexdecim assibus . - - - - 14#. 16s. 6d

Pro aucta quinque assibus doctorum huic examini præsentium sportula viginti tres libras cum sexdecim assibus . . . . . - - - - 23# 16s

Apparitori pro appensis muris scholarum inferiorum aulæis martinalibus anni 1736 ad mensem maium anni 1737 quinquaginta septem libras . - - - - 57#

Eidem pro eodem ministerio a festo Corporis Christi, ad festum omnium sanctorum undecim libras . - - - 11#

Eidem pro accensis ignibus in comitiis Facultatis prima mensis dient, aliisque tum ordinariis tum extraordinariis comitiis a mense 9bri 1736 ad mensem aprilis 1737 duodecim libras . . - - - - - - 12#

Apparitori alteri Desmarets pro papyro et scriptis memorialibus quos jussu Decani exaravit, quinque libras . . 5#

Pro quatuor prandiis Doctorum qui Decano operam suam humanissime commodaverunt ad componendam

Summa hujus paginæ est de deux cent quatre-vingt ~~quatre~~ livres quatre sols six deniers.

visis quittanciis

Bibliothecam, et Bedellorum etiam, septuaginta duas libras cum quinque assibus . . . . 72# 5s

D°. Manouillain pro commodato Facultati Patritus Facultatis olim Decani Typo, obtulit Decanus calculos quatuor pro quibus numeravit septem libras . . . . . . 7#

Pro restaurato Horologio dicto Mobile decem libras . . . . 10#

Pro Facultatis insignibus libram unam cum quatuor assibus . . . . 1# 4s

Notario pro eo instrumento quo constaret M^{ium} L. C. Bourdelin Facultatis decanum esse et ejusdem Facultatis reditibus accipiendis propositum, quatuor libras cum decem assibus . . . . 4# 10s

Pro prandio Doctorum qui Decanum per tres dies continuos, Magistratus de judicio litis ad Bibliothecam pertinentis obtinendo, sollicitaturum comitati sunt numeravit Decanus quindecim libras . . . 15#

Proto Typographi Facultatis pro decreto typis mandato super Thesi M^{ri}. Besnier tres libras . . . 3#

Rectori amplissimo calculos quinque Decanorum nomine Facultatis dedit Decanus, pro quibus numeravit octo libras cum quindecim assibus . . . . . . 8# 15s

M^{ro}. Buirette Facultatis in supremâ curiâ Patrono pro variis consultationibus memorialibus que libellis tum ad Bibliothecam, tum ad Pharmacopaeos pertinentibus et pro ~~~~ lite ad Pensiones spectante octoginta quatuor libras . . . . . . 84#

Servo a cubiculo illustrissimi viri D. D. de Lavanchet ejusdemque Othario, quindecim libras . . . . 15#

Amplissimi Primi supremae curiae Praesidis Helvetio, sex libras . . . . 6#

D°. Chauveau Tabularii supremi senatus Parisiensis pro obtinenda senatusconsulti ad Pensiones spectantis promptiore expeditione viginti quatuor libras . . . 24#

Accessio pro instrumento ad chirurgos spectante, et postridie diei Lucae exarato vulgo Procez verbal sex libras . . . . 6#

Andel majori apparitori pro factis ab eo sumptibus circa Bibliothecae negotium viginti sex libras . . . 26# 16s

M^{ro}. Genies Procuratori Facultatis pro negotio Pensionum ducenas quadraginta novem libras cum duabus assibus . . . . 249# 12s

Summa hujus paginae est de cinq cent trente trois livres deux sols.

quittantiis

visis

Eidem de ea summâ quae ipsi debebatur trecenas libras - - - - - - - - - - - - 300 ₶

Mʳ. Thomazon mʳ. Genier in locum suffecto pro sportulis judiciariis, vulgo Epices et Cout de l'arrest ad Negotium pensionum pertinentibus Quingentas quatuor libras - - - - - - - 504 ₶

Pro stragulis scamno Decani et Censoris appositis, quinque libras - - - - - - - - - - 5 ₶

~~Pro Carbone decem libras~~ . . . . ~~10~~ ₶

Viduae Fournier pro sex mensibus annuae pensionis cadentibus in diem ultimum Martii 1737 septuaginta quinque libras . . - - - - - - 75 ₶

Eidem pro sex mensibus annuae Pensionis cadentibus in diem ultimum septembris 1737 septuaginta quinque libras. - - - - - - - - 75 ₶

Pro Rhedis meritoriis quibus opus habet Decanus ad persequenda varia Facultatis negotia numerabit centum et sexaginta libras . . . - 160 ₶

Andel pro operâ in accipiendis ab codem Quaestore Facultatis reditibus collocatâ decem libras. . . . 10 ₶

Eidem pro papyro calamis et atramento ab initio Novembris 1736 ad Nbrem 1737 novemdecim libras cum decem assibus . . - - - - - 19 ₶. 10 s

Pro vectigali unicuique Bidellorum capiti imposito vulgo Capitation octodecim libras . . . . - - - 18 ₶

Pro caducis impensis sexaginta libras numerabit Decanus sexaginta libras . . . . - - - 60 ₶

Majori Bidello cum exponerentur Mʳ. Reneaume Rationes quinquaginta libras. . - - - - - 50 ₶

Minori viginti quinque libras 25 ₶

quittantiis visis

Summa hujus paginae Est de treize cent vne liure dix sols.

Summa totius accepti est de Cinq mil trois cent quatre vingt huit liures quatre sols.

Summa verò totius expensi Est de treize mil huit cent dix liures seize sols cinq deniers.

Ergo Summa totius expensi Superat Summam

totius accepti de huit mil quatre cent vingt deux livres douze sols cinq deniers.

facultas ratas et gratas habet rationes anni primi decanatus Magistri Ludovici Claudii Bourdelin Decani, censet ei agendas esse gratias pro rebus facultatis praeclare gestis, eique decernit solitum honorarium centum et quinquaginta libellarum, singulis Doctoribus praesentibus, cubicis et causariis honorarium duorum calculorum argenteorum, Bidellis tantumdem, Decano et antiquiori Magistro Duplum, Majori apparitori quinquaginta libras, minori viginti-quinque libras, et ita conclusit, die ultimo octobris anni millesimi septingentesimi trigesimi octavi.

Ludovicus Claudius Bourdelin Decanus.

Leaulté accepi etiam pro filio et D. Vergne
Hommel Andry Ferot Reneaume Baron
Fourneau Arcendo Winslow Chomel
Winslow pro d. Helvetius. Du Cerf Fontaine
Couthier Baron Procope Bourdelin accepi et pro dd.
Bertrand Bailly. accepi Bailly. Bartknecht Vandermonde
Colde Vilars Afforty pro D. Martineng. Guyot pro D. Prévost
Le Lotthier Millet Majault
Boucher Garnier
millet pro m. Pepin. Dee Saneuil Bellelere De Rabours
Jacques accepi pro domino du Vernay Jacques Midy. Morin
Geoffroy Malouet Dauver Le Breuille
Accepi pro Dno Hermant Dauver De Breuille Ferret accepi pro d. Garnier
Goyer D. Vasse Gaquier
Cosnier accepi pro do peaget. Chapel De L'Epine
Cosnier Le Spicullier accepi pro d. Chevalier Guyot
accepi pro Domino Mellot De L'Epine Mery de Jussieu Boyer
accepi pro d. Ferrein Boyer Malouin Renaud
Le Hoc Delavigne Sorre
Daval Bellot Cochu Malaval Boullanot Guyot
Dayen Murry Lepereau Isoard accepi pro d. Lemery Lepereau

Commentarius alter
Rerum in Facultate medica Parisiensi gestarum
cum tabulis accepti et expensi
a die sabbati 2ª 9bris 1737,
ad diem sabbati 8um 9bris 1738
Magistro Ludovico Claudio Bourdelin Parisiensi
iterum Decano.

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo septimo, die sabbati 2ª 9bris convocata fuit Facultas medica Parisiensis horâ decimâ matutinâ post sacrum in Scholas superiores Decanum et Professores more solito electura.

Jn iis Comitiis, præsente frequentium Doctorum coronâ Decanus eorum quæ per annum gesserat rationem brevi oratione reddidit. idem fecerunt decedentes magistratu Professores, quorum primus verba fecit Mr. Henricus Franciscus Bourdelin Pathologiæ Professor, in locum Mi. Desiderii Claudii Fremont fato functi, ut supra retulimus, a Facultate saluberrimâ suffectus. Dixerunt deinde, gratias quæ saluberrimo ordini egerunt, suo quisque ordine, quatuor alii Professores. Mr. scilicet Dubois chirurgiæ latinæ Professor, Mr. Bruner materiæ medicæ Professor, Mr. Chevalier Pharmaciæ utriusque Professor, et Mr. Martineng chirurgiæ Gallico idiomate edocendæ Professor.

Nec gratias tantum egit Mr. Chevalier, sed Facultati etiam vale dixit, oblatisque saluberrimo ordini, et dono datis iis Codicibus quos de materiâ medicâ in Scholis inferioribus olim dictaverat, promissis que iis quos de utrâque Pharmaciâ Philiatris nuper tradiderat, petiit a Facultate ut Sancti Dominici Jnsulam habitaturo sibi, ibi que Medici Regii munere et officiis functuro, sua emolumenta, non secus ac præsenti, concederentur. clarissimi viri petitioni lubentissime annuit saluberrima Facultas, et sic conclusit Ludovicus Claudius Bourdelin Decanus.

His peractis, priusquam sorte, ut moris est, ducerentur Decani Professorum que Electores, proposuit Facultati Mr. Leaulté pater, ut vivâ voce eligeretur in Professorem Scholarum Mr. Vergne, et illico, paucis que admodum reclamantibus, cum appellatus fuisset in Scholarum Professorem vivâ voce dictus Mr. Vergne, vir in Scholis magni sanè nominis, et de Facultate saluberrimâ, nec semel, optime meritus,

hac super electione, cum majore suffragiorum numero, sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Postea, more solito, creati sunt Decani et Professorum Electores. de Majore quidem ordine, M.

de Majore quidem ordine,	M.i	Winslow
		Vergne,
		De Santeul.
de minore autem ordine	M.i	jacques
		le Floc.

Qui, praestito prius in decani manus solito sacramento, secesserunt in sacrarium, atque inde redeuntes, verba, suo collegarumque nomine, faciente M.o Winslow Electorum antiquiore, retulerunt Facultati saluberrimae,

1.o factam viva voce m.i Vergne Electionem, gratam a se ratamque haberi.

2.o M.o Ludovico Claudio Bourdelin Decanatus dignitatem in biennium a se prorogari.

3.o tandem in Chirurgiae latino idiomate edocendae munus sustinendum electos esse fuisse,

de majore quidem ordine M.um Michaelem Lud. Reneaume academiae Censorem,

de minore autem ordine M.os Davidem Vasse
Lud. Florentium Bellot.

quorum nominibus in urnam conjectis sorte, non caecâ, ductus est M.r Ludovicus Florentius Bellot.

in Pharmaciae utriusque Professores appellarunt Electores

de majore ordine M.os Eliam Col de Vilars,
Michaelem Peaget;

de minore ordine M.um Paulum Malouin.

sorte ductus est vir meritissimus M.r Col de Vilars.

in Professores Materiae medicae

de Majore ordine M.um Baron patrem,

de Minore ordine M.os Achillem Fontaine
Robertum Hubertum Linguet.

favit sors clarissimo viro, et antiquo Facultatis Decano, M.o Baron.

in Chirurgiae demum gallico idiomate edocendae Professores, ab Electoribus nominati fuere

de majore ordine M.er Franciscus Bailly,

de minore ordine M.i joannes Baptista Dubois,
Franciscus Mery.

sorte ductus est eruditissimus vir M.er Dubois.

Qui clarissimi quinque Doctores obeundis religiose suis muneribus postquam praestito, ut moris est, in Decani manus juramento, ^praestito se obstrinxissent, recepisset que Decanatus insignia quae prius deposuerat M.r L. C. Bourdelin, coram Facultate verba fecit dare ad M.um Gedeonem de Rabours, Bacca-

laurarum spectante, de qua dicemus, ubi de actis et Comitiis Facultatis.

Eodem etiam die 2° 9bris 1737 Sabbato fuere in Scholis superioribus Comitia Facultatis menstrua de morbis grassantibus. Qui morbi, referente M° Urbano Leaulté, aliis que praesentibus Doctoribus, erant Catarrhi, Rheumata, Peripneumoniae, aliique Thoracis et Pulmonum affectus, vel mediâ aestate orti, et qui ob variam scilicet admodumque mutabilem hujus tempestatis temperiem, per totum autumnum duraverant, et ineunte novembre adhuc saeviebant.

Quaestiones Quodlibetariae.

Die jovis 14° 9bris 1737 disputavit de quodlibetariâ quaestione M.er Ludovicus De Santeul respondente M° Gedeone de Rabours Genevensi, Baccalaureo, et fuit quaestio talis, affirmative conclusa.

An a legitimâ curatione convalescentiae securitas?

Eodem die circa horam undecimam quaedam Facultatis Decreta ad Scholae disciplinam pertinentia recitavit altâ voce Major Facultatis Apparitor, ut moris est, deinde vero Nomina atque agnomina Doctorum hac verborum serie.

Sequuntur Nomina & agnomina
honorandorum Magistrorum nostrorum
in saluberrimâ Facultate Parisiensi
actu Regentium.

anno domini . 1737.

Magister Germanus Preaux, Exprofessor Regius, Scholarum antiquior.
Urbanus Leaulté,
Petrus Marais,
Petrus joannes Burette, Regius Professor, et Regiae Numismatum Academiae Socius.
Alexander Petrus Mattot.
Philippus Caron Antiquus Facultatis Decanus.
joannes Baptista Chomel, Medicus Regis ordinarius, et Regiae Scientiarum Academiae Socius Veteranus.
Nicolaus Andry, Professor Regius, et antiquus Facultatis Decanus,
Petrus Le Tonnelier,
Ludovicus Lemery, Medicus Regis ordinarius, Chimiae in horto Regio Professor, et Regiae Scientiarum Academiae Socius.
Raimondus jacobus Finot.

Michael Ludovicus Reneaume de la Garanne Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, Exdecanus et Censor.

Jacobus Fourneau,

Joannes Herment Medicus Regis ordinarius,

Petrus Azevedo.

Antonius Pepin in Regio Brestensi Nautarum Nosocomio Medicus primarius.

Jacobus Benignus Winslow Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, Regiæ Societatis Berolinensis Socius, & Teutonicæ linguæ Regius Interpres.

Claudius Vergne,

Claudius Du Cerf,

Joannes Claudius Adrianus Helvetius, Regi a Sanctioribus Consiliis, Reginæ Medicus primarius, et Regiæ Scientiarum Academiæ Socius.

Michael Procope Couteaux.

Joannes Baptista Mongin, Medicus Regis ordinarius.

Joannes Franciscus Couthier.

Hyacinthus Theodorus Baron, Antiquus Facultatis Decanus, et Rei Herbariæ Professor designatus.

Camillus Falconnet Salubris consilii Regis Socius, utriusque Aulæ Equestris medicus ordinarius, et Regiæ Litterarum ac Numismatum Academiæ Socius.

Thomas Bernardus Bertrand, utriusque Pharmaciæ Professor.

Franciscus Pousse

Joannes Baptista Thomas Martineng.

Joannes Baptista Silva, Salubris consilii Regis Socius, & Serenissimi Ducis Borbonii Medicus ordinarius.

Antonius de Jussieu Regiæ Scientiarum Academiæ, Regiarumque Societatum Angliæ et Prussiæ Socius, & in Horto Regio Botanices Professor.

Joannes Besse Dotariæ Hispaniarum Reginæ a Consiliis, & Medicus primarius

Henricus Besnier

Elias Col de Vilars Consiliarius et medicus Regis in Castelleto, Pharmaciæ Professor designatus.

Petrus Antonius Lepy

Franciscus Bailly Eques S.ti Michaelis.

Claudius Antonius Renard

Petrus Afforty.
Nicolaus Le Tellier.
Michael Peaget.
jacobus Antonius millee
joannes Franciscus Leaulté
Michael Ludovicus Vernage
Ludovicus claudius Bourdelin, Regiæ Scientiarum Academiæ
socius, Facultatis Decanus.
Emmanuel Mauritius Duverney
Ludovicus de Santeul.
Claudius Brunet
joannes Damianus Chevalier in Sancti Dominici insulâ
Medicus Regius
Claudius De La Vigne De Frecheville Medicus Regis
& domûs Reginæ ordinarius.
Gabriel Antonius jacques.
josephus De La Grive, non Regens.
Guillelmus De Magny
Petrus Maloet Regis Consiliarius, Regiæ Domûs invalidorum
Ducum ac Militum Medicus ordinarius, Regiæ Scienti-
arum Academiæ socius, et Chirurgiæ Gallicæ Professor
designatus.
Philippus Davier de Breville Dotariæ Hispaniarum
Reginæ consiliarius, et Medicus ordinarius.
Thomas Renatus Gasnier
Andreas josephus Sevon Rei Tormentariæ Medicus.
David Vasse
Nicolaus Le Roy De St Aignan.
Ludovicus joannes Le Thieullier.
Ludovicus Hieronymus Cosnier.
Guillelmus josephus De L'Epine Chirurgiæ Gallicæ Professor.
joannes Baptista Dubois, Professor Regius, & Serenissimæ
Principis Dotariæ De Conti Medicus ordinarius.
joannes Mery.
Bernardus De jussieu, è Regiâ Scientiarum Academiâ, Socie-
tatis Regiæ Londinensis Socius, et Botanices in Horto
Regio Prodemonstrator.
joannes Boyer, in supremâ Curiâ Medicus Regis ordinarius.
Petrus Malouin, Scholarum Professor designatus.
Antonius Nicolaus Guenault.
Ludovicus Petrus Le Hoc Regis in Castelleto medicus ordi-
narius, & Scholarum Professor.
Franciscus josephus Hunauld in Horto Regio Anatomes et Chirurgiæ
Professor, Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, et Chi-
rurgiæ latinæ in Scholis Professor.

Raymundus de La Riviere.
Antonius Casa major.
Ludovicus Maria Poussé.
Hyacinthus Theodorus Baron Pathologiæ Professor.
Joannes Baptista Ludovicus Chomel, Rei Herbariæ Professor.
Achilles Franciscus Fontaine.
Petrus Roussin de Montabourg, Non Regens.
Robertus Hubertus Linguet.
Otho Casimirus Bartelknecht;
Antonius Joannes Daval.
Henricus Franciscus Bourdelin
Josephus de Jussieu è Regiâ Scientiarum Academiâ.
Joannes de Diest.
Ludovicus Florentius Bellot, Chirurgiæ latinæ Professor designatus.
Franciscus Felicitas Cochu,
Claudius Carolus de Jean.
Jacobus Albertus Hazon.
Adrianus Malaval.
Franciscus Vandermonde.
Gaspar Cochon du Puy.
Tussanus Gilbertus Boulland
Henricus Guyot.
Carolus Payen
Bartholomæus Murry
Joannes Isoard,
Ludovicus Jacobus Pipereau,
Lucas Augustinus Folliot de St. Vast, Non Regens.

Die sabbati sequente probata fuere per scrutinium, ut moris est, responsa quæ dederat in suâ Thesi quodlibetariâ Mr. Gedeon de Rabours.

Die jovis 12o Xbris anni 1737 disputavit in ordine suo de quodlibetariâ quæstione Mr. L. C. Bourdelin Facultatis Decanus, respondente Baccalaureo Mo. Joanne Jacobo Belleserre, Parisino, et fuit quæstio talis affirmativè conclusa.

An Hypochondriaci morbi remedium Equitatio?

Die jovis 19o Xbris 1737 disputavit de quodlibetaria quæstione Mr. Michael Ludovicus Vernage, respondente Baccalaureo Mo. Laurentio Ferret, Parisino; fuit quæstio talis affirmativè conclusa.

An Variolæ mali moris, soli naturæ committendæ?

Die lunæ trigesimo Xbris 1737 disputavit de quodlibetariâ quæstione Mer joannes Franciscus Leaulté, respondente Baccalaureo joanne Midy Lemovico. Fuit quæstio talis, affirmativé conclusa.

An diluentia in Affectibus Melancholicis, purgantibus præferenda?

Die jovis 2o januarii 1738 disputavit de quodlibetariâ quæstione Mer jacobus antonius Millet, respondente Baccalaureo Mo Michaele Philippo Bouvart Carnutæo. Fuit quæstio talis, affirmativè conclusa.

An raro, Peripneumoniæ Vomitorium?

Die jovis 9o januarii 1738 disputavit de quodlibetariâ quæstione Mer Michael Peaget, respondente Baccalaureo Mo Dionis Parisino, et fuit quæstio talis affirmativé conclusa,

An Luis Venereæ curationi, per frictum potius quam Suffitum, faveant Medicæ Observationes?

Die jovis 23o januarii disputavit de quodlibetariâ quæstione Mer Nicolaus Le Tellier, et fuit quæstio talis affirmativè conclusa,

An Rabies, ab acido?

Die jovis trigesimo januarii disputavit de quodlibetariâ quæstione Mer Petrus Affovty, respondente Baccalaureo Mo Antonio Ferrein Aginnate, et fuit quæstio talis, affirmativè conclusa,

An pro diversis ægris, Ægritudines diversæ?

Die jovis 13o Februarii 1738 disputavit de quodlibetariâ quæstione Mer Antonius Claudius Renard, respondente Baccalaureo Mo Michaele josepho Majault Duaceno, et fuit quæstio talis, affirmativè conclusa,

An pluribus Hispanorum morbis, remedium efficax Balneum?

Quæstiones medico-chirurgicæ

Die jovis vigesimo Februarii 1738 disputavit in ordine suo de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgica Mer Franciscus Bailly, respondente Baccalaureo Mo. joanne jacobo Bellerte parisino, fuit quæstio talis negativé conclusa,

Num in Peste, ut Carbunculi, sic et Bubones, statim ab initio, ferro sint aggrediendi?

Die jovis 27o februarii disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ Mer Petrus Antonius Lepy;

fuit quæstio talis, respondente Baccalaureo M.o Antonio Ferrein negativè conclusa;

An Fistulæ lacrymali, Cauterium actuale?

Die martis 4.o martii 1738 disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ M.er Elias Col de Vilars, respondente Baccalaureo M.o joanne Midy, et fuit quæstio talis affirmativè conclusa;

An Leucophlegmatiæ, leves Scarificationes?

Die jovis 6.o martii disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ M.er Henricus Besnier, respondente M.o Carolo Dionis Baccalaureo, et fuit quæstio talis affirmativè conclusa,

An in Phlegmone curandâ, repercutientibus resolventibusque, præferenda Maturantia?

Die martis 11.o martii disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ M.er joannes Besse, respondente Baccalaureo M.o Michaele josepho Majault, et fuit quæstio talis negativè conclusa,

An ingruente in artubus Gangrænâ a causâ internâ, eorumdem artuum amputatio imperanda?

Die jovis 13.o martii disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ M.er Antonius De jussieu, respondente M.o Laurentio Ferrel Baccalaureo, et fuit quæstio talis, affirmativè conclusa,

Herbis, an Ferro, promptior tutiorque Abscessuum, a Congestione, curatio?

Die lunæ 17.o martii disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ M.er joannes Baptista Silva, respondente M.o Michaele Philippo Bouvart, et fuit quæstio talis affirmativè conclusa,

An qui Tumores delevi, Ferro, potius quam Cauterio potentiali, delendi?

Die jovis 27.o martii disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ M.er joannes Baptista Thomas Martineng, respondente Baccalaureo M.o Gedeone De Rabours, et fuit quæstio talis affirmativè conclusa,

Num in Plagis Abdominis, vulnerato intestino, Pellionum Sutura?

Die martis 1.o aprilis 1738, disputavit de quodlibetariâ quæstione medico-chirurgicâ M.er Franciscus Poussé, respondente Baccalaureo M.o Andrea Guidone Garnier, et fuit quæstio talis, affirmativè conclusa,

An Tumoris Cancrosi radicitus ablati regeneratio, rectius Chirurgiæ tradenda?

Vesperiæ & Doctoratus.

Die Mercurii decimo mensis 7.bris 1738 celebratus fuit

in Scholis inferioribus Actus Vesperiarum M.i Caroli Dionis Licentiati, Præside M.o Ludovico joanne Le Thieullier; Quo in actu, fuit hæc bimembris quæstio in utramque partem agitata,

An totius ferè corporis nutritio { a Chylo? / a Succo nerveo?

Primum quæstionis membrum enodandum proposuit M.er Le Thieullier Actûs præses M.o Baccalaureo alterum loco M.i Chevalier absentis, et in S.ti Dominici insulâ medici Regii, M.er Couthier in utramque partem prius agitatum Licentiato solvendum reliquit.

Die veneris 12o mensis 7.bris celebratus fuit in Scholis inferioribus Actus vesperiarum M.i Laurentii Ferret Licentiati, Præside M.o Gabriele Antonio jacques; Fuit hæc quæstio bimembris in utramque partem agitata;

An Nutritionis materies { Lympha? / Succus nerveus?

Primum quæstionis membrum M.er jacques Præses, enodandum proposuit M.o Baccalaureo, ac deinde, alterum M.er Le Thieullier Licentiato reliquit solvendum.

Die Martis 16o 7.bris Pileo Doctorali donatus fuit M.er Carolus Dionis M.o Ludovico joanne Le Thieullier Præside. cujus actûs hæc fuit quæstio bimembris,

An Syphilidis curatio { Suffumigatione? / Frictione?

Primum quæstionis membrum, in utramque partem prius agitatum, M.o Ludovico Mariæ Poutte, M.i Cochon Du Puy vices gerenti, novus Doctor, alterum, Actûs Præses M.o Couthier, M.i Damiani Chevalier, ut jam diximus, absentis vicario, in utramque etiam partem discussum, proposuit enodandum.

Die lunæ 22o 7.bris celebratus est in Scholis inferioribus Actûs Vesperiarum M.i Gedeonis De Rabours, Præside M.o Claudio Brunet vices gerente M.i Nicolai Le Roy de S.t Aignan. Hoc in actu fuit in utramque partem agitata bimembris hæc quæstio,

An Hæmoptyseos { Causa, Plethora? / Prophylaxis, exercitatio moderata?

Primum quæstionis membrum M.o Baccalaureo M.er Brunet actûs Præses, alterum Licentiato M.er Vasse in locum M.i jacques absentis, licet moniti per schedulam, enodandum proposuit.

Die martis 23° 7bris Doctoris Pileo donatus est a m° Gabriele Antonio jacques, actus præside, m.er Laurentius Ferret; Hoc in actu agitata fuit in utramque partem bimembris hæc quæstio,

An Pleuritidi, { Venæ sectio? / Mochlicum?

Primum quæstionis membrum m°. Boulland novus Doctor, alterum m°. Le Thieullier, actus Præses solvendum proposuit.

Die veneris 26° 7bris, Doctoris Pileo donatus fuit m.i Præsidis claudii Brunel manibus m.er Gedeon de Rabours. Fuit hæc quæstio bimembris in utramque partem agitata,

An Hæmoptysi curandæ { venæ sectio, largè celebranda? / astringentia, cautè usurpanda?

Primum quæstionis membrum m°. Daval, m.i Guyot ægrotantis, vices gerenti, alterum m°. jacques, actus Præses m.er Claudius Brunel enodandum proposuit.

Die sabbati 27°. 7bris celebratus fuit in scholis inferioribus actus Vesperiarum m.i Guidonis Andreæ Garnier Licentiati, Præside et vices gerente m.i Guillelmi de Magny, m°. Ludovico de Santeul. Quo in actu fuit agitata in utramque partem bimembris hæc quæstio,

Ex duobus medicis, uter præstantior, { an qui sæpe prohibet? / an qui sæpe concedit?

Primum quæstionis membrum Candidato, actus Præses, alterum, m.er Vaste, m.i Brunel vices gerens, Licentiato solvendum proposuit.

Die martis trigesimo 7bris celebratus fuit in scholis inferioribus actus Vesperiarum m.i Michaelis Philippi Bouvart Licentiati, Præside, et vices m.i Maloet gerente, m°. Mery. Quo in actu agitata fuit in utramque partem bimembris hæc quæstio,

An præcipua valetudinis tutela, { Victus simplex? / Exercitatio?

Primum quæstionis membrum m°. Baccalaureo actus Præses m.er Mery, alterum Licentiato m.er de Santeul enodandum proposuit.

Die mercurii 1° 8bris a m.o Ludovico de Santeul, actus Præside, vices iterum gerente m.i de Magny, Pileo Doctoris donatus est m.er Guido Andreas Garnier, fuit agitata in utramque partem hæc bimembris quæstio,

An febri cuilibet secundæ { Venæ sectio, Cathartis? / Kina Kina, nunquam?

Primum quæstionis membrum m°. Isoard mⁱ. Payen vices gerenti novus Doctor, alterum m°. Vasse vices gerenti mⁱ LeRoy dect^t. Aiguan, Actus Præses solvendum proposuit.

Die jovis 2°. mensis 8^{bris}, Præside m°. Francisco Mery Doctoris Pileum adeptus est m^{er}. Michael Philippus Bouvart. Cujus in actu agitata fuit in utramque partem hæc bimembris quæstio,

An incipienti Pleuritidi, { Sola semper Venæ sectio? / Sæpe Emeticum?

Primum quæstionis hujus membrum m°. Pipereau mⁱ. Merry vices gerenti, novus Doctor, alterum, vices gerenti mⁱ. De Magny, m°. Vasse, actus Præses proposuit solvendum.

Die Lunæ 6°. 8^{bris} celebratus fuit in scholis inferioribus actus Vesperiarum mⁱ. joannis jacobi Belleteste m°. Philippo Davier de Breville Præside. Hæc fuit agitata in utramque partem quæstio bimembris

An color sanguinis purpureus in Pulmonibus, { ab Aere? / a Trituratione?

Primum quæstionis membrum m°. Baccalaureo actus Præses, alterum, mⁱ. Maloet vices gerens, m^{er}. Vasse Licentiato solvendum proposuit.

Die Veneris decimo 8^{bris}, celebratus fuit in scholis inferioribus actus Vesperiarum mⁱ. Michaelis josephi Majault Licentiati, Præside m°. Davide Vasse. Hoc in actu agitata fuit in utramque partem bimembris hæc quæstio,

An quo motus sanguinis lentior, eo humor secretus { tenuior? / uberior?

Primum quæstionis membrum m°. Baccalaureo actus Præses, alterum Licentiato m^{er}. Philippus Davier de Breville enodandum proposuit.

Die Martis 14°. 8^{bris}, Præside m°. Philippo Davier de Breville, Doctoratûs gradum adeptus est, m^{er}. joannes jacobus Belleteste; agitata fuit in utramque partem sequens bimembris quæstio.

An in Febribus malignis { alexipharmaca? / Emetica?

Primum quæstionis membrum m°. Isoard novus Doctor, alterum m°. Mery actus Præses solvendum proposuit.

Die Mercurii 15°. 8^{bris}, doctoratus gradum adeptus est m^{er}. Michael josephus Majault, Præside m°. Davide Vasse. Agitata fuit in utramque partem bimembris hæc quæstio,

An Hypochondriaco affectui, { Musica? / Equitatio?

Primum quæstionis membrum Mº. Piperean novus Doctor, alterum Mº. Davier actus Præses solvendum proposuit.

Die Veneris 24º 8bris, celebratus fuit in Scholis inferioribus actus vesperiarum Mi. Antonii Ferrein, Præside Mº. Andrea Josepho Seron; hocce actu proposita fuit in utramque partem bimembris quæstio quæ sequitur,

An alimentorum coctio { a Fermentatione? / a Tritu?

Primum quæstionis membrum Mº. Baccalaureo actus Præses, alterum Licentiato solvendum Mer. Vasse proposuit.

Die Sabbati 25º 8bris, celebratus fuit in Scholis inferioribus actus Vesperiarum Mi. Joannis Midy, Præside Mº Michaele Procope Couteaux, vices gerente Mi. Thomæ Renati Gasnier. Fuit hæc quæstio bimembris in utramque partem agitata,

An Medicina comparari possit, { solo Studio? / nudâ experientiâ?

Primum quæstionis membrum actus Præses Mº Baccalaureo, alterum Licentiato Mer. Seron solvendum proposuit.

Die lunæ 27º 8bris, Mº. Andrea Josepho Seron Præside Doctoris gradum pileum que adeptus est Mer. Antonius Ferrein. Cujus in Doctoratûs actu, quæstio hæc bimembris in utramque partem agitata fuit,

An Dysenteriæ { Ippecacuanha? / Aquæ minerales Ferrugineæ?

Primum quæstionis membrum Mº. Malouin novus Doctor, alterum Mº. Vasse solvendum proposuit actus Præses.

Die Jovis trigesimo 8bris, 1738 Doctoris gradum, Mº. Michaele Procope Couteaux Præside, adeptus est Mer. Joannes Midy. Hoc in actu agitata fuit in utramque partem sequens bimembris quæstio,

An Diarrhoeæ, { astringentia? / Purgantia?

Cum autem coram Facultate Licentiatorum nullus non supplicasset ut sibi, salvo aliorum jure, liceret ad Doctoratum promoveri, singulorum que supplicationi annuisset Ordo saluberrimus, hinc fuit quod non servato in iis actibus Licentiatorum ordine nullâ que habitâ anterioris vel posterioris loci ratione, Licentiatorum unusquisque Doctoratum adeptus fuerit.

Orationes Publicæ.

Die dominico 17º 9bris anni 1737 Mer. Le Hoc

Consiliarius Regis, medicus ordinarius in ejus Castelleto, Doctor medicus Parisiensis, et Scholarum Professor, Oratione publicâ medicinæ stadium auspicatus est, horâ post meridiem tertiâ

Dieu aidant,

M.tre Guillaume joseph de L'Epine Docteur Regent de la Faculté de Medecine en l'Université de Paris, et Professeur de Chirurgie en langue françoise, ouvrit ses leçons par un Discours public, qu'il prononça le dimanche 24. 9bre 1737, a 4 heures apres midy, et dans lequel il fit voir, les qualités necessaires a un Eleve en Chirurgie.

Demonstrationes Anatomicæ, Opera Chirurgica & Galeno-Chimica

Die veneris 14°. mensis martii 1738, et sequentibus, horâ decimâ matutinâ, M.er Hyacinthus Theodorus Baron filius, Scholarum Professor, Anatomiam corporis humani publicis orationibus edocuit in virili cadavere. Usus est manu atque opera Antonii Francisci Barbaut, Chirurgi Parisiensis.

Die mercurii 22°. januarii anni 1738 et sequentibus, horâ post meridiem tertiâ, M.er josephus Franciscus Hunauld Regiæ Scientiarum Academiæ et Regiæ Londinensis Societatis Socius, Anatomes et chirurgiæ in Horto Regio, in Scholis autem Chirurgiæ latinæ Professor, Operationes chirurgicas quæ circa corpus humanum exercentur, in muliebri Cadavere edocuit, Operante Antonio Mertrud Chirurgo Parisiensi et Regio.

Die Sabbati 12°. julii 1738 et sequentibus uniuscujusque hebdomadæ diebus Mercurii et Sabbati, horâ post merdiem tertiâ, M.er Thomas Bernardus Bertrand, Doctor medicus Parisiensis et Pharmaciæ utriusque Professor, Præmissis Chimiæ Principiis, selecta utriusque Pharmaciæ Opera explanavit; Quibus exequendis solertem admovit manum Nicolaus Franciscus Rousselot, Pharmacopoeus Parisiensis.

Obitus Doctorum.

Hoc altero nostri Decanatûs anno, quod felix faustumque Facultati, nobis autem acceptissimum fuit, nullum Collegam tumulavimus.

Acta & Comitia saluberrimæ Facultatis Medicæ Parisiensis.

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo octavo, 2a 9bris, quo die convocata fuerat Facultas Decanum et Professores electura, et de morbis grassantibus deliberatura, actum est de negotio ad Mrum Gedeonem De Rabours Baccalaureum spectante: Et, quando quidem ultimis in Comitiis, Facultati visum fuerat, ut hac super re consulerentur Patroni, non Patronos tantum, sed ipsam Theologiæ Facultatem, eos scilicet quinque Doctores qui qualibet Hebdomadâ congregantur, super Conscientiæ, ut aiunt, Casibus, judicium suum laturi, consuluit Mrs De Rabours, oblato iis meritissimis viris, ut et Curiæ Patronis memoriali libello, in quo rei status bonâ fide exponebatur. Hæc fuit quorque supradictorum sacræ Facultatis Doctorum, super scrupulo Facultatis saluberrimæ sententia, ad calcem libelli memorialis apposita, et horum uniuscujusque syngrapho munita.

Par le present exposé, il paroit que le Pere Jouffroy a donné a la personne en question un certificat par lequel il a attesté l'avoir entendu en confession depuis plusieurs années, et expressement le seize Mars mil sept cent trente six, qui sont l'année et le jour du certificat. Cependant, suivant le meme exposé, la personne n'a fait abjuration qu'au mois de juillet dernier, c'est a dire, quinze mois apres l'attestation de confession donnée par le Pere Jouffroy Cordelier. Cela ne peut se concilier, qu'en supposant que l'abjuration publique a eté differée par quelques raisons particulieres. C'est en effet ce qui est arrivé, suivant la declaration de la personne interessée, laquelle a cru devoir differer d'abjurer publiquement, a cause des menagements qu'elle etoit obligée de garder avec ses parents. Cela supposé, on repond, que l'attestation du Pere Jouffroy a eté suffisante pour admettre au Baccalaureat dans la Faculté de Medecine le Docteur de Valence, et en consequence, pour le laisser entrer en Licence, et la continuer. Deliberé en Sorbonne le premier novembre mil sept cent trente sept.

Signatum A. Le Moine, L. de Romigny, de Lorme, La Roche, St Aubin.

Quod spectat ad Curiæ Patronos, sequentibus verbis suam sententiam expresserunt.

Le Conseil soussigné qui a vu le memoire de la Faculté de Medecine du 31 8bre 1737, le Certificat de Confession signé Jouffroy, du 16 mars 1736, et l'acte d'abjuration du sieur Gedeon de Rabours du 20 juillet 1737

Est d'avis que le degré de Bachelier accordé au Sr. de Rabours, ne peut estre attaqué ny anneanti, et que la Faculté de Medecine ne peut legitimement l'empecher de continuer sa Licence, ny refuser de luy conferer le Bonnet de Docteur, sous pretexte de Religion. Deux reflexions, l'une dans la forme, et l'autre au fond, decouvrent qu'il n'y a point aujourdhuy d'incapacité en la personne du sieur de Rabours.

1°. il a esté admis par la Faculté, au Baccalaureat et a commencer sa Licence sur le Certificat de Confession qui justifie, que dès lors, et même depuis plusieurs années, il est dans l'usage de frequenter le sacrement de Penitence. La Faculté s'est contentée de ce Certificat, elle l'a regardé comme un acte qui pouvoit suppleer l'Extrait Baptistaire et prouver l'exercice de la Religion Catholique Apostolique et Romaine: Elle pouvoit dès lors, exiger un Acte d'Abjuration; elle ne l'a pas fait, elle ne peut aujourdhuy se reformer elle même, ny desapprouver sa propre conduite.

2°. il faut convenir au fond, qu'il eut esté plus regulier, que l'acte d'abjuration, eut precedé le Certificat de Confession; Mais cet Acte n'est pas nul, pour estre posterieur, et il ne renferme pas une contradiction absolüe avec l'autre. Il y a tout lieu de presumer que le sieur De Rabours a esté informé qu'on pourroit luy faire difficulté dans la Faculté, sur ce qu'il ne rapportoit pas d'acte d'abjuration. Il a pris la precaution d'en faire un en bonne forme, pour prevenir tout incident: Cet acte ne dit pas qu'il ait fait profession de la Religion pretendüe Reformée, jusques au moment de son abjuration, il est dit, Hæresim, quam anteà profitebatur, ejurasse, le mot d'anteà, peut s'entendre d'un temps precedemment eloigné, et, dans le Droit même, la disposition de Droit, veut que l'Acte soit expliqué favorablement. Semper in dubiis, benigniora præferenda sunt. L. 56. In re dubiâ, benigniorem interpretationem sequi non minùs justius est, quàm tutius. L. 192. ibidem. in ambiguis rebus, humaniorem sententiam sequi oportet. L. 10.

de rebus dubiis, rapienda est occasio quae praebet benignius respondendi. L. 168. Son abjuration sert a prouver que ses demarches etoient sinceres, et qu'il a employé le temps utilement a se faire instruire, elle a un effet confirmatif de ce qu'il a fait auparavant, en sorte, qu'il n'est pas possible de penser, qu'il y ait eu surprise dans ses demarches, ny aucune nullité dans le degré de Bachelier qui luy a eté conferé, d'autant plus qu'il ne s'agit pas icy de raisonner suivant les principes du For interieur, mais suivant les Principes du For exterieur. Deliberé a Paris le premier octobre mil sept cent trente sept.

Signatum. Nouet. Dains, Buirette.

Haec duo instrumenta coram Facultate saluberrimâ legit Decanus; Quorum lectione sedata illico fuit quae Baccalaurei Mi. de Rabours capiti imminebat tempestas, cui tempestationem dederat, non invidia aut cujusquam erga illum malevolentia, sed conservandae saluberrimi Ordinis famae atque existimationis dignissima laude cupiditas. Collectis igitur praesentium Doctorum suffragiis, in eâ fuit sententiâ Ordo saluberrimus, ut solita Baccalaurei munia et exercitia resumeret Mr. de Rabours, cardinalitiam que suam thesim cum Decano viderelur, propugnaret. & sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Die veneris 22° 9bris anni 1737 habita sunt extraordinem Facultatis generalia ad quae invitati fuerunt Doctores sequente schedulâ.

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die veneris 22° 9bris anni 1737 horâ post meridiem sesquitertiâ, de instituenda, publici que juris facienda, saluberrimae Facultatis Bibliothecae ratione, sic jubente supremae Curiae senatus-consulto, nec non de aliis rebus tum ad eandem Bibliothecam, tum ad Facultatem pertinentibus Decanum dicentem audituri, et super iis deliberaturi. datum parisiis die mercurii vigesimo 9bris ejusdem anni. Bourdelin Decanus.

In iis Comitiis legit Decanus supremae Curiae Parisiensis senatus-consultum 7° 7bris ultimo elapsi, sic requirente Illustrissimo Regis Catholico Procuratore latum, 12° autem ejusdem mensis die Facultati saluberrimae significatum, dixit que postea Decanus,

Hujus senatus consulti duae sunt partes, viri medici; harum prima spectat ea Decreta quae lata fuere tunc temporis, cum libri Mi. Procopé de Belesme, illustrissimae feminae Dae. Guarnelot, et Mi. Philippi Hecquet, in manus Facultatis pervenerunt; Quorum

quidem Decretorum jubet suprema Curia Parisiensis Amplissimo Regis Procuratori Catholico, per Facultatem, copiam fieri.

Ejusdem Senatusconsulti parte alterâ, praecipitur Facultati, ut quâ ratione suam Bibliothecam usui publico velit consecrare, postridie Martinalium declaret. Qua quidem in alterâ Senatusconsulti parte agitur praesertim de necessariis ad collocandam, statisque diebus aperiendam, in publicum usum Bibliothecam impensis, tum factis, qualia sunt armaria recondendis libris idonea, mensae scriptoriae, caducaque alia impendia ad octingentas, et amplius, libellas excurrentia, tum faciendis, qualia sunt Bibliothecae Praefecti honorarium, libros detersuri et a situ ac pulvere vindicaturi, eosdemque, a Bibliothecae praefecto indicatos, postulantibus oblaturi Ministri manupretium. Annuo autem novoque huic sumptui sufficiendo impar omnino est Facultas, ut pote quae sive in Scholis, ad publicam utilitatem, sive foris, ad privatam, viduarum que duarum pensiones, mille, et amplius, libellas, ultra suos reditus, quotannis impendit. Deerit igitur Facultati saluberrimae, optimis instructissima libris, Bibliotheca, et, quam medicinae studiosis, litteratisque hominibus, ac medicis proficua, tam vobis honorifica, nisi qui Facultati saluberrimae, ad ardua suscipienda ac perficienda, stimuli loco semper fuit, publici boni amor, idem hodie unum quemque nostrum ad eas superandas, quae sese offerunt in infundandâ stabiliendâque Bibliothecâ difficultates, incendat.

Quibus auditis, Facultas saluberrima, supremae Curiae mandatis, quod quidem honori ducit, morem gestura, quoad primam Senatus-consulti partem statuit

I°, ut Decreta iis temporibus lata quibus in ipsius manus supra scripti libri pervenerunt, illustrissimo Regis Procuratori catholico quamprimum offerantur per Decanum, et postea, petitâ ab eodem Magistratu amplissimo veniâ, per Accensum, illi denuntientur.

Quod spectat autem ad alteram ejusdem Senatusconsulti partem quâ tenetur Facultas declarare, quâ ratione suam Bibliothecam usui publico velit devovere, prolatis in medium, et inter se collatis plurimis instituendae, suis sumptibus, hujus Bibliothecae rationibus, Censuit Ordo Saluberrimus,

I°, vitandorum causâ sumptuum quibus impar est Facultas, collocandam esse in Facultatis sacrario Bibliothecam.

2° decrevit idem Ordo Saluberrimus, quolibet cujusque hebdomadis jovis die, quo solo vacant Scholae, Bibliothecam

aperiendam esse; Eidem vero Bibliothecæ præficiendum esse unum e suis Doctoribus, ad quos solos pertinet Medicinalium librorum penitior intimior que Cognitio. Quem Doctorem, et librorum suorum custodem faceret, prædit que non destitutum, saluberrima Facultas Bibliothecæ suæ Præfectum acciperet; Censuit eadem Facultas, in Bibliotheca ministrum appellandum esse unum e suis Apparitoribus, et Doctori quidem, pro suo honorario, summam trecentarum libellarum, quotannis solvendam esse; Apparitori autem, pro suâ operâ, quinquaginta libellarum summam quotannis etiam esse concedendam. Istis autem summis, quæ, licet exiguæ revera sint, Facultatis tamen saluberrimæ Parisiensis spectatâ Re domi arctissimâ, maximæ videbuntur, suppeditandis cum annui Facultatis reditus minime sufficerent, in eâ fuit major pars Doctorum sententiâ, ut ex iis sportulis quas, singulo quolibet actu, præsentes singuli Doctores accipiunt, manuales distributiones vocant, non simul et semel, sed partitis, pro Decani arbitrio et prudentiâ vicibus, summa quatuor libellarum singulo quoque anno, in Doctoris Bibliothecæ Præfecti honorarium, ejusdem que Bibliothecæ Ministri Apparitoris manupretium erogaretur; Et sic, cum majore suffragiorum numero conclusit,

L. C. Bourdelin Decanus.

Cui Decreto suprascripto et Bibliothecæ institutionem spectanti, ob rationes, tempore et loco afferendas, intercesserunt, intercessionem que suam apposito syngrapho munierunt, septem Doctores è præsentibus, m.i scilicet jocques, De Moyes, Vasse, De L'Epine, Le Hoc, Isoard, Pipereau.

Dixit postea Decanus, se a m.i Philippi Hecquet antiqui Facultatis Decani, hærede, dicto, Laschevie, accepisse centum volumina, de quibus, exeunte primo sui Decanatûs anno, mentionem jam fecerat, quæ M.er Hecquet, testamento, Facultati reliquerat, iis addenda, quæ prius, munificentissimè, vivus que dederat. Hac super expositione, rogavit Decanum Facultas saluberrima, ut ea centum volumina, Bibliothecæ Facultatis in catalogum referri curaret, et sic conclusit L. C Bourdelin Decanus.

Die sabbati trigesimo novembris 1737 et die lunæ sequente, de Anatomiâ M.er De Rabours Baccalaureus, de quo jam toties, respondit publico examine ad quod invitati fuerant Doctores sequente schedulâ.

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores die sabbati trigesimo 9bris et die lunæ 2° Xbris anni 1737, ab horâ 2â post meridiem ad Z.am Gedeonem de Rabours sectiones et Demonstrationes Anatomicas propriis manibus, super cadavere virili exercentem, et die quidem sabbati de Abdomine ipsius que visceribus, de Thoracis partibus et de Capite; Die vero lunæ de omnibus Corporis musculis, Valorum et

Nervorum distributionibus, Ossium que situ, connexione, structurâ, et usu partium, demonstrando responsurum interrogaturi. Datum die Mercurii 27° 9bris, ejusdem anni. Bourdelin Decanus.

Die lunæ 2° Xbris anni 1737 convocata fuit Facultas de Bibliothecæ institutione deliberatura, sequente schedulâ.

Per juramentum.

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die lunæ 2° decembris anni 1737 horâ decimâ matutinâ, de publici juris faciendæ Facultatis Bibliothecæ, ratione, sic jubente supremæ Curiæ Parisiensis Senatus consulto, semel ~~et~~ iterum, diebus scilicet martis 1° 9bris et veneris 22° 9bris, convocatæ adid negotii, Facultati saluberrimæ, lecto, 3° et ultimo deliberaturi. Datum die Veneris 29° 9bris 1737. Bourdelin Decanus.

In iis Comitiis legit Decanus Decretum die veneris 22° 9bris, super institutione Bibliothecæ latum. Cui Decreto postquam iterum intercessissent septem jam nominati Doctores, eorum que intercessioni insuper accessisset Mr. Vandermonde, collectis cæterorum suffragiis, major pars doctorum eidem Decreto standum esse, ultimò decrevit; Et sic conclusit. L. C. Bourdelin Decanus.

2°. Legit Decanus epistolam, sibi, ab Amplissimo Rectore scriptam, de collocandâ in prædiis reliquâ, et ad quinquaginta duo libellorum millia excurrente, Parisiensis almæ Universitatis pecuniâ; Et hac super re legit etiam coràm Facultate Decanus duos memoriales libellos quos ad Decanum, hunc in finem miserat Amplissimus Rector, ut cum saluberrimâ Facultate, de iis deliberaturâ, communicarentur. Quorum auditâ lectione

Censuit Facultas saluberrima, reliquam in almæ Parisiensis Universitatis arcâ et ad 52000tt excurrentem pecuniam, ne quid detrimenti patiatur, quamprimùm in Prædiis utiliter esse collocandam; Quibus acquirendis prædiis si eadem summa 52000tt minùs sufficerit, ad hanc complendam necessarii aliûs argenti, nomine Universitatis mutui sumendi, liberam Tribunali academico, amplam que fecit potestatem; Et sic conclusit cum omnibus,

L. C. Bourdelin Decanus.

3°, Actum est eodem die et in iisdem Comitiis de morbis grassantibus. Tunc autem grassabantur potissimum Febres Catarrhales, ventriculi inflationes et dolores, Leucophlegmatiæ, Erysipelata, Herpetes, Tumores fugaces in cute, velut a materiâ perspirationis, retentâ, Febres malignæ periculosæ, Dysenteriæ, sed boni moris, Variolæ, Peripneumoniæ, Rheumatismi arthritici.

Die sabbati 7° Xbris 1737 habita sunt extra ordinem Facultatis Comitia horâ decimâ matutinâ post sacrum, de

probandis per Scrutinium iis responsis quæ in suo Anatomico Examine dederat m.r de Rabours; Quæ responsa, grata vel rata habuit Ordo saluberrimus.

In iis comitiis verba fecit m.r Martineng de suâ Thesi Cardinalitiâ quam composuerat, cujus quæstio erat, An Magnatibus venari saluberrimum? et cui præesse debebat, respondente m.o Gedeone de Rabours Baccalaureo. Atque cum a quibusdam Doctoribus, qui hanc Thesim, ut ipsi quidem profitebantur et asserebant, viderant legerantque, dictum fuisset, eam omnino non esse medicam, (quam maledicentiam minime probavit saluberrima Facultas,) postulavit a saluberrimo Ordine m.r Martineng hujus sui operis Examinatores, petiitque ut post illud examen, huic suæ Thesi, sibi, hoc eodem mense, liceret præesse.

Hanc meritissimi viri petitionem partim concessit, partim denegavit Ordo saluberrimus: Nec enim, præter Decanum, alios hujus Theseos examinatores voluit nominari; Tempus autem quod spectabat, hanc Thesim hoc eodem mense decembri propugnari decrevit; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Anno Dñi 1738, die sabbati 4.o januarii, habita sunt in Scholis superioribus, menstrua saluberrimi Ordinis Comitia, de morbis grassantibus. Sævierant mense præterito; sæviebantque adhuc Rheumata inflammatoria cum sputis sanguineis, quæ Rheumata, Ephemerâ febre, ut plurimum, terminabantur. Grassatæ etiam fuerant Peripneumoniæ, et in eorum ægrorum qui iis morbis obierant, Cadaveribus, sic referente m.o Fourneau, Gangrænâ affectus uterque Pulmo repertus est.

In menstruis iisdem Comitiis verba fecit Decanus de Fidelissimâ Picardorum Natione, quæ ad solvendas eas impensas, quas, in caducâ, magistratuumque jussu funditus eversâ suâ domo reædificandâ, fecerat, è reliquo in almæ Universitatis arcâ argento, summam quinquaginta millium libellarum, ab eâdem Universitate mutuam postulabat; Quâ de re, quid in sequentibus Facultatis Comitiis actum fuerit, inferius declarabitur. Hisce tamen in Comitiis præsentes Doctores petitioni huic annuerunt; Et sic, donec de eodem negotio in solemnioribus Comitiis ageretur, conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

3.o, in iisdem Comitiis apud Decanum conquestus est non unus Doctor, typis mandatam apud dictum Gissey, qui non esset Facultatis Typographus Caroli Dionis Baccalaurei Thesim cujus quæstio est, An Luis venereæ curationi, per frictum potius quam per suffitum faveant Medicæ observationes? Hanc novitatem se inscio contigisse ut dixit Decanus, qui hanc Thesim typis mandari apud dictum Quillau Facultatis Typographum jusserat, et ita, demore, factum fuisse autumabat, in ea fuerunt

sententiâ praesentes Doctores, ut nullâ habitâ ratione sumptuum quos ad hanc Thesim excudendam impenderat Baccalaureus, hanc eandem, novis Baccalaurei sumptibus, apud dictum Quillau Facultatis Typographum, typis iterum curaret Decanus mandavi; et sic conclusi. L. C. Bourdelin Decanus.

Die martis 14° januarii 1738 inceptum est Examen Chirurgicum Baccalaureorum, ad quod invitati sunt Doctores, schedulâ his verbis conceptâ.

Articulus V.us

Decreti, 22° die Martii, 1732, lati, et trinâ convocatione confirmati.

Exercitationum chirurgicarum primo et secundo die in Abdomine conficiantur Operationes; tertio, operationes in Pectore celebrentur; quarto et quinto die Operationes in Capite perficiantur; sexto et septimo, Artus, chirurgicis operibus subjiciantur: De causis, signis, eventu, et curatione morborum chirurgicâ, de medicamentorum applicatione externâ, de instrumentis chirurgicis interrogentur Baccalaurei, atque Operationis modum et splenioruum fasciarum que applicandi rationem, operi manum admovendo, exponant.

Vi cujus Decreti,

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores die Martis 14° januarii, et diebus mercurii, jovis, veneris, sabbati, Dominico, et lunae sequentibus, ann. 1738, ab horâ 2.â post meridiem, ad quintam, Baccalaureos, operationes chirurgicas, super virili cadavere, propriis manibus exercentes, interrogaturi. Datum die sabbati 11° januarii ejusdem anni. Bourdelin Decanus.

Die sabbati 25° januarii 1738 congregata fuit Facultas de pluribus rebus deliberatura, per apparitores delatâ apud unumquemque Doctorem sequente schedulâ.

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores die sabbati 25° januarii 1738 horâ decima matutinâ post sacrum, de Operibus chirurgicis, a Baccalaureis, propriâ manu, in Cadavere virili celebratis suum judicium per scrutinium laturi, Candidatorum Examinatores electuri, nec non de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus, deliberaturi. Datum in scholis medicorum, die lunae vigesimo ejusdem mensis et anni.

Bourdelin Decanus.

I°. in iis Comitiis probata fuere, per scrutinium, Baccalaureorum responsa.

2° sorte ducti sunt, more solito, Electores Examinatorum, de majore quidem ordine M.i Affotry
Le Tellier,
Peaget,
de minore autem ordine M.i Le Hoc,
Bernardus de Jussieu.

Hi quinque Electores, præstito prius in Decani manus solito Sacramento, secessere in sacellum, Electioni operam navaturi, et inde reduces in comitium, verba faciente suo et collegarum nomine M° Afforty, Facultati declararunt, a se, in Candidatorum Examinatores, electos fuisse

De majore ordine Mrs Procope Couteaux,
Col de Vilars,
De Santeul.

Quorum nominibus in urnam conjectis, extraxit Decanus nomina M^rorum Procope Couteaux, & Col de Vilars. Retulit deinde Facultati in candidatorum Examinatores, electos fuisse de minore ordine, Mrs Mery,
Malouin,
Guenault.

favit sors Mis Mery et Guenault, in urnâ relicto M° Malouin.

juravere illico in manus Decani quatuor sorte ducti Doctores, M^i scilicet Procope Couteaux
Col de Vilars
Mery,
Guenault,

Qui post præstitum juramentum, Candidatorum Examinatores renuntiati fuere.

3° Legit Decanus in iis Comitiis epistolam nobilis viri Domini Comitis de La Garaye Aremorici, quâ Facultati mittebat, elaboratos a se et novâ arte ac Methodo confectos sales, quos vocabat, Essentiales, postulabat que a Facultate, vellet eos judicio suo comprobare, et ad ægrorum salutem, siquidem se offerret occasio, adhibere. Qui sales ab aliis ejusdem nominis salibus in eo potissimum discrepabant, quod mixtorum, e quibus extracti fuerant, satis manifestas sensibus qualitates, odorem scilicet saporem &c, referrent. nec vulgari methodo, sed sine igne, et Aquæ tantum ope ac Machinæ cujusdam, duplici, ligneâ que et versatili, nec rotundis iis instrumentis buxeis, quibus chocolatæ liquor in spumam solet circumagi, omnino non simili radulâ instructæ, assiduo longo que tritu ac deinde aquæ illius, in qua plantæ alia que mixta, contrita, et essentialibus suis particulis spoliata fuerant, evaporatione, obtinerentur.

Hac super re placuit illico nominari quatuor Doctores, qui D^i de La Garaye salia examinarent, et de iis, ad Facultatem referrent. Fuere illi, de majore ordine, M^i Lemery
Col de Vilars,
de minore ordine, M^i Malouin,
Dipereau.

Postridie misit ad M^um Lemery Examinatorum antiquiorem,

Decanus, ea solum variorum specimina, quæ a D.º de La Garaye, per manus M.ⁱ Col de Vilars, Facultati oblata fuerant. Quodnam autem de iis latum fuerit a Facultate judicium, suo loco dicetur.

4º tandem, in iis Comitiis, de negotio Fidelissimæ Nationis iterum actum est, hæcque de re dixit Decanus,

Se in Comitiis Primæ mensis, dictis die Sabbati 4º januarii 1738 habitis, saluberrimo ordine ad deliberandum de morbis grassantibus, ut moris est, convocato, jam retulisse fidelissimæ Picardorum Nationis postulationem: Pressum scilicet, alienoque prope obrutum ære Fidelissimum ordinem, ob reædificatas, sic jubente Magistratu, quæ ruinam proximam minabantur in vico stramineo suas ædes, restituendis suis rebus, summam quinquaginta millium Libellarum, ab Universitate mutuam postulare; annuisse tunc Facultatem petitioni ejusdem Nationis, sibi tamen, Decano, rem eam visam fuisse majoris momenti, quam ut de eâ, in generalibus iis Comitiis, iterum non ageretur. Legit postea Decanus ad se missum hac de memorialem libellum, in quo sublevandi Fidelissimi Ordinis, tres potissimum proponebantur rationes, cum annexis ad calcem quibusdam observationibus. Cujus Libelli memorialis auditâ lectione, re in deliberationem missâ, diu et maturè perpensâ, collectisque Doctorum suffragiis, Facultas saluberrima, ratâ scilicet, è dignitate, honore, et re etiam Universitatis esse, auxilium imploranti Nationi Fidelissimæ ferre suppetias, Censuit unanimis, annuendum esse votis et petitioni fidelissimi Ordinis, eique credendam esse ab Universitate summam quinquaginta millium libellarum, eâ tamen lege et favorabili conditione, ut, tam hæc summa, quàm alia undecim millium et quingentarum libellarum, quam ab almâ Universitate non ita pridem mutuam accepit Ordo Fidelissimus, usuram pariat ad Denarium, ut aiunt, vigesimum quintum. Et sic cum omnibus conclusit.

L. C. Bourdelin Decanus.

Cujus decreti, non secus ac illius, quod de collocandâ in Prædiis reliquâ Universitatis pecuniâ latum a Facultate fuerat, exemplar suâ syngraphâ munitum Universitatis Proscribæ M.º Chantelou, Commentariis Universitatis inscribendum, et in ejusdem Tabulario servandum tradidit Decanus.

Die Lunæ 3º Februarii 1738 habita sunt in Scholis Superioribus menstrua Facultatis Comitia de morbis grassantibus. Qui morbi iidem fuerunt ac januario et decembre ultimò elapsis; Catarrhi nimirum, Peripneumoniæ Catarrhales, Pleuritides; sæviebant insuper quædam Peripneumoniæ malignæ

Erysipelata œdematodea, faciei præsertim, Apoplexiæ, Sputa sanguinea, etiam absque febre, Colicæ Pictonum, Rheumatismi arthritici, anginæ. horum autem morborum frequentissimi erant Catarrhi; quorum plurimi, solis Bechicis nulla etiam celebratâ venæ sectione, feliciter cessevant.

Eodem mense Februario, monuit, sequente mandato totius urbis compitis, valvis que scholarum et Doctoris uniuscujusque affixo, Medicinæ candidatos Decanus de aperiendo mox Examine.

De Mandato
M. Ludovici Claudii Bourdelin
Saluberrimæ Facultatis Decani
et M.M. Doctorum Regentium
ejusdem Facultatis.

Notum sit omnibus, quorum interesse poterit, Medicinæ Candidatis, hoc anno 1738 habitum iri Examen. Quapropter ii veste talari et Pileo quadrato, ut moris est, sistant se coram Facultate, die sabbati 15.o Martii horâ decimâ matutinâ, nullum que aliud aperiendum esse examen intelligant, nisi post biennium.

Subscriptum promulgavit die 19.o februarii anni 1738 L. Andel major Facultatis Apparitor.

Die sabbati 1.o martii 1738 habita sunt in scholis superioribus menstrua Facultatis Comitia de morbis grassantibus, qui iidem omnino fuere ac illi de quibus mense februario mentionem fecimus. Hic autem loci referre non gravabimur nonnulla quæ de iisdem morbis februario mense adhuc sævientibus obliti sumus commemorare.

Retulit scilicet M.or Procope Couteaux, in quibusdam ægris qui Catarrhis, tunc adeo frequentibus, laboraverant, morbum, superveniente sanguinis sputo, fuisse cum ægri euphoriâ et levamine judicatum.

De iisdem morbis verba etiam fecit eodem mense M.or Baron pater, narravit que præterea visos a se plurimos ægros, vagis correptos laborantes que doloribus, qui relictâ unâ corporis parte aliam impetebant, phlebotomiis tamen aliis que vulgaribus remediis persanatos; quibusdam etiam, fausto cum successu, et morbi perfectâ curatione, sudores sat copiosos erupisse, iis tamen morbis, febres malignas, non semel, comites sese adjunxisse. Quorum salutiferorum sudorum occasione, retulit M.or Vandermonde, post exhibitum ægro cuidam Brasiliensem pulverem, sudores erupisse, cum insigni ægrotantis levamine.

Die sabbati 15.o Martii 1738 convocata fuit Facultas in scholas superiores horâ decimâ matutinâ post sacrum, Candidatorum supplicationem auditura. Verba suo et commilitonum suorum, cæterorum scilicet Candidatorum nomine fecit Leander Peaget M.i Michaelis Peaget filius non degener. sex

autem in iis Comitiis coram Facultate steterunt se Candidati, qui omnes aut magistri erant in Artibus, aut jam Medicinæ Doctores in Remensi Facultate, Mri scilicet Bertin, Vieillard, Le Monnier, de La Cloy, Lucas et Reaget, qui quidem Mer Reaget orationem nec inelegantem, nec immodestam habuit. De nomine, cognomine, Patriâ, Religione, et quæstione medicâ interrogatus eorum unusquisque, ab antiquioribus præsentium Doctorum, aptè et ad rem respondit. Eorum igitur omnium supplicationi annuendum censuit saluberrima Facultas, et ipsis, ad exhibendas suas studiorum Baptismatisque litteras, dicta est a Decano sequens lunæ dies.

Hoc die Lunæ 17o Martii, hora post meridiem quartâ suas attulerunt supra dicti Candidati Baptismatis studiorumque litteras. Quibus examinandis, more solito, vivâ scilicet voce electi sunt sex è præsentibus Doctores,

de majore quidem ordine Mri Leaulté pater,
Martineng,
Millet.

de minore autem ordine Mri Davier de Breville,
Vasse,
Fontaine.

Die sabbati 22o Martii 1738, horâ decimâ matutinâ post sacrum, convocati sunt in scholas superiores, Doctores medici omnes, audituri relationem clarissimorum virorum qui examinandis candidatorum litteris à Facultate præpositi fuerant, et de eâ relatione judicium suum laturi.

Jis in Comitiis retulit Facultati Mer Urbanus Leaulté examinatorum antiquior, de Candidatorum litteris, sequentibus ferè verbis.

Mer Leander Reaget Parisinus, mense martio anni 1714 natus, in Ecclesiâ Parochiali Sti Stephani a Monte, 11o ejusdem mensis et anni die sacris aquis ablutus, magisterii gradum in præclarâ Artium Facultate Parisiensi adeptus est 16o 7bris, 1737.

Mer Exuperius josephus Bertin Rhedonensis natus die 8o julii 1712 nono autem ejusdem mensis julii die sacris aquis ablutus in Ecclesiâ Parochiali Sti Martini de Tremblay, Doctoris medici gradum adeptus est Remis anno Domini 1737, die vero januarii 15o.

M. Ludovicus alexander vieillard constantiensis natus die 27 maii anni 1714 vigesimoprimo ejusdem mensis sacris aquis ablutus in ecclesiâ parochiali Sti Thomas San-Laudiæi

Mer Ludovicus Guillelmus Lemonnier, natus parisiis, die

28°. junii 1717, die autem 27° ejusdem mensis, sacris aquis ablutus in Ecclesia Parochiali S^ti. Cosmae, Magisterii gradum in praeclarâ artium Facultate adeptus est parisiis, 2°. 7^bris anni 1737.

M^{er} joannes Ludovicus Lievinus Baude de la Cloy, Odomarus, natus die 24° decembris 1713 sacris aquis ablutus fuit in Ecclesiâ Parochiali S^tae Aldegundae, magisterii gradum in praeclara artium Facultate parisiis adeptus est, mense januario 1734.

M^{er} Benjamin Ludovicus Lucas, Laudunensis, in vico Bitson, prope Laudunum natus, 8° septembris anni 1700, sacris aquis ablutus fuit in Ecclesiâ Parochiali ejusdem loci, Magisterii gradum in praeclara artium Facultate parisiensi adeptus est 13° Augusti die anno 1733.

His auditis, rogatisque praesentium Doctorum sententiis, omnes Candidatos ad examen die lunae proximo admittendos esse Censuit Saluberrima Facultas; et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Die Lunae 24° Martii a Decano et Examinatoribus coram Facultate, ab hora 2^a pomeridianâ adquintam, interrogati sunt Baccalaurei de rebus ~~nn~~ naturalibus, die martis de rebus nonnaturalibus, et die mercurii de rebus contra naturam responderunt; Quo die Baccalaureorum unicuique propositus fuit Hippocratis Aphorismus, die veneris sequente explanandus.

Die veneris 28° martii stiterunt se coram Facultate, Candidati, propositum que sibi ab examinatoribus aphorismum, unusquisque eorum non explicavit tantùm, sed et ad Examinatorum argumenta solerter respondit.

Die sabbati 29° Martii convocati fuerunt Doctores omnes in scholas superiores, horâ decimâ matutina post sacrum, clarissimorum virorum qui candidatos examinaverant, relationem audituri, suum de eâ judicium per scrutinium laturi, et de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

~~H~~ jis Comitiis adfuerunt frequentissimi Doctores, et dum in sacello, in quod secesserant, Examinatores agebant inter se de suâ ad Facultatem super candidatis relatione, legit Facultati M^{er} Dubois scriptam sibi a M^o. vergne, quem supra diximus, vivâ voce in Professorem scholarum electum fuisse, epistolam, in quâ vir Clarissimus M^{er} vergne sibi honorificentissime a saluberrimo ordine commissi Professorii muneris gratias agebat Facultati amplissimas, infirmam que et in dies labantem atque fatiscentem valetudinem causatus magistratum hunc saluberrimo ordini remittebat, rogabat que ut munus illud a Facultate M^o. Mery, hac dignitate sanè dignissimo, conferretur. idem postulavit pro M^o. Mery tersâ eleganti que oratione M^{er}. Dubois nec obtinuit tamen; non quod illius postulatione et precibus aut M^o. Mery meritis parum moveretur Ordo saluberrimus, sed ne electo jam vivâ voce M^o. Vergne

si vivâ rerum voce electus fuisset ipsique suffectus Mr. Mery tractis in exemplum ejusmodi Electionibus, infringendis sui legibus quodammodo assuescere videretur ordo saluberrimus, Facultatisque Statutorum tenori et observantiæ alia gradatim damnosiorque fieret decessio. In aliis igitur et ad hoc convocatis comitiis rem hanc agitari atque confici, saluberrimo ordini placuit; Et sic conclusit

L. C. Bourdelin Decanus.

In comitium deinde reduces Examinatores retulerunt Facultati saluberrimæ se nihil movari, quominus candidati omnes ad Baccalaureatus gradum promoverentur, et ad suum in scholis inferioribus, ex inferiore, ut mos est, Cathedrâ dicendum Principium eorum unusquisque admitteretur. Qua super Examinatorum relatione, rogatis dictisque sententiis ad Principium candidati omnes admitti fuere; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Iis peractis, novoque studiosæ et optimæ spei juventutis examine recreatâ Facultate saluberrimâ accessere ad eandem Emeriti Baccalaurei, Manumissionem suam postulaturi. Suo et aliorum nomine Oratiunculam habuit, unus ex iis Mr. Dionis, in quâ, Decanum Facultatis Caput, primò, ut moris est compellare, non solum neglexit, sed consultò etiam omisit, et quæ ita indecens atque injuriosa toti ordini visa fuit, ut indignati Doctores, non tam de Baccalaureorum aliorum Manumissione, quàm de illius punitione et pœnâ deliberandum esse exemplo censuerint.

Re igitur in deliberationem missâ, et post plurimas varias que sententias Doctorum, qui omnes sumendas esse a Baccalaureo pœnas censebant, solo Mr. Couthier, Baccalaureum socero suo Mo Andry omittendum esse sentiente, placuit saluberrimo ordini, illico vocatis, qui per deliberationis tempus secesserant Baccalaureis Emeritis, iisque præsentibus, Baccalaureo Carolo Dionis, a Decano, Facultatis nomine, injungi ac præcipi, ut irreverentiæ suæ, a saluberrimo ordine illicò veniam peteret, aliusque a Baccalaureis Emeritis et suam et collegarum manumissionem peteret; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Intrare igitur exemplo jussis Baccalaureis Emeritis, quam minimâ potuit verborum asperitate Baccalaureo Dionis, saluberrimæ Facultatis voluntatem et Decretum significavit Decanus. Quo audito, Baccalaureus Dionis, nullâ morâ interpositâ, compellato que primùm Decano, ac deinde præsentibus Doctoribus, Veniam expressis modestisque verbis a saluberrimo toto Ordine petiit, et ab optimæ Facultatis indulgentiâ obtinuit.

Illius postea in locum Mr. Michael Philippus Bouvart, suam, collegarumque suorum manumissionem postulavit. Quâ super postulatione rogatis præsentium Doctorum sententiis,

una voce omnes manumissi fuerunt.

Pacatis animis, peractisque Comitiis, itum est in Scholas inferiores, ubi alta voce a Majore Apparitore Baccalaurei renuntiati sunt, et initium docendi fecere

M.er Leander Peaget, Parisinus.

M.er Exuperius josephus Bertin Rhedonensis.

M.er Ludovicus alexander Vieillard Santandrœus.

M.er Ludovicus Guillelmus Lemonnier Parisinus.

M.er joan. Ludovicus Lievinus Baude De La Cloy, Audomarus ~~Audomarus~~.

M.er Benjamin Ludovicus Lucas, Laudunensis.

Die Martis 1° Aprilis 1738 habita sunt in Scholis superioribus menstrua Facultatis comitia de morbis grassantibus. Retulit m.er Besnier sibi curandos obtigisse Rheumatismos, Febres intermittentes, Peripneumonias. Dixit m.er Col de vilars saviisse insuper, Erysipelata, facies praesertim, quae in peripneumonias abierant, et quibus opem levamenque attulerant, post Phlebotomias tempore et loco celebratas, Tartarum Stybiatum et Kermes Minerale, cum addito sale narcotico vitriolico Hombergiano. memoravit praeterea vir idem meritissimus morbillos, quibus laborantes aegri, narium haemorrhagiam, initio morbi, cum Euphoriâ, passi fuerant.

Verba fecit m.er Bailly de Cynanche pluvinâ, morbillis, Catarrhalibusque Pleuritidibus, quibus ultimis morbis levamen attulit Kermes minerale.

Die mercurii convocata fuit saluberrima Facultas ~~sequente~~ Schedulâ, ad unumquemque Doctorem per Apparitores delatâ.

Convocentur Doctores omnes in Scholas superiores ~~die Mer~~curii 2° Aprilis 1738 horâ ipsâ decimâ matutinâ, Scholarum Professorem in locum M.i Verque electuri, necnon meritissimorum virorum qui examinandis Aquis salinis, Nobilisque viri D.i Comitis de La Garaye salibus Essentialibus a Facultate propositi fuere, relationem audituri. Datum parisiis die sabbati 29° martii ejusdem anni. Bourdelin Decanus.

In iis Comitiis duplex facta fuit quae simplex fieri debebat Electio. Legit enim Decanus Facultati epistolam quam hoc eodem mane, a M.o Dubois acceperat, et quâ dictus M.er Dubois Chirurgiae gallico idiomate edocendae Professorium munus, iis de causis quas in eâdem videre est, remittebat.

Monsieur

Monsieur Bourdelin Doyen de la Faculté de Medecine de Paris &c.

Monsieur

Permettez moy de vous remettre la Chirurgie françoise

a laquelle la Faculté m'a fait l'honneur de me nommer
En acceptant cette place, je me proposois de m'y livrer avec un
zele proportionné a ma reconnoissance. j'esperois toujours que la
santé de madame la Princesse de Conti se raffermiroit. mais, au
contraire, elle devient de plus en plus chancelante, et elle
est traversée par des orages si frequents, qu'elle demande toute
l'assiduité d'un medecin. je suis bien faché qu'une raison si
forte m'arrache aux occasions de marquer mon attachement
a la Faculté. je suis avec un profond respect

Monsieur

Vostre &c.

a Paris 2 avril 1738.

Proposuerant Facultati Electores ut in locum M.ʳ Verque M.ʳ Procope Couteaux vivâ voce sufficeretur. Placuit tamen Facultati, ut tam Scholarum, quam Chirurgiæ gallicæ Professoris Electio more solito fieret. secesserunt itaque in sacrarium Electores, atque inde reduces, declararunt Saluberrimo Ordini, electos a se fuisse ad Professoris Scholarum munus adimplendum, de Majore ordine M.um Procope Couteaux,

de minore ordine, M.os Maloin
Henricum Franciscum Bourdelin

Sorte ductus est M.ʳ Malouin.

jn gerendam Chirurgiæ ~~Latina~~ Gallico idiomate edocendæ provinciam nominarunt Electores

de majore ordine M.os Franciscum Bailly
Petrum Maloet

De minore autem ordine, M.um Mery

Sorte ductus est M.ʳ Maloët.

Qui duo novi Professores, in manus Decani, solitum illico dixere sacramentum.

Confectâ consummatâ que hac Electione, De Aquis suliacis 1°, 2° autem de D.ⁱ Comitis De La Garaye salibus Essentialibus, Examinatores verba fecerunt.

Eorum nomine dixit M.ʳ Lemery, Aquarum Suliacarum efficaciam, sibi et aliis examinatoribus, positam videri, in sapone quodam naturali, et Terrâ, et pingui quadam materiâ simul coalescentibus conflato, iisque aquis indolem pinguem et saponaceam impertiente, se que existimare, eas Aquas, a Plomberianarum Aquarum Naturâ et virtutibus non multum discrepare.

Quod attinet ad sales Essentiales D.ⁱ de La Garaye, quos, si vera licet dicere, non tam pro salibus, quam, pro Mixtorum, unde eruti fuerunt, Extractis habendos esse ex relatione Examinatorum judicavit Facultas, dixit Ordo saluberrimus,

sibi admodum laude dignos videri, hac super re D. Comitis de La Garaye labores, Censuit que dicto D°. Comiti de La Garaye, ob communicatos cum Facultate suos, quos vocat, Sales Essentiales, in epistola, a Decano, adeum, saluberrimi Ordinis nomine scribenda, gratias agendas esse, et a nobili eodem viro postulandum, ut si quid novi, eâdem Mechanica ex animalibus forte extraxerit, illud, cum Facultate saluberrimâ, in publicam utilitatem, velit participare; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Iisdem in Comitiis, dixit iterum Decanus de eâ interventione Facultatis, quam iterum postulabant Pharmacopæi Parisienses in eâ quam habebant adversus Pharmacopæos non juratos, ut aiunt, lite; Qua super postulatione, anno 1737 die sabbati 6°. mensis Julii, Facultatem jam convocaverat Decanus. Hac super re placuit ante consuli m.rum Buirette Facultatis Patronum, quàm quidquam consilii caperetur, et in aliis, ad hoc convocatis Comitiis, consultissimi ejusdem viri M.i Buirette sententiam referri coram Facultate; Et sic conclusit.
L. C. Bourdelin Decanus.

Exeuntibus tandem iisdem Comitiis, postulavit a Facultate M.er Guenault, ut sibi Pisciacum proficiscenti, ibique medicinam facturo, sua tanquam præsenti honoraria et Sportulæ servarentur. Huic petitioni annuit unanimis Facultas; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Die sabbati 3° Maii 1738, habita menstrua Facultatis saluberrimæ Comitia de morbis grassantibus. Erant morbi illius temporis et tempestatis, Erysipelata, Anginæ, Catarrhi Apoplexiæ. Dixit Decanus se vidisse eosdem morbos, & præterea Tussim ferinam, quam comitabatur Febris de genere intermittentium; Celebratis plurimis Phlebotomiis, adhibitis remediis Bechicis non cedebat morbus, cessit Kinakinæ. Aliquid simile narravit M.er Mery, Tussim nimirum Peripneumoniæ superstitem, cum parvis horroribus, quam sanavit Cortex Peruvianus.

Dixit M.er Boyer, Aquis Vichiacis sanatos a se fuisse duos ægros Colica, vulgo de Miserere laborantes.

In morbis tandem grassantibus recensuit M.er Malouin Peripneumonias, Pleuritides, morbos que Catarrhales, qui, postquam Phlebotomiis diluentibus que remediis non cessissent, laxantibus, purgantibus que persanati fuere.

Die sabbati decimo Maii 1738, habita sunt in Scholis superioribus generalia Facultatis comitia, ad quæ invitati fuere Doctores, sequente schedulâ.

Convocentur Doctores omnes in Scholas superiores die sabbati decimo Maii 1738 horâ decimâ matutinâ post sacrum, de saluberrimi Ordinis ad Pharmacopoeorum Parisiensium causam accessione, Consultissimi viri Mr. Buirette, Facultatis Patroni consilium, nec non missam ab amplissimo Rectore ad Decanum super Fidelissimæ Picardorum Nationis negotio, Universitatis Patronorum consultationem, audituri, et super iis, aliisque rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi. Datum Parisiis, die jovis 8o ejusdem mensis et anni. Bourdelin Decanus.

1o in iis Comitiis legit Facultati Decanus Consultationem Mr. Buirette Facultatis Patroni super postulatâ a Pharmacopoeis Parisiensibus Facultatis accessione ad litem quam habebant cum Pharmacopoeis non juratis; quâ auditâ lectione, cum viri consultissimi Mr. Buirette ea esset sententia, ut saluberrima Facultas ab accedendo ad hanc causam abstineret, censuit ordo saluberrimus non accedendum esse ad causam Pharmacopoeorum Parisiensium; et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

2o Legit Decanus Facultati aliam Consultationem Patronorum Universitatis, super negotio fidelissimæ Picardorum Nationis de quo jam actum fuerat diebus sabbati primo et vigesimo quinto januarii ejusdem anni. Hac auditâ lectione, collectisque praesentium Doctorum suffragiis, conclusioni diei sabbati 4i januarii, et decreto, hac de re, 25o januarii jam lato, standum esse, iisque legibus et conditionibus quas in suâ consultatione posuerant Patroni Universitatis adhaerendum, ac Fidelissimæ Nationi summam quinquaginta millium libellarum mutuam concedendam esse, unanimi voce saluberrima Facultatis pronuntiavit atque decrevit; et sic conclusit
L. C. Bourdelin Decanus.

is fuit terminus negotii quod totam universitatem, in varias non semel distractam sententias, diu occupaverat agitaveratque, et quod, faustum acceptissimumque Fidelissimæ Nationi finem si sortitum est, nihil obstante pertinacissimâ Consultissimæ juvium Facultatis intercessione, felicem hunc exitum Facultatis saluberrimæ studiis officiis atque perseverantiæ deberi ast nec ignoravit Fidelissima Picardorum Natio, nec siluit.

3o iis in Comitiis legit Facultati Decanus eam epistolam quam ex decreto saluberrimi Ordinis, ejusdemque nomine ad Dum Comitem De La Garaye scribebat Decanus ut scilicet eam a Facultate auditam et probatam, nobili

 viro Comiti de La Garaye mitteret, quemadmodum et die sequente misit. Hujus epistolæ hic erat tenor.

Monsieur
Monsieur le Comte de La Garaye, en son
chasteau de la Garaye proche Dinan
En Bretagne.

Monsieur

Sur la lettre que vous avez pris la peine d'ecrire a la Faculté, en luy adressant vos sels Essentiels, et vos differentes preparations chimiques, la Faculté a nommé des commissaires pour les examiner, et luy en faire leur rapport. Ces commissaires ont eté Mrs Lemery, Col de Vilars, Maloin, et Piperau apres avoir examiné, en plusieurs seances, entre eux, vos sels essentiels, ces Messieurs, Monsieur Lemery, comme l'ancien, parlant au nom de tous, en ont fait a la Faculté un Exposé fort detaillé, et si favorable, que la Faculté a fait a ce sujet un Decret, par lequel il a esté arresté que j'aurois l'honneur de vous ecrire, Monsieur, qu'elle approuvoit et louoit fort la façon ingenieuse dont vous preparez vos sels Essentiels; Qu'elle vous remercioit, Monsieur, de luy en avoir fait part, et qu'elle vous prioit, si par la suite vostre zele pour le soulagement du Public, et sur tout des Pauvres, vous engageoit a travailler de nouveau, et a faire encore quelques decouvertes, de prendre la peine de les luy communiquer; Estant dans le dessein, quand l'occasion s'en presentera, Monsieur, de s'en servir pour le bien public, qui, comme il a esté l'unique objet de vostre travail, est aussi le seul but que la Faculté se proposera en faisant usage de vos remedes. J'ay l'honneur d'estre avec toute la consideration possible

Monsieur

Vostre tres humble et tres obeissant serviteur

a Paris ce 10 may. 1738. Bourdelin Doyen de la Faculté de Medecine de Paris

4° Legit in iis Comitiis Facultati saluberrimæ Decanus illud de Aquis Sussiacis judicium, quod cum rogaverat Ordo saluberrimus vellet ipse domi componere et scriptis mandare.

Jugement
De la Faculté de Medecine de Paris
Sur les Eaux de Sussy.

Oui le Rapport qu'ont fait a la Faculté de Medecine

de Paris M.rs Lemery, Bertrand, Bailly, Leaulté le fils, Jacques Chomel le fils, et Vandermonde, tous Docteurs Regents en la Faculté de Medecine de Paris, et nommez par elle pour se transporter, conjointement avec le Doyen de la dite Faculté, suivant la requisition de Madame Duquesnoy, a Sussy en Brie, a trois lieues de Paris, et y examiner deux sources, qui, en se reunissant, composent les Eaux d'un Puits, situé dans le jardin d'une Maison appartenante a la dite Dame Duquesnoy; Vû les Experiences faites par les commissaires de la Faculté sur les dites Eaux, soit reunies, et telles, qu'elles se trouvent dans le Puits, soit separées, et prises chacune a leur source, apres avoir fait vuider et mettre a sec le Puits en presence des dits deputez de la Faculté; Lesquelles experiences on eté faites, tant sur les lieux, qu'a Paris, sur une notable quantité des dites Eaux, puisées aussi en presence des dits Deputez de la Faculté de Medecine, et transportées ensuite a Paris dans des bouteilles bien bouchées, et cachetées de leur cachet. Et ayant d'ailleurs egard a un nombre de Certificats de plusieurs particuliers, qui se sont trouvez soulagez ou gueris de differentes maladies, par l'usage des dites Eaux,

La Faculté regarde les dites Eaux de Sussy comme temperantes, adoucissantes, orexientes, et ayant quelqu'affinité avec les Eaux savoneuses de Plombieres, et juge qu'elles peuvent estre convenables et employées utilement dans le traitement des maladies qui sont causées par l'acrimonie du sang et des humeurs. Fait a Paris aux Ecoles de medecine, dans l'assemblée tenue a ce sujet le mercredy 2.eme Avril 1738.

Bourdelin Doyen de la Faculté de Medecine de Paris.

Hoc judicium coram Facultate saluberrimâ lectum, et ab eâdem probatum, viduæ Duquesnoy Aquarum Susiacarum Dominæ, die dominico sequente, manu suâ scriptum, et subsignatum tradidit Decanus.

5.o tandem in iis Comitiis dixit Decanus se a M.o Reneaume Exdecano et academiæ Censore accepisse jampridem et recognovisse eos libros quibus constat saluberrimæ Facultatis Bibliotheca, æquum que sibi videri ut datâ eorum librorum acceptilatione M.o Reneaume pateat eos in Decani manus pervenisse. His auditis Placuit Ordini saluberrimo dari M.o Reneaume a M.o L. C. Bourdelin Decano Bibliothecæ acceptilationem, eam que acceptilationem, in Facultatis Bibliothecæ Catalogo inscribi; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Die martis 13.o Maii 1738 congregata fuit Facultas sequenti schedulâ per apparitores apud unumquemque Doctorem, ut mos est, delatâ.

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores

die martis 13° Maii horâ post meridiem 3°, clarissimorum virorum qui examinandis D. Charbonière Regis Lue Venereâ laborantibus, a Facultate praepositi fuere, relationem audituri, et super eâ deliberaturi. Datum Parisiis, die sabbati decimo maii 1738. Bourdelin Decanus.

I°. In iis Comitiis M. Reneaume Exdecanus, Academiae Censor, et unus ex Aegrorum in Castello Vincestriaco Lue venereâ laborantium examinatoribus, amplam et accuratam, quam ipse lubens exarandam susceperat, relationem coram convocatâ ad id negotii et examinis Facultate legit. Qua audita clarissimi viri relatione, et re diu multum que pensitatâ, postquam praesentium Doctorum unusquisque de Remedii D. Charbonière efficaciâ protulisset suam sententiam, Placuit saluberrimo Ordini rogari Decanum, ut ex mente Facultatis, id est, ex majore suffragiorum numero, judicium de D. Charbonière suffimentis mercurialibus, Facultati, in aliis, et ad hoc convocatis Comitiis legendum, magistratibus deinde offerendum, tandem que D° Charbonière tradendum, domi vellet ipse componere; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

2°. Verba fecit M. Bailly de dicto Chaumier Pharmacopoeo, cujus idem vir clarissimus mentionem jam fecerat die sabbati 6° julii 1737, et quem ad Pharmaceuticae artis in urbe Suessonensi exercendae Magisterium, Decano M° Reneaume, et Pharmaciae Professoribus M.is Bailly et Gynauld, solitis tentatum examinibus Facultas saluberrima promoverat, in quo tamen a componendis venditandis que in Urbe Suessonensi Pharmacis arcendo, ejusdem Urbis Medici et Pharmacopoei pertinacissime pertrabant. Hac de re dixit M. Bailly, nihil aliud superesse miserrimo homini et ad ultimam paupertatem redacto, nascentibusq. auctum in dies et prettum liberis, nisi ut Magisterii et jurium, quae a Facultate impetraverat, assertionem usuram que, ab eadem Facultate quacunque ratione reposceret, et judicio etiam persequeretur. Suppliciter postulare dictum Chaumier, vellet Facultas ipsius jura tueri, litis que hujus judicium suâ intercessione, suis que sollicitationibus accelerare. Quibus auditis, Placuit saluberrimo Ordini hac super intercessione dicto Chaumier concedenda, consuli quam primum M.um Boivette Facultatis Patronum; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Die Veneris 23ᵒ Maii 1738, convocata fuit Facultas in Scholas superiores horâ post meridiem 3ª, de D. Charboniere suffimentis suum judicium latura.

Sic in Comitiis legit Facultati Decanus judicium de D. Charboniere suffimentis, quod quidem, sic rogante Facultate, a se compositum, sequentibus verbis expresserat.

Jugement
de la Faculté de Medecine de Paris
sur le Remede du sieur Charboniere.

Oui le Rappor des Commissaires nommez par la Faculté de Medecine de Paris, pour se transporter au Chateau de Bicestre, et assister au traitement de 24 malades, des deux sexes, attaquez de maladies veneriennes, et confiez de nouveau par ordre de M.rs les Magistrats, et sur la requisition de la Faculté au sieur Charboniere pour leur estre par luy administrées les Fumigations Mercurielles, les quels malades ont esté visitez exactement par les Doyen et Comissaires a ce nommez par la Faculté de Medecine, pendant l'espace de plus de sept mois consecutifs, ainsi qu'il est prouvé par les procez verbaux dressez a la fin de chaque visite, pour constater jour par jour les effets graduès du remede, et l'etat actuel de chacun des dits malades, les quels Procez verbaux ont esté chaque jour signez tant par M.rs les Commissaires de la maison de Bicestre, que par les Doyen et Docteurs presents, le S.r Charboniere et les Chirurgiens Major et Gaignant Maitrise du dit Hospital; Et ayant encore egard aux bons succes qu'ont eu les dites Fumigations sur la plus grande partie des douze premiers malades accordez cy devant, aussi par ordre de M.rs les Magistrats et Administrateurs de l'Hospital de Bicestre au S.r Charboniere pour estre par luy traitez et fumigez en presence des Doyen et Docteurs de la Faculté de Medecine de Paris, des quels malades, quelques uns etoient dans un etat de langeur et de deperissement, qui n'auroient pas permis de les exposer a l'action des Frictions Mercurielles ordinairement usitées pour le traitement des maladies Veneriennes. Tout ce que dessus mis en deliberation, et mûrement examiné dans quatre assemblées generales convoquées a ce sujet,

La Faculté de Medecine de Paris, juge que les Fumigations par les quelles le Sr. Charboniere traite les Maladies Veneriennes, sont un bon Remede, utile au Public par son efficacité; commode pour les malades par sa compatibilité avec l'administration de leurs affaires domestiques, aux quelles il ne les empeche point ordinairement de vaquer; Que de plus, sans compter le peu de depense qu'exigent les dites Fumigations, elles sont preferables aux Frictions mercurielles, en certains cas, par leur douceur et la facilité qu'il y a d'en continuer l'usage, ou de le reiterer, sans risques. Mais que dans d'autres cas et circonstances, ce remede a cela de commun avec les Frictions Mercurielles, qu'il peut et doit estre allié a d'autres remedes, aidé même par leur concours, et, qu'en general, les Fumigations du Sr. Charboniere demandent a estre administrées avec plus de methode qu'elles ne l'ont esté par le passé, soit par rapport a la preparation des malades, soit par rapport aux differentes indications qui peuvent se presenter a remplir, dans le traitement des maladies Veneriennes. Fait aux Ecoles de Medecine ce vendredy 23.me May 1738. Bourdelin Doyen de la Faculté.

Hoc judicium, ne verbo quidem mutato, probavit saluberrima Facultas, dignum judicavit quod ad Magistratus deferretur, rogavitque Decanum, ut cum delegatis ad id negotii sex Doctoribus, Supremæ Curiæ Principem Amplissimum, illustrissimum Regis Procuratorem Catholicum, Urbanæque Politiæ Propræetorem nomine Facultatis inviseret salutaretque, et eorum unicuique supra scripti judicii exemplar unum offerret; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Duobus elapsis diebus, Magistratus invisit sex Doctorum honorificentissimo stipatus Comitatu Decanus, ipsisque obtulit Facultatis judicium. Quam legationem Facultatis humanissimè et urbanissimè, Magistratus, præsertim vero Amplissimus Senatûs Parisiensis Princeps, et Regis Catholicus Procurator illustrissimus, exceperunt, strenuè quæ gestum, et, laudabili publicæ utilitatis amore, ad finem perseverantissimè perductum hoc negotium saluberrimo Ordini gratulatisunt.

Die sequente convenit Decanum D.us Charboniere, Facultatisque judicii exemplar unum ab eo petiit, et accepit.

Die sabbati 31° maii 1738, habita sunt, ut antecessum, de morbis grassantibus, menstrua Facultatis Comitia, quae junio mense ineunte haberi debebant. Morbi hujus tempestatis erant Catarrhi, Phlebotomiis et Tartaro stibiato feliciter curati, Anginae, citò in suppurationem abeuntes, Peripneumoniae et Pleuritides malignae.

Observavit Mr Leaulté pater, vix ac ne vix quidem, hoc verno tempore, aegris pulmonum debilitate laborantibus, Lac asininum caprinumque successisse. idem retulerunt asseveruntque Mri Brunet et Le Thieullier. Contrarium affirmavit Mr Le Hoc, dixitque tribus aegris ejusmodi quos in Sti Germani suburbio habebat, plurimum levaminis Lac attulisse. Quorum diversorum, immo et contrariorum Lactis effectuum, hanc attulit, nec a vero, nostrâ quidem sententiâ abludendam rationem, Mr Leaulté, quod scilicet in vico Sti Antonii, illâque urbis parte quam vocant Le marais, quae Asinae et Caprae Lac aegris ministrant, illae, ut plurimum, iis pascuntur in fossis et paludibus quae urbem hac parte cingunt et muniunt. Cum autem hyems et ver hujus anni humidissima fuissent, Ea humiditas nimia, ortum, aut saltem nascendi occasionem praebuerat Colubrorum Myriadibus, quae pascentium in his paludibus pecudum mammas morsibus exulceraverant. Unde hac tempestate mammarum ulceribus Pilarique morbo, gallicè Le Poil plurimae Asinae et Caprae laborabant. Nec mirum, inquiebat, vir meritissimus expertissimusque si è mammis ulcerosis saniemque fundentibus, mulgendo, expressum Lac pessimâ qualitate infectum, aegrotantes malè habuerit.

Nec illud omittendum, quod unâ voce omnes ferè praesentes in iis Comitiis Doctores observarunt, hac hyeme humidissimâ Catarrhorumque feracissimâ, sanorumque proinde Pulmonibus infensissimâ, Phtisicorum, quos novissent curassentque, nullos Catarrhis laborasse.

Die Lunae 2° mensis junii anni 1738 et sequentibus ejusdem hebdomadae diebus, ab horâ sesquisecundâ ad quintam, de re omni medicamentariâ, novi Baccalaurei interrogati fuere.

Die autem sabbati 7° mensis ejusdem, horâ decimâ matutinâ, post sacrum Convocati sunt Doctores omnes in scholas superiores, suum, de Baccalaureorum, supra dicto examine tentatorum, responsis, judicium scrutinio laturi.

Quorum omnium Baccalaureorum responsa probavit, grata quae habuit saluberrima Facultas.

Die Martis 1° julii 1738 habitâ sunt horâ solitâ in scholis superioribus menstrua Facultatis comitia de morbis grassantibus. Saeviebant adhuc hyemales morbi, catarrhales scilicet, ob aestatem admodum humidam, diarrhoeae praeterea, morbilli, Febres scarlatinae, intermittentes, et malignae, peripneumoniae, anginae.

In iis comitiis legit Decanus oblatum sibi a privato quodam homine memorialem libellum, in quo exponebatur status morbi quo vicus vulgo de Neuville, in Normaniâ infestabatur. Qui morbus cum idem omnino visus esse fuerit, ac ille qui tandiu Picardiam infestavit, La suette dictus, hac super re illico praesentium unusquisque suam protulit sententiam, rogatus quae fuit Decanus, vellet, sorit subscisivis, si tamen tales Decano suppeterent, hoc de morbo Facultatis consultationem exarare. Hanc consultationem sequentibus conceptam verbis die sequenti tradidit Decanus ad destinatum locum mittendam.

Consultation de la Faculté de Medecine de Paris sur la maladie Epidemique de Neuville, en Normandie.

La Faculté de Medecine de Paris, consultée sur la Maladie Epidemique de Neuville en Normandie, est d'avis que cette maladie n'est autre chose que la suette, maladie maligne qui a si longtemps affligé la Picardie, et qui s'est fait sentir aussi depuis quelques années à Meaux, et cette année, aux environs de Paris, comme Luzarche, et autres lieux. Comme il est plus necessaire de dire ce qu'il fault faire que de raisonner sur la cause de cette maladie, La Faculté est d'avis que l'on saigne promptement les malades du bras et du pied selon la grandeur des symptomes, et les forces des malades, et cela dès le commencement du mal; que l'on place les vomitifs de bonne heure aussi, c'est a dire apres la 1ere ou la 2de saignée du bras, quand l'indication demandera que l'on fasse vomir les malades.

La Faculté est encore d'avis que (ne suffisant pas de vuider les vaisseaux sanguins par les saignées, et les premieres voyes par les vomitifs,) pour remedier a la qualité du sang que l'experience et les hemorrhagies, frequentes dans cette espece de maladie, demontrent estre trop dissous, il fault s'abstenir de tous cordiaux chauds, comme Theriaque et autres, qui en gonflant et rarefiant trop le sang, ne pourroient que fomenter et augmenter la cause de la maladie, au lieu de la diminuer et d'y remedier.

Ainsi, au lieu de cordiaux ordinaires, on se servira des jus de citron, de groseilles, et meme de quelques gouttes d'esprit de vitriol ajouté dans les ptisannes et boissons jusques a une agreable acidité, en un mot, de tous les aigrelets, que nous avons

toujours vu bien reussir en pareil cas. Les malades useront, par exemple, de Limonade pour boisson ordinaire ou du Syrop de Limon en forme de julep. On pourra placer aussi selon les cas, quelques absorbents legers, comme Corail en poudre, et autres.

La Ptissanne ordinaire doit estre faite avec la racine d'Ozeille, et comme il est marqué dans le memoire qu'on nous a envoyé, qu'a cette maladie se joignent des vers dans certains sujets, on y joindra le Pourpier. Quoy qu'on ne parle cy dessus que des saignées du bras et du pied, on n'entend point exclure celle de la Gorge, que l'on pourra placer avec succes apres les autres, selon les circonstances, et dont on mesurera la quantité par les forces du malade.

On doit encore avertir qu'il ne fault point que les sueurs empechent de faire les saignées. Ces sueurs ne sont que symptomatiques et non Critiques. On doit donc songer a les guerir par le regime proposé, plustost qu'a les entretenir a force de Cordiaux chauds; Dans les femmes qui sont dans le cas d'estre reglées, on ne pourra faire que des saignées du pied. il n'en fault pas epargner la quantité sous l'arrester, encore une fois, aux sueurs qui doivent plustost determiner a faire les saignées, que les empecher. C'est la malheureuse apprehension de ce remede salutaire, qui precipite la fin de la plus part des malades attaqués de la suette. Et nous pouvons assurer avec verité, que tous les malades qui ont eté saigné promptement et largement des les premiers commencements de cette formidable maladie, s'en sont bien tirer.

Deliberé a Paris ce 1.er juillet 1738 aux Ecoles de medecine, par la Faculté de Medecine de Paris.

Bourdelin Doyen de la Faculté

Quæ quidem Consultatio, ut postea audivimus, adeo prosperè successit, ut iis in usum advocatis remediis, quæ a Facultate saluberrimâ præscripta fuerant, omnes omnino ægri convaluerint, morbus atrox, radicitus extirpatus fuerit.

Die Lunæ 21° mensis julii anni 1738 et sequentibus martis, mercurii, et veneris diebus, Baccalaurei Emeriti, de Praxi medicâ interrogati fuere.

Die sabbati 26° ejusdem mensis et anni, convocati sunt Doctores omnes in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ suum de Baccalaureorum Emeritorum, Examine de Praxi tentatorum responsis judicium scrutinio laturi, nec non de aliis rebus atque de jure Rotuli deliberaturi.

I.° Probata fuere in iis Comitiis Baccalaureorum responsa,

eos que ad Licentiam esse admittendos, saluberrima Facultas censuit; et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

2°, quod spectat jus Rotuli, statuit Facultas non iis tantum Doctoribus qui per majorem partem actibus adfuerunt, sed iis etiam qui, ut vulgo dicitur, sunt ad æqualia, jus Rotuli concedendum esse; Eos autem qui eo die quo Licentiatis loca distribui debent, suam suffragii schedulam aut non attulerint, aut subsignatam a se non miserint, emolumento ad id suffragium peculiariter spectante et destinato privandos esse. Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

3° Quod dixit Decanus missos iterum fuisse ad Facultatem a D°. Comite de La Garaye aliorum salium Essentialium specimina, Placuit Facultati, ad eorum salium examen eos nominari Clarissimos viros, qui prioribus examinandis salibus jam præpositi a Facultate fuerant, M.^s scilicet Lemery, Col de Vilars, Maloin, et Pipereau; Et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

4° in iisdem Comitiis legit Facultati Decanus, unius è Doctoribus, M.^i nimirum Barkeknecht, quem in Germania negotia domestica retinebant, epistolam, qua postulabat a Facultate dictus M.^{er} Barkeknecht, ut præsens haberetur et sibi suæ sportulæ, licet absenti concederentur. Huic petitioni annuit saluberrima Facultas, et sic conclusit L. C. Bourdelin Decanus.

Die sabbati 2° Augusti 1738 habita sunt in scholis superioribus menstrua Facultatis saluberrimæ Comitia, de morbis grassantibus. Sævierant mense præterito Colicæ Hepaticæ, Febres malignæ, Peripneumoniæ quarum aliæ pessimo regimine, in febres malignas degeneraverant, aliæ autem, Phlebotomiis rectâ que et usitatâ Medicis Parisiensibus methodo, ad optatum curationis finem perductæ fuerant. Nec rari etiam fuerant morbilli verminosi, febres que ejusdem generis. Morbilli male cesserant, supervenientibus que diarrhæis colliquativis, morte terminati; Febres autem Verminosæ, Emeticis, acidis que potibus, satis feliciter curatæ fuerant. Nec adhuc omnino evanuerant Catarrhi illi, qui incipiente hyeme initium duxerant.

Iis in Comitiis postulavit a Facultate, libri gallico idiomate scripti, et in quo plurimas de variis morbis suas Consultationes in ordinem redegerat M.^{er} Le Thieullier Examinatores. Hanc nominationem ad generalia Facultatis Comitia procrastinandam esse censebat præsentium non nemo; Ex majore tamen suffragiorum numero concessâ M.° Le Thieullier suâ

petitione, nominati sunt a Facultate in hujus libri Examinatores Mi Reneaume, Winslow, et Bellot; et sic conclusit

L. C. Bourdelin Decanus.

Die Dominico 17° Augusti anni 1738 horâ post meridiem 3â, convocati sunt Doctores omnes in aulam exteriorem illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis, comitatum praebituri Decano, Baccalaureos Emeritos offerenti meritissimo Ecclesiae Parisiensis et Academiae Cancellario. Hac die vero solidae unius horae habuit orationem Decanus, in quâ de Medicinae nobilitate et utilitate dixit. Quam Orationem temporis mensurâ licet longam, pro dicendarum tamen rerum argumenti que ubertate et amplitudine brevem atque contractam, et Decano Doctores, et Doctoribus auditores, absit dicto vanitas mendaciumque, non dedignati sunt gratulari. Respondit Decano breviore quidem oratione Cancellarius, sed quae Facultati omnino non arrisit, et in quâ nullam propè a medicis faciendam esse eruditionem, uni que praesertim experientiae Medicos juniti debere indecentius audaciusque, quàm verius pronuntiavit. Quasi vero litterarum accessione, lectionisque multiplicis et attentae meditationis auxilio atque beneficio, aut quolibet non perpoliatur, aut a caecâ Empiricorum Agyrtarum que Experientiâ non longe plus damni quam utilitatis hominum cervicibus impendeat et contingat.

Die Dominico 24° Augusti anni 1738 convocati sunt Doctores omnes in scholas inferiores horâ post meridiem 3â, publicis Paranymphi actibus interfuturi.

Paranymphi munus in hac scholarum frequentiâ et solemnitate egit Mr Michael Philippus Bouvart, unus e Baccalaureis Emeritis; hanc autem Paranymphi oratoris que personam ità dignè sustinuit, in eâ oratione quam habuit de conjungendâ cum experientiâ rationis necessitate, medicè adeo locutus est; Quae autem, finitâ oratione Baccalaureorum Emeritorum unicuique aptavit alloquia, illa, sive jocandum fuit, sive laudandum, sive poeticè, sive oratoriè dicendum, tam ingeniosa fuere, tot tamque ingenuis et honestis referta salibus atque leporibus, ut et sibi, et Facultati, non parum laudis, honorisque comparaverit.

His peractis Paranymphi actibus, Decanum convenit Mr Michael Procope Couteaux, dixitque se audisse et certo scire librum posthumum Mi Philippi Hecquet cui titulus est Le Brigandage de la Chirurgie, typis mandari, postulavitque a Decano, ut hac super re convocaretur Facultas. Quod quidem meritissimo viro spopondit se facturum, fecitque, ut mox videbimus, Decanus.

Die martis 26° Augusti 1738, horâ septimâ matutina convenere Doctores Medici in aulam exteriorem illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis, de ordine Licentiandorum, cum Academicae Cancellario, suffragia per scrutinium laturi. Ex majore igitur suffragiorum numero, is fuit ordo Licentiandorum.

Ordo Licentiandorum
Saluberrimae Facultatis medicae Parisiensis,
anno Dñi 1738.

A. Antonius Ferrein, Aginnas.
B. Michael josephus Majault, Duacenus.
C. Michael Philippus Bouvart, Carnutoeus.
D. joannes jacobus Belletete, Parisinus
E. joannes Midy, Lemovicensis.
F. Laurentius Ferret, Parisinus.
G. Guido Andreas Garnier, Parisinus.
H. Gedeon de Rabours, Genevensis.
I. Carolus Dionis, Parisinus.

Inde itum est ad Illustrissimi Parisiensis Archiepiscopi sacellum, ubi procumbentibus in genua Licentiandis, Benedictionem Apostolicam, Licentiamque legendi, docendi et faciendi Medicinam dedit Cancellarius: Tum que, habitâ brevi oratiunculâ, in quâ de Facultate medicâ Parisienti tam dixit honorificè, quàm, in publicâ suâ oratione diei dominici 17. Augusti ejusdem mensis, parum decenter de medicinae arte dixerat, Cancellarius Mo. Antonio Ferrein qui primum Licentiae gradum obtinuerat, sequentem quaestionem explanandam proposuit. Qualis, nimirum, debeat esse medicus Parisiensis, ex saluberrimae Facultatis statutis.

Huic quaestioni, pro suâ, quae in doctissimo sane viro plurima est, eruditione medicâ, et rerum medicarum peritiâ, amplissimè satisfecit Mr. Ferrein, et quo, academiae Cancellario respondendo, medicinam Dogmaticam, sibique addictissimam saluberrimam Facultatem quodammodo vindicaret, ab experientiâ nudâ oculatoque eruditionis et rationis auxilio atque praesidio destitutâ, mali plus quam boni in rebus medicis, aegrorumque curatione sperandum esse, non asseruit modo, sed et momentosorum argumentorum longâ serie probavit atque demonstravit.

His peractis, supplicavere Licentiati omnes, pro Vesperiis et Doctoratu, ac deinde, praeeuntibus Cancellario et Decano, comitantibus quoque aliquot Doctoribus, ad Beatae Mariae Virginis templum se contulerunt Licentiati, ubi praestito super Evangelium sacramento, pro exactis feliciter Licentiae laboribus, Deo gratias egerunt amplissimas.

Die Veneris 29o Augusti 1738, horâ decimâ matutinâ convocata fuit saluberrima Facultas, Bursarum partitionem definitura et Mum. Procope Couteaux, auditura.

1o quidem in iis comitiis Bursarum partitio definita est.

2o Facultatem saluberrimam allocutus est Mr. Procope Couteaux, super libro posthumo Mi. Hecquet antiqui Facultatis Decani, cui libro, titulus est Le Brigandage de la Chirurgie. Quo in opere apertè satis, acerbiusque invehebatur in Chirurgos Parisienses Mr. Hecquet, author, magni in Medicinâ nominis.

Postulationis M. Procope, quam quidem facundè et ingeniosè, ut solet, explicavit, summa hæc fuit. Dixit, scilicet, Vir meritissimus, se audisse ac certò scire, librum hunc typis mandari, moxque in lucem esse proditurum. Quod quidem, licet insciâ, quæ hoc Opus duobus jam ante annis probare noluerat, Facultate fieret, non defuturos tamen e Chirurgis aut Chirurgorum fautoribus, qui typis mandatum hunc librum imputarent occultæ cuidam Facultatis vindicationi, hoc Opus, Chirurgis parum favorabile, aut patientis divulgari, aut tacito etiam odio curantis, utrumque autem sibi videri, saluberrimo ordine prorsus indignum. Postulare itaque se, præoccupandi causâ istius præjudicii, ut, nomine Facultatis, Decanus quamprimum conveniat Ill.um D'Argenson Rei librariæ Præfectum, et ab ipso petat, ut is liber supprimatur; ne par pari referendo, injurias que injuriis compensando, in Chirurgos parum decenter sævire saluberrima Facultas videatur.

Re in deliberationem missâ, collectis que Doctorum suffragiis, steterunt a M. Procope partibus præsentium non pauci. A nonnullis autem dictum fuit, hunc librum a celeberrimo suo authore fuisse forte recognitum, sic que purgatum verbis et acerbis veritatibus, quibus offendi potuisset Chirurgica gens; quod si esset, non decere Facultatem huic vulgando libro moras nectere, qui ab optimo viro, doctissimo que et in saluberrimum ordinem, dum viveret, atque etiam post fata liberalissimo, fuisset editus: Aliunde vero, hoc opus impedire quominus in lucem prodeat, idem planè esse, ac plurima alia scripta, iis respondentia calumniis, erroris que et conviciorum plenis libellis, famosis que opusculis, quæ, ab initio hujus litis, quæ inter medicos chirurgos que nunc est, in publicum a Chirurgorum conducititiis scriptoribus indecentissimè et audacissimè sparsa fuerunt confiteri et probare; Quæ tamen incertorum authorum scripta, nec jubente, nec etiam consciâ Facultate in lucem emissa, multum abest quin sua fateri velit ordo saluberrimus. His aliis que motivationum momentis plurimi Doctores, in eâ fuerunt sententiâ ut expectaretur hujus Libri divulgatio, tunc que, quid agendum esset, saluberrima Facultas decerneret. Et sic conclusit

L. C. Bourdelin Decanus.

Die sabbati trigesimo Augusti 1738 habita sunt in Antecessum ea saluberrimæ Facultatis de morbis grassantibus Comitia, quæ primo tantum septembris die haberi debebant. Morbi hujus tempestatis fuere Tertianæ duplices quarum paroxysmi, quibusque viginti quatuor horis recurrebant, et quas comitabantur deliria vaga, sopores que lethargici; hæ febres, licet mali moris, quandoquidem iis caput tentabatur, Phlebotomiis, Emeticis que remediis temporius adhibitis feliciter cessere. Earum tamen aliæ, purgantibus immixto potibus Kina Kinâ perseveratæ etiam fuerunt. Sæviebant insuper variolæ non paucæ, sat mali ominis et moris spuriis que sanguineis et hæmorrhagiis stipatæ.

Die Mercurii primo 8bris 1738 habita sunt menstrua Facultatis Comitia de morbis grassantibus; qui iidem omnino fuere, ac ii de quibus modo dictum est.

Die Sabbati 18° 8bris anni 1738, divi Lucæ, Orthodoxorum Medicorum Patroni, festo, Sacra de more solemniter peracta sunt in Scholarum Sacello præsente frequentium Doctorum coronâ. Peractis Sacris, convocati a majore Facultatis Apparitore Doctores ad Comitia venerunt: iis in Comitiis, Apparitores duo deposuerunt Fasces, ut moris est, eos que consentientibus Doctoribus, præstitoque prius solito juramento, mox receperunt.
intromissi deinde Baccalaurei, apposita super Evangelium manu, solitum dixere Sacramentum.

Die Lunæ vigesimo Octobris, (nec enim die dominico, nisi præsente corpore, celebratur in Ecclesiâ Parisiensi officium defunctorum) in Scholas Superiores convenere Doctores Medici, Sacroque solemni pro defunctis Doctoribus, postridie divi Lucæ celebrari solito, interfuere.
Post Sacrum, ad Comitia ventum est; in quibus circa horam sesquidecimam matutinam, paucis ante diebus a majore Bidello, ut fieri solet, convocati, comparuerunt Barbitonsorum Chirurgorum Præpositi tres tantum cum eorumdem Quæstore, absente uno è Præpositis dicto Rivals, absente etiam primi Chirurgi Vicario, Præposito perpetuo, annuum que, Quinque Libellarum cum quatuordecim assibus, Vectigal Facultati penderunt. Cum autem nec adesset primi Chirurgi Vicarius, nec Catalogum suum obsignare voluissent, ullum que præstare juramentum, Facultas Saluberrima, quò eorum Comparitionem contestando nullam denuntiaret, sequens instrumentum, ab Accenso conscribi illico curavit.

L'an mil sept cent trente huit le vingt Octobre dix heures du matin, a la Requeste des Doyen et Docteurs Regents de la Faculté de medecine de l'Université de Paris, qui ont elu leur domicile en leurs Ecoles superieures sites a paris rüe de la Bucherie, Paroisse St. Etienne du Mont, Nous Pierre Simon Robinet huissier aux Requestes du Palais, a paris, y demeurant, rüe du Cimetiere, et Paroisse St. Nicolas des champs soussignés, nous sommes transportés aux dites Ecoles superieures de la dite Faculté pour dresser nostre Procez verbal, au sujet de ce qui se doit passer le dit jour et heure, lors du serment que doivent prester a la dite Faculté, les Lieutenant, Prevosts, gardes, et Communauté des maistres Chirurgiens jurez Barbiers de Paris. Les quels en prestant le dit serment, doivent payer un Ecu d'or de cent quatorze sols, ou la valeur d'iceluy, de droit et redevance annuelle, presenter la Liste de leurs jurez et Maistres signée des dits Lieutenant et Prevosts, ainsi qu'il est d'usage de temps immemorial, ou etant en l'assemblée de la dite Faculté sont comparus les sieurs jean Louis Petit, François Cabany, Bathelemy de Seune tous trois Prevosts en charge de la Communauté des dits Maistres Chirurgiens Barbiers, et François Cuquel Receveur de la dite Communauté, les quels ont mis sur le bureau de la dite Faculté la liste de leurs jurez et Maistres, et la somme de Cent quatorze sols, valeur

d'un Ecu d'or de redevance ordinaire. Les quels Prevosts nous avons sommez a la Requeste, et en presence de la dite Faculté de luy prester le serment, ce qu'ils ont refusé faire, n'ayant pas même voulu prester par provision le serment ordonné par l'arrest du onze May mil sept cent vingt quatre, en attendant, et sans prejudice a l'instance au sujet de l'entherinement des lettres en forme de Requeste civile obtenües contre le dit arrest, la quelle instance les dits Doyen et Docteurs Regents protestent de faire juger incessament, ayant pareillement refuser de signer la Liste de leurs jurez et Maistres, de ce par nous sommez, ainsi que de recevoir quittance de la dite somme de cent quatorze sols qui leur a esté offerte et de signer leur refus, de ce sommez.

De la quelle Comparution les Doyen et Docteurs Regents protestent de nullité et de tous depens dommages et interests

Premierement parceque les dits Prevosts n'ont voulu prester aucun serment, pas même, par provision, celuy ordonné par l'arrest du onze May 1724

Secondement pour la non Comparution du Lieutenant de la dite Communauté, qui estant Prevost perpetuel, doit se trouver avec les autres Prevosts en charge, pour satisfaire aux devoirs par eux deübs a la dite Faculté: 3° pour la non Comparution du sieur Rivals quatrieme Prevost en charge, qui n'est point comparu avec les trois autres. 4° parce qu'ils n'ont pas voulu signer la Liste de leur Communauté ainsi qu'il en d'usage, La quelle Liste la Faculté ne peut approuver, parce qu'elle est intitulée, Liste de Messieurs Les chirurgiens de Paris, et qu'elle doit l'estre, Liste des chirurgiens jurez Barbiers de Paris, qualité qu'ils doivent retenir depuis leur reunion, et qu'ils ont pris dans plusieurs autres Listes et Catalogues, et que d'ailleurs, plusieurs de ceux qui y sont inscripts, ne peuvent estre reconnus pour maistres, n'ayant pas esté receus dans les formes prescriptes par l'ordonnance de Blois, les Statuts de la Faculté de medecine, concordats homologués en la Cour et autres Arrests contradictoires de la dite Cour, pourquoy la dite Faculté nous a requis de la signer et Parapher par nous, ne varietur, Ce que nous avons fait au desir de nostre present Procez verbal et donné acte a la dite Faculté de ses dites requisitions et protestations pour luy servir et valoir en temps et lieu, ce que de raison, et a M.e Baurdelin Doyen de la dite Faculté signé avec nous au present, pour, et au nom, et en presence de la Faculté, duquel present Procez verbal nous avons a l'instant signifié et baillé copie a la dite communauté des Maistres Chirurgiens Barbiers de S.t Cosme en leur domicile et Bureau de leur Communauté rüe des

Cordelier, en parlant au Portier qui a refusé de dire son nom, de ce interpellé, et leur avons reiterées les protestations y portées dont acte. Louis Claude Bourdelin

Robinet.

Controllé à Paris le vingt 8bre. 1738 Thuvbal.

Vocati deinde fuere Pharmacopoei Praetoriani, qui omnes, appositâ super Evangelium manu, solitum dixere sacramentum.

Die Lunae 27° 8bris anni 1738 convocati fuere in Scholas superiores horâ sesquiundecimâ Doctores omnes, clarissimorum virorum qui rationes primi anni nostri Decanatûs examinaverant relationem audituri.

In iis Comitiis, tum suo, tum collegarum nomine retulit Facultati Mr. Dulerf Examinatorum antiquior, nihil in nostris commentariis et rationibus sibi visum fuisse, quod posset reprehendi, et Facultate dignum non esset, addidit etiam indulgentissimè Decani laudibus, quas hic loci commemorare, nec opportunum esset, nec modestum.

Die Veneris 31° 8bris auditae sunt et expunctae a Facultate Rationes primi anni nostri Decanatûs.

Die Martis 4° Nbris 1738, habita sunt in Scholis superioribus, menstrua Facultatis Comitia de morbis grassantibus. Saeviebant, teste Mo Lepy, Rheumata, Catarrhi, febres malignae, cum subsultibus tendinum, delirio ad morbi finem perseverante et Diarrhoeâ, quae ad 7um et 9um etiam diem perdurabat; quâ cessante diarrhoeâ, tumescebat venter; Quarum febrium illae quae intermittentium typo donabantur, Cortici peruviano feliciter cesserunt; quae vero exquisitè malignae fuerunt, et quas altus sopor comitabatur, illae, celebratis, ut par erat, brachii, saphenae, jugulariumque venarum sectionibus persanatae fuerunt.

Verba fecit Mr. Bailly de iisdem morbis, ac praetereà de Variolis in magno Parisiensi Nosocomio, vulgo l'Hostel-Dieu, frequentissimis, quarum aliae, celebratis pro ingruentium saevientiumque Symptomatum ratione venaesectionibus feliciter curatae sunt, aliae verò, quae de scorbutica affectione atque indole participabant, ita infestae fuerunt et exitiosae, ut iis correpti aegri, teste eodem Mo. Bailly, omnes ad unum interierint.

Memoravit Mr. Afforty Tertianas duplices, de quibus supra; et praetereà Affectus Rheumaticos complures, quorum quidam facto in pectus et Pulmones impetu, aegros de medio sustulerunt.

Grassantibus insuper morbis annumeraverunt Mi. Feron Cosnier et De L'Epine Cynanchen plurimam et Dysenterias. Quibus addidit etiam Mr. De L'Epine, visum a se fuisse morbi quoddam genus singulare, cujus symptoma unicum erat Ptyalismus, absque ullo febris indicio. Hoc morbo aegrotantium una mulier, post suppressam, purgantium ope, Ptyalismi evacuationem, Catarrho in

Pulmones iruente, syncope correpta obiit, in usum necquicquam advocatis, tum brachii tum pedis phlebotomiis, incassum que adhibitis pluribus, nec parvis, Tartari Stybiati dosibus.

Die sabbati 8° 9bris anni 1738, primo scilicet sabbati de post Festum omnium sanctorum, qui dies eligendis, unoquoque anno, Decano et Professoribus est destinatus, convocata fuit Facultas sequente schedula apud unumquemque Doctorem Apparitorum famulitio delatâ.

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores die sabbati 8° 9bris 1738 horâ decimâ post sacrum, Decanum et Professores, nec non examinatores rationum posterioris anni nostri Decanatûs electuri. Datum Parisiis die 4° ejusdem mensis et anni. Bourdelin Decanus.

In iis Comitiis primo deposuit, ut moris est, insignia Decanatûs, ac deinde, gesti hujus magistratûs rationem sequentibus verbis Facultati reddidit Decanus.

Dum Facultatem administramus, Viri Medici, Biennium effluxit. Quid anno priore gestum fuerit, exeunte eodem anno vobis exposuimus; Quid secundo actum sit, sumus mox narraturi.

In legendo et docendo, Professores vestri seduli fuerunt ac diligentes: Quod quidem non aurium tantum, sed et oculorum testimonio freti, jure ac meritò asserimus. Scholas scilicet, ignoratus, non semel accessi, non, quod collegarum quos probè noveram sedulitati diffiderem, sed quò clarissimorum virorum, legum Facultatis observantissimorum assiduitate gratissimâ perfruerer. Quorum sedulitatis ut tunc non explorator, sed spectator esse volui, sic hodie non ad eum delator indiligentiæ, sed diligentiæ testis et laudator. Nec hanc nostram qualemcunque explorationem timemus ne male interpretentur Collegæ nostri clarissimi. Laudant milites Ducem, si de Exercitûs incolumitate sollicitus, noctu castra circumeat; Laudant Cives urbis Proprætorem, si, per nocturnas inquisitiones, urbanæ Politiæ invigilet; Quidni Decanum probarent Doctores in observandâ asserendâque scholarum disciplinâ attentum, et hac in re quoque vigilantem.

Habiti sunt hoc anno qui quot annis haberi debent, Anatomiæ, Chirurgicarum Operationum, et utriusque Pharmaciæ publici Cursus.

Hæc domi gesta sunt; En quæ foris.

Lustratas fuisse a nobis seplatiariorum plurimorum, urbis que omnium Pharmacopoeorum officinas, hoc anno, si unquam, optimis instructas pharmacis, dicet modo Pharmaciæ Professorum alter, vir meritissimus Mr. Bertrand.

Inceptum ineunte nostro Decanatu, in Vincestriaco Nosocomio suffumigationum opus, quidquid ii obstrepuerint, ad quos, lucri causâ, res maxime pertinebat, post novem assidui laboris menses, hoc anno,

ad finem perduximus. Quo in sustinendo, sollicitationum pariter ac invidiæ securi, rem totam æquâ adeò lance ponderare nobis curæ fuit, ut dictatis a nobis singulo quoque die diurnis actis, et cum nostrâ, Facultatisque Legatorum, cum Nosocomii Administratorum Chirurgorumque syngraphâ munitis, nihil mandaverimus, quod veritati non fuerit maximè consentaneum. Facultatis de hoc remedio judicium, sic vobis jubentibus a nobis exaratum, ab universâ autem Facultate auditum et comprobatum, ad Magistratus detulimus. Quî autem factum fuerit, ut judicium illud, apertis sanè verbis, quandoquidem illud probavistis, expressum, sapientissimis Magistratibus obscuritatis aliquid ænigmatisque continere visum fuerit, vix intelligimus. Amplissimorum scilicet eorumdem Magistratuum nomine petiit a Decano urbanæ Politiæ Propraetor D.D.us Herault, ut super remedii hujus bonitate vel pravitate, dilucidioribus clarioribusque verbis, sententiam suam saluberrima Facultas exprimeret. Quâ de re, solerter, et sine Facultatis dedecore, id est mutatione decreti vestri, tractandâ, (nescit enim Veritas Palinodiæ turpitudinem) futuri Decani erit Facultatem convocare. Quidquid sit, non sine sumptibus, iisque, si cum re Facultatis arctissimâ comparentur, ingentibus, tot itinera suscepit fecitque Ordo saluberrimus. Hos sumptus ad sexcentarum librarum excurrentes, Nosocomium Vincestriacum Facultati persoluturum spopondit nobis unus ex Administratoribus, vir ut priscæ probitatis, sic et fide dignissimus, D.us de La Chapelle.

Nec feliciorem habuit exitum judicium illud quod tulistis de Aquis sulfureis, Viri medici; Quas quidem, a nobis, aliisque huic rei præfectis a Facultate examinatoribus, examinatas et Analysi tentatas licet probaveritis, demulcendæque sanguinis acrimoniæ idoneas judicaveritis, et ad Plombierianarum aquarum efficaciam virtutemque pronuntiaveritis accedere, nondum tamen licuit earum Dominæ divendere et publici juris facere. immò, quæ priùs ab Archiatrorum Comite illustrissimo, si non permissa, at certè tolerata fuerat earum venditio, duobus circiter a mensibus, nihil obstante vestro de iis Aquis judicio, crebrâque plurimorum ægrorum easdem expostulantium et sitientium efflagitatione, prohibita fuit. Timetur, scilicet, inquiunt, ne aquis Plombierianis noceant aquæ sulfureæ. Quasi verò privatæ, non sit anteponenda publica utilitas, populosissimæque hujus Urbis multùm intersit quo è fonte, sulfureo ne an Plombieriano sanitatem salutemque hauriat: aut quasi non præstet, in Urbis viciniâ, et ad manum, habere salutiferas recentesque a fonte aquas, quam eas e longinquo, non nisi superatis prælongæ difficilisque viæ asperitatibus magnisque sumptibus accersere. intelligitis quæ facta sint, Viri Medici; audite quæ facienda.

Pendet a tribus annis sub Curiæ supremæ judicibus injudicata Lis docti Paulmier, quem ad Magisterium Artis Pharmaceuticæ in urbe suessonensi exercendæ, a Facultate saluberrimâ promotum, arcent ab eâdem arte factitandâ Medici Pharmacopœique suessonenses. Quæ

lis, cum formâ, ut aiunt, peccet, vix videtur prosperè successura, satius que, nostrâ quidem sententiâ, esse eam componi, quam aut citò perdi, aut per scripturæ, memorialiumque libellorum ambages et tædia dilatam atque productam, tardiore quidem, sed æquè infelici exitu, Facultatis que damno et dedecore terminari.

Superest, in Medicinæ ~~Tyronum~~ utilitatem, Facultatis que dignitatem et ornamentum aperienda publicique juris facienda vestra Bibliotheca. Hanc ad instituendam Bibliothecam quidquid operæ laboris que impendendum fuit, impendimus. Facultati injunxerat senatus-consulto, mense 7.bri anni 1737 lato, suprema Curia Parisiensis, ut quæcunque, super Mi. De Belestre, illustrissimæ fœminæ D.æ Ammelot, et Mi. Hecquet libros, decreta tulerat ordo saluberrimus, ea omnia cum illustrissimo Procuratore Catholico communicarentur, communicavimus. jubebat idem senatus consultum, ut, quâ ratione et quibus conditionibus Bibliothecam vestram usui publico velletis consecrare, postridie Martinalium declararetis. Hujus vestræ declarationis in Comitiis ad hoc convocatis factæ, illustrissimo eidem Regis Procuratori Catholico fecimus copiam. Per vos igitur non stat, Viri medici, quin usui publico devoveatur pretiosa illa librorum suppellex, hoc que e reconditioris Doctrinæ fonte hauriat studiosa medicinæ juventus, unde et suæ informationi, et Medicinæ incremento, et ægrorum emolumento, utiliter allaboret.

Vestrum nunc est, Viri Medici, Decanum eligere peritum, probum, tenacem statutorum, saluberrimi ordinis amantem, justum que saluberrimi ordinis assertorem vigilantissimum. Quâ quidem in Electione, copiâ potius quàm defectu, virorum feracissima, Facultas, laborabit. Quod ad me attinet, Viri medici, faventibus vobis, timidus tamen, oneris que pondere, nec enim illud diffitebor, attonitus, Decanatum accepi, gessi sedulus fidelis que, memor et gratus remitto. Dixi.

Gratias deinde egerunt Facultati, gestæ que suæ Provinciæ rationem reddiderunt decedentes Magistratu Professores.

Antequam autem sorte ducerentur Decani Professorum que Electores, proposuit Facultati Mr. Urbanus Leaulté præsentium antiquior, ut Decano Decanatus dignitas vivâ voce in biennium prorogaretur. Hanc Mi. Leaulté propositionem proximè sequuta est, Mi. Andry reclamatio.

Sorte itaque ducti sunt electores quinque, ut moris est,

De majore quidem ordine, Mi. Bertrand,
Col de Vilars,
Afforty.

De minore autem ordine, Mi. Fontaine
Henricus Franciscus Bourdelin.

Qui quinque clarissimi viri, praestito prius sacramento solito, secessere in sacellum, Decani Professorum que Electioni operam navaturi.

interim sorte ducti sunt Examinatores rationum posterioris anni nostri Decanatus.

de majore ordine, M.i Procope Couteaux,
Col de Vilars,
Bailly.

De minore ordine, M.i Pousse filius,
Hunauld,
Malouin.

Mox in Comitium reduces electores, verba suo, collegarum que nomine faciente M.o Bertrand, retulerunt Facultati, M.o Ludovico Claudio Bourdelin Decanatus dignitatem, in biennium, a se prorogari. Propositae huic ab Electoribus prorogationi, altiore voce reclamavit M.er Andry, cujus reclamationi acclamitarunt duodecim alii Doctores. Sufficiebat ad impediendam hanc prorogationem unius Doctoris reclamatio. Nec illud aut Decanus ignorabat, aut nesciebat Facultas. Decano igitur licet honorificentissima esset haec animorum consensio, propensissima que voluntatum conspiratio, hanc tamen deseruisset, nisi, qui eum circumstabant M.er Leaulté praesentium antiquior, M.er Martineng, M.er Afforty, alii que Doctores, impedivissent quominus se Decanatu abdicaret, nec jam Decani, sed Facultatis rem agi, totum que hoc negotium saluberrimi ordinis arbitrio dixissent esse permittendum. jis clarissimis viris ut obtemperaret, siluit Decanus et hac super re sententias rogari dici que passus est. E sexaginta circiter Doctoribus qui ad haec Comitia convenerant, duodecim M.tri scilicet Andry, Winslow, Coutgier, jacques, Maloet, Davier, Seron, Vasse, Le Thieullier, Cosnier, de La Riviere, Dionis, quorum nemini nocuerat, profuerat non uni Decanus, et quibus se foris adjunxerunt, hujus que reclamationis instrumentum, Decano et Facultati die Lunae sequenti significandum sua Syngrapha munierunt M.i Mongin, Boyer et Duval. E quibus tamen sexdecim Doctoribus tres excipiendi sunt, M.i scilicet Maloet et Cosnier, quos, credo equidem, puduit reclamationis significandae instrumentum subsignare, et M.er Boyer, qui scripta die lunae sequente ad Decanum epistola, extortam sibi a reclamantibus, huic que instrumento, nesciebat, ut ipse scripto asseruit, qua de causa appositam suam Syngrapham dolere se, testatus est, conceptissimis que verbis ejuravit. Praeter eos igitur Doctores, saluberrimae Facultatis suffragia, in continuandam nobis Decanatus dignitatem conspiravere, ut patet ex conclusione quam Decani loco subsignavit M.er Urbanus Leaulté his verbis expressam.

jtaque viri medici, ex unanimi Electorum sententia, majore autem suffragiorum numero, M.o Ludovico Claudio Bourdelin Decanatum prorogatis in biennium; Et ego sic vobiscum concludo

Signatum. Leaulté.

Quae igitur coram Facultate saluberrimâ deposuerat Decanatus insignia Mr L. C. Bourdelin, ea, jubente saluberrimo ordine resumpsit atque retinuit, paratus tamen certis quae hoc eadem insignia reddere, si reclamationis instrumento Facultati per Decensum significato, constaret, in suâ intercessione perseverare reclamantes.

Legerunt deinde Facultati Electores, eorum Doctorum nomina, quos ad sustinenda Professorum munera selegerant; et appellavere in Scholarum Professorem,

de majore ordine, Mum Bailly,

De minore ordine, Mos Mery,
Cochu,

Mr Bailly sorte ductus est.

in Professorem chirurgiae latinae nominavere Electores

de majore ordine Mum Martineng,

de minore ordine, Mos Linguet,
Murry,

Mr Martineng sorte ductus est.

in Professorem rei herbariae nominavere Electores

de majore ordine Mum Brunet,

de minore ordine Mos Poulse filium,
Malaval.

Mr Brunet sorte ductus est.

in Pharmaciae Professorem nominavere Electores

de majore ordine Mos Peaget
Miller

de minore ordine Mum Cosnier.

Mr Cosnier sorte ductus est.

Horum clarissimorum virorum tres tantum Mi nimirum Bailly, Martineng et Brunet, Mr enim Cosnier secesserat, positâ super Evangelium manu solitum dixere sacramentum. Quibus peractis, soluta fuere Comitia, et discessum est.

Die Lunae sequente, decimo 9bris 1738, significata fuit Decano et Facultati, per Decensum, reclamantium intercessio, Tabularii Syngrapho, et reclamantium uniuscujusque signo consignata. Quam ut vidit Decanus, illico de convocandâ quamprimum ad novi Decani electionem Facultate cogitavit, illud que amicorum aliis annuentibus, renuentibus aliis, eo ipso die exequutus est. Ratus scilicet in beneficentissimam Facultatem ingratum se merito habitum iri, si, per significatam reclamantium intercessionem incipientis dubiae difficilis que, et sui unius causâ susceptae, litis impedimentis, impendiis que saluberrimum Ordinem pateretur impediri. Hoc igitur in

verum statu, vel minima deliberationis cunctatio, ambitionem dignitatisque affectationem, addictissimo Facultati Doctore prorsus indignam sapere Decano cum videretur, typis mandatâ hoc ipso die apud Facultatis Typographum Quillau convocationis schedulâ, Doctores omnes ad Electionem novi Decani invitavit; quem Decanatum, jubente saluberrimo Ordine invitis que reclamantibus retinuerat, eundem, attonitis iisdem, forsan et invidiæ suæ Decano ulterius significandæ præreptam sibi voluntariâ hac abdicatione occasionem dolentibus, matri optimæ, saluberrimæ Facultati, sponte et gratissime redditurus.

Convocati sunt igitur die mercurii sequente, et postridie martinalium, Doctores omnes, delatâ apud eorum unumquemque per Apparitores sequente schedulâ.

Convocentur Doctores medici omnes in scholas superiores die Mercurii 12° 9bris anni 1738 horâ sesqui octavâ matutinâ, Decanum electuri. Datum parisiis die decimo ejusdem mensis et anni. Bourdelin Decanus.

Fuit, ipso Martinalium die delata hæc per Apparitores, ut jam diximus, apud unumquemque Doctorem, schedula. Quâ acceptâ, Reclamantes, ne scilicet morem gererent huic convocationi, quam videri volebant non legitimam agnoscere, convenerunt illico Mrum Preaux scholarum antiquiorem, eorum nescium quæ in ultimis Comitiis gesta fuerant, et ab eo aliam convocationis, iisdem die et horâ indictæ, schedulam obtinuerunt, hanc que, per servos, totâ nocte, non quidem ad omnium, sed ad plurimorum Doctorum ædes curarunt deferri.

Die igitur mercurii 12a Novembris 1738 horâ sesqui octavâ matutinâ convenit in scholas superiores Facultas saluberrima, solitum locum occupavit Decanus, quidquid contra moliti fuissent, qui hanc sedem ab Antiquiore Magistro præoccupari curaverant, reclamantes, quam tamen sedem, honoris causâ, cum, antiquiore scholarum, Mro Preaux participare non dubitavit Decanus; depositis que deinde Decanatûs insignibus, factoque silentio, sequentem habuit orationem.

Decanatum, ut mos est, remiseram, Viri Medici, optavistis reciperem, recepi; jussistis retinerem, et, nihil obstante quorundam reclamatione, dum licuit honeste, retinui. Honeste dico, Viri Medici, nec enim honestum non fuit, quod facerem voluistis. Quandiu scilicet Facultati significata non fuit Reclamantium intercessio, tandiu redditam commissam que nobis a beneficentissimâ Facultate dignitatem tueri debuimus. Irritas enim fuisse, non semel, ejusmodi reclamationes, scitis omnes, Viri Medici, scit et, unus è reclamantibus, Mr Andry, qui, Clarissimi viri, et de Facultate, primo altero que Decanatu optime meriti,

Mʳ Baron patris prorogationi sese, sed frustra, non dubitavit opponere. Quae quidem non eâ mente commemoro, ut saluberrimi Ordinis odia in quempiam concitem, aut renovem; absit a me tanta turpitudo, sed ut neminem lateat, potuisse me, immo et debuisse, in retinendo Decanatu, Saluberrimae Facultatis voluntati, hactenus, obtemperare. Nunc autem, de reclamantium perseverantia certum, me dedeceret, eum affectare Magistratum, quem, nisi Litis difficillimae periculo, penes vos jam non est, in me conferre. Caeterum in obtinendâ hac vestrarum in me voluntatum conspiratione honorificentissimâ, non vereor, ne cuiquam ullius accuser, vel iis judicibus, qui reclamaverunt; quos pessime erga me affectos esse, et sentio, et glorior. Sed de me satis, superque. Vestrum nunc est eligere Decanum, omnibus in hoc gerendo magistratu necessariis dotibus instructum. Sit ille probus, sit doctus, sit legum vestrarum assertor tenacissimus, sit Matris optimae amantissimus, verbo dixerim, talis sit, vir medici, qualis vellem fuisse. Dixi.

Facultatem deinde allocutus est Mʳ Dreaux paucis quidem verbis, sed ad concordiam pacemque plane compositis. Rogatae postea, dictae que sunt de propositâ a Decano, novi Decani Electione, collectis que suffragiis, cum se pararet ad concludendum Mʳ Dreaux, eum sequentibus verbis interpellavit Decanus. Pace tuâ, Vir clarissime, salvâ que eâ reverentiâ, quam tibi, Scholarum dignissimo Antiquiori, et a me, et a Facultate totâ deberi sentio, donec novum Decanum Electio sors que, Facultati dederint, Decani Munere et officiis ad ultimum fungar. His dictis, nec renuente Mʳ Dreaux, eligendum esse a Facultate saluberrimâ Decanum, consentientibus omnibus, conclusit Ludovicus Claudius Bourdelin Decanus.

Secessere postea in sacrarium Electores, reducesque deinde in Comitium, Facultati renuntiarunt, in gerendum Decanatus magistratum, electos a se fuisse,

de majore quidem ordine Mᵒˢ Urbanum Leaulté
Petrum Joannem Baptistam Chomel,

de minore autem ordine, Mᵘᵐ Josephum Franciscum Hunauld.

Quorum clarissimorum virorum conjectis in urnam nominibus, favit sors Mᵒ Chomel, cujus nomen ex urnâ, plaudente Facultate, eduximus.

Res gestae
in Academia Parisiensi
Decano
M.º Ludovico Claudio Bourdelin Parisino

a die Sabbati 9.ª 9.bris 1737,
ad diem Sabbati quartam 9.bris 1738.

Anno Domini 1737 die Sabbati 9.ª novembris 1737 habita sunt apud amplissimum Rectorem M.rum Nicolaum Grial, in Sorbonae Plessaeo, Comitia deputatorum Universitatis menstrua. Supplicavit pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii solus M.er joannes michael Billere Presbyter Carnutaeus, cui, audito prius M.º Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

In iis Comitiis, lecta est a M.º Chantelou, Universitatis Protoscriba, coram Tribunali Academico, illius Senatusconsulti die 5.ª 7.bris 1737 lati, die autem 5.ª 8.bris eidem M.º Chantelou per accensum traditi, conclusio, qua tandem decidebatur ea his quae ad Pensiones spectabat.

Anno Dñi 1737 die septimo X.bris habita sunt apud Amplissimum Rectorem, Comitia deputatorum Universitatis menstrua. Ad Tribunal Academicum eo die accessere quinque supplices pro obtinendis jure Magisterii Artium et Quinquennii litteris nominationis, quibus supplicibus, audito prius de iis referente M.º Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

Die 14.ª ejusdem mensis habita sunt in Mathurinensi Comitia Universitatis supplicatoria. Primum consessum est in Angulo ut moris est, et postquam nullus supplex accessisset, itum est in Comitium, ubi, post elegantem Amplissimi Rectoris Orationem, omnes et singuli ordines grata et rata habuerunt quaecunque gessit amplissimus Rector in trimestri suo Magistratu, eo que nomine ipsi decreverunt litteras commendatitias, et amplissimum polliciti sunt comitatum vitè processuro ad aedem deo sacram sub invocatione S.ti jacobi ab alto Passu. Ad quam aedem deinde vitè processum est.

Die 23.ª ejusdem mensis, habita sunt extra ordinem apud Amplissimum Rectorem in Sorbonae Plessaeo, Comitia deputatorum Universitatis. Supplicaverunt pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii duo Hibernici Sacerdotes, et audito de iis M.º Balthazare Gibert Syndico, qui dixit a se visas etiam fuisse litteras Regias, quas vulgò Patentes vocant, in Senatûs Commentarios relatas, quibus constat eos a Rege civitate fuisse donatos, Placuit iis indulgeri.

His in Comitiis dixit amplissimus Rector, prolatas fuisse in Comitiis 7.ª 8.bris habitis Conclusiones tum sacrae, tum saluberrimae Facultatis de reliquâ in Arcâ Universitatis pecuniâ in acquirendis Praediis utiliter collocandâ, sapientissimum verò Consultissimae Facultatis Decanum dixisse, se quidem conclusionem sui Ordinis nondum attulisse, sed et ipsum tamen

jam fuisse consultum, nec in eo quidquam moræ fore modo nihil eo inconsulto conficiatur; Nationes autem nondum potuisse consuli. Rem eo esse perductam, cum dixit Mr. Petrus Ribaucourt Fidelissimæ Nationis Ornatissimus Procurator, se petere nomine fidelissimi ordinis, ut ei in rebus admodum angustis, vellet Universitas opitulari: sed cum nullo prorsus nationis suæ instrumento instructum venisse. ipsum itaque cum aliis ordinis fidelissimi deputatis secum egisse, ut hæc Comitia ejus rei causâ, extra ordinem indiceret.

Tum idem Ornatissimus Procurator, dixit, deputatos esse a fidelissimo Ordine Mos Darly et Picard qui eâ de re agant apud Academicum Tribunal; rogare se ut vocentur: Statimque vocati sunt M. M. Darly et Picard, duplexque instrumentum protulerunt, Conclusionem scilicet sui ordinis, et libellum supplicem, quo postulabat idem Ordo, ut sibi, quam minore fieri posset fœnore crederetur summa quinquaginta millium libellarum quâ fidelissimi Ordinis necessitati subveniatur, eâ tamen lege, ut in assecurationem proventuum dictæ pecuniæ, Universitati delegentur Reditus annui provenientes tum ex novis ædibus ad dictum Ordinem pertinentibus, et in vico Stramineo sitis, tum etiam ex aliis ædibus in vico Delphineo extructis. Quâ de re maximi momenti, nec factu tamen ita facili, ob æs alienum quo premebatur dicta Natio, cum dixisset fusè et graviter Mr. Balthazar Gibert Syndicus, Universitatisque Ordinum Deputati multa in medium protulissent, una fuit omnium sententia, Ordines eâ super re esse consulendos.

Anno Dñi 1738, die 4º januarii, habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Sorbonæ Plesæo Comitia deputatorum Universitatis menstrua. Accessere pro obtinendis litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii, quatuor Supplices, quibus, audito prius Mo. Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri. Lecta item et recognita fuerunt, ut fieri mos est, quæ superioribus in Comitiis acta fuerant.

Iisdem in Comitiis M. Claudius Beloigne Quæstor Universitatis, coram Tribunali Academico intulit in Ærarium summam 4800.tt
quæ addita summæ - - - - - - - - - - - - - - 53300.tt 3.d
dat summam - - - - - - - - - - - - - - - - - 58300.tt 3.d

Die 31º januarii Rector amplissimus unà Decanis, Procuratoribus, adjunctis, et officiariis, omnibus infulatis, præcedentibus 14 apparitoribus, solemni pompâ cereos detulit Serenissimo Aurelianensium Duci, Senatus et Nationum Principibus, domi verò subditorum Princeps non adfuit.

Die autem 1º februarii itum est Versalias, ubi Amplissimus Rector, eâ quâ pollet dicendi vi, purpuratorum aures implere visus est, cum Regem Christianissimum, Reginam, Serenissimum Delphinum, deinde vero Eminentissimum Cardinalem de Fleury atque illustrissimum Cancellarium allocutus est.

Anno Dñi 1738 die 8º februarii, habita sunt apud amplissimum Rectorem, Menstrua Deputatorum Universitatis Comitia in Sorbonæ Plesæo. Accessere pro litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii, obtinendis, quatuor supplices, quibus, audito priùs de iis Mo. Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

Anno Dñi 1738, die primo Martii, habita sunt apud Amplissimum Rectorem in sorbonæ Plessæo, Comitia deputatorum Universitatis menstrua. in quibus primum sedit Mr. Le Gendre Consultissimæ Facultatis Decanus. Accessere pro obtinendis litteris nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii, quatuor supplices, quibus, audito Mo. Balthazare Gibert syndico, Placuit indulgeri.

Anno Dñi 1738, die 14o Martii, habita sunt in Mathurinensibus Comitia Supplicatoria Universitatis. in quibus observata et facta, quæ fieri et observari solent in talibus Comitiis, Rectorem autem agente in locum amplissimi Rectoris, valetudinis causâ absentis, clarissimo Exrectore Mo. Balthazare Gibert, itum est ad ædem deo sacram sub invocatione Stæ Annæ, apud Eremitas Sti. Augustini, prope Pontem novum.

Die vigesimo secundo Martii 1738 habita sunt extra ordinem apud amplissimum Rectorem in sorbonæ Plessæo, Comitia Deputatorum Universitatis. supplicavit unus tantum Artium Magister pro litteris nominationis, cujus supplicationi, audito prius Mo. Balthazare Gibert syndico, Tribunal academicum indulsit. Deinde expunctæ fuerunt Rationes Accepti et Expensi. adfuerunt cum deputatis adjuncti, tandemque in Ærarium intulit fidelissimus quæstor summam . . . . . 1700 lb

quæ addita summæ - - - - - - - - - - . 58300 lb 3d

dat summam - - - - - - - - - . . . . 60000 lb 3d

Anno 1738 die martis majoris hebdomadæ 1o aprilis, habita sunt in antecessum apud Amplissimum Rectorem in sorbonæ Plessæo, Comitia Deputatorum Universitatis menstrua. in quibus primum sedit Mr. jacobus Ludovicus Pavity Venerandæ Nationis Procurator. Accessere ad Tribunal academicum quatuor supplices, pro obtinendis litteris nominationis, quibus supplicibus, audito prius Mo. Balthazare Gibert syndico, Placuit indulgeri.

Hos in Comitiis prolatæ sunt de Fidelissimæ Nationis postulatione die 23o 7bris 1737 factâ, cæterorum Ordinum Conclusiones.

Cui petitioni annuerunt ~~tot~~ tota saluberrima Facultas constantissimaque Germanorum natio, Alii vero quatuor ordines (nec enim suffragii jure in hoc negotio, quod ad eam omnino pertinebat, frui poterat Natio fidelissima) in duas diversas abiere sententias: sacra enim Theologiæ Facultas annuebat quidem sed certis tantum conditionibus, declarabatque Eadem, se a Facultatis saluberrimæ et constantissimæ nationis sententiâ omnino discrepare, Annuebat etiam sub aliis conditionibus Veneranda Natio; sed postulationem fidelissimi Ordinis omnino rejecerunt, Consultissima Facultas, honorandaque Gallorum Natio. Cum itaque sex Consulti Ordines inter ad minimum abirent sententias, quarum nulla esset plus quam duorum Ordinum, 3a. scilicet tantum modo partis Ordinum qui consulti sunt, Dixit Amplissimus Rector suum non esse sententias Ordinum interpretari, multominus addere illis quicquam aut detrahere, Censere itaque se æquum esse ut singuli Ordines iterum consulantur, atque in eâ re tantæ molis, ut facilior singulorum Ordinum deliberationi sternatur via,

videri sibi, tandem aliquando consulendos esse viros Forenses, qui Universitati sunt a consiliis, quorum sententia deliberantibus Ordinibus ante innotescat, quam super ea re sententiam ferant. Quae cum a singulorum Ordinum Deputatis probata fuissent, Placuit consuli hac de re quam primum Universitatis Patronos Notarium et Procuratorem et eorum consultationis atque sententiae unum exemplar ad singulos Ordines deferri atque haberi quam primum ab Amplissimo Rectore Comitia, quo cujusque ordinis sententia referatur.

Die 15° Aprilis 1738, celebrata est in Maturinensi, de more, Synodus Academica.

Anno Dni 1738 die 8° maii, habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Sorbonae Plessaeo, Comitia Deputatorum Universitatis menstrua; in quibus primum sedit Mr. Curvin Constantissimae Nationis Procurator Ornatissimus. Accessere pro litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii obtinendis quatuor supplices, quibus, audito prius Mo Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

In iis Comitiis lecta est Patronorum Universitatis super negotio Fidelissimae Nationis Consultatio, quae eidem Nationi fuit omnino favorabilis, et ad mentem Saluberrimae Facultatis Constantissimae que Nationis expressa et signata Langlois, Aubry, De Hericourt, Gillet.

Quâ auditâ lectione, dixit Rector Amplissimus, se cum singulis Ordinibus, ubi primum per sibi potuerit, eam Consultationem communicaturum.

Die 12° Maii habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Sorbonae Plessaeo Comitia deputatorum Universitatis, extra ordinem; in quibus primum sedit Mr Ludovicus Petit, Fidelissimae Nationis Procurator.

Lectae sunt Conclusiones sex ordinum super consultatione Patronorum quae cum ipsis communicata fuerat; annuerunt Postulationi Fidelissimae Nationis Quinque Ordines, iis tamen adhibitis conditionibus atque clausulis quas in suâ consultatione assignaverant Universitatis Patroni, solâ intercedente, et Fidelissimae Nationis Postulationem pertinaciter recusante, Consultissimâ jurium Facultate. Cujus intercessionis nullâ habitâ ratione, audito prius Mo. Balthazare Gibert Syndico, rogatis que et dictis sententiis, Placuit summam Quinquagies mille libellarum Fidelissimae Picardorum Nationi, ex aerario Academico concedi, sub annuâ pensione Denarii, ut aiunt, vigesimi quinti, item que, ad eundem Denarium vigesimum quintum, ex hoc ipso die redigi summam Undecies mille et quingentarum libellarum, jam antea eidem Nationi, sub annuâ pensione denarii vigesimi, concessam; ea lege, ut praedicta Natio impositas conditiones omnes ac singulas accipiat, iisque, dato, ad id omni necessario, instrumento, se obliget. Et ita conclusit Amplissimus Rector.

Die 7. junii 1738, habita sunt apud Amplissimum Rectorem Comitia Deputatorum Universitatis menstrua: in quibus postquam accessisset pro obtinendis litteris Nominationis supplex unus, ipsique indultum fuisset, Lectum est a Mo. Chantelou Proscribâ Universitatis Senatus consultum 23° Maii latum, quo, quinque Ordinum postulationi Fidelissimi Ordinis annuentium Conclusionibus, suus tenor servabatur, et cujus haec erant verba.

– Tout considéré, Nostre dite Cour homologue lesdites Conclusions, tant celle de – l'Université du 12 may 1738, que celle formée par les suppliants, ideo Picardorum

-nation, dans ladite assemblée du 19 dudit mois, ordonne que lesdites conclusions seront -executées selon leur forme et teneur, et dans toutes et chacunes les clauses et condi-tions y contenües. si mandons mettre le tout a execution &c. donné en notre Cour de Parlement ce 23 may 1738. Collationé Guenard. Par la chambre, Dufranc.

Quo lecto instrumento, confectus est ab eo quem Notarium vocant, nomine Regnard in eandem sententiam contractus Universitatem inter et Fidelissimum Ordinem, quo palam lecto, et ab omnibus Deputatis subsignato, praeterquam a sapientissimo jurium Decano, qui se non antea instrumentum illud syngrapha comprobaturum dixit, quam Ordinem suum consuluerit, prolatis que ab unoquoque commissis arcae clavibus, idem sapientissimus Decanus, cum suam secum afferre se oblitum esse diceret, misit apparitorem domum, unde allatam ipse quoque protulit, statimque deprompta est summa 12000^tt et ad Notarium Universitatis exportata, quo fidelissimus Quaestor exportatum etiam ivi dixit summam 30000^tt quam Universitati reddit D^us De Noailles, reliquam vero summam quae est 8000^tt se aliis addituram, ut ex iis tribus fiat summa 50000^tt.

Die 9° julii 1738 processum est ad aedem deo sacram sub invocatione S^ti Stephani a Monte.

Anno Dni 1738, die 4° julii, habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Sorbonae Plessaeo Comitia Deputatorum Universitatis menstrua. Accesserunt pro obtinendis litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii, sex supplices, quibus Placuit indulgeri.

Die secundo augusti 1738, habita sunt apud amplissimum Rectorem Comitia Deputatorum Universitatis ordinaria, in Sorbonae Plessaeo. Accessere ad Tribunal academicum pro obtinendis litteris nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii 92 supplices, quibus omnibus Placuit indulgeri, uno excepto, qui non attulerat litteras testimoniales Tonsurae clericalis.

Die trigesimo Augusti 1738, habita sunt in Antecessum, apud Amplissimum Rectorem Comitia Universitatis menstrua. Stitere se coram Tribunali Academico, pro obtinendis litteris Nominationis, jure Magisterii Artium et Quinquennii sex supplices, e quibus tamen unus supplicavit pro iisdem obtinendis litteris, jure Baccalaureatus et quinquennii in utroque jure. Quibus omnibus, audito prius M^o Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

Die 13° 7bris 1738, habita sunt extra ordinem apud Amplissimum Rectorem in Sorbonae Plessaeo Comitia Deputatorum Universitatis. Quibus in Comitiis lectus est a Notariis duobus, et ab omnibus deputatis subsignatus Contractus emptionis Domus sitae in via Sancti jacobi, ad honestum virum joannem Baptistam Coignard pertinentis. Quam domum dictus Coignard Universitati vendidit.

Die 4° 8bris 1738, habita sunt apud Amplissimum Rectorem menstrua Comitia deputatorum Universitatis. Accessere pro obtinendis litteris nominationis 14 supplices, quibus, audito prius, de iis referente M^o Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

Anno Dni 1738, die 4° 8bris, habita sunt in Maturinensi Comitia Universitatis supplicatoria, ubi gratiis actis quae habitis quae ab Amplissimo Rectore gesta fuerant, decretis ipsi litteris commendatitiis, promisso que amplissimo Comitatu, inde processum est ad aedem deo sacram sub invocatione S^ti Ludovici in insula.

Die 4° Novembris 1738 habita sunt apud amplissimum Rectorem in Sorbonae Plessaeo, Comitia Deputatorum Universitatis menstrua. iniis Comitiis primum sedit M^or julianus josephus Jamoays Licentiatus in utroque jure, et Honorandae Gallorum Nationis Procurator ornatissimus. Stitere se coram Tribunali academico pro obtinendis litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii sex supplices, quibus, audito prius, de iis referente M^o Balthazare Gibert Syndico, Placuit indulgeri.

Res gestæ apud Chirurgos Barbitonsores Parisienses,

a die sabbati 9° 9bris 1737, ad diem sabbati 8.um 9bris 1738.

M.º Ludovico Claudio Bourdelin Decano.

Anno Domini 1737 Barbitonsores chirurgi, more solito, Decanum cum duobus Doctoribus per schedulas, a Chirurgi primarii Vicario, aut ab uno è Præpositis subsignatas ad Actus et Magisteria Tyronum Chirurgorum invitaverunt. Quibus actibus, nec Decanus, nec ullus Doctor adfuit, propter rationes allatas in Commentariis Facultatis ann. 1726 et 1727, M.º Stephano Francisco Geoffroy Decano.

Isti autem fuerunt Actus celebrati per hunc Annum, quibus Decanus, licet invitatus, non adfuit, et qui proinde, a Facultate non sunt approbati.

Die jovis 19.º Xbris 1737 inter Chirurgos Barbitonsores Parisienses aggregatus est dictus Savan.

Die Lunæ vigesimo januarii 1738 interrogatus est dictus Crestene Chirurgus Dentarius.

Die sabbati 29º Martii 1738 magisterium apud Chirurgos Barbitonsores adeptus est dicti Botentuit filius.

Die Lunæ 23º aprilis 1738 ultimum suum examen subiit dictus Simon.

Die Mercurii vigesimo aprilis ultimum suum examen subiit dictus Calmejane

Die sabbati 3º Maii ultimum suum examen subiit dictus DuBertrand.

Die Lunæ 5º Maii ultimum suum examen subiit dictus DeLamalle.

Die jovis 8º Maii ultimum suum examen subiit dictus Simon.

Die veneris 9º Maii Tentativam suam fecit dictus De Calange.

Die decimo Maii ultimum suum subiit examen dictus Calmejane

Die Lunæ 12º Maii ultimum suum examen subiit dictus Du Bertrand

Die jovis 22.º Maii Tentativam suam fecit filius dicti Cabany.

Die Mercurii 11.º junii interrogatus, et inter Chirurgos Barbitonsores parisienses aggregatus est dictus Lesne.

Die jovis 19º junii primum suum subiit examen dictus De Callange

N.ª Diebus veneris et sabbati 30 et 31º maii, diebus que mercurii et sabbati 4º et 7º junii suas Tentativas fecerunt dicti Arrachart, Mariteł, Genti, et Daunis. quos omiseramus.

Die sabbati 21° junii 1738 ultimum suum examen subiit dictus Sabatier.

Die mercurii 25° junii Magisterium adeptus est dictus Sabatier.

Die lunae 21° julii primum suum examen subiit dictus Arrachart.

Die jovis 24° julii ultimum suum examen subiit dictus Garrigue

Die sabbati 26° julii ultimum suum examen subiit, dictus. Buisson.

Die lunae 28° julii primum suum examen subiit filius dicti Cabany.

Die mercurii trigesimo julii Magisterium adeptus est dictus Garrigue.

Die jovis 31° julii primum suum subiit examen dictus Marizel.

Die veneris primo Augusti, Magisterium adeptus est dictus Buisson.

Die sabbati 2° Augusti primum suum examen subiit dictus Daunis.

Die jovis 7° Augusti, primum suum examen subiit dictus Genti.

Die ~~sabbati~~ Jovis 7° Augusti 1738 Tentativam suam fecit, dictus Bourbelain.

Die veneris 8° Augusti, Tentativam suam fecit filius dicti Sorbet.

Die jovis 14° Augusti 1738, Tentativam suam fecit dictus Boulanger.

Die jovis 21° Augusti 1738, Tentativam suam fecit dictus Braillet.

Die veneris 22° Augusti, 1738, Tentativam suam fecit dictus Resclauze.

Die ~~sabbati~~ vigesimo 7bris 1738 primum suum examen subiit dictus Bourbelain

Die lunae 22° 7bris 1738, primum suum examen subiit dictus Resclauze.

Obstetrices
apud Chirurgos Parisienses examinatæ
Et
Magisterium adeptæ

a die sabbati 9° 9bris 1737

ad diem sabbati 8um 9bris 1738

Mo Ludovico Claudio Bourdelin

Decano

Per schedulas a Protochirurgi vicario subscriptas

invitato prius ipso que

annuente & probante.

Die sabbati 19° Xbris 1737, dicta Callé

Die jovis trigesimo januarii 1738, dicta Collot.

Die jovis 6° februarii 1738, dicta Chaubonné

Die martis 1° aprilis 1738, dicta Duchesne.

Die veneris 12° 7bris 1738, dicta Augier.

Sequuntur Nomina et Cognomina
Barbitonsorum Chirurgorum Sancosmanorum
tum Magistrorum, tum Tyronum
qui, per hunc secundum nostri Decanatûs annum
Libellos supplices Facultatis Decano
more solito obtulerunt, ut ipsis liceret
obtinere Cadavera ad Operationes
Chirurgicas,
&
Sectiones Anatomicas
celebrandas.

Joannes Calmejanes Tyro. . . . Henriquez conductor.
Cesar Verdier Chirurgus,
Salvator Morand Chirurgus,
Michael Pascal Tyro. - - - - Herault conductor.

Ludovicus Claudius Bourdelin
Decanus.

Res gestæ
apud Pharmacopoeos et Aromatarios Parisienses.

a die sabbati 9a Novembris 1737
ad diem sabbati 8um Novembris 1738.

Mo Ludovico Claudio Bourdelin decano.

Hoc anno lustratæ sunt a saluberrimâ Facultate, ut moris est, et solito tempore, per tres dies, Aromatariorum, Pharmacopoeorumque omnium, tum Parisiensium, tum Regiorum et Prætorianorum officinæ; et præterea apud eos nihil actum est.

Codex Rationarius
Accepti et Expensi ordinarii et extraordinarii
a die sabbati 9o. 9bris 1737
ad diem sabbati 8um 9bris 1738
a Mo. Ludovico Claudio Bourdelin Parisino.
Decano.

Caput 1um Accepti
ex annuo Reditu Facultatis.

Ab Urbis Quæstore pro ultimo semestri majoris Contractus anni 1737 accepit Decanus centum septuaginta quinque libras . . . . 175 ℔

ab eodem pro anno integro minoris Contractus quinquaginta quinque libellas. . . . . 55 ℔

ab eodem pro sex primis mensibus majoris contractus ann. 1738 centum septuaginta quinque libellas . . . . 175 ℔

a dicto Raffignac non computatis iis quæ ab ipso debentur Facultati pro annuâ locatione majorum ædium centum septuaginta duas libras . . . . 172 ℔

ab eodem ~~quadra~~ triginta duas libellas . . . . 36 ℔

abeodem quadraginta libellas . . . . 40 ℔

ab eodem centum sexaginta et octo libras . . . . 168 ℔

a viduâ La Grive pro tribus mensibus locationis annuæ minorum ædium cadentibus ad festum Sti. joannis 1737 sexaginta libras . . . . 60 ℔

abeadem pro sex mensibus cadentibus ad Christi natalia 1737. centum et viginti libellas . . . . 120 ℔

ab eadem pro tribus mensibus cadentibus ad Paschali 1738 sexaginta libras . . . . 60 ℔

ab eadem pro sex mensibus cadentibus ad Remigialia centum et viginti libras . . . . 120 ℔

Caput 2um
accepti a Baccalaureis in Quæstionibus Quodlibetariis pro stipendiis Lectorum et Registro.

A Mo. Ferrein quatuor libras cum decem assibus . . . . 4 ℔. 10 s.

Summa hujus Paginæ, est de onze cent quatre-vingt cinq Livres dix sols.

a Mº. Majault	4# 10s
a Mº. Bouvart	4# 10s
a Mº. Bellefette	4# 10s
a Mº. Midy	4# 10s
a Mº. Ferrein	4# 10s
a Mº. Garnier	4# 10s
a Mº. de Rabours	4#. 10s
a Mº. Dionis	4#. 10

Capue 3um accepi
a Baccalaureis in Quaestionibus
Quodlibetariis pro Horto.

a Mº. Ferrein tres libras cum quatuor assibus	3# 4s
a Mº. Majault	3# 4
a Mº. Bouvart	3#. 4
a Mº. Bellefette	3#. 4
a Mº. Midy	3#. 4
a Mº. Ferrein	3#. 4
a Mº. Garnier	3# 4
a Mº. de Rabours	3# 4
a Mº. Dionis.	3#. 4

Capue 4um accepi
a Baccalaureis in Quaestionibus Quodlibetariis
pro Anatomiâ et Schedulis non registratis.

a Mº. Ferrein sexdecim libras.	16#
a Mº. Majault	16#
a Mº. Bouvart	16#
a Mº. Bellefette	16#
a Mº. Midy	16#
a Mº. Ferrein	16#

Summa hujus paginae est de Cent Soixante
Livres Seize Sols.

a m^o. Garnier 16^tt

a m^o. de Rabours 16^tt

a m^o. Dionis 16^tt

Caput 5um. accepti
a Barbitonsoribus Chirurgis.

a Chirurgoris Praepositis pro annuo vectigali quinque libras cum quatuordecim assibus - - - - - - - - - - 5^tt 14^s

abiis qui hoc anno chirurgicae magisterium adepti sunt, qui singuli debent summam trium libellarum cum duodecim assibus, accepit Decanus - - - - - - - - - - nihil.

Caput 6um accepti
a medicinae studiosis
Pro jure inscriptionis, et pro jure sigilli.

a medicinae studiosis pro jure inscriptionis sexingentas et triginta libellas - - - - - - - - - - - - 630^tt

Pro sigillo sexdecim medicinae studiosorum testimoniis apposito quadraginta octo libras - - - - - - - - - - 48^tt

Caput 7um. accepti
a medicinae candidatis examinandis,
pro Anatomiâ et schedulis non registratis.

a m^o. Peaget sexdecim libras - - - - - - 16^tt

a m^o. La Cloy - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Bertin - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Viellard - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Le Monnier - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Lucas - - - - - - - - 16^tt

Caput 8um. accepti
a Medicinae Candidatis admissis
ad Baccalaureatum.

pro jure Bursarum.

a m^o Peaget ~~sexdecim libras~~ - - - - - - 16^tt

a m^o. La Cloy - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Bertin - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Viellard - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Le Monnier - - - - - - - - 16^tt

a m^o. Lucas - - - - - - - - 16^tt

Summa hujus paginae est de neuf cent vingt trois livres quatorze sols.

Caput 9um accepti
a Medicinæ candidatis admissis ad Baccalaureatum,
pro sacello et ornamentis, loco saccari.

a Mo. Deage sexdecim libras - - - - - - - - 16tt
a Mo. La Cloy - - - - - - - - - 16tt
a Mo. Bertin - - - - - - - - - - 16tt
a Mo. Vieillard - - - - - - - - - 16tt
a Mo. Le Monnier - - - - - - - - 16tt
a Mo. Lucas - - - - - - - - - - 16tt

Caput Xum accepti
a Baccalaureis admittendis ad Medicinæ
Licentiam.

a Mo. Ferrein triginta quinque libellas - - - - - - - 35tt
a Mo. Majault - - - - - - - - - 35tt
a Mo. Bouvart - - - - - - - - 35tt
a Mo. Bellefonte - - - - - - - - - 35tt
a Mo. Midy - - - - - - - - - - - 35tt
a Mo. Fevrel - - - - - - - - - 35tt
a Mo. Garnier - - - - - - - - - 35tt
a Mo. De Rabours - - - - - - - 35tt
a Mo. Dionis - - - - - - - - - - - 35tt

Caput 11um accepti
a Baccalaureis
ad Medicinæ Licentiam admittendis pro mulctis
irrogatis.

a Mo. Ferrein duodecim libras - - - - - - - - - 12tt
a Mo. Majault - - - - - - - 12tt
a Mo. Bouvart - - - - - - - 12tt
a Mo. Bellefonte - - - - - - 12tt
a Mo. Midy - - - - - - - - 12tt
a Mo. Fevrel - - - - - - - 12tt
a Mo. Garnier - - - - - - - - - 12tt
a Mo. De Rabours - - - - - - - 12tt
a Mo. Dionis - - - - - - - - - - - 12tt

Summa hujus paginæ est de cinq cent —
dix neuf livres.

Caput 12um accepti
a Baccalaureis ad medicinae Licentiam
admittendis, pro jure praesentationis et sacello.

a mo. Ferrein sex libras 6lt
a mo. Majault 6lt
a mo. Bouvart 6lt
a mo. Belleteste 6lt
a mo. Midy 6lt
a mo. Ferret 6lt
a mo. Garnier 6lt
a mo. de Rabours 6lt
a mo. Dionis 6lt

Caput 13um accepti
a Licentiatorum unoquoque in actu sui Doctoratûs.

a mo. Ferrein centum et octoginta libellas 180lt
a mo. Majault 180lt
a mo. Bouvart 180lt
a mo. Belleteste 180lt
a mo. Midy 180lt
a mo. Ferret 180lt
a mo. Garnier 180lt
a mo. de Rabours 180lt
a mo. Dionis 180lt

Caput 14um accepti
a Licentiatis in actibus Doctoratûs
pro sacello.

a mo. Ferrein summam unius librae cum duodecim assibus 1lt 12s
a mo. Majault 1lt 12s
a mo. Bouvart 1lt 12s
a mo. Belleteste 1lt 12s
a mo. Midy 1lt 12s
a mo. Ferret 1lt 12s
a mo. Garnier 1lt 12s
a mo. de Rabours 1lt 12s
a mo. Dionis 1 12s

Summa hujus paginae est de seize cent quatrevingt huit livres huit sols.

Caput 15.um accepti
a Baccalaureis et Licentiatis pro
aulæorum usu.

Pro octodecim Thesibus Quodlibetariis ducentas et sexdecim libras. 216 ^tt^
in præsentatione et Paranymphi actionibus viginti 4.or libras ... 24 ^tt^
Pro novem actibus vesperiarum et totidem actibus Doctoratus ducentas et sexdecim libellas .... 216 ^tt^

Caput 16.um accepti
Ex reliqua pecuniâ Examinis Anatomici m.i de Raboury propter absentiam septem decim Doctorum.

Relicta est Decano summa viginti quinque libellarum cum decem assibus. .... 25 ^tt^. 10 ^s^

Ex reliquâ pecuniâ Examinis materiæ medicæ
Relicta est decano propter absentiam septem Doctorum summa Centum sexaginta octo libellarum. .... 168 ^tt^

Ex reliquâ pecuniâ absentium Doctorum a cura pauperum, relicta est Decano summa octoginta duarum librarum ... 82 ^tt^

Caput 17.um accepti
ab Academiæ Quæstore accepit Decanus summam mille et ducentarum libellarum. .... 1200 ^tt^

Caput 18.um accepti

a Quæstore Doctorum summam mille et octingentarum libellarum. .... 1800 ^tt^

Caput 19.um accepti
Ex dono m.i Majault accepit pro Facultate decanus summam quadringentarum libellarum. ..... 400 ^tt^

a m.o Cosnier pro sua capitatione anni 1729 accepit Decanus triginta tres libras. .... 33 ^tt^

Capue singulare
accepti Extraordinarii.

a Quæstore Universitatis pro iis pensionibus Professorum Chirurgiæ gallico idiomate edocendæ, quæ debebantur, ab incepta Pensionum lite, quâ vicit Facultas saluberrima, accepit Decanus summam trium millium libellarum .... 3000 ^tt^

Somma hujus paginæ est de sept mil cent Soixante et quatre livres dix Sols.

Tabula Expensi ordinarii, et extraordinarii.

Caput 1um Expensi.

Ex ultimis rationibus debebatur Decano summa octomillium quadringentorum viginti duarum libellarum cum duodecim assibus. 8422# 12s

Pro honorario Decani summa centum quinquaginta libellarum - - - - - - - - - - - - - - - - - - 150#

Doctoribus qui Rationes obsignaverunt pro calculis quia Decano distributi sunt numeravit Decanus summam - - - - - 283#. 10s

Pro majore Bidello summam quinquaginta libellarum . - - 50#

Pro Minore Bidello summam viginti quinque librarum - - 25#

Pro calculis aeneis quindecim libras - - - - - - - 15

Visis

Caput 2um Expensi pro stipendiis Professorum. ex aere Facultatis

Mo. Baron filio persolvit Decanus nonaginta libras. 90#

Mo. Le hoc Physiologiae Professori - - - - - - - 90#

Mo. Hunauld Chirurgiae Latinae Professori - - - - 90#

Mo. Chomel filio Rei herbariae Professori - - - 90#

Mo. de L'Épine Chirurgiae gallicae Professori. 90#

Quittanciis.

Caput 3um Expensi Pro Anatomiâ Operibus Chirurgicis et Pharmaceuticis.

Mo. Baron Pathologiae Professori pro anatomiâ in amphitheatro celebratâ triginta libras - - - - 30#

Chirurgo operanti viginti libras - - - - - 20#

Pro aliis sumptibus Anatomes nonaginta novem libras cum novem assibus - - - - - - - 99#. 9s

Mo. Hunauld pro chirurgicis operibus triginta libras . . 30#.

Chirurgo cujus manu usus est viginti libras - - - 20#

Pro aliis sumptibus earumdem operationum centum quinque libras cum tribus assibus et sex denariis. 105#. 3s. 6d

Pharmacopoeo Roussel pro operationibus Pharmaceuticis viginti libras - - - - - - - - - - 20#.

Pro aliis sumptibus earumdem Operationum Pharmaceuticarum quatuor libras cum decem assibus 4#. 10s

Summa hujus paginae est de neuf mil sept=cent vingt cinq livres quatre sols onze deniers

Caput 4um Expensi
pro refusoribus.

Sex Professoribus duodecim libras	12#
Decano et Antiquiori Magistro octo libras	8#
Mo. Reneaume Censori duas libras - - - - - -	2#

Caput 5um Expensi
ex Ære Academiæ.

Mo. Baron persolvit Decanus ducentas libras. - - - -	200#
Mo. Le Hoc - - - - - - - - - -	200#
Mo. Hunauld - - - - - - - - - - -	200#
Mo. Chomel - - - - - - - - - - -	200#
Mo. Bertrand - - - - - - - - - -	200#
Mo. De L'Epine centum quinquaginta octo libras cum sexdecim assibus et sex denariis. - - - - - - -	158# 16s. 8d.

Caput 6um. Expensi
ex Ære Doctorum.

Mo. Baron trecentas libras persolvit Decanus. - - -	300#
Mo. Le Hoc - - - - - - - - - - -	300#
Mo. Hunauld - - - - - - - - - -	300#
Mo. Chomel - - - - - - - - - - -	300#
Mo. Bertrand - - - - - - - - - -	300#
Mo. de L'Epine - - - - - - - - - -	300#

Caput 7um Expensi
pro Rebus Sacris.

Pro anniversario Di. Lucon viginti quinque libras distribuit Decanus - - - - - - - - - - - - -	25#
Pro anniversario Di. de Colonia octo libras - - - - - -	8#
Domino Borthon Capellano pro missis et obitibus a primo januarii 1738 ad 1um aprilis viginti tres libellas cum duodecim assibus et sex denariis. - - - - - - - -	23#. 12s. 6d.
Apparitoribus ministrantibus octo libras cum duodecim assibus et sex denariis. - - - - - - - -	8#. 12s. 6d.
Capellano pro missis et Obitibus a primo aprilis die ad 1um julii diem quindecim libras cum quinque assibus. - - -	15#. 5s.
Bidellis ministrantibus quinque libras cum decem assibus...	5#. 10s.
Capellano pro missis et obitibus a 1o. Augusti die ad 12um novembris diem 1738 viginti quatuor libras - - - - -	24#.

Summa hujus paginæ est de trois mil-quatre vingt dix livres seize sols huit deniers

Visis

Reitlarneiiis.

Bidellis ministrantibus quinque libras cum quindecim assibus. — 5lt. 15s.
Doctoribus qui adfuerunt missæ celebratæ die festo divi Lucæ septuaginta quinque libras cum quinque assibus. 75lt. 5s.
Dicto Delu Cerario septuaginta quatuor libras cum duobus assibus et sex denariis. — — — — — — — 74lt. 2s. 6d.

Caput 8um Expensi
pro rebus Academiæ.

Doctoribus qui comitati sunt Decanum in supplicationibus Rectoris ad ædem deo sacram sub invocatione Sancti jacobi ob alto Passu die sabbati 14o Xbris 1737 distribuit Decanus viginti sex calculos pro quibus numeravit summam quadraginta quatuor libras cum quindecim assibus. — — — 44lt. 15s.

Pro offertorio quinquaginta asses — — — — — 2lt. 10s.

In supplicationibus Rectoris apud Eremitas sancti Augustini prope pontem novum die martis 18o Martii 1738 distribuit Decanus viginti novem calculos pro quibus numeravit summam quinquaginta librarum cum quindecim assibus. . . 50lt. 15s.

Pro offertorio duas libras cum octodecim assibus. . . . 2lt. 18s.

In supplicationibus Rectoris, in Ecclesiâ Parochiali Sti Stephani a Monte distribuit Decanus die veneris vigesimo junii 1738 Doctoribus viginti tres calculos pro quibus numeravit summam quadraginta libellarum cum quinque assibus. . . . 40lt. 5s.

Pro offertorio duas libras cum duobus assibus. . . 2lt. 2s.

In supplicationibus Rectoris, in Ecclesiâ Parochiali Sti Ludovici in insulâ distribuit Decanus 8o 8bris 1738 Doctoribus 29 calculos, pro quibus numeravit quinquaginta libras cum quindecim assibus. — — — — . . . . 50lt. 15s.

Pro offertorio duas libras cum octodecim assibus. . . . . . . 2lt. 18s.

Decano comitatum præbenti Amplissimo Rectori Cereos deferenti Magistratibus sex libras — — — — — 6lt.

Mo. Reneaume Censori tres libras — — — — 3lt.

Apparitoribus tres libras — — — — — — 3lt.

Decano qui comitatus est Amplissimum Rectorem, Cereos Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino Principibusque aliis deferentem, Versaliis, duodecim libras — — — — 12lt.

Mo. Reneaume Censori sex libras — — — — — 6lt.

Apparitoribus sex libras — — — — — — — 6lt.

Caput 9um Expensi
pro Facultatis Ædibus.

Dicto Chatelain fabro lignario viginti quatuor libras. . . . 24lt.
Eidem pro variis reparationibus aliis triginta libras . . . 30lt.

Summa hujus paginæ est de quatre cent quarante deux livres six deniers.

Visis Quittanciis

Dicto Hunoult qui Scholarum secta resarcivit de iis quae ipsi debentur quadraginta octo libras. - - — — — — — — - - 218#

Eidem pro annuâ suâ pensione quinquaginta libras - - - - 50#

Dicto Finel Vitrario sexdecim libras cum decem assibus. 18#. 10s

Dicto Gaudot fabro ferrario viginti septem libras - - - - - 27#

Dicto Pourcelot pro variis urgentibus que reparationibus, centum viginta duas libras cum sex assibus - - — — — — - - 132#. 6s

Fornicarum curatori libras quatuor. - - - - - - 4#

Caput X.um Expensi
ordinarii et extraordinarii

Dicto Lalande pro affixis Programmatibus m.i Le Hoc et aliorum Professorum Scholarum: novem libras. — - - 9#

Eidem pro affixo programmate m.i Hunauld sex libras - - 6#

Eidem pro affixo programmate m.i De L'Epine sex libras - - 6#

Eidem pro affixo mandato Decani sex libras - - - - 6#

Eidem pro affixo altero mandato Decani sex libras - - - - 6#

Eidem pro affixo Programmate m.i Baron sex libras - - - 6#

Eidem pro affixo Programmate m.i Bertrand sex libras. - - 6#

Andel Apparitori Majori, pro compactis sex parvorum statutorum exemplaribus sex libras - - — — — - - - 6#

D.o Thomazon Facultatis Procuratori pro impensis litis hujus quam habebat Facultas cum haeredibus m.i de Delestre quadringentas duas libellas cum decem assibus. - - — — — — — - - 402#. 10s

Andel pro accensis ignibus in Scholis superioribus a Festo omnium sanctorum ad Paschalia, triginta septem libras - — . . 37#

Viduae m.i Fremont, pro annuâ ipsius pensione cadente in mensem Maii 1738 ducentas libras. - - - — - - 200#

Viorio Curatori duas libras - - — - — — — — - 2#

Andel pro variis impensis sexaginta quatuor libras cum novem assibus. - - — — — — — — 64#. 9s

Eidem pro mundato Scholarum circuitu et irrorato, aestatis tempore unam libram supra viginti. — — — — — 21#

Eidem pro acceptis ab Urbis quaestore Facultatis redditibus et aliis minutis impensis tredecim libras cum sexdecim assibus... 13#. 16s

Eidem pro affixis aulaeis inferiorum Scholarum muros a Martinalibus 1737 ad Paschalia 1738 sexaginta tres libras. 63#

Eidem pro affixis, Scholarum parietibus, in festo corporis Christi; nec non in octodecim actibus vesperiarum et Doctoratuum aulaeis septuaginta libras - — — — - - - - 70#

Pro Rhedis quibus usa est Facultas laborantes in Castello Vincenniaco aegros, jussu magistratuum invisura. 617#. 4s

Summa hujus paginae est de Dix huit cent dix neuf livres quinze sols.

Visis Quittanciis

Pro Bedellis quibus opus habuit decanus ad prosequenda varia Facultatis negotia numeravit summam centum et septuaginta libellarum - - - - - - - - 170 lt

Mo. Buirette Patrono pro libello memoriali altero, ad Bibliothecam pertinente viginti quatuor libras - - - - - - - 24 lt

Consultissimi ejus viri amanuensi tres libras - - - - - 3 lt

Eidem Mo. Buirette Facultatis in supremiâ Curiâ Patrono quem bis consuluit, sic jubente Facultate decanus, de postulatâ a Pharmacopoeis Parisientibus saluberrimi Ordinis intercessione et pro exaratâ ab eodem Mo. Buirette hac de re consultatione persolvit decanus viginti quatuor libras - - - - - - - 24 lt

Bidellis

Pro extracto ex registro Sti. Josephi quo constat de morte Mi. Gouel quindecim asses - - - - - - - - - 15 s

Decreto postridie divi Lucae sex libras - - - - - - 6 lt

Pro pane Benedicto in Ecclesiâ Parochiali Sti. Stephani a Monte, oblato die Natalium Christi viginti tres libras cum octo assibus - - - - - - - - - 23 lt 8 s

Pro linteis Anatomiae inservientibus septem libras cum duodecim assibus - - - - - - - - - - - 7 lt 12 s

Demarais Apparitori pro variis scriptis sex libras - - - 6 lt

Mo. Buirette Facultatis Patrono pro duobus consiliis ad dictum Paulmier Suessonensem Pharmacopoeum spectantibus viginti quatuor libras - - - - - - - - - 24 lt

Typographo Facultatis Quillau summam trecentarum nonaginta ~~novem~~ libellarum cum decem assibus - - - - 399 lt 10 s

Pro capitatione duorum Bidellorum, anni 1737 - - - - 10 lt 16 s

Pro capitatione eorum dem anni 1738 - - - - - 10 lt 16 s

Pro caduceis impensis sexaginta libras - - - - - 60 lt

Quittanciis

Caput singulare
Expensi extraordinarii.

Pro Comitiis Primamensis dictis, a mense decembris 1736 ad decembrem 1737 quorum obliti sumus facere mentionem in primi anni decanatus nostri Rationibus.

Comitia Primamensis Xbris 1736. in quibus distribuit decanus praesentibus Doctoribus duodecim calculos, pro quibus numeravit Decanus summam unius librae supra viginti - - - - 21 lt

Comitia Primamensis januarii 1737. pro 13 calculis - - - 22 lt 15 s

Comitia Primamensis Februarii, pro 12 calculos - - - 21 lt

Comitia Primamensis Martii, pro 12 calculis - - - 21 lt

Comitia Primamensi Aprilis, pro 10 calculis - - - 17 lt 10 s

Comitia Maii Primamensis, pro 11 calculis - - - 19 lt 5 s

Comitia Primamensis junii, pro 10 calculis - - - - 17 lt 10 s

Summa hujus paginae est de neuf cent six livres cinq sols. et vingt et une livre douze sols de plus pour la capitation des bedeaux.

Comitia Prima mensis julii, pro 13 calculis - - - - - - 22.lt 15.s
Comitia Prima mensis Augusti, pro 11 calculis, - - - - - 19.lt 5.s
Comitia Prima mensis septembris pro 12 calculis. - - - - 21.lt
Comitia Prima mensis Octobris, pro 11 calculis - - - - - 19.lt 5.s
Comitia Prima mensis Novembris, pro 12 calculis - - - - 21.lt

---

jn comitiis Primamensis decris a primo Xbris 1737 ad Novembrem 1738 inclusivè distributi a Decano fuerunt, de more, Praesentibus Doctoribus calculi.

jn Comitiis primamensis Xbris 1737 distribuit Decanus decem Calculos argenteos, pro quibus numeravit summam septem decim librarum cum decem assibus. - - - - - - - - 17.lt 10.s

jn Comitiis Primamensis januarii 1738, 10 Calculos. - - - - - 17.lt 10.s
jn Comitiis Primamensis Februarii, 14 Calculos - - - - - 24.lt 10.s
jn Comitiis Primamensis Martii, 12 Calculos - - - - - - 21.lt 10.s
jn Comitiis Primamensis Aprilis, 13 calculos - - - - - - 22.lt 15.s
jn Comitiis Primamensis Maii, 11 Calculos - - - - - - 19.lt 5.s
jn Comitiis Prima mensis junii, 7 calculos - - - - - - 12.lt 5.s
jn Comitiis Prima mensis julii, 10 Calculos - - - - - - 17.lt 10.s
jn Comitiis Prima mensis Augusti, 12 Calculos - - - - - 21.lt
jn Comitiis Prima mensis septembris 13 Calculos - - - - 22.lt 15.s
jn Comitiis Prima mensis Octobris 9 Calculos - - - - - 15.lt 5.s
jn Comitiis Prima mensis Novembris 13 Calculos - - - - - 22.lt 15.s

Distis

Caput singulare Expensi
ex aere Universitatis.

Ex ea summâ trium millium libellarum, quam, pro annuâ, cujuslibet Chirurgiae gallicae Professoris, Pensione, ab inceptâ Pensionum Lite, Facultati debebat Universitas, et quam ab Universitatis Quaestore acceptam, in Accepti ultimo et singulari capite, numeravit Decanus, persolvit idem Decanus

Quittanciis.

M.e Reneaume - - - - - - - - - - 317.lt 13.s
M.e Winslow - - - - - - - - - - 117.lt 13.s
M.e Mongin - - - - - - - - - - 317.lt 13.s
M.e Col de Vilars - - - - - - - - 635.lt 6.s
M.e de Magny - - - - - - - - - 317.lt 13.s
M.e Martineng - - - - - - - - - 317.lt 13.s
M.e Couthier - - - - - - - - - 317.lt 13.s
M.i Adam Viduae - - - - - - - - 317.lt 13.s

Caput ultimum
ad memoriam eorum quae Facultati debentur.

Debet Facultati M.r Rouffin de Montabourg summam

Summa hujus paginae est de deux mil-neuf cent quatrevingt seize libres douze sols.

mille et ducentorum libellarum, cui solvendæ tenetur, instrumento publico, transacto, die 5.º Augusti 1732, apud D.um Boursier et collegam, Notarios. ad memoriam

Debet insuper idem M.er Petrus Roussin de Montabourg summam Quingentorum et sexaginta quinque libellarum, cum duodecim assibus, cui solvendæ, saluberrimo ordini, tenetur instrumento facto die 7.º 9bris 1732 apud D.um Boursier et Collegam, Notarios. ad memoriam.

Debet Facultati M.er Antonius Ferrein summam Quadringentorum libellarum cui solvendæ sese obstrinxit munitâ suo syngrapho schedulâ ad memoriam.

Summa totius accepti est de onze mil six cent quarante et une livre dix huit sols.

Summa vero totius expensi est de dix neuf mil deux livres six sols un denier

Ergo summa totius expensi superat summam totius accepti de sept mil trois cent soixante livres huit sols un denier

Facultas ratas et gratas habet rationes anni secundi Decanatus Magistri Ludovici claudii Bourdelin, censet ei agendas esse gratias pro rebus facultatis præclaré gestis eique decernit solitum honorarium centum et — quinquaginta librarum, singulis Doctoribus aulicis et candariis honorarium duorum — calculorum argenteorum, Bidellis tantumdem Decano et antiquiori magistro duplum, Majori apparitori quinquaginta libras, Minori viginti quinque Libras. et ita conclusit Die ultimo decembris Millesimi septingen= tesimi trigesimi octavi.

Insuper statuit facultas summam de sept mil ~~trois~~ cent soixante Livres huit sols un denier quæ a facultate Magistro Ludovico Claudio Bourdelin exdecano debetur a Magistro joanne Baptista Chomel decano esse persolvendam ut moris est et ita conclusit die ultimo Decembris 1738. Chomel Decanus

Lesoulté Andry Fenot [illegible] Winslow pro domino Helvetius Winslow De Cerf

Mongin Courtois Baron Pere

Bernard martineny Baron Bernier

Col de vilars d'Bailly afforty ce pro quarante affory

Le Tellier peagot millet pro me et pro

D°. Lepine Fourneau

Leaulté pro Me et Domino

verane Pro Mo. Procope Bourdelin accepi Gremagny

Pro D°. de la Vigne accepi. Bourdelin Danier De Brecielle

Bourdelin Jacques Maloët

Danier De Brecielle Guernagny Vasse

pro D°. Reneaume pour Mr. de Lepine

Garnier Leroy L'Eignan Le Chapellier Cornier

Mery de Jussieu Malouin Hunault Boyer

Le Hoc De la Tournere Bouche Fontaine chomel

Linguet Bourdelin Bellot Malaval

Cochu

Vandermonde pro D. Acevedo Gargot pour Mr Brunet

Vandermonde Boullanc Gargot pour Mr Chevalier

Payen Murry Morand Guzy Lepereau

Perrein

Najanti Bellelette pro D. Bouvart

Garnier De Rabours Bellelette m idy ferret

Dionis

Doctores subsignati 74

Antiquiores m°. 4

Bidellus 4

Decano 4

Collegium de pay 2

Calculus 17

Soli Deo Honor et Gloria

Commentarius

Rerum in Saluberrimâ Facultate Parisiensi Gestarum, cum Tabulis Accepti et Expensi a Die Mercurij 12 Nouembris Anni 1738 ad Diem Sabbatj 7 Nouembris Anni 1739

M. Petro Joanne Baptistâ Chomel Parisino Decano

Anno Domini 1738 die 10 9.bris Conuocata fuit facultas a M.o Ludouico Claudio Bourdelin Decano hâc Schedulâ

Conuocentur Doctores omnes Medici in Scholas superiores Die mercurij 12 9.bris anni 1738 horâ sesqui octauâ matutinâ Decanum Electuri. Datam Parisiis Die decimo Eiusdem mensis et anni

Eodem die Et Eadem horâ Conuocata est facultas a M.o Preaux antiquiore Scholæ Magistro hac schædulâ

Per Iuramentum. Vt quæ in ultimis Comitiis spreta fuere statuta, uim suam resumant et inposterum seruentur. Conuocentur Doctores omnes Medici in Scholas superiores Die mercurij 12 Nou.bris anni 1738 horâ sesqui octauâ matutinâ Decanum de nouo, et more solito Electuri in Locum M.i Ludouicj Claudii Bourdelin Exdecani Datum Parisiis Eodem mense et anno.

Quâ ratione Illæ schedulæ ad Electionem Decani ad Doctores Missæ fuerint satis fusé Explanatum est in Commentariis pag.â 366 Et sequentibus; Proindeque aliquid superéâre de nouo disserere superuacaneum est.

Itaque Professoribus more solito præteritis diebus Electis, Nouus Decanus a M.o Bourdelin ExDecano Decanatus Insignia accepit; humerale scilicet coccinum, Sigillum paruum facultatis, Veterem Statutorum Codicem, et Claues tum ad Facultatem, tum ad Parisiensem Academiam pertinentes; deindeque solitum Decani Iuramentum in manus Exdecanj Præstitit quibus peractis Academicæ Censor renuntiatus est M.r Ludouicus Claudius Bourdelin.

In iisdem Comitiis actum est de Thesi Quodlibetariâ a M.o Antonio Ferrein extra ordinem die sequenti 13 9.bris propugnandâ, quæ Typis pene mandata erat nec satis emendata; Quamobrem Nonnulli e Doctoribus censebant eam esse remittendam ad hebdomadam proximam. Verum alij et quidem quamplurimi contendebant Statutis esse obsequendum, quibus sancitum est, Die Iouis primâ post Martinalibus de Thesi Quodlibetariâ esse disputandum; ac proinde Ex majori Doctorum numero Statutum est M.i ferrein de Thesi Quodlibetariâ Die Iouis sequenti disputaturum et sic conclusit

Chomel Decanus.

Eodem Die Baccalaurej ad Decanum se Contulere quos humaniter Exceptos hortatus est ad Sustinendam Scholæ dignitatem, iisque beneuolentiæ suæ tutelam sinceré pollicitus est.

Die sequenti accesserunt summo mane Duo facultatis Apparitores, obsequium et reuerentiam Decano testaturi,

quos de officiis diligenter peragendis admonuit Decanus.

Quæstiones Quodlibetariæ

Die Jouis 13 9.bris anni 1738 Disputauit de Quodlibetariâ
Extra ordinem Mr Antonius Ferrein, Respondente
Baccalaureo Beniamino Ludouico Lucas Laudunensi.
Quæstio hæc fuit
An actio Mechanica Pulmonum in fluida
Tempore Expirationis?
Quæ fuit affirmatiue propugnata.
Finitis argumentantium Doctorum disputationibus ante
Quodlibeta lectus est a Majore apparitore pro more solito
Catalogus Doctorum uiuentium infra scriptus. Lecta etiam
fuerunt Decreta facultatis eodem die Legenda

Sequuntur Nomina et agnomina

Honorandorum Magistrorum nostrorum
In saluberrima facultate Parisiensi Actu
Regentium
Anno domini 1738

Magister Germanus Preaux Antiquior Scholæ Magister
Exprofessor Regius;
M. Vrbanus Leaulte
M. Petrus Marais
M. Joannes Burette Professor Regius et Regiæ Numismatum
Academiæ Socius
M. Alexander Petrus Mattot
M. Philippus Caron Antiquus Facultatis Decanus
M. Petrus Joannes Baptista Chomel Facultatis Decanus, Medicus
Regis ordinarius, et e Regiæ Scientiarum Academiæ
Socius Veteranus
M. Nicolaus Andry antiquus Facultatis Decanus et Professor.
Regius
M. Petrus Le Tonnelier
M. Ludouicus Lemery Medicus Regis ordinarius, Regiæque
Scientiarum Academiæ Socius, et in horto Regio Chymiæ
Professor
M. Raimundus Jacobus Finot
M. Michael Ludouicus Reneaume de la Garanne Regiæ Scientiarum
Academiæ Socius, Antiquus Facultatis Decanus..
M. Jacobus Fourneau
M. Joannes Herment Medicus Regis ordinarius.
M. Petrus Azeuedo
M. Antonius Pepin in Regio Brestensi Nautarum Nosocomio
Medicus Primarius
M. Jacobus Benignus Winslow Regiæ Scientiarum Academiæ
Regiæque Societatis Berolinensis Socius et Linguæ
Teutonicæ Regius Interpres.
M. Claudius Vergne
M. Claudius du Cerf
M. Claudius Adrianus Heluetius Regi a Sanctioribus
Consiliis, Reginæ Medicus Primarius et Regiæ Scien-
tiarum Academiæ Socius Veteranus.

Mi Michael Procope Couteaux
Joannes Baptista Mongin Medicus Regis ordinarius
Joannes Franciscus Couthier
Hyacinthus Theodorus Baron Antiquus Facultatis
Decanus Rei herbariæ Professor
Camillus Falconet salubris consilij Regis socius
Vtriusque aulæ æquestris Medicus ordinarius
Et Regiæ Litterarum et Numismatum Academiæ
Socius.
Thomas Bernardus Bertrand
Franciscus Pousse
Joannes Baptista Martinenq Chirurgiæ Professor Designatus.
Joannes Baptista Sylua salubris consilij Regis
Socius et Serenissimi Ducis Borbonij Medicus
Primarius.
Antonius de Jussieu Regiæ scientiarum Academiæ
Regiarumque Societatum Angliæ et Prussiæ
Socius, et in horto Regio Botanices Professor.
Joannes Besse Dotariæ Hispaniarum Reginæ
a consiliis et Medicus Primarius.
Henricus Besnier
Elias Col de Villars Pharmaciæ Professor
Petrus Antonius Lepy
Franciscus Bailly Eques Sti Michaelis Scholarum Professor designatus.
Claudius Antonius Renard
Petrus afforty
Nicolaus le Tellier
Michael Peaget
Jacobus Antonius Millet
Joannes Franciscus Leaulté
Michael Ludouicus Vernages.
Ludouicus Claudius Bourdelin Exdecanus et Censor
Emmanuel Mauritius Du Verney
Ludouicus de Santeuil
Claudius Brunet Rei herbariæ Professor designatus.
Joannes Damianus Cheuallier in Insulâ Sti Dominici
Medicus Regius.
Claudius de la Vigne de Frecheuille Medicus Regis
ordinarius et Domus Reginæ ordinarius.
Gabriel antonius Jacques.
Josephus de la Vigne non Regens.
Guillelmus Magny
Petrus Maloet Regis Consiliarius Regiæ Domus
Inualidorum Ducum ac Militum Medicus
ordinarius, Regiæ scientiarum academiæ socius.
Philippus Dauier de Breuille Dotariæ Hispaniarum
Reginæ Consiliarius et Medicus ordinarius.
Thomas Renatus Gasnier
Andreas Josephus Seron Rei Tormentariæ Medicus.
David Vasse
Nicolaus Le Roy de St aignan
Ludouicus Joannes le Thieuillier
Ludouicus Hyeronimus Cosnier Pharmaciæ
Professor designatus.

Mri Ludovicus Josephus de Lepine Chirurgiæ Gallicæ Professor
Joannes Baptista Dubois Professor Regius.
Joannes Mery Chirurgiæ Gallicæ Professor designatus.
Bernardus de Jussieu Regiæ Scientiarum Academiæ Socius et Botanices in horto Regio Prodemonstrator
Joannes Boyer in suprema Curia Medicus Regis ordinarius
Petrus Malouin Scholarum Professor
Antonius Nicolaus Guenault
Ludovicus Petrus Le hoc Regis in Castelleto Medicus ordinarius Scholarum Professor
Franciscus Josephus hunauld in horto Regio Anatomes et Chirurgiæ Professor, Regiæ Scientiarum Academiæ Socius
Raimundus de La Riviere
Antonius Casamajor
Ludovicus maria Pousse
Hyacinthus Theodorus Baron
Joannes Baptista Ludovicus Chomel Medicus Regis ordinarius designatus
Achilles Franciscus Fontaine
Petrus Roussin de Montabourg non Regens
Robertus Hubertus Linguet
Otho Casimirus Barfecknegt
Antonius Joannes Daval
Henricus Franciscus Bourdelin
Josephus de Jussieu è Regia Scientiarum Academia.
Joannes de Diest
Ludovicus Franciscus Bellot Chirurgiæ Professor
Franciscus Felicitas Cochu
Claudius Carolus de Jean
Jacobus Albertus hazon
Adrianus Malaval Consiliarius Regis Medicus ordinarius in ejus Castelleto
Franciscus Vandermonde
Gaspar Cochon du Puy in arce maritimâ Rupifortensi Anatomes et Chirurgiæ Professor Regius.
Tussanus Gilbertus Boulland
Henricus Guyot
Carolus Bayen
Bartholomæus Murry
Joannes Isoard
Ludovicus Jacobus Pipereau
Lucas Augustinus Folliot de St Vast non Regens
Antonius Ferrein
Michael Josephus Majault
Michael Philippus Bouvart
Joannes Jacobus Belleteste
Joannes Midy.
Laurentius Ferret
Guydo Andreas Garnier non Regens
Gedeon de Rabours
Carolus Dionis.

Die sabbati sequente 15ª Novembris 1738. Probata fuerunt Aperta scrutinij Capsa Baccalaurej M. Lucas Responsa.

Die Jovis 4ª Xbris 1738 Disputavit Extra ordinem de Quodlibetaria Quæstione M. Michael Josephus Majault Respondente Ludovico Guillelmo Le Monnier Parisino Baccalaureo et Erat Quæstio Talis.

An Musculorum momentum a Longitudine Et dispositione fibrarum?

Quæ fuit affirmative propugnata

Die Sabbati 6ª Xbris probata fuerunt a Facultate Responsa M. Le Monnier Baccalaurej.

Die Jovis 8ª Januarij anni 1739 Disputavit extra ordinem M. Joannes Jacobus Belleteste de Quæstione Quodlibetaria Et erat Quæstio

An dura Meninx habeat motum a se?

Quæ fuit affirmativè propugnata; Respondente Joanne Baude De la Cloy Audomaraeo Baccalaureo Cujus Responsa Die sabbatj 10 Januarij a Facultate probata fuerunt.

Die Jovis 29 Januarij 1739 Disputavit extra ordinem M. Michael Philippus Bouvart de Quæstione Quodlibetaria hæc autem erat Quæstio

An ossa innominata in gravidis et parturi-entibus Diducantur?

fuit hæc Quæstio affirmativè propugnata Respondentè Exupero Josepho Bertin Rhedonensj Baccalaureo. cujus Responsa Die sabbati sequentj a Facultate probata fuerunt.

Die Jovis 5ª februarij 1739 Disputavit extra ordinem M. Joannes Midy de Quodlibetaria Quæstione qua talis Erat.

Confert ne Ventriculj motus ad Elaborationem Chyli?

Et fuit Quæstio affirmative propugnata Respondente Leonardo Peaget Parisino Baccalaureo; cujus responsa Die sabbatj sequente a Facultate fuerunt probata.

Die Martis 10 februarij 1739 Disputavit Extra ordinem M. Laurentius Ferret de Quodlibetaria Quæstione. Erat autem Quæstio talis.

An senium a Fibrarum rigiditate?

hæc Quæstio fuit affirmative propugnata, respondente Ludovico Alexandro Vieillard sanlaudæo Constantiensj; Cujus Responsa die Sabbatj proxima a Facultate probata fuerunt.

Quæstiones Antiquodlibetariæ vulgo Pastillariæ

Die Mercurij 12 Novembris anni 1738 hora decima matutina M. Antonius Ferrein actum Pastillariæ Celebravit in scholis inferioribus in quo propositæ fuerunt duæ Quæstiones in utramque partem discutiendæ.

An Aer Sanguini immixtus { a Respiratione? / ab Alimentis?

Priorem Quæstionem proposuit Novus Doctor M. Ferrein Beniamino Ludovico Lucas Baccalaureo. qui Canditatj

vices gessit.
Alteram Quaestionem M. Seron proposuit M. Malaval
Juniori Doctori solvendam
Die Mercurij 3ª Decembris hora 10 Matutina M. Michael
Josephus Majault actum Pastillariæ Celebravit in quo
Bimestris hæc Quæstio proposita fuit.

An Musculorum Contractio { a succo nerveo? a sanguine?

Primum Quæstionis membrum Ludovico Le Monnier
Baccalaureo solvendum proposuit M. Majault Novus
Doctor. Alterum vero proposuit M. Vasse Mº
Vandermonde.
Die Mercurij 7ª Januarij anni 1739 hora 10ª
Matutina actum Pastillariæ Celebravit M. Joannes
Jacobus Belleteste. fuit autem Quæstio talis.

An propulsio Spirituum { a dura Meninge? a Corde?

Primum Quæstionis membrum solvendum proposuit
Joanni Ludovico Baude de la Cloy Baccalaureo Mʳ. Belleteste
Novus doctor. Alterum vero Mʳ Davies proposuit
Mº Isoard.
Die Mercurij 28 januarij 1739 hora xª Matutina
Actum Pastillariæ Celebravit M. Philippus Bouvart
hæc autem Quæstio proposita fuit.

An progrediente graviditate augeatur Uterus { Fluidis tantum, solidis simul et fluidis

Primum Quæstionis membrum Baccalaureo Exupero
Josepho Bertin solvendum proposuit M. Bouvart
Alterum vero M. Mery proposuit Mº Boullard.
Die Mercurij 4ª Februarij 1739 hora decima
matutina Actum Pastillariæ Celebravit M. Joannes
Midy. fuit autem hæc Quæstio.

An ad Elaborationem Chyli. { Tritus? Particulæ aereæ?

Primum Quæstionis membrum Baccalaureo Leandro
Peaget solvendum proposuit M. Midy. Alterum vero
M. Procope proposuit Mº Ferret
Die Lunæ 9 Februarij 1739 hora xª Matutina
Actum Pastillariæ celebravit M. Laurentius Ferret
fuit autem Quæstio talis

An Uberior Nutritionis materies. { In Pueritia, In senectute

Primum Quæstionis membrum proposuit solvendum
M. Ferret Ludovico Alexandro Vieillard Baccalaureo.
Alterum vero M. Jacques proposuit Mº Payen.

Quæstiones Cardinalitiæ

Die Jouis 12 februarij anni 1739 M. Franciscus Pousse Præfuit Thesj Cardinalitiæ Respondente Joanne Ludouico Baude de la Cloy audomaræo. fuit autem Quæstio.

An a tenuiori quam a lautiori victu firmior sanitas?

Affirmatiua fuit conclusio.

Die sabbati sequenti aperta Capsa probata fuerunt a Facultate Baccalaurej Responsa

Die Jouis 19 februarij 1739 M. Thomas Bernardus Bertrand Præfuit Thesi cardinalitiæ Respondente Ludouico Alexandro Vieillard Sanlaudæo Constantiensj Baccalaureo. hæc autem erat Quæstio.

An aquæ potus omnium saluberrimus?

Affirmatiué conclusa fuit.

Die sabbati sequenti probata fuerunt Baccalaurej Responsa a Facultate

Die Jouis 26 Februarij 1739 M. Franciscus Couthier Præfuit Thesi Cardinalitiæ Respondente Leandro Peaget. Parisino Baccalaureo erat autem Quæstio

An a Vino Burgundo Arthritis?

Quæ Negatiué conclusa est.

Dié Sabbati sequenti probata fuerunt per scrutinium Responsa Baccalaurei.

Die Jouis 19 Martij 1739 M. Joannes Baptista Mongin Præfuit Thesj Cardinalitiæ Respondente Beniamino Ludouico Lucas Laudunensj Baccalaureo Erat autem Quæstio talis

Vter sit salubrior, an aer Calefactus ex Camino Gallicé La Cheminée. an aer Ex hypocausto Gallice Le Poële?

Ergo Calefactus aer ex Camino salubrior quam Ex hypocausto.

Eodem die post Thesim aperta Capsâ probata fuerunt Baccalaurej. responsa.

Die sabbati 21 Martij M. Camillus Falconet Præfuit Thesj Cardinalitiæ Respondente Exupero Josepho Bertin Rhedonensj Baccalaureo; Et Erat Quæstio talis

An potus ex foliis Thé ad sanorum diætam apud nos pertineat?

Negatiué conclusa fuit quæstio.

Eodem die post Thesim probata fuerunt a Facultate Baccalaurej Responsa.

Dié Martis 24 martij M. Hyacinthus Theodorus Baron antiquus Facultatis Decanus Præfuit Thesj Cardinalitiæ Respondente Ludouico Guillelmo Le Monnier Parisino Baccalaureo hæc Erat Quæstio.

An senibus Chocolatæ potus?

affirmatiue Concludit

Eodem die apertâ Capsâ probata fuerunt Baccalaurej Responsa.

Oratio[illegible] Publica

Die Dominicâ 16ª Nouembris Anni 1738 Mr Malouin Doctor Medicus Parisiensis et Scholarum Professor Medicinæ stadium Auspicaturus, Experientiam In Medicina Fallacem esse sine ratione dixit oratione Publica hora post meridiem tertia.

Demonstrationes Anatomicæ opera Chirurgica et Galeno Chymica

Die Lunæ 2ª Februarij anni 1739 et sequentibus Diebus horâ decima matatina M. Ludouicus Petrus Le Hoc Scholarum Professor Corporis humani partium Structuram, Vsus et morbos publicis orationibus Explanauit in Virili cadauere. Vsus est manu et opera Joannis Baptistæ Antonij Andouillé Chirurgi Parisiensis.

Le Lundy 2 mars 1739 et les jours suiuans Mr Guillaume Joseph de l'Epine Docteur Regent de la Faculté de Medecine de Paris et Professeur de Chirurgie en langue Francoise a fait en faueur des Etudians en Chirurgie un Cours des Principalles operations de Chirurgie sur un Cadaure Viril desquelles Georges La Faye Mr Chirurgien de St Cosme a fait les Demonstrations.

Die Dominicâ 12 Aprilis 1739 et sequentibus diebus Mr Lud. Florentius Bellot Doctor Medicus Parisiensis et Chirurgiæ Professor. operationes Chirurgicas quæ circa corpus humanum Exercentur, in Virili cadauere publicæ Philiatros docuit. operante Antonio Francisco Barbaut Chirurgo Parisiensi.

Die Martis 28 Julij 1739 Mr Elias Col de Villars Doctor Medicus Parisiensis Pharmaciæ Professor Selecta Vtriusq. Pharmaciæ Explanauit opera hora post Meridiem tertia Et sequentibus Veneris et Martis diebus. his Exequendis manum admouit Antonius Renatus Poullain Pharmacopæus Parisiensis.

Obitus Doctorum

Die 10 februarij 1739 obiit M. Petrus Azeuedo Ætatis suæ 72. hujus corpus die sequenti conuocatâ facultate ad Ædem Deo Sacram sub nomine Sancti Eustachij Ductum est.

Ipsi parentatum est in sacello Scholarum Die Sabbati 14. Ejusdem mensis, presente ejusdem filio a Decano inuitato Et honorificentissime recepto. In hac solemni missa adfuerunt non modo Doctores ad Turnum more solito renuntiati; sed etiam cæteri benemulti.

Die 21 februarij 1739 e uiuis Excessit septima hora matutina Collega noster Mr Claudius Vergne in suburbio Bissiaco.

Die sabbati 28 Ejusdem mensis Missa solemnis ad ipsius animæ solatium More solito celebrata fuit in Scholarum Sacello, Plurimis Doctoribus presentibus; presertim iis qui ad Turnum [illegible]

Die 27 martij 1739 circa nonam horam uespertinam M. Michael Ludouicus Reneaume Antiquus facultatis Decanus aetatis 63.ª morte correptus fuit. Hujus corpus die sequentj conuocata facultate ad Aedem Deo Dicatam sub inuocatione sanctj sulpitij conductum est.

Ipsj parentatum est die 11ª Aprilis in sacello scholarum Missa solemnj, cuj adfuit ejus Filius a Decano inuitatus, cum numeroso Doctorum corona praeter eos qui more solito ad Turnum renuntiatj fuerant.

Die 31 Augustj 1739 obiit M. Alexander Mattot aetatis septuagenta. Cuj parentatum est pro more die sabbati 5ª septembris in sacello scholarum.

De collegarum laudibus silere Piaculum foret. Huic igitur officio non defuimus et quantum in me fuit in gratiarum actione coram facultate dicta libentissime satisfecimus quod videre est pagina 420.

Acta et Comitia Saluberrimi Medicorum Parisiensium ordinis

Anno Domini 1738 Die sabbati 22 Nouembris Conuocata fuit facultas sequenti schaedulâ.

Conuocentur Doctores omnes Medici in scholas superiores Die sabbati 22 Nouembris anni 1738, horâ decimâ matutinâ M. Dubois collegam, de re ad Facultatem pertinente, dicturum audituri et de eâ deliberaturi. Datum Parisiis die 21 Nouembris ejusdem annj. Chomel Decanus.

Chomel

Congregatis Doctoribus collegas sic alloqutus est Decanus. Virj Medici, Decanatum vestrâ beneuolentiâ uestrâ honorificentissime mihi commissum non alio nomine accepi, quam ut statutis nostris quorum integritatem solemni Juramento seruare promisimus omnes, ego Religiosissime obsequerer. Auitas leges attente perlegenti, duae potissimum sese obtulerunt quarum recordationem et obseruantiam uobis ardenter commendare animus est.

Prima lex Articulo 13.º ea est. Scholae Medicae Doctores
" amicitiam inter se colant.

Secunda Art.º 24º quae sic se habet. Doctores ad Facultatis
" Comitia uocati, grauiter et honeste se gerant; consilia sua de
" re propositâ tranquille, placide, sigillatim et ordine exponant;
" nec quisquam collegae sententiam interrumpat; ab istius modi
" concessibus procul absint tumultus, Injuriae, probra, Jurgia,
" maledicta.

Legum igitur nostrarum sapienter memores, unanimique consensu fortiores, et aduersarios nostros, licet potentes, facilius superabimus; nec labori parcendo, alacrius rebus uestris inuigilabo.

Caeterum Viri Medici conuocati estis M.ʳⁱ Dubois audituri, et de illius supplicatione deliberaturi.

Hac finitâ oratiuncula M. Dubois ea quâ pollet dicendi ui et Eloquentiâ facultatem narrantis ab ore pendentem sic alloqutus est.

Hac in urbe seplasiarius est quidam nomine Arnoud Sacculum quem uocat antiapoplecticum cum magno uenditans

praebis cui quidem saeculo famam et nomen ut compararet
in Diariis pluries celebrandum esse curavit. Nec pecuniae
pepercit nec mendaciis. Etenim agyrta noster ab aegrâ
Illustrissimi Ducis de la Valliere ancillâ nomine Bablot
annos 46 nata, quae apoplexiâ correpta fuerat, et a Mo
Dubois sanata, testimonium precibus tam assiduis
efflagitavit, ut illud tandem obtinuerit, et ad Diarios
rettulerit. Quod quidem testimonium Pharmacopolae
cujusdam Senioris nomine De Vaux authoritate fulci-
-tum et Syngrapho subsignatum fuerat. De his parum
curabat Collega noster; sed in testimonio scriptum erat
Mum Dubois pronunciasse aegram morbo apoplectico
insanabili correptam fuisse: quod quidem aegre ferebat
ut falsum. Notabat praeterea testimonium illud, curatam
fuisse aegram solius sacculi in collo suspensi usu; dum Medicus
aegrotantem reliquerat. Haec autem veritati nullatenus con-
-sentanea non pronuntiavit tantum Collega noster; sed et
probavit novo testimonio, mariti ancillae sanatae, et Pharma-
-copolae chyrographis munito. D. Enim de Vaux remedia a
Mo Dubois praescripta per duos menses aegrotanti praebuerat.

Novis veris que testimoniis munitus Mr Dubois Diarios
invisit, eosque induxit ut proximo mense vera inscriberent
testimonia; quippe qui superiori mense subreptitia
Seplasiarii testimonia inscripserant. Cessit votis Diarius
Verodunensis: sed Diarii Trevolsiani recusarunt petitioni
Collegae nostri ut desiderabat obsecundare. Quibus auditis,
ex majori praesentium Doctorum consensu censuit Facultas
Diarios Trevolsianos a Decano invisendos esse, monendos ut
vera testimonia a Mo Dubois proposita in Commentariis
mensis proximi inscriberent: sin autem renuerint ad
Amplissimum Rectorem confugiendum ut una cum Decano
Cancellarius Illustrissimus Galliae supplicaretur suppressionem
menstrui Diarii concedere.

Jesuitas vidit Decanus, nec magna obtinuit; vidit Rectorem
Amplissimum qui rem non ejus momenti judicavit quae Cancel-
-larii authoritatem et justitiam mereretur; quae cum ita fuerint
Decanus Illustrissimum Archiatrorum Comitem invisendo, eum
adhortatus est ut Seplasiario Arnoud litteras Privilegii non
concederet quod quidem libenter et egregie Decano promisit
Archiatrorum Comes.

Die Lunae 1a Mensis Decembris habita fuerunt menstrua
Comitia facultatis de Morbis grassantibus. Erant autem Morbi
illius tempestatis, Febres quartanae pertinaces, Colicae hepaticae,
alvi fluxus etiam dysenterici, Rheumatismi, Variolae et Morbilli,
Eresipelata et cutanei morbi. Mr Dubois miratus est quod Pleuri-
-tides et Peripneumoniae non adeo frequentes fuerint. Mr Malouin
feliciter adhibuit Theriacam initio in alvi fluxibus.

Mr Guyot in iisdem Comitiis extraordinem adfuit licentiam a
Facultate impetraturus, ut Liber quem Typis mandari desiderabat
a Mis Baron et Bertrand probaretur. Cui autem Titulus est
Manuale Medicum seu Collectio Aphorismorum Hippocratis,
Praenotionum, Praedictionum et Coacarum secundum Morborum
omnium nomenclaturam ordine Alphabetico digestum. Cujus

petitioni annuit facultas et ita conclusit Chomel Decanus.
In iisdem comitiis Decanus legit Epistolam a Mº Baron filio missam, quâ orabat Facultatem ut præsens haberetur ut poté quod a Rege Christianisso nominatus fuerit Medicus Castrensis Nosocomij Militum in Insula Corsiâ; cujus Postulationi annuit facultas, et sic Conclusit Chomel Decanus.

Die Martis 23ª Decembris anni 1738 horâ tertiâ pomeridianâ Convocata fuit facultas singulari Schedulâ ad audiendã relationem Clarissimorum virorum qui rationes secundj anni Decanatus Magᵢ Ludovicj Claudij Bourdelin Exdecani Examinaverant. Magʳ Procope Examinatorum antiquior paucis verbis sed attico sale plenis retulit, res in Academiâ nostrâ gestas, nonmodo sigillatim et accuraté explanatas, sed iis quibus utj solet Magʳ Bourdelin dicendi leporibus cum Elegantia et energiâ singulari exaratas esse.

Die Mercurij 31 decembris anni 1738 hora post meridiem tertiâ, facultate per schedulam peculiarem pro more convocatâ; ad rationes posterioris anni Decanatus Magⁱ Bourdelin audiendas. Numerosi Convenerunt Doctores quibus præsentibus rationes tum accepti tum expensj Enucleatæ fuerunt et Excussæ. ac proinde Meritissimo Exdecano solitum honorarium concessum fuit. Apparitoribus ut moris est et singulis Doctoribus præsentibus aulicis et Causariis duos Calculos argenteos, Bidellis tantumdem distribuendos esse statutum fuit Et sic Conclusit Chomel Decanus.

Deinde Commentariis Doctorum Syngrapho munitis, Extempore solvit Decanus Magº Bourdelin Exdecano summam argentj quam ipsj a facultate debitam esse Constabat.

Die Veneris 2ª Januarij anni 1739 habita fuerunt Menstrua Facultatis Comitia de Morbis grassantibus. Nullus Ex relatione Doctorum præsentium observatus fuit morbus Epidemicus proprié dictus: sed invaluerunt febres intermittentes pertinaces; quarum plurimæ semi tertianæ et quartanæ. Præterea tonsillarum inflammationes, sed benignæ. Morbillj variolæ in infantibus; In adultis etiam nonnullæ confluentes. Rheumatismi et Diarrhææ absque periculo frequentes fuerunt.

Mʳ Santeuil observavit Leucophlegmatias; unam præsertim in muliere, cujus totum corpus tumidum erat, cum respiratione difficilj; quæ mirum dictu intra paucos dies Convaluit solo usu serj Lactis sale vegetalj et syrupo violaceo alterati; copioso urinæ fluxu superveniente. Mʳ Chomel filius illud retulit observatione dignum; quasdam vidisse mulieres mense præterito, non tantum partu laborioso vexatas, sed post partum a suppressione lochiorum et lactis in varias corporis partes refluxj, gravioribus symptomatibus cruciatas; delirio, dyspnæâ, et aliquando Leucophlegmatiâ: quibus Curandis feliciter adhibuit arcanum duplicatum; Enemata Catharctica, saphenæ sectionem in delirio, verum e bracchio si minaretur pectus; in Leucophlegmatiâ vero Vesicatoriis et millepedum in vino infusorum usu nonnullas ægrotantes sanabad fuisse affirmavit.

Die Martis 3ª Februarij anni 1739 Menstrua habita fuerunt Comitia facultatis de Morbis grassantibus. Ex Relatione Doctorum Invaluerunt mense præterito Febres Catarrhales, Rheumatismj, Eresipelata, Exanthemata; Ex quibus supervenerant alij fluxus. Nonnullæ etiam Variolæ confluentes sævierant.

Mʳ Bellot observavit morbum mulieris quinquagenariæ Eresipelate Capitis laborantis, maxime in dextra parte; Cujus labia et maxilla dextra phlegmone inflata et indurata erant: Palpebræ inflammatæ etiam, et earum vasa sanguifera varicosa:

Nulla tamen aderat inflammatio in Corneâ nec ullus dolor, sed tantum pupilla dilatata. Visio erat in dextro oculo omnino extincta, dum sinister oculus sanus erat. Mulier convaluit, sed visio nondum perfecta rediit.

Retulit etiam idem Mr Bellot se vidisse adolescentem febre intermittente laborantem, cui venæ sectione bis celebratâ supervenit alvi fluxus frequens, cum dejectionibus e luteo virescentibus, liquidis, absque ventris torminibus. Frustra anodina et astringentia levia adhibita fuerunt initio morbi; sed post quatuor vel quinque dies exhibitis remediis ex hypecacuanâ, cymarobâ, terra catecu, Diascordio, et syrupo de rosis siccis febris et alvi fluxus penitus evanuerunt.

Die sabbati 14 februarij anni 1739 Convocata fuit facultas sequenti schedulâ.

Petrus Maloet, Consiliarius et Medicus Regis ordinarius, nec non Domus Regiæ Invalidorum Ducum et Militum, Academiæ Scientiarum Regiæ Socius.
Philippus Davier de Breville, Dotariæ Hispaniarum Reginæ Medicus perpetuus ordinarius.
Thomas Renatus Gasnier.
Andreas Josephus Seron.
David Vasse.
Nicolaus le Roy de S.t Aignan.
Ludovicus Joannes Le Thieullier, Regis Consiliarius, et in majori Consilio Medicus ordinarius.
Ludovicus Hieronimus Cosnier, Pharmaciæ Professor.

Mtr. Guillelmus Josephus De l'Epine.
Joannes Baptista Du Bois, Professor Regius.
Franciscus Mery, Chirurgiæ Gallico Idiomate Professor.
Bernardus De Jussieu, Regiæ Scientiarum
Academiæ Regiæque Societatis Londinensis
Socius, et in horto Regio Botanices Prodemonstrator.
Joannes Baptista Boyer, Regis consiliarius et
in Senatu Parisiensi Medicus ordinarius.
Paulus Jacobus Malouin, Scholarum Professor.
Antonius Nicolaus Guenault.
Ludovicus Petrus le Hoc, Consiliarius Medicus
Regis ordinarius in ejus Castelleto.
Franciscus Josephus Hunauld, Regiæ Scientiarum
Academiæ, et Regiæ Societatis Londinensis
Socius, in Horto Regio Anatomes et Chirurgiæ
Professor et Demonstrator.
Antonius Casamajor.
Ludovicus Maria Bouffe.
Hyacinthus Theodorus Baron.
Joannes Baptista Chomel, Medicus Regis ordinarius.
Achilles Franciscus Fontaine, Chirurgiæ Professor
designatus.
Robertus Hubertus Linguet, Rei herbariæ
Professor designatus.
Otto Casimirus Barfeknecht.
Antonius Joannes Daval.
Henricus Franciscus Bourdelin, Scholarum
Professor designatus.
Josephus De Jussieu.
Joannes De Diest.
Ludovicus Florentius Bellot.
Franciscus Felicitas Cochu.
Claudius Carolus De Jean.
Jacobus Albertus Hazon.
Adrianus Malaval, Consiliarius Medicus
Regis ordinarius in ejus Castelleto.
Jacobus Franciscus Vandermonde.
Gaspard Cochon Dupuis, in Arce maritimâ
Rupifortensi Anatomes et Chirurgiæ
Professor Regius.

M.er Tussanus Gilbertus Boullard.
Henricus Guyot.
Carolus Payen Professor Chirurgiæ Gallico
Idiomate designatus.
Bartholomæus Murry.
Joannes Isoard.
Ludovicus Jacobus Pipereau.
Antonius ferrein.
Michael Josephus Majault.
Michael Philippus Bouvart.
Joannes Jacobus Belleteste.
Joannes Mydy.
Laurentius ferret.
Gedeon De Rabours.
Carolus Dionis.

Die Sabbati 14.â 9.bris probata fuerunt apertâ
Scrutinii Capsâ Baccalaurei responsa.

Die Mercurii 25.o 9.bris anni 1739 horâ decimâ matutinâ
M.er Carolus Dionis Actum Pastillarie celebravit in
Scholis inferioribus in quo propositæ fuerunt duæ
Quæstiones in utramque partem discutiendæ

An Paralysi affectis Sudorifica?
Diuretica?

Primum Quæstionis membrum M.er Dionis solvendum
proposuit Ludovico Geaget Baccalaureo. alterum
vero M.er Thieullier proposuit M.o Murry.

Die Jovis proximè sequenti disputavit extra
ordinem de Quodlibetariâ Quæstione M.er Carolus
Dionis respondente Ludovico Geaget Parisino
Baccalaureo Quæstio hæc fuit.

An Paralysi affectis Sudorifera?

quæ fuit affirmativè conclusa.

Die Sabbati 28.o 9.bris apertâ Capsâ probata
fuerunt Baccalaurei responsa.

Die Jovis 17.o x.bris disputavit de Quodlibetariâ
quæstione M.er Thomas Bernardus Bertrand
respondente Josepho Exupero Berlin Rhedonensi
Baccalaureo et erat Quæstio talis

An ars medendi tota in observationibus?

quæ fuit affirmative conclusa.

Die 19.ª Sequenti apertâ capsâ probata fuerunt Baccalaurei responsa unanimi consensu.
Die Jovis 14.º Januarii anni 1740 disputavit de Quodlibetariâ Quaestione M.er Joannes franciscus Gauthier, respondente Alexandro Ludovico Viellar Sanlaudeo Baccalaureo et fuit Quaestio talis.

An in orgasmo purgandum?

quae fuit affirmativè conclusa
Die Sabbati Sequenti apertâ more solito Scrutinii Capsâ probata fuerunt a facultate responsa Baccalaurei.
Die Jovis 3.ª Martii anni 1740 disputavit de Quodlibetariâ Quaestione Medico Chirurgicâ Joannes Baptista Mongin respondente Ludovico Lucas Laudunensi Baccalaureo et fuit Quaestio

utrum praegnanti mulieri acutissimo dentis dolore laboranti ejusdem Dentis avulsio?

quae fuit affirmativè conclusa
Die Sabbati 5.º Martii apertâ Capsâ probata fuerunt Baccalaurei responsa.
Multi Doctores praesentes acriter intercesserunt adversus Thesim quam improbabant, sed e majori Suffragiorum numero mitius actum fuit.
Die Mercurii 9.ª Martii 1740 Actum Castillaniae celebravit M.er Petrus Roussin de Montabourg in Scholis inferioribus in quo propositae fuerunt duae quaestiones in utramque partem discutiendae

An in ossium carie delendâ Ferrum?
Ignis?

Primum quaestionis membrum M.er Petrus Roussin de Montabourg Praeses proposuit resolvendum Ludovico Guillelmo le Monnier Parisino Baccalaureo alterum verò M.er David Vasse proposuit M.º Joanni Isoard resolvendum.
Die Jovis 10.º Martii Sequenti disputavit extra ordinem M.er Petrus Roussin de Montabourg de Quodlibetariâ Quaestione Medico Chirurgicâ Respondente Ludovico Guillelmo le Monnier Baccalaureo et erat Quaestio talis

An in ossium Carie delendâ Cauterium actuale?

quæ fuit affirmativè conclusa.
Eodem Die probata fuerunt Baccalaurei responsa unanimi
Doctorum consensu aperto prius Scrutinio.
In iisdem Comitiis Supplex Stetit Mr. Petrus Rouffin De
Montabourg coram facultate rogavit que ut absens pro
præsente habeatur quippe qui à Rege Christianissimo
electus fuisset Urbis Regiæ et Regii Nosocomii Sangermani
in Layâ Medicus ordinarius cui postulationi annuit
facultas et Sic conclusit Chomel Decanus.
Die Jovis 17ª Martii anni 1740 disputavit suo ordine
Mer Michael Procope Couteaux de Quodlibetariâ
Quæstione Medico Chirurgicâ respondente Ludovico
Alexandro Vieillard Sanlaudunæo Baccalaureo
et fuit Quæstio talis

An Simplicia Pulmonum vulnera acre
facta, Solis Diætâ et venæ Sectione Sanentur?

quæ fuit affirmativè conclusa
Die Sabbati 19º ejusdem mensis aperto Scrutinio
probata fuerunt Baccalaurei responsa unanimi
consensu.
Die Jovis 24º Martii 1740 disputavit de Quodlibetariâ
Quæstione Medico chirurgicâ Mer Joannes Claudius
Adrianus Helvetius Respondente Joanne Ludovico
Baude De la Cloy Audemaræo Baccalaureo et
fuit Quæstio talis:

An Amputatione tutius quam decussatâ
Sectione Anthrax Serpens curatur?

quæ fuit affirmativè conclusa
Eodem die apertâ Capsâ probata fuerunt responsa
Baccalaurei.
Die Jovis 21º Martii 1740 disputavit de Quodlibetariâ
Quæstione Mer Claudius Du Cerf respondente Exuperio
Josepho Bertin Rhedonensi Baccalaureo et fuit Quæstio
talis

An in Ascite Paracenthesim tardare malum?

quæ fuit affirmativè conclusa
Eodem Die apertâ Scrutinii Capsâ probata fuerunt
Baccalaurei responsa unanimi consensu.
Die Martis 12º Aprilis disputavit de Quodlibetariâ
Quæstione Mr. Jacobus Benignus Winslow, respondente
Leandro Peaget Parisino Baccalaureo et fuit Quæstio talis

an mortis incertæ Signa minus incerta à Chirurgicis
quam ab aliis experimentis?

et fuit affirmativè conclusa.
Eodem die apertâ Capsâ Scrutinii probata fuerunt Baccalaurei responsa.
Die Jovis 19.ª Maii anni 1740 disputavit de Quodlibetariâ Pathologicâ M.er Camillus Falconet respondente Benjamino Ludovico Lucas Laudunensi Baccalaureo et fuit quæstio talis

an variolis cujuscunque generis una methodus?

quæ fuit negativè conclusa.
Die Sabbati sequenti apertâ Capsâ Baccalaurei responsa probavit facultas.
Die Jovis 2.ª Junii 1740 disputavit de Quodlibetariâ quæstione Pathologicâ M.er Hyacinthus Theodorus Baron Antiquus facultatis Decanus, respondente Ludovico Gulielmo Le Monnier Parisino et fuit Quæstio talis

an variolis Narcotica?

quæ fuit affirmativè conclusa
Die Sabbati sequenti probata fuerunt Baccalaurei responsa.

orationes Publicæ

Die Dominico 14.º 9.bris 1739 horâ post meridiem 3.â Medicinam liberalium Artium ut vetustissimam, sic et utilissimam oratione publicâ probare conatus est M.er franciscus Bailly Saluberrimæ facultatis Parisiensis Doctor Regens et Scholarum Professor. dictio nitida, vox labia que firma, elegans compositio, Cœtus illustris, plausus universus, nihil ad ornandam hanc orationem Scholarum nostrarum instaurationi dicatam defuit.
Die 22.º 9.bris orationem habuit publicam M.er franciscus Mery Chirurgiæ Idiomate gallico Professor quâ demonstravit Chirurgiam Medicinæ sua debere primordia, progressus suos et absolutam perfectionem, ipsam vero brevi corruituram si a Medicinâ disjuncta fierit quibus omnibus adimplendis Doctor noster eloquentissimus satisfecit miram in modum, plaudentibus Collegis, faventibus auditoribus, tacentibus Chirurgis.
Deo Juvante M.er Paulus Jacobus Malouin Saluberrimæ facultatis Doctor Regens et Scholarum Professor Cadaveris virilis structuram publicè exposuit et de partium morbis egit operante Antonio Mertrud Chirurgo parisiensi Die Martis 12.º Januarii et sequentibus horâ decimâ matutinâ.

Deo juvante Joannes Baptista Thomas Martineng
Chirurgiæ Professor Selectiora artis chirurgicæ opera
interpretatus est in Cadavere mulieri operante Joanne
Baptista Andouillé Chirurgo Parisiensi Die veneris
1° Aprilis 1740 et sequentibus diebus horâ 10ª matutinâ.
Die 19ª Julii Mer Ludovicus Hieronimus Cosnier
utriusque Pharmaciæ Professor Selectiora Pharmacæ
opera explanavit manum operi admovente Mayol
Pharmacopæo Parisiensi.

Obitus Doctorum

Die Lunæ 28ª martii anni 1740 obiit Mer Henricus
Guyot Phtisi consumptus natus annis 30 corpus
elatum fuit stipantibus Collegis ad ædem Deo
Sacram sub invocatione Storum Gervasii et
protasii,
ipsi vero parentatum est in Scholarum Sacello
Die 14° mensis Maii sequentis

Die 24° Aprilis 1740 è vitâ excessit Mr Germanus
Preaux, Antiquior Scholæ magister Regius
Professor emeritus natus annis 88 corpus sepultum
jacet in Basilicâ Sti Nicolai à Campis.
pro illius animæ sublevatione in Scholarum
Sacello benè precatum est die 7ª Mensis Maii.

Die 1° Junii 1740 orba fuit Schola nostra viro
prestantissimo Mo francisco Bailly Physiologiæ
Professore corpus elatum fuit pompam funeream
comitantibus Doctoribus numero non paucis ad
ædem Deo Sacram sub invocatione Sti Joannis
in Graviâ natus erat annis 49.
huic Sacro Solemni parentatum est in Scholarum
Sacello die 14° Junii.

Die . . . . . . apud Andegavenses ultimum
Diem obiit juvenis adhuc Mer Lucas Augustinus folliot
De St Vast Phtisicus Chirurgiam manu cum successu
exercebat, Medicinam cum honore si famæ volanti
fides adhibenda factitabat. obiit Doctor non Regens.

Die 4° Julii horâ 3ª matutinâ animam posuit
Decanatum gerendo animosius Petrus Joannes
Baptista Chomel natus erat anno 1671 2ª 7bris
corpus sepultum jacet in Templo D. O. Sacro sub
invocatione Sti Benedicti funeream Pompam
numerosi stiparunt Collegæ ipsi vero Sacro Solemni
in Scholarum Sacello parentatum est Die Sabbati
16° Julii 1740

Acta et Comitia Saluberrimi Medicorum Parisiensium ordinis

Die Martis 24ª 9bris anni 1739 convocata fuit facultas hâc Schedulâ.

Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas Superiores die Martis 24ª 9bris anni 1739 horâ post meridiem 3ª electuri majorem Apparitorem in locum Ludovici Andel fato functi. Datum Parisiis Die 21ª ejusdem mensis.

In his Comitiis audito prius Decano ex majori suffragiorum numero electus fuit in locum Ludovici Andel franciscus Ludovicus Bret eâ lege ut annuam 200 librarum pensionem quam viduæ dicti Andel facturum se spoponderat Ludovicus Bret reipsâ solveret quandiu viveret non desponsata, huic in posterum solvendæ publico instrumento se astringeret: de cæteris quæ viduam inter et Ludovicum Bret evenire poterant ea ad arbitrium Decani remittenda esse statuit facultas et sic conclusit Chomel Decanus.

Die 1ª Mensis xbris habita fuerunt Comitia de morbis grassantibus. Doctores ad Diurnum vocati observarunt variolas sed periculo expertes, febres intermittentes, malignas quasdam cum sopore et Lethargo, Delirio fugaci, tendinum spasmodicis motibus ideirco lethales, fuerunt etiam Apoplexiæ nonnullæ, subitaneæ mortes frequentes, faucium inflammationes, morbilli.

Die Mercurii 23ª xbris anni 1739 convocata fuit facultas sequenti Schedulâ ab Apparitoribus singulis Doctoribus delata.

Convocentur Doctores omnes medici in Scholas superiores Die Mercurii 23ª xbris anni 1739 horâ post meridiem 3ª audituri relationem clarissimorum virorum qui rationes primi anni nostri Decanatûs examinavere, necnon Decanum de re maximi momenti ad facultatis Nannetensis Sanctiora jura spectante dicentem audituri et deliberaturi. Datum Parisiis Die 19ª ejusdem mensis Chomel Decanus.

In his Comitiis Decanus petiit à facultate in gratiam Viduæ Andel ut vellet ipsi concedere mansionem in ædibus facultatis, ex majori Doctorum numero censuit

facultas

facultas Salius esse ipsi pensionem annuam septuaginta quinque libellarum concedere itaque summa ducentarum libellarum quam solutarum promisit Ludovicus Bretonneau eidem moderata fuit ad summam 150 librarum iisdem conditionibus, scilicet quandiu vidua foret.
Deinde Mr. Magny Examinatorum præsentium antiquior retulit Commentarios facultatis a Decano accurate et diligenter examinatos fuisse quo audito facultas eos probavit et sic conclusit Chomel Decanus
Postea lectis epistolis a facultate Nannetensi Decano scriptis et Memorialibus omnibus ad hanc rem pertinentibus auditis etiam Decani responsis, Patronorumque consiliis Statuit super ea re facultas Illustrissimum Galliæ Cancellarium a Decano inviseNdum esse, comitatum præbente selectorum Doctorum deputatione, ut offerant ipsi nomine facultatis memorialem libellum negotium de quo agitur ad amussim explicantem et sic conclusit Chomel Decanus.

A Monseigneur Le Chancelier

Memoire

Pour la faculté de Medecine de Nantes contre le Sr. Bernard Docteur de Montpellier.

Les principales facultez du Royaume sont dans lusage constant de nadmettre dans leur corps les Docteurs des autres facultez, quapres leur avoir conferé de nouveau les degrez de Bachelier, de Licentié et de Docteur, en leur faisant soutenir les Actes necessaires pendant deux ans. cet usage est dautant mieux fondé quil est juste que chaque Université reponde a ses Citoyens de la capacité de ceux quelle leur donne pour la conservation de la vie.
Dans les grandes Villes ou il ny a point d'Université le College ou le corps des Medecins nadmet aucun Docteur sans Examen et sans Acte public. outre ces Epreuves, le Docteur nest receu a laggregation quapres avoir pratiqué la Medecine au moins pendant quatre ans dans une autre ville. des dispositions si sages nont point eté troublées jusquez icy. les facultez et les Colleges de Medecins nont point eté inquiettez. la faculté de Nantes est la premiere que lon attaque aujourdhuy.
Quatre Docteurs formez a Montpellier se sont presentez a la faculté de Nantes, de ces quatre aspirans le Sr.

Bernard

Bernard seul apres avoir preté serment de se conformer aux usages de cette faculté s'est avisé neantmoins de demander a y estre aggregé sans estre obligé de prendre de nouveaux degrez il cherche dans l'Edit de 1707 des raisons apparentes pour forcer cette faculté à l'aggregation.

Cette demande du sieur Bernard faitte au mepris de son serment, est d'autant plus injuste que l'Edit de 1707 par l'Article 33 luy impose la loy de se conformer aux usages de la faculté de Nantes.

Cet Article porte expressement que dans les facultez dans lesquelles on exige de plus grandes Epreuves que celles fixées par l'Article 32 du même Edit, il en sera usé comme par le passé.

Les conditions reglées par l'Article 32 sont de soutenir un Acte de quatre heures au moins sur toutes les parties de la Medecine ou d'avoir exercé pendant dix ans la Medecine dans la faculté dans laquelle on a eté receu Docteur. or telle a toujours eté la pratique constante de la faculté de Nantes de n'admettre aucun Docteur d'une autre faculté qu'en luy conferant de nouveaux degrez et en luy faisant subir les Actes necessaires pendant le cours d'une Licence de deux ans: Epreuves plus difficiles que celles qui sont fixées par l'article 32 de l'Edit de 1707.

Il y a plus l'Article 31 du même Edit ote tout pretexte a la demande du Sr. Bernard puisqu'il deffend expressement a tous Medecins a peine de 500.tt d'amande d'exercer la Medecine dans les lieux ou il y a Université s'ils ne sont gradués ou aggregez en icelle. ce sont les propres termes de l'Edit led. Sr. Bernard doit donc s'il veut exercer la Medecine dans la ville de Nantes ou il y a université s'y faire graduer ou agreger. or la faculté de Nantes n'admet point l'Aggregation comme font les Colleges de Medecine et l'ancien statut qu'allegue led. Sr. Bernard qui la permettoit avant 1653 ayant eté abrogé cette même année par un nouveau lequel a eté confirmé par l'Université de Nantes en 1654 et omologué au Parlement en 1668. le Sr. Bernard doit se soumettre a la loy portée par l'Article 31 de l'Edit en se faisant graduer c'est a dire en prenant de nouveaux degres suivant les statuts et usages de la faculté de Nantes ou il veut exercer la Medecine.

C'est donc a tort que le Sr. Bernard pretend se soustraire aux Examens et aux Actes qu'exige de luy la faculté

de Nantes

De Nantes ce Docteur qui n'a point pratiqué pendant quatre ans, et qui par cette raison n'a aucun droit de demander l'aggregation dans aucun College de Medecine, peut encore moins pretendre a l'aggregation dans une Université.

Si l'aggregation dans les facultez s'obtenoit sans que les Docteurs fussent obligez de prendre de nouveaux degrez, et si la loy qui les y contraint cessoit d'estre observée, on verroit bientost ces memes facultez a vendre licences, sans exercices et sans actes publics. La facilité d'obtenir des degrez dans quelques Universitez rendroit les autres desertes, et la voye d'aggregation exigeant moins d'etudes, moins d'actes et moins d'epreuves, seroit desormais la seule que l'on prendroit pour entrer dans les facultez.

Ce consideré Monseigneur la faculté de Medecine de Paris qui ne peut refuser a celle de Nantes le secours qu'elle luy demande supplie tres humblement Vostre grandeur, comme etant le protecteur des universitez, d'ordonner au S.r Bernard d'executer ce qui l'a promis avec serment, scavoir de faire tous les actes de Licence et de Doctorat conformement aux statuts de la faculté de Nantes s'il veut s'y etablir et y exercer la Medecine.

Die 2.a Januarii anni 1740 habita fuerunt Menstrua facultatis Comitia de morbis grassantibus. M.er Lepy variolas mense preterito perseverantes curavit venae sectionibus e brachio et e saphoena etiam erumpentibus variolis pro ut symptomata expostulabant; febres vidit catharrales in quibus vena jugularis cum exitu felici fuit aperta, cerebrum que humore catharroso obductum vendicatum fuit, vidit etiam tusses quasdam pertinaci cum spirandi difficultate pulmonibus pituitoso humore ita vexatis ut etiamsi expectoratio non fuerit difficilis, tamen instar asthmaticorum difficulter admodum spiraverent aegri; in eo casu ptisanam ex terra Catechu feliciter in usum habuit. in iis morbis Antiscorbutica feliciter proscripsit M.er le Roy de S.t Aignan caeteri presentes in eadem fuerunt sententia de morbis grassantibus.

illud tamen observatione dignum notavit M.er Peron quod tympanitide aegrum laborantem curaverit Emulsionibus, aqua cassiae et sectione venae e saphoena quod evidenter probat causam tympanitidis repetendam plerumque esse ab irritatione, phlogosi intestinorum quae veluti strangulatione

febres intermittentes, dysenteria et Eresipelata saevierunt Mense preterito nec non faucium inflammationes.

Die Veneris 22ª Januarii 1740 convocati sunt Doctores
ad audiendas rationes prioris anni Decanatûs nostri.
Congregatis Doctoribus rationes tam acceptorum
Expensi enucleatæ fuerunt et probatæ à facultate
et deinde Decano solitum honorarium concessum
fuit: Viduæ majoris Apparitoris Ardel quinquaginta
libras ut moris est, minori verò eandem summam
propter opera extraordinaria in monendis Doctoribus
qui per annum ferè integrum laborantes ægros
in castello Vincestriaco jussu Magistratuum
inviserent de cæteris more solito solutum est.
Die Sabbati 23ª Januarii convocati sunt Doctores
Candidatorum Examinatores electuri singulari
schedulâ ad eos per Bidellos delatâ.
Congregatis Doctoribus Electores sorte ducti sunt

ex majori ordine . . . . Mⁱ Martineng
Jacques

Mⁱ Brunet
ex minori ordine . . . Mⁱ Cochu
Murry

Pro more juramento præstito secesserunt in sacellum
unde reversi mʳ Martineng antiquior Electorum
appellavit

ex majori ordine . . . . . Mᵒˢ Bertrand
Afforty
Millet

Sors favit Mⁱˢ Afforty et Millet

ex minori ordine appellavit — — Mᵒˢ Vasse
Delepine
Hoard

Sors favit Mⁱˢ Delepine et Hoard
Deinde Examinatores electi solitum Juramentum
in manus Decani præstiterunt
Die Jovis 28ª Januarii Decanus cum Deputatis
Doctoribus Illustrissimo Galliæ Cancellario
memorialem libellum obtulit in gratiam facultatis
Medicinæ Nannetensis supra scriptum.
Die Mercurii 3ª februarii anni 1740 habita fuerunt
Comitia menstrua facultatis de morbis grassantibus
Doctores dixerunt variolas adhuc perseverare quod
equidem hyeme frigidissimo non vulgare est. cæterum
grassantes morbos Pleuritides esse, Peripneumonias febres
malignas, Eresipelata Rhumatismos, Tonsillarum
inflammationes, Alvi fluxus, Dysenterias, febres
Catharrales, febres etiam nonnullas intermittentes.
Mʳ

Mr. Bourdelin Censor vidit Peripneumonias malignas stipatas Symptomatis quæ tertio tantum morbi die innotescebant. observavit etiam morbos cutaneos à prepedita transpiratione Herpetes que miliares admodum periculosas.

Illud observatione dignum censuit Mr. Delepine ægra quædam Leucophlegmatiâ laborabat et quod horrendum erat ipsa tumens erat à capite ad Calcem semel illi fuit secta vena dedi de oleum magna dosi ad mollienDam Alvum, medicamentum fuit, Alvo laxatâ mineralibus purgantibus commissâ fuit curatio, et copiosâ urinâ effluente convaluit ægra evanuit paucos intra dies aqueus ille ingens tumor.

Die 18a februarii anni 1740 per schedulam ut moris est convocati sunt Doctores medici in Scholas superiores horâ 3a pomeridianâ Decanum dicentem de Epistola à Medicis Œnipontî Gallicè Inspruck ad facultatem missa, nec non de aliis rebus ad eam pertinentibus auditum et deliberaturi.

hujus Epistolæ hic erat tenor cum hac inscriptione

Salvo pleno titulo Saluberrimæ facultatis Medicæ membris. Parisiis

Perillustres et Magnifici Viri

Rumor Œnipontam in Tyroli delatus est fuisse Londini in Anglia à muliere quidem nisi inventum saltem detectum medicamentum Lithontripticum tam in calculo Renali, quam vesicæ proficuum, quod judicialiter examinatum, et approbatum ab Augustissimo Britanniæ Rege publicum sit factum: imò hoc ipsum medicamentum et vestrum sustinuisse examen ac album promeruisse Calculum. an rumor hic sit inanis, an veritati respondeat, plura quidem maximè verò loci distantia nostram facultatem ambiguam reddit. quod si verò suum haberet fundamentum vestram, Perillustres ac Magnifici viri implorat Charitatem et sinceritatem, ut amore publici nobis insinuare non gravemini, an à tergo insertum Reapse, quod novellis publicis et typis impressum sit genuinum? an universale, vel varient pro dispositione subjecti? et proindè quænam cautelæ observandæ circà contradicantia, prohibentia vel administrationem in sex rerum naturalium.

favete nostræ facultati, quæ vestrum semper veneratur nomen et est pro virium suarum modulo semper ad nutus.

Perillustrium vestrarum Magnificentiarum obsequiosissimi. franciscus, Carolus Antonius Eglob de Staadthoff Praxeos medicinæ Professor p. et Decanus et reliqui ejusdem facultatis Professores Medici. datum Œniponti Januarii 1740

a tergo insertum erat in hâc Epistolâ Sequens Scriptum

Recipe testæ ovorum per octo horas ità calcinatæ ut in aëre libero in pulverem abeant, partes Sex

Limacum calcinatorum, donec fumare desinant, pars una.

fiat Pulvis de quo Drachmæ pondere ter de die horis medicis detur Super bibendo post horam uncias Sex de decocto quod Sic paratur.

Recipe Saponis optimi Alicantini unciæ quatuor Semis contundatur in Mortario cum cochleari Nasturtii verrucosi ad nigredinem combusti, et Mellis Sufficienti quantitate fiat massa Solida, quæ coquatur floribus chamamillæ et herbis recentibus, vel in earum defectu cum radicibus fœniculi, Petroselini, Bardanæ: ana uncia una in aquæ dulcis libris octo per dimidiam horam, hinc coletur et melle ad gratiam dulcoretur.

Dolore vero notabili præsente, omisso pulvere Singulis horis accipiantur pilularum numero quinque

Recipe Limacum
Seminis Dauci Sylvestris
Bardanæ Capsulatæ
fraxini
Cynosbati

fructuum Spinæ albæ ana partes æquales, calcinentur, et fiat Pulvis per cribrum trajiciendus.

Recipe hujus pulveris cochleare unum
Saponis Alicantini optimi unciæ quatuor
et mellis quantum Satis.

formentur pillulæ ex unciâ numero Sexaginta probabiliter ex decocto Supra descripto Sumendæ.

Dubium autem est 1°. quid intelligatur per Saponem Alicantinum, an Sit Sapo hispanicus?

2°. an Nasturtium verrucosum, et fructus Spinæ albæ Sint Tabernæ Montani? an alterius authoris Species?

3°. an Limaces accipiendi Sint Sine testis, an vero testis cooperti? et Sic proprio nomine vocantur Cochleæ: cum enim medicamentum Sit Specificum tantum non valet ratio, quantum experientia.

Auditâ Epistolæ Lectione, et rebus aliis in deliberationem missis Statutum est in his Comitiis

1°. respondendum esse Medicis Oeninopolanis ex consilio Decani et Censoris. ex Epistola.

Clarissimis celeberrimæ
facultatis Medicæ Oenipontanæ
Doctoribus et Professoribus
Saluberrima facultas Medica
Parisiensis

De vulgato nuper Londini a D.^no Stephens lithon=
=triptico remedio, partim vera partim falsa ad vos
viri clarissimi fama detulit. a Medicis quidem
Parisiensibus examinatum fuisse hoc remedium
non negamus, at illud facultatis nostræ donatum
fuisse suffragio prorsus diffitemur. nec enim
tam brevi temporis spatio stupendi adeo
effectus, atque inaudita hactenus efficaciæ
medicamentum, satis potuit explorari, nedum
probari.
Ex quo scilicet in magno Parisiensi Nosocomio
Hotel Dieu vocant ægris quibusdam exhibitum
fuit Londinense lithontripticum, nondum
alter a primo mensis effluxit. quo successu id
tentatum fuerit adhuc non constat; nisi quod
successum vocaverint imminutos tantisper dolores,
pauloque promptiores urinas. illud tamen constat,
ægro uni aut altero in Nosocomio fratrum Charitatis
jacenti propinatum hoc remedium parum adeo,
ne dicam male successisse ut ab eo abstinere salius
visum fuerit.
Non nescimus quidem hujus urbis Civem unum
aut alterum Lithontriptici de quo agitur studiosi
semper, nonnunquam autem supra fidem vires
quæ ægrorum nauseosi medicaminis) usu si non
sanatum, at sedatis aut imminutis atrocissimi
morbi symptomatis, sanescenti quandetenus similem
evasisse. in re autem tam adeo, ac Medicis vix credibili
quis sapiens, manco uni aut alteri experimento credat
aut fidat.
Nec ignoramus etiam oblata fuisse Regiæ Scientiarum
Academiæ frustula, ut aiebant, calculi humani squammularum
instar, in urina ægri hoc remedio utentis reperta quorum
frustulorum altera superficies lævis erat, scabra altera.
harum tamen squammularum quædam, si vera suspicari
liceat, at loqui, latiores videbantur quam ut per urethram
humanam facilem exitum habere potuissent. hinc est
quod quidam è nostris ea fragmenta, pro calculi excorticati

Lamellis

Lamellis ostensa, nihil aliud esse suspicati fuerint, quam vulgare urinæ sedimentum, temporis lapsu, matulæ politiz parietibus et fundo solidum adhærere; atque inde frustulatim squammatimque, ad ostentationem excussum. quæ vera sint, an non, magistra rerum experientia docebit.

Ex iis quæ diximus, Clarissimi viri, dubio procul intelligitis, de Lithontriptici hujus remedii operatione et viribus, nullas adhuc claras distinctasque nobis suppetere cognitiones, quibus nostrum niti possit hac de re judicium.

Cæterum ex conficiendi remedii lithontriptici formulæ quas ad nos misistis, apprimè quadrant iis quæ ex Anglico sermone in gallicum translatæ fuerunt, et Lutetiæ Parisiorum typis mandatæ. ut autem vestris quæstionibus ac dubitationibus quantum in nobis est respondeamus.

1.º Sapo Alicantinus est Sapo Hispanicus, communi sive vulgari idcirco anteponendus, quod illius compositionem non oleum quodlibet vile, sed oleum olivarum ingrediatur.

2.º Nasturtium verricosum idem est ac nasturtium sylvestre capsulis cristatis, J.R.H. nostri Turneforti. Spina alba eadem est ac Mespilus Apii folio sylvestris spinosa sive oxyacantha C.B.P.

3.º Limaces accipiendi sunt cum suis testis in crucibulo quod suum tegat operculum, violentissimo igne undequaque circumdandi, tamdiuque tantum, nec amplius urendi, quandiu fumare desinant; quod quidem horæ ut plurimum spatio solet perfici.

Spondet demum fidemque suam vobis obligat facultas nostra, clarissimi Viri, se, si quid verè utilitatis ex remedio percipi posse novis aliis quæ, ut sperat experimentis fiant, detexerit, totum illud statim et candidè vobiscum, nec expectata vestra expostulatione communicaturam.

hæc sunt, clarissimi viri, quæ ut ad vos suo nomine rescriberemus nobis injunxit, quæ omnia vult pro vobis saluberrima facultas Medica Parisiensis. vellet quidem illa, et suæ et vestræ publicæque utilitatis gratiâ, tantam esset, in hoc remedio fundatæ spei atque fiduciæ, quantum in quibuslibet lithontripticorum medicaminum promissionibus ignorantiæ huc usque fuit, atque temeritatis. quid plura? optamus adhuc videdum speramus.

valete plurimum Viri clarissimi, civiumque vestrorum

Saluti

Saluti indefesso, ut solebis, studio consulite.

Datum Parisiis 29° Martii 1740.

Chomel Saluberrimæ facultatis Decanus, Regiæ Scientiarum Academiæ Socius veteranus, et Consiliarius medicus Regis ordinarius, nec non Nosocomii Parisiensis Medicus ordinarius.

Bourdelin è Regiâ Scientiarum Academiâ, facultatis Censor, Exdecanus.

2°. Standum esse Decretis latis super Inscriptionibus Medicinæ Studiosorum.

3°. denique dixit Decanus Statutum fuisse 18.ª octobris anni 1739 in Comitiis Solemnibus post Sacrum Solemne Divi Lucæ habitis, consulendos esse patronos an regredi deceret apud Chirurgos nec ne. se decreto Satisfecisse et D. d'henicourt patroni celeberrimi consilium habuisse quo constabat regrediendum esse ad Examina et Actus Chirurgorum. rogatis super eâ re sententiis lecto D. d'henicourt consilio licet ferè omnes medici censuissent revertendum esse apud Chirurgos, attamen rem esse ejus momenti quæ ad alia Comitia Specialia remittatur. et sic conclusit Chomel Decanus.

Die 24ª februarii anni 1740 convocata est facultas à Decano Speciali Schædulâ ad Doctores omnes per Apparitores more solito delatâ.

Per Juramentum

Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas Superiores, Die Mercurii 24ª februarii anni 1740, horâ 3ª pomeridianâ, Decanum de re ad Sanctiora facultatis Jura pertinente dicentem audituri et deliberaturi. Datum Parisiis Die Lunæ 22ª februarii. Chomel Decanus.

Congregatos Doctores his verbis allocutus est Decanus. Viri clarissimi, in Comitiis die 18ª octobris anni proximè elapsi, post Sacrum Solemne divi Lucæ habitis, Statutum est ut Patronos adirem cum quibusdam ex antiquis Decanis, ad eorum consilia suscipienda super reditu Decani cum duobus Doctoribus ad Examina Chirurgorum, quem à facultate postulaveram ut plurium desiderio satisfacerem.

huic Decreto obsequutus sum, et ad vos refero Patronorum Consilium. Sic autem se habet.

Consultation des Advocats

Le Conseil Soussigné à qui on a exposé que depuis plusieurs années le Doyen et deux Docteurs de la faculté de Medecine de Paris n'ont point assisté aux Examens et à la

reception

reception des M.tres Chirurgiens de S.t Cosme, quoy quils y fussent invitez par les Prevosts; parceque les aspirans en Chirurgie ne rapportoient point de Certificats du temps d'Etude de Anatomie et de Chirurgie sous les Docteurs Regens de la faculté de Medecine. estime que tant que la faculté a pû esperer de voir decider promptement le Procez qui est pendant au Parlement au Sujet de la question, si les Aspirans en Chirurgie doivent rapporter de pareils certificats de temps d'Etude sous les Docteurs Regens. il y a pû avoir des raisons de la part des Doyens et des Docteurs pour ne point assister aux Examens et aux Receptions des Aspirans en Chirurgie. ils ont pu même croire que s'ils reussissoient, comme ils l'esperent dans cette affaire contre la Communeauté des Chirurgiens, les receptions de ceux qui n'avoient point de certificatz de temps d'Etude pourroient estre declarées nulles. mais apresent quon voit que ce Proces traine en longueur, et quil ny a pas d'apparence que lon declare nulles les receptions faites pendant vne longue suitte d'années, même quand le Proces qui est appointé aura eté jugé en faveur de la faculté de Medecine: le motif qui a determiné les Doyens et les Docteurs a ne point assister aux Examens et a la reception des Aspirans en Chirurgie ne subsiste plus. cest pourquoy on estime qu'il est non seulement convenable, mais necessaire que le Doyen et deux Docteurs assistent a ces Examens et a ces receptions en la maniere quils y assistoient avant l'arrest de 1724 en observant ce qui est prescrit par cet Arrest qui doit estre executé par provision, en attendant le jugement de la tierce opposition, et de la Requeste civille qui est appointée.

on dit que ce party est convenable, parcequil ne faut point laisser de pretexte aux Chirurgiens pour contester ce droit par la suitte a la faculté de Medecine de Paris qui nen aura point vsé pendant vn grand nombre d'années.

on ajoute que la faculté de Medecine ne peut se dispenser de prendre ce parti, même de faire vne deliberation a ce sujet, parceque ce droit n'est point purement honorifique pour la faculté, quil est de l'interest public que les Examens et la reception des Chirurgiens se fassent en presence des Doyens et des deux Docteurs de la faculté, et que lordonnance de Blois et d'autres ordonnances posterieures portent en termes exprez, que dans les villes ou il y a Université il ne sera passé aucun M.tre Chirurgien que les Docteurs Regens en Medecine n'ayent eté presens aux Actes et Examens et ne layent approuvé.

M.r le Procureur general seroit même en droit s'il

en estoit

~~on~~ estoit informé du fait que les Medecins n'assistent point
a ces Examens et a ces receptions de se plaindre de la faculté
de Medecine, et de faire faire aux Medecins des injonctions
d'observer a cet egard les dispositions des ordonnances.
Il n'est pas naturel que la faculté de Medecine manque à
observer ce qui luy est present par les ordonnances sous le
pretexte d'une contestation indecise dans laquelle les
Medecins demandent l'execution de Reglemens qui seront
encore plus avantageux au public que ceux que la loy
prescrit.
Cette demarche des Docteurs de la faculté de Medecine
ne leur fera point de prejudice par rapport au Procez
pendant au Parlement, parcequils assistent aux
Examens et aux receptions des Chirurgiens. ils ne
consentiront a la reception de ceux qui ne rapporteront
point de Certifficats des temps d'Etude qu'en execution
d'un Arrest contre lequel ils se sont pourvus par
les voyes de droit, mais qui doit estre executé par
provision.
La faculté poura même declarer par un Acte
signifié a la Communeauté des M.^{res} Chirurgiens
que le Doyen et les Docteurs n'assisteront aux Examens
et a la reception que sans prejudice de l'instance de
Requête civile qui est pendante au Parlement
contre l'Arrest de 1724.
On pouroit même faire homologuer au Parlement
le decret de la faculté de Medecine et faire ordonner
en consequence par un Arrest sur Requête que la deliberation,
sera executée sans prejudice de la Requête civile de la faculté
de Medecine et de la tierce opposition de l'université.
deliberé a Paris ce 19 fevrier 1740. Signé De la Vigne,
Duhamel, et d'Hericourt.
His auditis, re in deliberationem missa, statuit facultas
sequens Decretum.
Anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo
Die 24.^a februarii. communi fere omnium doctorum voto,
qui conquerebantur quod pluribus abhinc annis Actibus
Chirurgorum non adfuissent, satisfaciens Decanus, exposuit,
visum fuisse olim facultati ab iis Examinibus se abstinere
spe proximi supremi senatus judicii, quo facultatis jura adversus
Chirurgos vindicarentur. tunc enim pertimescebat facultas
ne ad Chirurgorum aedes se conferendo, quid detrimenti caperent
res suae, sed ex quo Judicibus placuit litem diligentius scrutari
ac perpendere, timendum esse ne in longum protrahatur,

ac proinde

ac proinde rursum consuluisse Patronos celebriores, juxta Decretum latum Die 18.ª Octobris anni 1739 quo statutum fuerat ut ad eos se conferret Decanus. his igitur auditis, lecto insuper consilio Patronorum De la Vigne, Duhamel et d'Héricourt, re in deliberationem missa: Censuit facultas majori suffragiorum numero, revertendum esse salvo jure, ad ædes Chirurgorum, antiquo et more solito, ne per negligentiam disciplina chirurgica corrumpatur, salus que periclitetur publica; et ut Edictis Regiis præsertim Blesensi, Statutisque nostris obtemperetur. et sic conclusit Chomel Decanus.
huic Decreto intercesserunt Mri. Petrus Afforty et Petrus Malouet, nova Patronorum consilia expetentes, antequam ad Chirurgos saluberrimus ordo regrediatur, Actum que intercessionis postularunt Petrus Afforty quem dedit facultas et sic conclusit Chomel Decanus.
Die Mercurii 2ª. Martii anni 1740 habita fuerunt Comitia solita facultatis de morbis grassantibus. Doctores præsentes in eâ fuerunt sententiâ ut plerique morbi vulgares ad unam fere classem revocarentur, scilicet ad Catharrosos morbos. Sæviebant etiam Rhumatismi; Peripneumoniæ sicca, sine expectoratione cum Dyspnæâ, dolore lateris lancinante, febre acutâ; grassabantur præterea Apoplexiæ, colici dolores, mesenterici qui eamdem habuerunt causam fomitemque eundem. tam acris enim et pervicax perseverat hyems ut perspiratio valde imminuta morbos catharrales excitet. Apoplexiæ etiam fortes, morbos subitaneas plus æquo frequentes, cæteros que hujus generis morbos at quod mirum dictu satis videtur variolæ non minus frequentes sunt, verendum que ne si verno tempore mox futuro grassentur longius protrahatur harum nefaria malignitas.
Mense februario monuerat Decanus sequente Mandato, totius orbis Compitis affixo Medicinæ Candidatos de aperiendo more Examine.

De Mandato Mri. Joannis Baptistæ Chomel Saluberrimæ facultatis Parisiensis Decani et M.M. Doctorum Regentium ejusdem facultatis.

Notum sit omnibus quorum interesse potest Medicinæ Candidatis, hoc anno millesimo septingentesimo quadragesimo habitum iri Examen. quapropter ii veste talari et Pileo quadrato ut moris est ornati, sistant se coram facultate Die Sabbati 26.ª Martii horâ decimâ matutinâ. nullum que aliud aperiendum esse Examen intelligant nisi post biennium.
Subscripsi et promulgari Die 8.º Mensis februarii anni 1740

anni 1740 franciscus Ludovicus Bret major facultatis Apparitor.

Die Sabbati 26.° Mensis Martii anni 1740 horâ 10.â matutinâ post sacrum convocati sunt Doctores schedulâ singulari Candidatorum supplicationem audituri.

Eodem die verba suo et Commilitonum nomine fecit Theodorus Baron Collegæ nostri antiqui Decani filius non degener. viginti autem et unus sistenint se coram facultate Candidati quos inter filii aut Nepotes quatuor Collegarum nostrorum tres Doctores Monspelienses aut Rhemenses cæteri Magistri in Artibus.

Die Lunæ subsequenti horâ 3.â pomeridianâ stiterunt se coram facultate attulerant que supradicti Candidati Baptismatis, studiorumque litteras, quibus litteris examinandis more solito vivâ voce electi sunt scrutinio præsentibus Doctoribus

de majori quidem ordine — M.i Besnier, Leaulté filius, Davier

de minori — M.i Chomel filius, Bellot, Linguet

Die Sabbati 2.â Aprilis 1740 horâ 10.â matutinâ post sacrum Convocati sunt Doctores omnes Medici audituri relationem clarissimorum virorum qui examinandis Candidatorum litteris à facultate præpositi fuerant et de eâ relatione judicium suum laturi.

hos in Comitiis retulit facultati M.er Henricus Besnier Examinatorum Antiquior de litteris Candidatorum sequentibus ferè verbis.

Eâ quâ debuimus diligentiâ litteras testimoniales Candidatorum examinavimus. Pluribus nihil omnino deest; quibusdam desunt studiorum aliquot menses; duo sunt quibus præter biennium incompletum deest Professoris Physiologici littera testimonialis Ulissiponi cuidam cognomine Saisy desunt studiorum tempora ferè omnia, deest etiam Baptisterii. Hæc autem sunt nomina Candidatorum.

1.° Antonius Bergier dictus Prelat Bizantinensis natus die 1.â Aprilis 1703 eâdem die sacris fontibus renovatus in Parochiâ Beatæ Mariæ de Mion Diœcesis ejusdem Magister in Artibus die 12.â Maii 1728 Doctor Remensis die 23.â Julii 1739.

2.° Ludovicus Renatus Desbois de Rochefort Flexiensis natus Die 25.° Augusti 1709 Sacris que ablutus fontibus eâdem die. Doctor Monspeliensis Die 26.â Martii 1734

3.° Theodorus Baron Parisinus, natus sacrisque renovatus fontibus Die 7.â Julii 1715 M.er in Artibus die 3.â 7.bris 1733.

4.° Jacobus le Chat de la Sourdiere Cenomanensis, natus Sacrisque fontibus regeneratus Die 12.ª 9.bris 1714 lauream Doctoralem in Academia Rhemensi adeptus est Die 13.ª 8.bris 1739.

5.° Mathaeus Aragon Abrincensis natus die 25.ª 8.bris 1712 Sacris ablutus fontibus Die 28.ª 9.bris Magister in Artibus Die 18 Januarii 1740.

6.° franciscus Ludovicus Col De Villars Ingulimensis natus 28.° Aprilis 1717 Sacris fontibus ablutus Die 1.ª Maii Sequentis magister in Artibus Die 4.° 9.bris 1738.

7.° Petrus Bercher Parisinus natus Die 13.ª Maii 1719 Sacris fontibus ablutus 16.° ejusdem Mensis magister in Artibus Die 13.° 7.bris 1739.

8.° Petrus Lalouette Parisinus natus 15.° Augusti 1711 Sacris regeneratus fontibus die 16.° ejusdem Mensis M.ar Artium Die 15. 1739

9.° Carolus franciscus Boutigny Despreaux Ambianensis natus Die 9.ª Aprilis 1713 Sacris fontibus eadem die ablutus Magister Artium die 9.ª Martii 1739.

10.° franciscus David Henssant Rhotomagaeus, natus Sacrisque ablutus aquis die 9.° 7.bris 1714 Magister Artium die 15.° X.bris 1738.

11.° Joannes franciscus Jhs Parisinus natus Sacrisque fontibus ablutus Die 16.° Aprilis 1718 magister in Artibus Die 22.° X.bris 1736.

+ 12.° Joannes Ludovicus Clauzier Rhemensis natus Sacrisque fontibus ablutus die 27.° Aprilis 1695 Magister in artibus die 16 Martii 1740.

13.° Urbanus Vandenesse Parisinus natus Sacrisque fontibus ablutus die 25.° 9.bris 1720 Magister Artium die 22.° Augusti 1739

14.° Josephus Maquer Parisinus natus Sacrisque fontibus ablutus Die 3.° 8.bris 1714 Magister Artium die 2.° 7.bris 1737.

15.° Josephus Maria franciscus de la Saone Carpentoractensis natus Sacrisque fontibus ablutus Die 5.ª Julii 1717 magister Artium Die 1.ª Martii 1739.

16.° Joannes Stephanus Guettard Senonensis, natus Die 19.° 7.bris 1715 Sacris fontibus regeneratus Die 22.ª ejusdem Mensis, magister in Artibus Die 8.ª 7.bris 1738.

17.° Carolus Ludovicus Liger Altissiodorus natus Sacrisque fontibus ablutus Die 10 7.bris 1719 Magister Artium Die 22.ª 9.bris 1739.

18.° Carolus Gilles de S.t Leger Claromontanus natus Sacrisque ablutus fontibus Die 11.° Aprilis 1719. M.ter in Artibus Die 11.° 8.bris 1739.

Busson 20.° Julianus Busson Maclovensis natus et Sacris fontibus ablutus Die 11.° Maii 1717 Magister in Artibus Die 13.ª Aprilis 1737.

2ᵘˢ. Vincentius Saisy Ulissiponensis M.ᵉʳ in Artibus in Academiâ aliena apud Lusitanos ante 8.ᵒ annos, secundum Arti: VII Statutorum nostrorum insuper munitus Epistolâ a D.ᵒ de Argenson quâ Decano et facultati commendabatur ille autem suo facultatis que honori consulens abiit 2.ᵃ Die Examinis.

Quibus auditis rite que perpensis ex majori suffragiorum numero admissi fuerunt ad Examen omnes Candidati atque ipsemet Vincentius Saisy modo probet instrumento publico Catholicitatem si secus ad principium non admittatur. et sic conclusit Chomel Decanus

Die Veneris 25.ᵒ Mensis Martii convocati fuerunt Doctores sequenti Schedulâ.

Articulus quartus

Decreti 22.ᵒ Die Martii 1732 lati, et trinâ convocatione confirmati.

Exercitationum chirurgicarum primo et Secundo Die in Abdomine conficiantur operationes. tertio die operationes in Pectore celebrentur; quarto et quinto die operationes in capite perficiantur. Sexto et Septimo die Artus Chirurgicis operationibus Subjiciantur. de causis, Signis, eventu, et curatione morborum Chirurgicâ, de Medicamentorum applicatione externâ, de instrumentis Chirurgicis interrogentur Baccalaurei atque operationis modum et Spleniorum fasciarumque applicandi rationes operi manum admovendo, exponant.

vi cujus Decreti

Convocentur Doctores omnes in Scholas Superiores Die Veneris 25.ᵒ Mensis Martii, et diebus Sabbati Dominico, Lunæ, Martis, Mercurii et Veneris sequentibus anni 1740, ab horâ secundâ post meridiem ad quintam Baccalaureos, operationes Chirurgicas super virili cadavere propriis manibus exercentes interrogaturi. Datum die 28.ᵒ Martii ejusdem anni Chomel Decanus.

Die 2.ᵒ Aprilis 1740 convocati fuerunt Doctores de operibus chirurgicis a Baccalaureis propriâ manu in Cadavere virili celebratis suum judicium per scrutinium laturi.

Eodem Die apertâ Capsâ eorum responsa probata fuerunt unanimi fere omnium consensu.

Die Lunæ 4.ᵒ Aprilis convocati fuerunt Doctores omnes sequenti Schedulâ.

Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas Superiores Die Lunæ 4.ᵒ Aprilis 1740 Martis et Mercurii Sequentibus horâ octavâ matutinâ ad meridiem et secundâ pomeridianâ ad vesperam, De Physiologiâ Higieine et Pathologiâ Candidatos ab Examinatoribus interrogatos audituri; nec non Die Veneris Sequenti horâ 2.ᵃ post meridiem explanationem Aphorismi Hippocratis quam coram facultate iidem Candidati facient.

Die tandem

Die tandem Sabbati 9.o ejusdem Mensis de Candidatis ad Baccalaureatum admittendis Examinatoribus prius auditis per Scrutinium deliberaturi: Datum Parisiis Die Veneris 1.o Aprilis anni 1740 Chomel Decanus.

Die Sabbati 9.o Aprilis convocatis Doctoribus M.ro Afforty Examinatorum antiquior suo et Collegarum nomine retulit coram facultate quid de Candidatorum peritiâ expertum fuerit, quibus auditis et collectis super ea re Doctorum Sententiis omnes ad Principium ex majori suffragiorum numero ad Principium admissi sunt.

Eodem Die 9.o Aprilis stiterunt se Baccalaurei emeriti M.r Leander Peaget verba fecit suo et Commilitonum nomine quibus facultas Baccalaureorum hactenus inaudito recreata numero, manumissionem quam postulabant libentissimè concessit ea tamen lege ut officio suo fungerentur præsentes quæ adessent Thesibus duabus quodlibetariis quæ supererant post Paschalia propugnandæ et sic conclusit Chomel Decanus.

Die Veneris 1.o Aprilis Comitia menstrua habita fuerunt de morbis grassantibus.

M.er Leaulté Antiquus Scholæ magister dixit, elapso vixdum frigore nimio saevisse peripneumonias quas Siccas nuncupavit, id est sine ulla Expectoratione Catharrum suffocantem ferè mentientem ... dixit præterea colicos dolores in Mesenterio cum longâ et pertinaci Symptomatum catervâ: adeò verum frigus illud neivez fibris que inimicum esse, quos eosdem morbos observavit de genere acutissimorum anno 1709 quo tempore frigidior fuit hyems quam hoc anno, sed non utique longior. vexarunt ægros faucium ariditas et inflammatio, non equidem Tonsillarum inflammationes et Synanche vera, sed sitientes et arescentes ægros vix sedabat dilutior potus.

Causas in aperto agnoverunt quotquot in Comitiis aderant Doctores, frigus nimium et perseverans transpirationem imminuens, vasa capillaria tensa et Erethismo torpida, secretiones ergo languidæ, hinc Catharri, Rhumatismi, Apoplexiæ, mortes subitaneæ frequentes, Phtisicorum consumptiones ultimæ, dolores colici instar Dysentericorum quibus male ægris, hepatitides &c.

His omnibus in auxilio fuerunt venæ sectiones, Diæta refrigerans, Narcotica præmissis minorantibus felicem habuerunt successum, præsertim in doloribus Rhumaticis, Tussibus importunis, fauciumque et Palati ariditate.

Eodem consensu eosdem morbos observaverunt M.i Gaulmier, Davier, fontaine, Bourdelin junior, Linguet et Chomel filius.

Die Sabbati 23.ª Aprilis 1740 facultas convocata fuit sequenti schedula.

Convocentur Doctores omnes in scholas superiores, Die Sabbati 23.ª Aprilis 1740 horâ decimâ matutinâ post sacrum jure Patronatus nominaturi Capellanum Sanvoisianum, in locum M.ri Joannis Nicolai Guillaulme fato functi; nec non Decanum de facultatis ædium, tum reparatione tum locatione aliisque rebus ad facultatem pertinentibus dicentem audituri et deliberaturi.
Datum Parisiis die 20.ª ejusdem Mensis.

his omnibus in deliberationem missis.

1.º in Capellanum Sanvoisianum de majori suffragiorum numero per scrutinium appellatus est M.r Josephus Racy Presbyter Diœcesis Convenarum Baccalaureus in Jure Canonico in Academiâ Parisiensi et sic conclusit Chomel Decanus.

2.º quod spectat ad locationem et reparationem ædium facultatis, statutum est nominandos esse sex Doctores tum ex majori, tum ex minori ordine qui unâ cum Decano et architectis videant quid sit agendum et facultati referant. idcirco electi sunt

ex majori ordine . . . . . M.ri Baron antiquus Decanus
Bourdelin antiquus Decanus

ex minori ordine . . . . . Millet
Delepine
Bellot
Isoard

3.º quod spectat ad novam editionem Codicis Pharmaceutici quam facultati expostulat D.us Cavelier Bibliopola statutum est omnium Doctorum suffragio nominandos esse Doctores qui codicem Pharmaceuticum emendatiorem et locupletiorem renovent. 1.º quidem ex iis qui 1.æ Codicis editioni operam navarunt appellati sunt, M.ri Baron Pater, Lemery, Jussieu ambo fratres, et col. de Vilars, præterea loco defunctorum M.ri duo Pharmaciæ Professores, M.r Bourdelin Exdecanus et Cosnier, et deinde M.ri Malouin, Bellot et Pipereau qui unâ cum Pharmacopœorum Præpositis et Custodibus novæ editioni accuratiori operam navarent et sic conclusit Chomel Decanus.

hoc autem Decretum denuntiatum est a magno Scholarum Apparitore Pharmacopœis in eorum ædibus die 18.ª Maii matutinis horis.

Die Lunæ 2.ª Maii 1740 habita fuerunt Menstrua Consilia de morbis grassantibus. adfuerunt iis M.ri Lemery, fourneau, Bellot et alii ad Turnum vocati qui omnes epidemicam constitutionem retulerunt ad morbos Pectoris. Saevierunt enim ut præteritis mensibus Peripneumoniæ atroces, præsertim Pleuritides diligentiam assiduam in curatione expostulantes: quibus enim sanguis largâ manu non fuit missus statim ab initio morbi Phrenitide superveniente 6.º vel 7.º die ad

extremam

extremam obierunt diem. at illud notandum fuit quod tertio Die delirio minitante saphena cum successu aperta fuit tunc tunc revocatâ Pleuritide quæ Phrenitidem nunciabat. curatio venæ sectionibus e brachio commissa fuit.

Ægri fuerunt non pauci quibus sanatâ Pleuritide expectoratio purulenta per hebdomadam integram supervenit, tum propter morbi sævitiam, tempestatisque atrocitatem, cum propter sputorum tempore orgasmo inflammatorii defectum; illud etiam observandum venit quod vel ab initio Emeticum quibusdam cum successu prescriptum fuit, forsanque quia post Diætam quadragesimalem humorum saburra ab oleis alimentis Butyro oleoque infarcta erant viscera; hi autem morbi Civibus urbes per totam Galliam spoliaverant. misera aliundé quæ perseverat aëris frigidi et humidi venti septentrionalis cum grandine et pluvia sævitia non nobis feliciora magis portendunt et ominantur.

Die Mercurii 1.a mensis junii 1740 habita fuerunt Comitia menstrua de morbis grassantibus nec non de rebus ad facultatem pertinentibus.

Congregatis Doctoribus a facultate petierunt Decanus et Censor ut quisque suam aperiret sententiam num de conservandâ D.o Gibert annua pensione ipsi ab e Academiâ olim concessâ tum de alterâ pensione D.o Belot concedendâ ut conclusionem facultatis Academico Tribunali nostro futuro referret Decanus.

Re in deliberationem missâ unanimi omnium Doctorum consensu censuit facultas persolvendam esse D.o Gibert solitam pensionem ab universitate concessam. D.o verò Belot syndici munus obeunti summam ducentarum libellarum et sic conclusit Chomel Decanus.

hoc confecto Decreto observasse se dixerunt præsentes Collegæ febres malignas, Peripneumonias lethales peracutissimas Dysenterias, quasdam faucium inflammationes cæterosque vernales morbos.

Iisdem in Comitiis actum est de multitudine medicorum extraneorum Medicinam Parisiis factitantium contra statuta nostra et ad alia Comitia res ejusce momenti remissa fuit nihilque fuit conclusum.

Die 9.o ejusdem Mensis facultas convocata fuit per schedulam sequentem.

Convocentur Doctores omnes Medici in scholas superiores Die Jovis 9.a Junii anni 1740 horâ post meridiem tertiâ Scholarum Professorem in locum M.ri francisci Bailly fato functi, nec non minorem Apparitorem in locum Gaspardi Mardis mortui, electuri. Datum Parisiis Die 7.o ejusdem Mensis Chomel Decanus.

Audito prius Decano, 1.o pensiones quæ in ultimis Comitiis D.o

Gibert

et Bi et concessa fuerant unanimi consensu confirmata fuerunt.
2°. ut in locum M.i Bailly sufficeretur Professor qui Scholarum Professoris munus pro 2.do anno gereret sorte ducti fuerunt more solito Electores

De majori . . . . . . M.i Winslow
De Villars

De minori . . . . . . M.i Martinenq
Baudelin
Bellaste

qui reduces in Comitiam appellaverunt ex majori M.um Millet
ex minori M.os Bellot
Cochu

sors favit M.o Millet qui illico dixit sacramentum in manus Decani. 3.o ex majori suffragiorum numero electus fuit in minorem Bidellum loco Gaspardis Marais dictus Paulé Pergamenarius. et super his tribus Articulis conclusit
Chomel Decanus.

Die 27.a Mensis Junii sequens schedula Doctoribus per Apparitores missa fuit.

Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas Superiores Die Lunæ 27.a Mensis Junii 1740 et sequentibus Martis, Jovis et Veneris diebus ab horâ 2.a pomeridianâ ad 7.am Baccalaureorum de omni re medicamentariâ simplici interrogaturi. Datum Parisiis Die 22.a ejusdem mensis.
Chomel Decanus.

Qui primo Examini n.o 20 adfuerunt Baccalaurei examini Botanico 18 tantum fuerunt, recesserant enim dicti Clouzier et le Thieullier. per hebdomadam integram interrogati Baccalaurei responsis satisfecerunt et die Sabbati sequenti eorum responsa probata fuerunt per Scrutinium concludente antiquiore Magistro Urbano Leaulté tunc enim temporis graviter ægrotabat Decanus.

Die 1.a Mensis Julii anni 1740 habita fuerunt Menstrua Comitia de morbis grassantibus febres malignas Epidemicas Catharrales observarant quotquot Comitiis adstiterunt Doctores. hæ autem febres modo Pulmones, Abdomen modo, illius quæ diversa viscera, fauces modo, frequentius capitis corripuerunt pro ut Catharralis humor varias obsederat partes; febres etiam verminosas, Tonsillarum inflammationes quasdam multo pure subsecutas viderunt nonnulli.

Die 6.o Julii convocata fuit facultas per schedulam sequentem ab Apparitoribus missam

Convocentur Doctores omnes medici, in Scholas superiores, Die Mercurii proximo, sexto Julii anni 1740 horâ decimâ matutinâ, Decanum, in locum magistri D. Chomel fato functi, electuri. Datum Parisiis die quinto ejusdem mensis et anni.
Leaulté, Antiquior Scholæ magister.

His in Comitiis 1.° Joannes Baptista Ludovicus Chomel Decani filius, Insignia Decanatûs, Claves nempe facultatis Academiæ, parvum sigillum argenteum veterem Statutorum Codicem deposuit. 2.° facultas mærens æquè ac ergà Decanum mortuum gratitudinis plena statuit conservanda esse hæredibus Decani honoraria solita Decanorum quasi viveret adhuc dum Decanus. 3.° ut annus Academicus conficeretur electus est vivâ voce unanimi consensu in Decanum M.er Urbanus Leaulté Antiquior Scholæ magister.

Res gestæ
in Academiâ Parisiensi
M.º Petro Joanne Baptistâ Chomel
Parisino Decano

a Die Septimâ Novembris 1739
ad Diem tertiam Julii 1740 quo vitâ functus est.

Anno Domini 1739 Die 7.ª 9.bris habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonæ Plessæo quibus in Comitiis primum sedit M.r franciscus Pilet honorandæ nationis novus Procurator. pro fidelissimâ autem M.r Sancier loco M.i Lenart

1.º electus est Jacobus Vallette le Noveu qui Syndici vices gerat quandiu Procurator erit M.r Pilet. 2.º pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii supplicarunt undecim Magistri quibus, audito prius Syndico, placuit indulgeri. 3.º M.r De ferriere Antecessor Juniorum, Bresson Germaniæ nationis Procurator et de Dagoumer vir Rectorius nominati fuerunt qui illustrissimum tum supremi Senatus Principem, tum Procuratorem Catholicum adeant et cum iis de litteris obtinendis super regimine Collegii Cardinalitii agant. 5.º Collegii Justiniani Primarius interventionem Universitatis petiit à Tribunali Academico adversus Redemptores juris emortui manaipii (Gallicè Droits d'amortissemens) de his omnibus articulis et de aliis vel ad Pædagogos, vel ad statuta Universitatis ritè et sanctè servanda, audito super singulis Prosyndico conclusit Rohan De Ventadour Rector Amplissimus.

Die 21.º 9.bris habitis extrà ordinem Deputatorum Comitiis 1.º auditus est Rectorius vir Dagoumer de conquirendis instrumentis necessariis ad vindicandas Universitatis immunitates adversus redemptores juris emortui manaipii nominatus est ipsemet M.er Dagoumer cum D.º Besaigne fidelissimo quæstore ut omnes recipiant expeditiones et instrumenta necessaria. 2.º in locum Jacobi Caroli Aubry Patroni celeberrimi fato functi electus est Clarissimus vir M.er Henricus Cochin qui sit in supremo Senatu Universitatis Patronus.

Die 5.º Decembris habita sunt Comitia ordinaria. 1.º pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii supplicibus quinque placuit annui.

2.º Decretum

2.° Decretum illud confirmatum fuit quo cavetur ut qui munus aliquod academicum in Collegiis possident vel beneficia residentiam ut aiunt servare negligunt.
3.° Sacramentum dixit M.er Cochin tanquam Universitatis Patronus et super his capitibus et super aliis conclusit Rector amplissimus.
Die 14.ª Decembris habita sunt apud Mathurinenses supplicatoria universitatis comitia in angulo conventum est et admissus est Ludovicus Breto electus a saluberrima facultate in majorem Apparitorem loco Ludovici Andel demortui. inde in Comitium itum est, ubi oratione ab ab amplissimo rectore habitâ litteris commendatitiis libentissimé concessis processerunt ad aedem Deo sacram sub invocatione S.ti Nicolai a Carduneto.
Die 17.ª Decembris habita sunt in Maturinensi deputatorum Comitia ad institutionem seu confirmationem novi Rectoris M.ri Jacobus Vallette le Neveu.
Die vero 2.ª Januarii anni 1740 habita fuerunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Rectorem in Laudunaeo, quibus in Comitiis primum praefuit Rector Jacobus Vallette le Neveu. his in comitiis placuit appellare M.um Allaire ad vices Syndici gerendas. tribus supplicibus indultum fuit pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii. lectus fuit et probatus rotulus in hunc annum confectus. arcam aerarii academici ex Collegio Sorbonae Plessaeo in aedes amplissimi Rectoris in Laudunaeo transferri placuit Tribunali academico. audito prius Syndico D.o Pitet super his omnibus articulis conclusum fuit a Rectore.
Die 6.ª februarii 1740 habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud Rectorem amplissimum in Laudunaeo. tribus supplicibus pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii placuit concedere postulationem suam. Consultissimae facultatis Decanus nominavit et praesentavit franciscum Monchablon Clericum Catalaunensem ad Capellaniam de Thesauro regio vacantem per obitum M.i Martini Martinot, et admissus fuit praefatus Monchablon. insuper gratulat[us] est Tribunal Academicum M.o Guillelmo Dagoumer quod conscripserit libellum memorialem quo luculenter ostendit universitatem esse immunem a jure emortui mancipii in ea bona quibus a Regibus dotata est, Domus Statutum est efficiendum esse ut universitatem prandium sumere patiantur in posterum Religiosi Versalienses qui dicuntur Recolleti ac super his tribus Articulis conclusit Rector.
Die 2.ª Aprilis habitis ordinariis Deputatorum Comitiis

apud

apud Rectorem primum sederunt Petrus Salis, Normanniæ, Guallerius Daton Germaniæ novi Procuratores. Supplicibus pro litteris nominationis, jure Magisterii Artium et quinquennii numero tribus placuit postulationi annuere: dies dicta fuit ad audiendas fidelissimi quæstoris rationes.

Die 26.ª Aprilis habita fuit Universitatis Synodus in maturinensi ibi Presbiter Diœcesis Convenarum Baccalaureus in utroque jure M.er Josephus Rans mittus est in possessionem unius è Capellaniis Savosianis vacantis per obitum M.i Nicolai Guillaume et nominatus est à Saluberrimâ facultate hunc obtulit Petrus Joannes Baptista Chomel hujus facultatis Decanus.

Die 27.ª mensis Aprilis habitis ordinariis Comitiis apud Rectorem ad audiendas pro anno 1739 rationes Accepti et Expensi à quæstore generali compertum est ex ære per annum 1739 percepto superesse 6800.tt 14.s 5.d placuit in arcam avarii universitatis summam 4000.tt illico recondi. placuit insuper in iisdem Comitiis ordines Academicos convocari et consuli de conservandâ D.o Gibert annuâ pensione quam ob multa præclara in universitatem merita Die 4.ª Augusti 1734 concesserat Academia, tùm de alterâ concedendâ D.o Pitet Sindicatûs labores sustinenti.

Die 7.ª Mensis Maii habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Rectorem in Laudunæo placuit supplicibus quatuor sua postulata concedi. Censuit item tribunal Academicum intercessionem Universitatis nomine institui ne litteræ Regis patentes ad unionem Capituli S.ti Germani cum capitulo Ecclesiæ Parisiensis requisitæ referantur in Tabulas Supremi Senatûs ne quid detrimenti capiat Graduatorum jus. Picardiæ Procurator retulit conclusionem ordinis sui quâ servatur M.o Gibert annua Pensio anno 1734 attributa, assignatur vero M.o Pitet 200.tt in singulos annos.

Die 4.o Junii habita sunt comitia ordinaria Deputatorum apud Rectorem in Laudunæo. de tribus supplicibus deliberatum, quibus indultum fuit. quod hactenus factum non est, Statuit Tribunal Academicum comitatum præbere amplissimo Rectori umbellam deferenti in solemni supplicatione Dive Christi corporis festo celebrandâ Universitatis impensis.

Proinde die 16.o Junii amplissimus Rector et Academicum Tribunal sumptis apud Rectorem insignibus ordine Academico processerunt ad ædes sacras S.ti Stephani in Monte, ubi solemni Sacro ac post jentaculum, solemni supplicationi interfuerunt eo ordine qui præscriptus fuerat die 4.o Junii. ubique Rectori et Academico Tribunali primi honores habiti sunt.

Hæc nunquam non veneranda solemnitas plena tamen est laboris et sudorum: imò causa sæpius eheu! lethalis morbi. Decanus saluberrimæ facultatis ibi primò exhausit febris malignæ semina cujus sævitia omnem superavit medelam; solis erat quippe ardor ita vehemens ut capite illius cerebroque jamjam rhumatismali occupatis colluvie tunc inflammatione sideratis mors Die 3.o Julii

Sequentis

4 81

Sequentis frustra adhibitis Salutiferæ artis medicaminibus virum Relligione et Probitate ab omnibus notum eripuerit.

Die 2° Julii 1740 habita sunt apud amplis. Rectorem in Laudunæo Comitia Deputatorum ordinaria 1° duo auditi et admissi sunt Supplices pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii.

2° auditâ relatione Picardiæ Procuratoris et Prosyndici de M° Josepho delamotte qui nuper in Comitiis petierat fieri sibi licentiam aperiendi hac in urbe Pædagogii sub clientelâ universitatis placuit ejus postulationi annuere.

3° Quod dicti Redemptores juris extincti mancipii renovare atque iterum vehementer urgere petitionem ab ipsis factam nimirum ut universitas jam nunc persolvat justum supradictum ob fundationem testamento M^{ri} Edmundi Pourchot universitatis quondam Syndici factam ad instituendas in prædictâ universitate tum lectiones hebraicas Græcasque tum unius Scholaris Bursam post eorum mortem quibus ex eodem testamento ad vitam legatus est idem ille census, qui prædictæ fundationi destinatur quique est quingentarum libellarum annui reditus, dictum est respondendum præfatis Redemptoribus 1° quod fundatio illa locum habere nondum possit quoniam adhuc vivunt quibus longè maxima pars legati ad vitam attributa est, atque adeò in incerto est an cum liberi erint ille census prædicta fundatio accipienda videatur an relinquenda, 2° legatum supra dictum non spectare ad universitatem neque titulo possessionis, neque titulo proprietatis sed tantum titulo Patronatus.

4° M^{ster} Guillelmus Dagoumer antiquus Univers. Rector legit libellum a se confectum non perfectum tamen quo refelluntur momenta et argumenta responsionis quam Redemptor juris extincti mancipii opposuit libello supplici ab universitate probato et ab eadem Regi et Consistorianis judicibus porrecto adversus præfati Redemptoris petitionem nimirum ut jura extincti mancipii ab universitate persolvantur ob extructum ab octoginta annis et amplius eam Domum et Academicam quæ appellatur l'hotel de l'université postulavit idem M^{ter} Dagoumer nominari viros Academicos, quibus cum possit prædictum libellum diligenter expendere, emendare, perpolire ac eo deducere ut à Trib. Acad. probari possit ac deinde judicibus offerri. placuit rogari Ampl. Rectorem ut id oneris sibi desumat.

5° Quod dixit Ampl. Rector ad se venisse D. Camusel notarium ac petiisse nomine Illus. Præsidis infulati D. De Molé ut ipsi universitas aliquid remitteret de juribus censualibus universitati obvenientibus ex eâ soli parte quæ inclusa est in illo terræ spatio quod occupat et comprehendit domus hactenus inscripta l'hotel de Roquelaure quam quidem domum præfatum D. Molé emere constituisse nondum tamen emptionis instrumentum confecisse porrò se juxta conclusionem in Comitiis superioribus factam remisisse nomine universitatis, octo et viginti denariis in singulas libellas, iis conditionibus ut Emptor solemni declaratione det fidem nec se, nec suos, quos dicunt causam habentes, prædictam soli Academici partem hominibus juris mancipii quacunque ratione alienaturos. placuit ratum haberi, quod hac in re fecit Amplissimus Rector.

Res gestæ
apud Chirurgos Barbitonsores Parisienses
a Die Sabbati 12.a Decembris 1739
ad Diem Sabbati 25.am Junii 1740

M.o Petro Joanne Baptistâ Chomel iterùm Decano

Anno Domini 1739 Chirurgi Barbitonsores more solito Decanum cum duobus Doctoribus per Schedulas a Chirurgi Primarii vicario aut ab uno è Præpositis subsignatas ad Actus et Magisteria Tyronum Chirurgorum invitaverunt. quibus Actibus nec Decanus nec ullus Doctor adfuit propter rationes allatas in Superioribus Commentariis M.o Stephano francisco Geoffroy Decano.

Hi autem Actus fuerunt

Die Sabbati 12.o Decembris 1739 Dictus le Maire more solito cooptatus et aggregatus fuit.

Die Sabbati 14.a Maii 1740 dictus Ravenet interrogatus fuit pro Tentativâ coram Decano et duobus Doctoribus probantibus vi Decreti lati die 24.o februarii ejusdem anni de quibus vide Acta et Comitia facultatis pag. 466.

Die Lunæ 16. Maii 1740 dictus Bruyere pro Tentativâ interrogatus fuit coram Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die Mercurii 18.o Maii 1740 dictus Lassus Tentativam aggressus fuit et interrogatus præsentibus Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die Jovis 19.o Maii 1740 dictus Delbeuf primo Examine tentatus fuit præsentibus Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die 20.o Maii 1740 dictus Delyon tentatus est examine coram Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die Sabbati 21.o Maii 1740 filius dicti Sauri examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die Lunæ 30.o Maii 1740 dictus la forest examine tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die Lunæ 20.o Junii 1740 dictus Caille Tentativam subiit coram Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die Mercurii 22.o Junii 1740 Dictus Martin tentatus est coram Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Die Sabbati 25.a Junii 1740 dictus Maurain pro Tentativâ interrogatus fuit coram Decano et duobus Doctoribus approbantibus.

Obstetrices
apud chirurgos Parisienses
examinatæ et gradum Magisterii
adeptæ

a Die Martis 5.° Januarii 1740
ad Diem Lunæ 20.^{am} Junii 1740

M.° Petro Joanne Baptistâ
Chomel Decano

Per Schedulas a Protochirurgi Vicario subscriptas invitatus fuit Decanus et probavit responsa horum obstetricum.

Die Martis 5.° Januarii 1740 dicta Gourdon.
Die Jovis 17.° Martii 1740 dicta Desforges.
Die Jovis 27.ª Aprilis 1740 Dicta fleureau
Die Martis 3.ª Maii 1740 Dicta Dupré.
Die Veneris 6.ª Maii 1740 Dicta Isenard non probata
Die Sabbati 7.ª Maii 1740 dicta Prieur.
Die Martis 31.ª Maii 1740 dicta fontaine.
Die 20.° Junii 1740 Dicta Isenard tunc probata.

Sequuntur nomina et
cognomina

Chirurgorum Barbitonsorum Sancosmianorum qui per hunc secundum Decanatûs M.ʳⁱ P. J. B. Chomel annum libellos supplices facultatis Decano obtulerunt ut ipsis liceret obtinere Cadavera ad operationes Chirurgicas et dissectiones Anatomicas celebrandas.

Crescentius Garengeot, Chirurgus.
Cæsar Verdier, Chirurgus.
Bernardus Labat, Tyro, Andouillé Conductor.
Raymundus Le Vasseur, Tyro, patre Conductore.
Petrus Villiars, Tyro, Bertrand Conductor
Petrus Boulanger, Tyro, Bertrand Conductor.

Res gestæ apud Aromatarios et Pharmacopæos Parisienses M.o Petro Joanne Baptistâ Chomel iterum Decano

Die 28.â Novembris anni 1729 dictus Couzier specimen suum edidit coram Decano et Professoribus Doctore Magistro Paschalis pharmacopæo.
Die vero primâ Decembris ejusdem anni Sacramentum fecit solitum et ab antiquiore Professorum D.D.o Herault urbanæ Politiæ Præfecto præsentatus est.

Codex rationarius Accepti et Expensi ordinarii et extraordinarii

a Die Septimo Novembris 1739 ad Diem quartum Julii 1740

M. Petro Joanne Baptistâ Chomel iterum Decano

Caput primum
Accepti ex annuo reditu facultatis

a Viduâ La Grive pro Sex mensibus annuæ Locationis minorum facultatis ædium accepit Decanus Summam centum et decem libellarum — — — — — — — — 110.ᵗᵗ

ab eadem pro tribus mensibus earumdem ædium Locationis accepit Decanus Summam quinquaginta quinque libellarum — 55.ᵗᵗ

a dicto Raffignat pro pretio Locationis majorum facultatis ædium accepit Decanus Summam centum et octoginta duarum libellarum cum quinque assibus — — — — 182.ᵗᵗ 5.ˢ

ab eodem accepit Decanus Summam Sexaginta libellarum — 60.ᵗᵗ

ab eodem ad integram locationis Solvendæ consumptionem accepit Decanus Summam trecentarum et Sexaginta libellarum cum quinque Assibus — — — — — 360.ᵗᵗ 5.ˢ

ab urbis Quæstore pro Sex mensibus majoris Contractus accepit Decanus Summam centum et Septuaginta quinque libellarum — — — — — — 175.ᵗᵗ

a Quæstore Postarum pro Sex mensibus annuæ Pensionis a Rege nostris Professoribus concessæ accepit Decanus Summam noningentarum libellarum — — — — — 900.ᵗᵗ

Caput Secundum
Accepti a Baccalaureis in Quæstionibus Quodlibetariis pro Stipendiis Lectorum et Registro

a M.º La Cloy libras quatuor cum decem assibus. — — 4.ᵗᵗ 10ˢ

a M.º Bertin — — — — — — — — 4.ᵗᵗ 10ˢ

Summa hujus paginæ est de dix huit cent cinquante et une livre, dix sols

a M.º Peaget — — — — — — — — — — 4.tt 10s
a M.º Le Monnier — — — — — — — — — 4.tt 10s
a M.º Vieillard — — — — — — — — — 4.tt 10s
a M.º Lucas — — — — — — — — — — 4.tt 10s

Caput tertium Accepti a Baccalaureis in quæstionibus quodlibetariis pro Horto

a M.º La Cloy librastres cum quatuor assibus — — — 3.tt 4s
a M.º Bertin — — — — — — — — — — 3.tt 4s
a M.º Peaget — — — — — — — — — — 3.tt 4s
a M.º Le Monnier — — — — — — — — — 3.tt 4s
a M.º Vieillard — — — — — — — — — 3.tt 4s
a M.º Lucas — — — — — — — — — — 3.tt 4s

Caput quartum Accepti a Baccalaureis Pro Anatomia et Schœdulis non registratis

a M.º La Cloy libras sexdecim — — — — — — 16.tt
a M.º Bertin — — — — — — — — — — 16.tt
a M.º Peaget — — — — — — — — — — 16.tt
a M.º Le Monnier — — — — — — — — — 16.tt
a M.º Vieillard — — — — — — — — — 16.tt
a M.º Lucas — — — — — — — — — — 16.tt

Caput quintum Accepti a Baccalaureis Pro Aulæorum usu — 24.tt

a M.º La Cloy viginti quatuor libras — — — — 24.tt
a M.º Bertin — — — — — — — — — — 24.tt
a M.º Peaget — — — — — — — — — — 24.tt
a M.º le Monnier — — — — — — — — — 24.tt
a M.º Vieillard — — — — — — — — — 24.tt
a M.º Lucas — — — — — — — — — —

Summa hujus paginæ est de deux cent soixante et dix sept livres quatre sols P

Caput Sextum
Accepti a Medicinæ Studiosis Pro jure Inscriptionum et Sigillo

a Medicinæ Studiosis pro jure inscriptionis et pro jure Sigilli accepit Decanus Septingentas et Septuaginta duas libras — — — — 772.tt

Caput Septimum
Accepti a Baccalaureis pro annuo Capitationis Stipendio anni 1740

a M.o Delacloy Sexdecim libras cum decem assibus. — — — — 16.tt 10s
a M.o Bertin — — — — — — — — — — — — — — — 16.tt 10s
a M.o Beaget — — — — — — — — — — — — — — — 16.tt 10s
a M.o Le Monnier — — — — — — — — — — — — — 16.tt 10s
a M.o Vieillard — — — — — — — — — — — — — — 16.tt 10s
a M.o Lucas — — — — — — — — — — — — — — — 16.tt 10s

Caput octavum
Accepti a Medicinæ Candidatis examinandis, Pro Anatomiâ et Schedulis non registratis

a M.o Baron Sexdecim libras — — — — — — 16.tt
a M.o Coldevillars — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Le Thieulier — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Bergier — — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Bercher — — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Desbois — — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Vandenesse — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Busson — — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Despreaux — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Arragon — — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Clauzier — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Isez — — — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Delarsaone — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Macquer — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o De la Sourdiere — — — — — — — — 16.tt
a M.o Lalouette — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Liger — — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Guettard — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o S.t Leger — — — — — — — — — — — 16.tt
a M.o Herissant — — — — —

Summa hujus paginæ est de onze cent quatre vingt onze livres

Caput nonum Accepti a Medicinæ Candidatis admissis ad Baccalaureatum pro Jure Bursarum

a M°. Baron Sexdecim libras — 16tt
a M°. Col Devillars — 16tt
a M°. le Thieulier — 16tt
a M°. Bergier — 16tt
a M°. Bercher — 16tt
a M°. Desbois — 16tt
a M°. Vandenesse — 16tt
a M°. Busson — 16tt
a M°. Despreaux — 16tt
a M°. Arragon — 16tt
a M°. Clauzier — 16tt
a M°. Isez — 16tt
a M°. Dela Saone — 16tt
a M°. Macquer — 16tt
a M°. Dela Sourdiere — 16tt
a M°. Lalouette — 16tt
a M°. Leger — 16tt
a M°. Guettard — 16tt
a M°. St. Leger — 16tt
a M°. Herissant — 16tt

Caput decimum Accepti a Medicinæ Candidatis admissis ad Baccalaureatum pro Sacello et ornamentis loco Saccari.

a M°. Baron Sexdecim libras — 16tt
a M°. Col Devillars — 16tt
a M°. le Thieulier — 16tt
a M°. Bergier — 16tt
a M°. Bercher — 16tt
a M°. Desbois — 16tt
a M°. Vandenesse — 16tt
a M°. Busson — 16tt
a M°. Despreaux — 16tt
a M°. Arragon — 16tt
a M°. Clauzier — 16tt
a M°. Isez — 16tt
a M°. Dela Saone — 16tt

Summa hujus paginæ est de cinq cens vingt huit livres [illegible]

a Mᵒ Macquer — — — — — — — — — — 16.tt
a Mᵒ Dela Sourdiere — — — — — — — — 16.tt
a Mᵒ Lalouette — — — — — — — — — 16.tt
a Mᵒ Liger — — — — — — — — — — 16.tt
a Mᵒ Guettard — — — — — — — — — 16.tt
a Mᵒ St Leger — — — — — — — — — 16.tt
a Mᵒ Herissant — — — — — — — — — 16.tt

Caput undecimum Accepti ex reliquâ pecunia propter absentiam Doctorum in Thesibus et Examinibus

Propter absentiam Doctorum in Thesi cui praefuit ~~extra ordinem~~ Mᵉʳ Gedeon De Rabours relicta est Decano Summa quadraginta quatuor libellarum — — — — — =44.tt

propter absentiam Doctorum in primâ Thesi cui praefuit Mᵉʳ Carolus Dionis relicta est Decano Summa quinquaginta duarum libellarum — — — — — — 52.tt

in primâ Thesi quodlibetariâ cui praefuit Mᵉʳ Petrus Roussin de Montabourg propter absentiam Doctorum relicta est Decano Summa quadraginta quatuor libellarum — — — 44.tt

In Examine Chirurgico propter absentiam Doctorum relicta est Decano Summa quadraginta octo libellarum — — 48.tt

In eodem Examine relicta est Decano Summa trigenta librarum 30.tt

Propter absentiam Doctorum ab Examine Botanico relicta est Decano Summa ducentarum octoginta octo libellarum — 288.tt

Caput duodecimum Accepti Extraordinarii a Mᵒ Roussin De Montabourg

Decanus accepit a Mᵒ Roussin De Montabourg Summam mille Septingentarum Sexaginta quinque libellarum cum duodecim assibus quam facultati debebat ut patet duabus chirographicationibus datis Diebus 5ᵒ Augusti et 1ᵒ 9.bris 1732 apud dominum Boursier et Collegam Notarios, tunc Decanatum agente Mᵒ Hyacintho Theodoro Baron — — — — 1765.tt 12s

Summa hujus paginae est de deux mil trois cent quatrevingt trois livres douze sols.

Summa totius accepti est de six mille deux cent trente et une livre, six sols.

[paraph]

Visé quittances

Tabulæ Expensi ordinarii et extraordinarii

Caput primum Expensi

Ex Rationibus prioris anni Decanatûs M.ri Petri Joannis Baptistæ Chomel coram facultate redditis, facultas ipsi debebat Summam trecentarum viginti trium Supra Septem millia libellarum cum uno Asse et Sex Denariis — — — 7323.tt 1ſ 6d

Ipsi debet insuper Solitum honorarium centum et quinquaginta librarum — — — — — — — — — 150.tt

Pro centum et quinquaginta octo calculis argenteis Doctoribus præsentibus Aulicis et Causariis distributis qui rationes obsignarunt numeravit Decanus Summam ducentarum Septuaginta trium libellarum — — — — — 273.tt

Viduæ Andel majoris Apparitoris quinquaginta libras — — 50.tt

Dicto Marais minori Apparitori eandem Summam — — 50.tt

Caput Secundum Expensi Pro Anatomiâ et operibus Chirurgicis

M.o Malouin Pathologiæ Professori pro Anatomiâ in Amphitheatro celebratâ persolvit Decanus libras trigenta — — 30.tt

Chirurgo Mertrud cujus manu usus est libras viginti — — — 20.tt

Pro aliis Sumptibus Anatomes octoginta tres libras cum Sexdecim Assibus — — — — — — — — 83.tt 16ſ

M.o Martinenq Chirurgiæ Professori pro operibus Chirurgicis in Amphitheatro celebratis Solvit Decanus trigenta libras — — 30.tt

Chirurgo Andouillé operanti viginti libras — — — — 20.tt

Pro Sumptibus Cadaveris et aliis in hisce operibus impensis centum et trigenta tres libras cum quinque Assibus — — 133.tt 5ſ

Summa hujus paginæ est de huit mil cent soixante et trois livres deux sols six deniers [paraph]

Caput tertium Expensi
Pro Stipendiis Professorum ex ære Postarum

M.o Malouin Scholarum Professori ~~centum et quinquaginta libras~~	150.tt
M.o Bailly Phisiologiæ Professori	150.tt
M.o Brunet Rei herbariæ Professori	150.tt
M.o Cosnier Pharmaciæ Professori	150.tt
M.o Martineng Chirurgiæ Professori	150.tt
M.o Mery Chirurgiæ Gallico Idiomate Professori	150.tt

Caput quartum Expensi
Pro Stipendiis Professorum ex ære facultatis

Visis quittanciis [illegible]

M.o Malouin nonaginta libras	90.tt
+ ~~M.o Cosnier~~	~~90~~.tt
M.o Martineng	90.tt
M.o Mery	90.tt
M.o Brunet	90.tt
M.o Bailly	nihil

Caput quintum Expensi
Pro Refusionibus

M.o Malouin duas libras	2.tt
M.o Cosnier	2.tt
M.o Martineng	2.tt
M.o Mery	2.tt
M.o Brunet	2.tt
M.o Bourdelin Censori	2.tt
M.o Chomel Decano libras quatuor	4

Summa hujus paginæ est de deux cent soixante et quinze livres

Caput Sextum Expensi
Pro Rebus Sacris

Pro aniversario Dⁱ. Luçon viginti quinque libras persolvit Decanus — 25 tt

Pro aniversario Dⁱ. De Colonia octo libras — 8 tt

Dº. Borthon capellano centum et undecim libras cum duodecim Assibus et Sex Denariis — 111 tt 12 s 6

Ministrantibus Bidellis viginti quatuor libras cum quinque Assibus — 24 tt 5 s

Dicto Belu Cerario septuaginta tres libras — 73 tt

Eidem dicto Belu Cerario in festo Divi Lucæ anni 1740 triginta novem libras — 39 tt

Caput Septimum Expensi
Pro rebus Academiæ

Doctoribus qui comitati Sunt Decanum in Supplicationibus Rectoris ad ædem Deo Sacram Sub invocatione Sᵗⁱ. Nicolai a Cardueto Die 14º. Decembris anni 1739 Decanus distribuit calculos argenteos pro quibus numerabit Summam quadraginta quinque librarum cum quinque Assibus — 45 tt 5 s

Pro offertorio duas libras cum duodecim Assibus — 2 tt 12 s

In Supplicationibus Rectoris Die 18ª. Martii 1740 ad ædem Deo Sacram Sub invocatione Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Doctoribus præsentibus Decanus distribuit calculos argenteos pro quibus numerabit Summam quadraginta trium librarum cum quindecim assibus — 43 tt 15 s

Pro offertorio duas libras cum decem assibus — 2 tt 10 s

Decano comitatum præbenti Rectori Cereos Magistratibus offerenti Sex libras — 6 tt

Mº. Bourdelin Censori libras tres — 3 tt

Apparitoribus libras tres — 3 tt

Decano comitatum præbenti Rectori Cereos Versalias deferenti Duodecim libras — 12 tt

Mº. Bourdelin Censori Sex libras — 6 tt

Apparitoribus Sex libras — 6 tt

in Supplicationibus Rectoris ad ædem Deo Sacram Sub invocatione Sᵗⁱ. Ludovici in Regia Navarra ob calculos Doctoribus distributos numerabit Decanus quadraginta libras cum quindecim assibus — 40 tt 15 s

pro offertorio libras duas cum Sex Assibus — 2 tt 6 s

Summa hujus paginae est de quatre cent cinquante quatre livres six deniers

Visis. Quillaneit

Caput octavum Expensi

Pro Comitiis prima-mensis dictis

In Comitiis prima mensis dictis Die 1.a Decembris 1739 habitis Decanus Doctoribus presentibus distribuit calculos argenteos pro quibus numeravit Summam Septemdecim librarum cum decem assibus — 17.lb 10s

In iisdem Comitiis Die 2.a Januarii 1740 habitis propter calculos Doctoribus distributos Decanus numeravit Summam viginti unius librarum — 21.lb

in iisdem Comitiis habitis die 3.a februarii Decanus distribuit Calculos pro Summâ Septemdecim librarum cum decem Assibus — 17.lb 10s

in Comitiis Primamensis habitis Die 2.a Martii Doctoribus calculi distributi sunt a Decano pro Summâ novemdecim librarum cum quinque Assibus — 19.lb 5s

in iisdem Comitiis Die 1.a Aprilis habitis Decanus ob calculos Doctoribus distributos numeravit Summam novemdecim librarum cum quinque Assibus — 19.lb 5s

in iisdem Comitiis Die 2.a Maii habitis ob calculos Doctoribus distributos Decanus numeravit Summam novemdecim librarum cum quinque Assibus — 19.lb 5s

propter calculos Doctoribus distributos in Comitiis Die 1.a Junii habitis Decanus numeravit Summam viginti unius librarum — 21.lb

propter Calculos Doctoribus distributos in Comitiis Die 1.a Julii habitis Decanus numeravit Summam viginti duarum librarum cum quindecim Assibus — 22.lb 15s

in Comitiis habitis 1.a Augusti propter calculos Doctoribus distributos Decanus numeravit Summam viginti Septem libellarum cum quindecim Assibus — 27.lb 15.lb

Visis [illegible]

Caput nonum Expensi

Pro calculis in funeribus et obitibus Doctorum distributis

In funeribus M.i Henrici Guyot ad ædem Deo sacram sub invocatione SS. Gervasii et Protasii die 29.o Martii 1740 celebratis pro calculis distributis Decanus numeravit Summam quadraginta trium libellarum cum quindecim Assibus — 43.lb 15s

Pro calculis distributis in funeribus M.i Breauxe Antiquioris Scholæ magistri celebratis Die 25.o Aprilis ad ædem Sancti Nicolai a campis numeravit Decanus Summam viginti duarum libellarum cum quindecim Assibus — 22.lb 15s

In sacro Solemni pro requie M.i Breauxe distributi sunt Calculi pro Summâ viginti Sex libellarum cum quinque Assibus — 26.lb 5s

In Sacro Solemni pro requie M.i Guyot distributi sunt calculi pro Summâ viginti Sex libellarum cum quinque Assibus — 26.lb 5s

Summa [illegible] pagina [illegible]

In funeribus Mi. Bailly celebratis ad Basilicam Sti. Joannis in Graviâ distributi sunt calculi pro summa quinquaginta novem libellarum cum decem assibus — 59.tt 10s

In Sacro Solemni pro requie illius animæ Decanus numeravit summam viginti sex libellarum cum quinque assibus — 26.tt 5s

In funeribus Mi. Jacobi fourneau celebratis ad Basilicam Sti. Sulpitii Decanus pro calculis distributis numeravit summam triginta quinque libellarum — 35.tt

In Sacro Solemni pro illius animæ requie Decanus numeravit summam viginti sex libellarum cum quinque assibus — 26.tt 5s

In funeribus Mi. Petri Joannis Baptistæ Chomel Decani celebratis Die 4o. Julii ad Basilicam Sti. Benedicti distributi sunt calculi argentei pro summâ septuaginta libellarum — 70.tt

In Sacro Solemni pro illius animæ requie distributi sunt calculi pro summâ viginti sex libellarum cum quinque assibus — 26.tt 5s

In Sacro Solemni pro sublevandâ animâ Mi. Augustini folliot de St. vast apud Andegavenses mortui distributi sunt calculi pro summa viginti octo libellarum — 28.tt

Visa Quittance 17

Caput Decimum Expensi ordinarii et extraordinarii Pro rebus et litibus facultatis

Dicto La Lande pro affixis Programmatibus libras novem — 9.tt

Eidem pro affixis aliis Programmatibus M.M. Mery, Malouin, Martineng, Cosnier viginti quatuor libras — 24.tt

Eidem pro affixis Decani Mandatis duodecim libras — 12.tt

Pro Rhedis meritoriis quibus usus est Decanus ad persequenda facultatis negotia viginti libras — 20.tt

Pro consilio Patronorum viginti quatuor libras — 24.tt

Viduæ Andel pro Impensis ordinariis persolvit Decanus summam octoginta unius libellarum cum quinque assibus — 81.tt 5s

Viduæ Mi. fremont pro annuâ Pensione persolvit Decanus summam Ducentarum libellarum — 200.tt

Ostiario Galliarum Cancellarii sex libras — 6.tt

Aulæorum Textori viginti quatuor libras — 24.tt

Apparitori nomine Le Brat solvit Decanus unam supra quinquaginta libram cum octo assibus — 51.tt 8s

Eidem pro affixis Aulæis viginti septem libras cum decem assibus — 27.tt 10s

Servo cuidam Lutetiæ Tabellam jussu Mercatorum Præfecti Di. Turgot ad facultatem deferenti duodecim libras — 12.tt

Summa hujus paginæ est de sept cent soixante et deux livres huit sols [illegible]

Accenso pro destructione muri Amphiteathro juncti libram unam cum quatuor Assibus — — — — — — — — — 1.lt 4 s

Viduæ Ardel pro sex mensibus annuæ Pensionis illi a facultate concessæ solvit Decanus triginta septem libras cum decem assibus — — — — — — — — — — 37.lt 10 s

Dicto Chatotain fabro lignario pro reparatis et de novo fabrefactis Scholarum subsellius solvit Decanus summam Septuaginta octo libellarum — — — — — — 78.lt

Pro caducis impensis ~~quadra~~ quadraginta libras — — — — — 40.lt

Pro Decani honorario centum libras — — — — — 100.lt

Visis Quittanciis

Caput ad memoriam
eorum quæ facultati debentur

Debet Mr. Antonius ferrein summam quadringentarum libellarum cui solvendæ sese obstrinxit manicato suo Syngrapho schedulâ quam in suâ possessione habet Mr. Joannes Baptista Chomel Decani fato functi filius — — ad memoriam

Summa hujus paginæ est de deux cent cinquante six livres huit sols.

Summa totius accepti est de six mille deux cent trente et une livres, six sols.

Summa verò totius expensi est de onze mille deux cent seize livres dix sols.

Ergo summa totius ~~expensi~~ superat summam totius accepti ~~[illegible]~~ de quatre mille neuf cent quatre vingt-cinq livres quatre sols.

facultas ratas et gratas habet rationes praelibitas anni Decanatus M. Petri Joannis Baptistæ Chomel fato functi, ipsi que ob res ab eo praeclare gestas decernit honorarium centum libellarum, haeredibus ejus solvendarum, Doctoribus praesentibus, Aulicis, et censoriis honorarium duorum calculorum argenteorum, bidellis tantumdem, Decano et Antiquiori magistro duplum.

Insuper statuit facultas summam de quatre mille neuf cent quatre vingt cinq livres quatre sols, quæ a facultate debetur Magistro Petro Joanni baptistæ Chomel fato functo, ipsius haeredibus esse a Magistro Elia Col de Villers Decano persolvendam. eo die conclusit Elias Col de Villars. Decanus

Leaulté censor promere et filio suo ... ferrein

Du Cerf Procope martineng pro d° Cron conserv.
Couzier prome et pro filio Baron. prome Chevalier Bertrand
Maloët Geremagny martineng Bisnie. Afforty pro a
Dauier De Breuille Seager Vasse De Laneuf Jacques
Hinault Galnier Le Thieullier Cosnier
Delarivière dofusson et pro fratre josepho millet et pro m. marcis et depin
Malouin Hernes Dubois. Mery Boyer Lehoc
Linguet. Boutelin prom et pro Delavigne et
Bellot prom et pro D. Lemery fontaine Cochu Dejean
Vandermonde Malouet Vieillard Boulland
Payen Poissard Murry Lipereau ferrein
Majault Bouvart prome et Dno De Montabourg
Belletete ferret De Rabours Dionis et pro d. Andry
Baude Delactor Midy. Bertin LeMonnier prome et pro d. Brunet
Peaget filius Lucas de Laurembert Davol

bidelli 4
Calculi 146

Die Sabbati primâ Aprilis 1741 facultas per Schedulam convocata de Sectionibus et demonstrationibus Anatomicis, à Baccalaureis propriâ manu celebratis suum judicium per Scrutinium latura in iisdem Comitiis decrevit ut ut Dominus Baron antiquus facultatis Decanus, ipse annuens, historiam facultatis et rationes Domini Urbani Leaulté Exdecani et Scholarum antiquioris in Commentariis conscriberet, quas dictus Magister Leaulté propter provectiorem aetatem et visûs debilitatem exarare non potuit et sic conclusit Elias Col Devilars Decanus.

Virtute presentis Decreti Ego Magister Hyacinthus Theodorus Baron Antiquus facultatis Decanus rationes et Commentarios quadrimestris Decanatûs Mi. Urbani Leaulté Exdecani et Scholarum antiquioris propriâ manu hisce codicibus inscripsi.

Deo favente

Commentarius
rerum in facultate medicâ Parisiensi gestarum cum Tabulis Accepti et Expensi

a Die Mercurii Sexto Julii 1740
ad Diem Sabbati quintum Novembris ejusdem anni

M.° Urbano Leaulté Parisino Decano

Anno Domini Supra millesimum Septingentesimo quadragesimo Die Mercurii Sexto Julii convocatis per schedulam, ut moris est, Doctoribus medicis omnibus in Scholas Superiores horâ decimâ matutinâ, Decanum in locum M.ⁱ Chomel fato functi electuris unanimi consensu â Saluberrimâ facultate vivâ voce Decanus fuit proclamatus magister Urbanus Leaulté antiquior Scholæ magister, Sic concludente M.° Claudio Du Cerf Doctorum præsentium antiquiore, in cujus manibus Solitum præstitit jusjurandum, ab eo que Decanatus Solita accepit insignia.

Vesperiæ et Doctoratus

Die Mercurii 28.ª 7.^bris 1740 celebratus fuit in Scholis inferioribus actus Vesperiarum M.ⁱ Joannis Ludovici Baude De la Cloy Licentiati Præside M.° francisco Mery quo in actu fuit hæc bimenbris quæstio in utramque partem agitata

an Aer Sanguini misceatur — per Pulmones? / per Alimenta?

Primum Quæstionis menbrum enodandum proposuit M.^er Mery Actus Præses M.° Petro Lalouette Baccalaureo. alterum M.^er Ludovicus Joannes le Thieullier in utramque partem prius agitatum Licentiato De la Cloy Solvendum reliquit.

Die 3.° 8.^bris 1740 celebratus fuit Doctoratus ejusdem M.ⁱ Joannis Lud.^ci Baude De la Cloy M.° francisco Mery Præside hujus Actus hæc fuit Quæstio bimenbris.

an Peripneumoniæ — venæ Sectio pluries repetita? / Emeticum?

Primum Quæstionis menbrum in utramque partem prius agitatum M.° Ludovico Petro le Hoc novus Doctor, alterum Actus Præses M.° le Thieullier prius in utramque partem discussum proposuit enodandum:

Die Jovis 13ª 8bris celebratus est in Scholis inferioribus Actus Vesperiarum M.i Leandri Peaget, Praeside M.o Michaele Peaget Patre, M.i Ludovici Hieronimi Cosnier vices gerente. hoc in Actu fuit in utramque partem agitata bimenbris haec Quaestio.

an medicamenta tutiora — ex Vegetabilibus? / Simplicia compositis?

Primum Quaestionis menbrum M.o Juliano Busson Baccalaureo M.er Peaget Actus Praeses, alterum licentiato Leandro Peaget M.er franciscus Mery enodandum proposuit.

Die Veneris 14ª 8bris celebratus est in Scholis inferioribus Actus Vesperiarum M.i Ludovici Guillelmi le Monnier Praeside M.o Claudio Brunet vices gerente M.i Bernardi De Jussieu, cujus Actus haec fuit bimenbris Quaestio.

an a diverso Tritu — Temperamenta / Excreta — diversa?

Primum Quaestionis menbrum in utramque partem prius discussum M.o Josepho-Mariae-francisco De la Sone Baccalaureo Actus Praeses, alterum pariter hinc et inde agitatum Licentiato proposuit solvendum M.er Peaget Pater.

Die Lunae 17ª 8bris in Scholis inferioribus doctorali Pileo fuit decoratus M.er Ludovicus Guillelmus le Monnier Praeside M.o Claudio Brunet M.i Bernardi De Jussieu vices gerente. in hoc Actu bimenbris quaestio Subsequentium verborum serie concepta fuit agitata

an a Tritu — viliato / restituto — adversa / Secunda — Valetudo?

Primum Quaestionis menbrum in utramque partem agitavit novus Doctor, hunc que postea solvendum proposuit M.o vices gerenti M.i francisci Josephi Hunauld. alterum prius in utramque partem discussum m.o Michaeli Peaget enodandum reliquit Actus Praeses.

Die Jovis 20ª 8bris M.er Leander Peaget Doctoratus accepit insignia M.o Michaele Peaget Praeside et Ludovici Hieronimi Cosnier vices gerente. haec autem fuit bimenbris agitata Quaestio

an Singultui Sedando — Narcotica? / Emetica?

Primum Quaestionis menbrum novus Doctor hinc et inde agitatum prius, M.o Raymundo De la Riviere, alterum Actus Praeses in utramque partem discussum M.o francisco Mery proposuit solvendum.

Die Lunae 24ª 8bris in Scholis inferioribus celebratus est M.i Josephi Exuperii Bertin vesperiarum Actus, Praeside M.o francisco Josepho Hunauld, vices gerente M.i Guillelmi Josephi de l'Epine hoc in

Actu

Actu fuit hæc in utramque partem bimembris agitata Quæstio

quis humor in Sanguine Salia præcipue vehit.? oblinit.?

Actus Præses M.º Joanni francisco Isez Baccalaureo Solvendum proposuit primum Quæstionis membrum hinc et inde prius discussum. Licentiato alterum in utramque partem prius agitatum proposuit enodandum M.er Claudius Brunet.

Die Mercurii 26.º mensis 8bris Doctorali pileo fuit donatus M.er Josephus Exuperius Bertin Præside M.º francisco Josepho Hunauld M.i Guillelmi Josephi Delepine vices gerente. hac autem bimembris hinc et inde fuit agitata Quæstio

an Phtisicis Sudantibus Theriaca convenit.?

Sanguinem alvo fundentibus mors proxima accedit.?

Primum Quæstionis membrum M.º M.i Antonii Casamajor vices gerente Solvendum proposuit novus Doctor in utramque partem prius versatum. M.º Claudio Brunet alterum hinc et inde discussum prius reliquit enodandum Actus moderator.

Die Jovis 27.º 8bris M.º Joanne Baptista Dubois Præside M.i Ludovici Alexandri Vieillard vesperiæ fuerunt celebratæ. Sub hâc verborum serie bimembris in utramque partem agitata fuit Quæstio

An oriantur Nævi ab imaginatione prægnantis.? quovis tempore graviditatis

M.º Petro Bercher Baccalaureo primum Quæstionis membrum in utramque partem discussum prius reliquit enodandum Actûs Præses. alterum proposuit Solvendum Licentiato M.er Carolus Bayon M.i Hunauld vices gerens.

Die Sabbati 29.º 8bris Doctorali Pileo donatus est M.er Ludovicus Alexander Vieillard Præside M.º Joanne Baptista Dubois hujus Actûs bimembris Quæstio Sub Sequenti verborum serie hinc et inde fuit discussa.

an Sputum cruentum in Peripneumonia melius incruento.? Pleuritidis Solitariæ genuinum Symptoma.?

Primum Quæstionis membrum in utramque partem versavit novus Doctor M.º Ludovico Mariæ Pousse filio. alterum hunc postea enodandum proposuit M.º francisco Josepho Hunauld Solvendum reliquit. Actûs Præses prius in utramque partem agitatum.

Die Veneris 4.º 9bris in Scholis inferioribus celebratus est M.i Benjamin Ludovici Lucas De Laurembert Actus Vesperiarum Præside M.º Joanne Baptista Boyer cujus Actûs hæc fuit Quæstio bimembris.

an Submersorum mors ab epotâ Aquâ.? ex Solo defectu respirationis.?

Primum Quaestionis membrum in utramque partem prius agitatum M.o Carolo Ludovico Liger Baccalaureo Actus Praeses; alterum hinc et inde similiter discussum Licentiato M.er Joannes Baptista Du Bois proposuit enodandum:

Die Lunae 7.o 9.bris Doctorali Pileo in Scholis inferioribus decoratus est M.er Benjamin Ludovicus Lucas De Lacrembert M.o Joanne Baptista Boyer Praeside: haec autem bimembris agitata est Quaestio

An primo Apoplexiae insultu Emeticum? Venae Sectio?

Primum Quaestionis membrum in utramque partem agitavit novus Doctor, Moxque M.o Ludovico Jacobo Bipereau M.i Hyacinthi Theodori Baron filii vices gerente proposuit enodandum. alterum Actus moderator M.o Claudio Brunet vices gerente M.i Joannis Baptistae Du Bois solvendum proposuit in utramque partem prius agitatum.

Acta et Comitia Saluberrimi Medicorum Parisiensium ordinis

Anno domini 1740 Die Sabbati 23° Julii convocatis Doctoribus per Schedulam, ut moris est, Saluberrimus ordo M. Lucæ Augustino De S.t Rasti Sacro Solemni parentavit.

Die 1° Augusti 1740 pro more habita Sunt menstrua Comitia in quibus, actum est de morbis grassantibus observatumque fuit febres epidemicè ingruisse. hæ malignas æmulabantur hæmorragiis Siquidem Stipatæ apparebant quæ venæ Sectionibus revulsivis cesserunt. insuper multi doloribus colicis fuerunt vexati quibus narcotica generalibus etiam præmissis remediis incassum adhibita sunt. Symptomatique facilè gravioribus motus convulsivi vehementes his accedentes, non nisi balnei usu tepidi fuerunt Sedati.

Die Lunæ 1° Augusti 1740 convocati Sunt Doctores Medici omnes in Scholas Superiores, Ementos Baccalaureos de Praxi Medicâ interrogaturi, et eodem die Sequentibus que ejusdem hebdomadæ interrogaturi, et eodem die Sequentibus diebus de praxi medicâ interrogaturi, et eodem die Sequentibus que ejusdem hebdomadæ diebus, de praxi medicâ Baccalaurei emeriti tentati fuerunt, ab horâ 3.â ad 6.am

Die Sabbati 6° Augusti convocati Sunt Doctores horâ 10.â matutinâ Suum de Baccalaureorum emeritorum de praxi medicâ tentatorum responsionibus judicium per Scrutinium laturi, nec non de jure rotuli deliberaturi, et Examinatores rationum posterioris anni Decanatûs M.i francisci Chomel fato functi electuri; probaverunt responsa Baccalaureorum emeritorum, de iis qui jus rotuli possiderent Statuerunt, et examinandis rationibus posterioris anni Decanatûs proposuerunt

De majori ordine
M.os Winslow
Besnier
Jacques

de minori ordine
M.os fontaine
Payen
Bouvart

Die 25° Augusti horâ post meridiem 3.â convocati Doctores in Aulam exteriorem illustrissimi ac reverendissimi Archiepiscopi Parisiensis Comitatum præbuerunt Decano Baccalaureos emeritos offerenti meritissimo Ecclesiæ Parisiensis et Academiæ Cancellario qui eos maximâ excepit benignitate et oratione disertissimâ nullam Scientiam Reipublicæ medicinâ utiliorem, Civium amore neminem Medico digniorem inconcussis probavit argumentis.

Die 1° 7bris 1740 habita Sunt menstrua Comitia prima Mensis dicta ubi retulerunt Doctores paucissimas observasse febres nedum malignas at multos cruciatos fuisse doloribus colicis convulsivis qui diureticis ritè adhibitis, fuerunt Sedati, Sed maximè a Balneo

Die Dominico 4°. 7.^bris 1740 horâ post meridiem 3.^â in Scholis inferioribus publicas Paranymphi actiones celebravit M.^er Alexander Ludovicus Vieillard unus è Licentiandis.

Die Lunæ 5°. 7.^bris horâ 9.^a matutinâ in Aula exteriori Illustrissimi et reverendissimi Archiepiscopi parisiensis collectis Doctorum præsentium tantum qui jure rotuli gaudebant per Scrutinium suffragiis à meritissimo Ecclesiæ Parisiensis et Academiæ Cancellario ad Licentiam promoti fuerunt ~~sex~~ Licentiandi ordine sequenti

M.^i Joannes Ludovicus Baude De la Cloy
Josephus Exuperius Berbin
Ludovicus Guillelmus Le Monnier
Ludovicus Alexander Vieillard
Leander Peaget
Benjamin Ludovicus Lucas de Laurembert

Posteà in Sacello illustrissimi Archiepiscopi ab eodem meritissimo Cancellario nomine Thyerry Benedictionem Apostolicam acceperunt ad Licentiam promoti: propositâ prius pro more ab Illustrissimo Cancellario 1.° Licentiato De la Cloy quæstione his verbis ~~D~~ conceptâ. an Pestis sit morbus contagiosus, et posito quod sit contagiosus cur omnes æqualiter non afficiat.

Die Martis 13.° 7.^bris 1740 facultas legitimè convocata per schedulam horâ post meridiem 3.^â auditura postulationem M.^i Chomel filii petentis ut honoraria quæ facultas M.° Chomel Patri dum viveret Decano concessisset. suis hæredibus servarentur. re in deliberationem missâ ex majori suffragiorum numero, facultas decrevit. solita Calculorum jura tum et honorarium unius nummi aurei viginti quatuor librarum pro singulis licentiatis cujus summa hoc anno est centum quadraginta quatuor libellarum hæredibus Magistri Chomel conservanda esse, quod spectat ad jura quæ percipit Decanus in actibus vesperiarum et Doctoratuum declaravit ea Decano tum gerenti sive sit M.^er Leaulté, sive alter, deberi. et sic ex majori suffragiorum numero, reclamante Decano conclusi ego antiquiori Doctorum præsentium M.^ro Claudio Du Cerf, M.^ro hyacintho Theodoro Baron, et M.^ro David Vasse.

Die Mercurii 28.° 7.^bris anni 1740 convocati fuere Doctores omnes medici in scholas superiores, horâ post meridiem 3.^â auditiri relationem clarissimorum virorum qui examinandis rationibus posterioris anni Decanatus M.^i Joannis Baptistæ Chomel propositi fuerant, nec non varias reædificandi Amphitheatri

Amphitheatri delineationes inspecturi: de iis posteà et de aliis rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi.

1°. itaque auditâ relatione clarissimorum virorum qui examinandis rationibus posterioris anni Decanatus M.ri Joannis Baptistæ Chomel fato functi propositi fuerant, Censuit facultas rogandum esse M.rum Hyacinthum Theodorum Baron antiquum facultatis Decanum vellet ut res gestas à M.o Chomel rationes que ipsius Accepti et Expensi in facultatis Commentariis inscribere, cui facultatis voto postquam annuit dictus M.r Baron cum facultate Sic conclusit Leaulté Decanus.

2°. ubi variæ reædificandi Amphitheatri delineationes palam et in conspectu omnium expositæ fuerunt, judicavit facultas delineationes hujusmodi committendas esse atque subjiciendas examini clarissimorum Collegarum qui jam antea ad id negotii conficiendum propositi fuerant et sic conclusit Leaulté Decanus.

3°. demum exposuit Decanus à filio Illustrissimi quondam Collegæ nostri M.ri Antonii le Moyne fato functi postulari ut in sui gratiam vellet facultas examen aperire quod vulgò Jubileum nuncupatur, et postquam lectus fuit 11.us Statutorum Articulus, quo cavetur ne temerè fiat Examen illud, neve aperiatur, nisi Baccalaureorum numerus sustinendæ Scholæ dignitati impar fuerit, auditis que rationibus a Decano super hac re propositis, re in deliberationem missâ, ex majori suffragiorum numero decrevit facultas, ut sua statuta religiosè observarentur, nullumque tunc temporis aperiretur examen et ita cum facultate conclusit Leaulté Decanus.

Die 1.° 8.bris habita sunt menstrua facultatis comitia in quibus nihil fuit malignitatis observatum inter morbos grassantes.

Anno Domini 1740 Die verò 6.° 8.bris convocati fuere Doctores omnes medici in Scholas superiores horâ 10.a matutinâ audituri lectionem duarum Epistolarum quæ clarissimis Collegis ad Decanum scriptæ fuerant, et super ipsas deliberaturi: postquam audita fuit lectio duarum Epistolarum quibus postulabatur a Decano, vellet ut convocare facultatem ad aperiendum Examen dictum Jubileum in gratiam filii M.ri Antonii le Moyne nostri dum viveret Collegæ clarissimi, re in Deliberationem missâ, censuit facultas ex majori suffragiorum numero, in gratiam filii M.ri le Moyne esse aperiendum Examen, et ita propter majorem suffragiorum numerum conclusit Leaulté Decanus.

cui quidem deliberationi intercesserunt illicò M.er Hyacinthus Theodorus Baron Antiquus facultatis Decanus, nec non et alii Collegæ amantissimi, qui, cum audivissent plures è Doctoribus in ea fuisse sententiâ, ut Jubileum aperiretur examen, cuilibet candidato indiscriminatim concedendum, ne statuta facultatis et ejus Decreta supremi Senatus

authoritate

authoritate confirmata posthac violarentur reclamaverunt, cujus quidem intercessionis actum a Decano postulavere M.i reclamantes quem idcirco ipsis polliditus est Facult.is Decanus.

Sequuntur litteræ ad Decanum missæ.

Monsieur
Jeus l'honneur hier matin de vous demander publiquement une assemblée pour decider en forme si on accordera un Jubilé a M.r le Moyne fils et petit fils de nos Collegues. je vous reitere cette demande par cette lettre et si cela ne suffit pas indiquez moy une heure ou je puisse vous trouver et jray une troisieme fois vous la demander. jattend vostre reponse et suis avec respect M.r votre tres humble et tres obeissant serviteur Procope
a Paris ce 4 8.bre 1740.

Monsieur
La memoire de nos anciens maistres à toujours été trop chere a la faculté pour que nous n'accordions pas nostre protection a ceux de leurs enfans qui veulent marcher sur leurs traces. M.r le Moyne demande la grace du Jubilé, quoyque dans la derniere assemblée qui n'etoit pas ad hoc il y ait eu quelques oppositions, nous esperons que vous voudrez bien vous joindre a nous, pour luy faire sentir combien la memoire de ses Peres, nous est chere. nous vous prions de luy accorder une assemblée generale pour le Jubilé. c'est le vray moyen d'engager les jeunes gens a nous faire honneur, que de leurs ouvrir les tresorz de bonté que la faculté n'a pas coutume de fermer a ceux qui ont envie de bien faire. nous comptons sur votre bonté, et nous esperons qu'ayant egard a nostre demande vous assemblerez la faculté pour deliberer sur l'affaire du Jubilé. nous sommes Monsieur avec bien du respect vostres humbles serviteurs
Lemery, falconet, Silva, Burette, Du Bois.

Die Mercurii decimo octobris 1740 convocati fuere Doctores omnes Medici in Scholas Superiores per schedulam cui sequentia erant prascripta:
Ut Religiose serventur Statuta facultatis et ejus Decreta quæ forte ignorantur a quibusdam, censuit Decanus, typis mandandum esse 11.um Statutorum facultatis Articulum nec non et Decretum a facultate latum, die 7.o 7.bris anni 1718 M.o Amando Doutté Decano, et supremi Senatus authoritate munitum atque confirmatum: quæ quidem a singulis Doctoribus legenda viritim distribuentur ne quis deinceps in eorum ignoratione versetur.

Statutorum facultatis Art. XI.

Si Baccalaureorum numerus Sustinendae Scholae medicae dignitati —
par non fuerit, liceat alterum Examen aperire Sequentibus Remigialibus
Si modo facultati trinâ convocatione legitimè convocatae ita visum fuerit:
Sed id non fiat temerè; hoc autem tempore exacto, Candidatis Examen non
pateat, nisi altero biennio.

Arrest de la Cour De Parlement

Portant homologation du Decret de la faculté de Medecine du 20 Aoust
dernier, concernant l'Examen appellé Jubilé, et le temps des Licences.

du 7 Septembre 1718

Loüis par la grace de Dieu Roy de france et de Navarre au premier
huissier de nostre Cour de Parlement, ou autre nostre huissier ou sergent
Sur ce requis Scavoir faisons que, vû par la Requeste a elle presentée
par Armand Douté premier Medecin de Madame De Berry et Doyen
de la faculté de Medecine a ce que pour les causes y contenües il plut a la
ditte Cour ordonner que le Decret de la faculté de Medecine du 20 Aoust
1718 Sera homologué en laditte Cour, pour estre executé Selon Sa forme
et teneur, faire defenses a tous Bacheliers et Licentiez d'y contrevenir, vû
aussy le dit Decret dont la teneur Ensuit

Anno Domini millesimo Septingentesimo Decimo octavo die Sabbati
Sexto mensis Augusti, horâ decimâ matutinâ convocatis, ut moris est,
per Juramentum et Schedulam Doctoribus omnibus Collegii Medicorum
Parisiensium, habitoque conventu super Mr. Armandi Douté Decani —
expostulatione adversus nonnullos abusus, quibus animadvertit non sine
doloris Sensu, facultas Medica Parisiensis quasdam Scholae Suae leges
et consuetudines paucis abhinc annis violatas fuisse non mediocriter.
Inde praesertim dolet ordo Saluberrimus, quod eousque Suâ indulgentiâ
devenerit, ut multos inusitatos quos apud se passus sit institui Jubilaeos,
ut aiunt, quibus contigit Baccalaureos quosdam vix dimidium —
Stadii ordinarii cursum peregisse. Baccalaurei tantâ facilitate
freti quid non subinde tentaverunt? triste dictu! reliquae Licentiarum
ordinationis sese praestiterunt arbitros, Soboles posthumae, posthumorum
parentum non dedignatae Sunt agnitionem: Baccalaurei enim nuperis
abhinc annis ad nutum et arbitrium, Sub quo voluerint Decano Licentiae
gradum assequuntur, quod quidem a quo consilio provenerit, non potest
non videri portentosum. his de causis medicinae facultas non minus publicae
Civium Salutis, quam Alumnorum aliquot Suorum in officio continendorum
Studio ducta, ut Suas constitutiones, leges et Statuta augustissimi Galliarum
Senatus authoritate Sancita in integrum pristinumque Statum restituat,

post trinam —

post trinam convocationem ad hoc a Decano institutam unanimi consensu vetat at prohibet ne ullum deinceps examen aperiatur nisi tempore quadragesimæ; hoc autem tempore exacto, Candidatis Examen non pateat nisi altero biennio, ut fert Articulus 11.us Statutorum. Si verò, filii doctorum qui omni favore sunt excipiendi postulaverint ut alterum Examen, Jubilæum dictum, aperiatur, liceat aperire sequentibus Remigialibus tantum, non verò alio tempore; sed ea conditione ut cum filiis Doctorum ad hoc Examen admittatur nemo. ordinavitque providè saluberrima facultas Baccalaureos emeritos qui Licentiæ gradu non donabuntur sub finem posterioris anni Stadii sui ordinarii post Paschalia, juxta Articulum trigesimum quartum Statutorum, in biennium esse remittendos, nec promoveri posse ad Licentias, nisi quo tempore Baccalaurei novi promovebantur ab altero Decano post Paschalia posterioris anni. ac ne ex hujus jam olim non semel lati, nunc demum renovati Decreti ignoratione quisquam post hac excusationem prætendat, ipsum primo quoque tempore typis mandandum, promulgandum et Scholæ valvis affigendum censet ordo saluberrimus. insuper ut hoc Decretum vim legis habeat, postulat facultas, ut Decani sui cura enixè rogetur illustrissimus senatus princeps, velit ut hoc Decretum novo senatus-consulto confirmare atque ita ex omnium sententia conclusit Doubé Decanus. Datum in Scholis superioribus Medicorum Parisiensium Die 20.° Mensis Augusti anni 1718 et autres pieces attachées a la Requeste signée Viard procureur. Conclusions du Procureur general du Roy. Ouy le Rapport de M.e Nicolas fraguier conseiller, et tout consideré Nostre ditte Cour a homologué et homologue le dit Decret de la faculté selon sa forme et teneur: fait deffenses a tous Licentiez et Bacheliers d'y contrevenir. Si mandons mettre le present arrest a execution selon sa forme et teneur, et faire pour l'execution d'iceluy tous actes et Exploits sur ce requis et necessaires: de ce faire te donnons pouvoir. donné à Paris en Parlement le septieme de septembre l'an de grace mil sept cent dix huit, et de nostre Regne le troisieme Collationné Signé Mangot, avec Paraphe. et plus bas par la Chambre signé Gilbert.

Per Juramentum

Ut Pax et concordia vigeat inter Magistros nullus que detur insuper locus intercessioni in ultimis comitiis factæ ab illustrissimo viro M.° Hyacintho Theodoro Baron antiquo facultatis Decano, nec non et ab aliis Collegis nostris amantissimis, qui, ne facultatis Decreta et Statuta posthac violarentur, reclamaverant; convocentur Doctores omnes Medici in Scholas superiores, Die Mercurii 12.° 8.bris horâ post meridiem 3.^a de Jubilæo Examine, in gratiam filii M.i Antonii le Moyne

Antonii le Moyne, nostri, dum viveret, Collegæ clarissimi; jam jam aperiendo deliberaturi. datum Lutetiæ Parisiorum Die octavo ejusdem anni 1740
Leaullté antiquior Scholæ magister Decanus.

Re in deliberationem missa ex majori suffragiorum Doctorum præsentium numero facultas ad Examen Jubilæum dictum admisit Antonium Sylvestrum Le Moyne et alios quoscunque Candidatos et sic conclusit Leaulté Decanus.

Illico iterarunt intercessionem suam Mri Doctores subsignati quæ quidem intercessio eos tantum spectabat Candidatos qui cum Antonio Sylvestro le Moyne ad Examen admitterentur et subsignaverunt Mri Du Cerf, Baron, Martineng, Afforty, Leaulté filius, Bellot, Payen, Ishoard, Pipereau

Huic Decreto obtemperans Decanus convocavit omnes Doctores Medicos in Scholas superiores Die Lunæ 17o 8bris horâ post meridiem tertiâ supplicationem Candidatorum audituros et super eâ deliberaturos per schedulam datam Parisiis Die 14a ejusdem mensis anni 1740.

Interim Decano fuit denuntiatum Die 15o 8bris Supremi Senatus consultum; idcirco de eo ad facultatem relaturus Decanus convocandos iterum esse Doctores censuit per schedulam his verbis conceptam.

Convocentur Doctores omnes medici in Scholas superiores Die Lunæ 17o 8bris horâ post meridiem 3a. Lectionem Supremi Senatûs-Consulti Decano recens denuntiati, necnon Antonii Sylvestri le Moyne Candidati filii Mi Antonii le Moyne, nostri, dum viveret, Collegæ, clarissimi, supplicationem audituri. Datum Parisiis die Sabbati 15o ejusdem mensis anni 1740.
Leaulté Antiquior Scholæ magister Decanus.

Congregatis Doctoribus die supradicto lectum fuit supremi Senatus consultum sequentibus expressum verbis.

Extrait des Registres de Parlement

Vû par la Chambre la Requeste presentée par claude Du Cerf Hyacinthe Theodore Baron Ancien Doyen de la faculté de Medecine de Paris, Jean Baptiste Thomas Martineng, Pierre Afforty, Jean françois Leaulté, Loüis florent Bellot, Charles Payen, Jean Ishoard et Louis Jacques Pipereau tous Docteurs Regens de la faculté de Medecine, a cequ'ils fussent receus appellans du pretendu Decret de la faculté de Medecine de Paris du Douze du present mois d'octobre, en ceque par iceluy il a esté arresté qu'on admettroit a l'examen avec le fils de Mr. le Moyne

tous autres

tous autres Candidats qui se presenteroient indistinctement, tenir l'Appel pour bien relevé, permettre d'intimer qui bon leur semblera sur ledit Appel, sur lequel les parties auront audience au landemain de la St. Martin et cependant par provision ordonner que l'Article onze des Statuts de la faculté de Medecine Registré en la Cour le trois 7.bre 1598 ensemble l'Arrest de la Cour du 7 7.bre 1718 portant homologation du Decret de la faculté de Medecine du 20 Aoust de la même année seront executez selon leur forme et teneur et conformement a iceux faire deffense de mettre a execution ledit Decret de la faculté dudit jour 12 8.bre et d'admettre a l'examen appellé Jubilé aucun autre Candidat qu'Antoine Sylvestre le Moyne, fils d'Antoine le Moyne decedé Docteur de la ditte faculté jusques a ce qu'autrement par la Cour il en ait été ordonné, passer outre et faire poursuitte ailleurs qu'en la Cour a peine de nullité. Vû les pieces attachées a la ditte Requeste signée Thomason procureur, Conclusions du Procureur general du Roy. Oüy le rapport de Maitre Jean Baptiste De Montullé Conseiller, tout consideré la Chambre reçoit les Suplians appellans, tient l'Appel pour bien relevé, leur permet de faire intimer qui bon leur semblera sur ledit Appel, sur lequel les parties auront audience au Landemain de la St. Martin, et cependant ordonne par provision que l'Article onze des Statuts de la faculté de Medecine Registré en la Cour, ensemble l'Arrest du 7. 7.bre 1718 seront executez selon leur forme et teneur et conformement a iceux fait deffenses de mettre a execution ledit decret de la faculté de Medecine du 12 8.bre present mois et d'admettre a l'examen appellé Jubilé aucun autre Candidat qu'Antoine Sylvestre le Moyne fils d'Antoine le Moyne decedé Docteur de la ditte faculté jusques a ce qu'autrement par la Cour en ait été ordonné passer outre et faire poursuitte ailleurs qu'en la Cour a peine de nullité, mille livres d'amende, Depens, Dommages et Interests, fait en Vacations le 15 8.bre 1740 Signé collationné Isabeau.

L'an mil sept cent quarante le quinzieme jour d'octobre a la Requeste de Claude Du Cerf Docteur Regent de la faculté de Medecine de Paris y demeurant rüe et vis avis le temple, pour lequel domicille est Elû en la maison de Maitre Claude Hector Thomason Procureur au Parlement seize rüe Ste. Croix de la Bretonnerie Paroisse St. Paul, nous Jacques Predaque huissier au Parlement demeurant vieille rüe du Temple Paroisse St. Paul soussigné avons signifié et donné copie a la ditte faculté de Medecine de Paris en la personne de Mtre. Urbain Laulté Docteur et Doyen de la ditte faculté en son domicille Rüe St. Antoine en parlant a sa personne de l'Arrest cy dessus obtenu par le dit sieur Du Cerf a ce qu'il n'en ignore, et luy ai reiteré les deffenses portées et ay audit Mtre. Leaulté en son dit domicile parlant comme dessus laissé

la presente copie

la presente copie signé Bredague avec Paraphe.

Auditâ hujusce supremi Senatus consulti lectione Decrevit facultas ex majori suffragiorum numero, viâ requisitâ et necessariâ ex consilio Patronorum procedendum esse et intercedendum contra Senatus consultum nuperrimè latum, et sic conclusit Leaulté Decanus ac deliberationem subsignaverunt Mri Procope et le Thieullier.

Anno Domini supra millesimum septingentesimo quadragesimo, Die Martis, 18.a mensis 8bris Divo Lucæ Medicorum patrono dicata post sacrum solita sunt habita Comitia, in quibus actum est præsertim de componendâ lite quæ circa Jubilæum Examen Candidatis aperiendum, jam ab aliquot diebus, inter Magistros movebatur. Auditis hinc inde variis controversiæ dirimendæ modis, totum id negotii traditum fuit conficiendum Mo Ludovico, Claudio Bourdelin antiquo facultatis Decano et Academiæ censori, qui tanquam relligiosus interpres, verissimam Doctorum præsentium sententiam in Tabulas prescriptam facultati postridiè referret.

Die igitur Mercurii 19.o mensis ejusdem et anni, cum ex solemni more, per juramentum doctores quam frequentissimi Sacro pro defunctis Magistris interfuissent, statim à sacro, in scholas superiores decesserunt, ubi audito Mo Ludovico Claudio Bourdelin in suâ relatione super componendâ lite ipsi pridiè delegata, statuerunt pacis et concordiæ monumentum subsequens, a dicto Mo Bourdelin concinnatum, posteris ac nepotibus mandandum esse atque conservandum; et sic conclusit Leaulté Decanus subsignatum a Mris Du Cerf, majoris, et le Thieullier minoris ordinis antiquioribus.

De aperiendo præteritis remigialibus, Sylvestri le Moyne in gratiam Jubilæo actum fuit variis quatuor in facultatis saluberrimæ Comitiis quod scilicet Examen Die Mercurii 28.o 7.bris generalibus quidem, sed ad id tamen negotii non convocatis Comitiis Doctorum præsentium pars major, non tantum dicto le Moyne, sed et aliorum insuper Candidatorum supplicationi censuerat esse concedendum; intercedentibus tamen, intercessionis quæ suæ actum promoventibus, cum clarissimo viro Mo Hyacintho Theodoro Baron antiquo facultatis Decano, octo aliis Doctoribus.

Nec bifariam sic divisâ facultate, deerant utrique parti rationum momenta, quibus suam quisque sententiam deffenderet. asserebant scilicet qui stabant pro aperiendo Examine, Magistrorum filios omni favore excipiendos esse, apertam que pluries Jubilæum, aliis Candidatis quos fors obtulisset, licet Magistrorum non filiis sic indulgente facultate saluberrimâ, non verò patuisse.

Parte aliâ, Statutorum facultatis articulo 11.o et Decreto die 7.o mensis Augusti anni 1718, Decano Mo Armando Douté lato, supremi que Senatus authoritate munito, freti reclamantes, nullum, nisi Magistri filium ad

filium ad Jubilæi Examen admitti aut debere aut posse contendebant.
qui ut Statutis Decreto que Saluberrimi ordinis suis tenore remaneret,
impetratum a se Supremi Senatus consultum, quo cavetur, ne excepto
Sylvestro le Moyne, ulli candidato supplicandi copia fiat, Mo. Urbano
Leaulté facultatis Decano, curavenint denunciari.

hujus Senatus Consulti auditâ, in Comitiis Die Lunæ 17o 8bris anni
1740 lectione, non modò non detumuit, sed violentius desæviit tempestas,
quæ facultatem à pluribus diebus huc illuc que versatam male
habebat, novâque novo huic Senatus consulto, ab ispenendi Jubilæi
affertoribus factâ intercessione, facultatem, in jus facultas dubio
procul rapuisset, nisi, quam strenuè in asserendis Statutis se
gesserant reclamantes, iidem nonnullorum motu Collegarum
votis atque precibus, tam humanè etiam tam piè a sua intercessione
abscedo, Saluberrimi ordinis paci atque concordiæ, matri que optimæ
tranquillitati consultum voluissent. ut igitur pax tamultu [illegible]
que dissensioni omnis deinceps ansa rescinderetur.

Censuit facultas admittendos quidem esse ad Jubilæum cum Sylvestro
le Moyne quotquot se offerunt Candidatos, eâ tamen lege, ut ne hæc
Saluberrimi ordinis indulgentia trahatur in exemplum, neo ad illud
idem Examen, cum Magistrorum filiis ullus posthac extraneus, nisi
Doctorum præsentium reclamante nemine, admittatur.

Censuit insuper ordo Saluberrimus præsens Decretum Commentariis
facultatis inscribendum esse, typis mandandum, singulis que Doctoribus
distribuendum. et sic cum facultate conclusit Leaulté antiquior Scholæ
Magister Decanus.

Eodem Die quatuor Chirurgorum præpositi obtulerunt Decano
annuum vectigal de 5.tt 14 s. Simul et Catalogum nullo eorum
Magistro subsignatum, nullo que præstito Jurejurando secesserunt
huic abusui intercessit facultas instrumento publico quod Barbitonsoribus
fuit denuntiatum per eumdem accessum quo præsentibus Magistris
fuit exaratum.

Sequitur hujus intercessionis instrumentum

L'an mil sept cent quarante le dix neuf octobre dix heures du matin a la
Requeste des Doyen et Docteurs Regens de la faculté de Medecine de
l'université de Paris qui ont Elu leur domicile en leurs Ecoles Superieures
Scises a Paris Rüe de la Bucherie Paroisse St. Estienne du mont, nous
Pierre Simon Robinet huissier aux Requestes du Palais a Paris y
demeurant Rüe des Gravilliers Paroisse St. Nicolas des Champs
Soussigné, nous sommes transporté aux dittes Ecoles Superieures pour
dresser nostre procés verbal de la comparution des Lieutenants et
Prevosts en charge de la Communeauté des Maistres Chirurgiens
Barbiers de Paris qui doivent se trouver les dit jour et heure en

l'assemblée

l'assemblée de la ditte faculté lors tenante aux dittes Ecoles Superieures, payer un Escu d'or de cent quatorze sols de redevance ordinaire, presenter la liste de leur Communeauté signée d'eux, et preter entre les mains du Doyen de la ditte faculté le serment ordinaire et accoutumé ou estant, sont comparus les sieurs DuBois, Taillard, delahayes et Chauvin, tous quatre Prevosts en charge de la ditte Communeauté, accompagné du sieur Cuquet leur Receveur, lesquels ont remis es mains de Mtre Leaulté Doyen de la faculté la somme de cent quatorze sols de redevance ordinaire et la liste de leur Communeauté et se sont retiré sur le champ n'ayant pas voulu prester aucun serment, et signer leur liste de le faire nous les avons sommé en parlant a leurs personnes.

De laquelle comparution les Doyen et Docteurs Regens de la ditte faculté ont protesté et protestent de nullité premierement, parceque le lieutenant de la ditte Communeauté qui en est Prevost perpetuel doit se trouver avec les quatre Prevosts en charge; secondement, parcequ'ils n'ont pas voulu prester le serment ordinaire et accoutumé, ainsy qu'il est d'usage et qu'il s'est toujours pratiqué, de plus la liste de leur Communeauté doit estre signée d'eux, la faculté ne pouvant approuver la ditte liste parce=
=quelle est intitulée liste de Messieurs les Chirurgiens Barbiers de Paris au lieu quelle doit estre intitulée liste des Maitres Chirurgiens Barbiers de Paris qualité qu'ils doivent prendre depuis leur reunion avec les Chirurgiens Barbiers, et que plusieurs de ceux qu'ils ont inscrits n'ont pas eté reçus suivant les regles prescrittes par l'Ordonnance de Blois; pourquoy la ditte faculté nous a requis de la signer et parapher ne varietur ce que nous avons fait au desir de nostre present procés verbal, d'oultre de ce que dessus les Doyen et Docteurs Regens de la ditte faculté nous ont requis acte, que nous leur avons octroyé, protestant de nullité de la presente comparution qui ne pourra leur nuire ni prejudicier a leurs droits et de se pourvoir ainsy et par les voyes qu'ils aviseront, et de repeter contre la ditte Communeauté touttes pertes, depens, dommages et interests, reiterant a cet effet touttes les protestations et reserves par eux faites dans les procés verbaux faits a pareils cas, les années precedentes, et nous avons le dit jour laissé copie du present a la Communeauté des Maitres Chirurgiens Barbiers de Paris en leur domicille et Bureau Rüe des Cordeliers a Paris, en parlant au Portier qui a refusé de dire son nom de ce interpellé, a ce qu'ils n'en ignorent leur reiterant les protestations y contenües, et a ledit Maistre Leaulté Doyen de la ditte faculté signé avec nous au present. Rayé un mot comme nul. Signé Robinet avec paraphe et plus bas controllé a Paris le dix neuvieme octobre mil sept cent quarante. R. 64 Signé Berlin. et a costé est ecrit receu six livres de Maistre Leaulté Doyen et paraphé.

Vi supradicti Decreti convocati sunt Doctores in Scholas Superiores die Veneris 21° 8bris 1740 horâ 10a. matutinâ Candidatorum supplicationem audituri, quibus per Accensorem lectus fuit sequens

intercessionis

intercessionis actus a M.º De Santeul subsignatus ac eodem Magistro requirente, Decano Doctoribus que fuit renuntiatus.

L'an mil sept cent quarante le vingt un d'octobre avant mydy a la Requeste de M.tre Louis de Santeul Docteur Regent de la faculté de Medecine de Paris y demeurant Rüe Beaubourg Paroisse Saint Mederic, ou il a élû son domicille, j'ay Jean Martin Ragon huissier Commissaire priseur au Châtelet de Paris y demeurant Rüe aux ours Paroisse St. Leu St. Gilles signifié et declaré a Messieurs les Doyen et Docteurs Regens de la faculté de Medecine assemblez ce=jourdhuy dixe heures du matin pour la reception des Candidats en leurs Ecoles Superieures Rüe de la Bucherie, en parlant à M.tre Urbain Leaulté Doyen et ancien Maistre de la ditte faculté, ainsy quil a dit être;

que le dit M. De Santeul en vertu de l'article onze des statuts même de l'arrest de la Cour du Mois de Mars 1718 concernants le Jubilé consent a la reception des dits Candidats comme étant convenable au bien public et a l'honneur des dittes Ecoles: mais quil n'a nul egard au dernier Decret du 19 du present Mois d'octobre, dans lequel il y a un Reglement qui ne peut estre soutenu par aucun motif, et sur lequel il se reserve de s'expliquer en temps et lieu, ayant declaré en pleine assemblée quil en appelloit, comme de fait il en appelle d'abondant par ces presentes Declarant que la reception des Candidats a laquelle il assistera, et pour laquelle il signera tous les actes ordinaires, ne pourra luy nuire ny prejudicier dans son appel, dont acte, a ce que les dits M. Doyen et Docteurs Regents n'en ignorent, je leur ay parlant que dessus laissé la presente copie signé De Santeul et Ragon avec Paraphe.

Supplicatione postea Candidatorum audita ipsorum litteras testimoniales studiorum et Baptisterii Decano oblatas examinatoribus commisit facultas. Die sabbati 22.º 8bris 1740 convocati doctores convenerunt in Scholas Superiores hora decima matutina post sacrum clarissimorum virorum qui examinandis Candidatorum litteris prepositi fuere relationem audituri ac de ea suum judicium laturi. et hæc ad facultatem retulerunt examinatores.

Viri clarissimi examinavimus quas oculis nostris subjecerunt vestri Candidati litteras testimoniales.

Sylvester Antonius le Moyne mimatensis natus Die 10.º Aprilis anno 1723, eodem die sacris fontibus ablutus, ut patet instrumento publico judicis syngrapho munito.

gradum Magisterii in artibus adeptus est in Academia Parisiensi die 24.º Julii anni 1739

litteras testimoniales studiorum exhibet M.i martineng Professoris Chirurgici à Martinalibus anni 1739 ad inducias Academicas ejusdem anni.

Ejusdem M.i Martineng M.i Bailly Professoris Phisiologici vices gerentis litteras testimoniales quibus constat per idem tempus lectiones Physiologicas ab eo exceptas fuisse.

litteras etiam

litteras etiam exhibet Mr. Brunet Rei herbariæ Professoris per idem tempus natus est igitur a septemdecim annis et sex mensibus et desunt illi litteræ Pharmaciæ et Pathologiæ professorum.

Natalis maria Gevigland Parisinus natus die 27º 8bris anni 1715 sacris fontibus ablutus die 28º ejusdem mensis et anni gradum Magisterii in artibus adeptus est in Academiâ Parisiensi die 12º 8bris anno 1734.

Baccalaureatus gradum in Medicinâ consecutus est in facultate Remensi die 3â Junii anni 1740.

gradum Licentiatus in eadem Academiâ adeptus est die 20â Augusti anno 1740 et insuper Doctoratus gradum die 22â ejusdem mensis et anni. natus itaque annos 25.

Jacobus franciscus Mabille Parisinus, annos natus 25 sacris fontibus ablutus die 18º Aprilis 1715.

Doctoratus gradum adeptus est in Academiâ Remensi servatis Baccalaureatum inter licentiatum interstitiis die Augusti 22º anno 1740.

Andreas Cantwel emerico hybernus ortus a parentibus catholicam Religionem profitentibus et juxta Ecclesiæ catholicæ ritum sacris fontibus ablutus ut patet ex litteris testimonialibus datis die 19â 8bris 1740 a Collegii Longobardorum seminario et Provisoribus.

gradum Doctoratus in Academiâ Monspeliensi consecutus est die 6â Mensis Maii anno 1729.

hac auditâ relatione censuit facultas Candidatos supradictos ad examen esse admittendos et sic conclusit Lo aulbé Decanus.

Die Lunæ 24º 8bris 1740 et sequentibus ejusdem hebdomadæ diebus Candidati coram facultate ad hoc convocata interrogati responderunt de Physiologiâ hygieine et Pathologiâ et aphorismum Hippocratis explicaverunt.

Die Sabbati 29º 8bris 1740 horâ 10â post sacrum Examinatores de interrogatis Candidatis suam ad facultatem expresserunt sententiam his verbis

Viri Medici quatuor Candidatos vobis præsentibus sedulò examinavimus, ex iis duo Cantuel scilicet et de Georgland nobis satisfecerunt.

alii duo Le Moyne et Mabille non satisfecerunt.

hâc brevi auditâ relatione ad Baccalaureatum et principium admittendos esse quatuor Candidatos per scrutinium judicavit facultas, duosque monitos voluit a Decano ut postea domini Cantuel vestigiis insisterent.

Præstito deinde solito jurejurando Baccalaurei in scholis inferioribus suum dixerunt principium.

Die 4º 9bris solito more habita sunt menstrua Comitia in quibus Doctores dixerunt nihil in morbis ultimo mense elapso notatu dignum observasse.

Eâdem Die fuit

Eodem die fuit ab Accenso Decano renuntiatus in Scholis Superioribus Actus sequens nomine Mi. Nicolai Andry antiqui facultatis Decani.

L'an Mil Sept cent quarante le quatrième jour de Novembre a la Requette de Mtre Nicolas Andry Conseiller du Roy Lecteur et Professeur en Medecine au College Royal de france Censeur Royal des livres Docteur Regent ancien Doyen et ancien Professeur des Ecoles de la faculté de Medecine de Paris, demeurant a Paris Rüe des fossés mont-martre paroisse St. Eustache ou il a elu son domicile, J'ay Jean Charles De Boues huissier Commissaire priseur au Chatelet de Paris y demeurant Rüe Des Poulies Paroisse St. Germain Lauxerrois Soussigné signifié et declaré a Mtre Urbain Leaulté ancien des dittes Ecolles et actuellement Doyen de la faculté demeurant a Paris Rüe St. Antoine en parlant a sa personne trouvé aux dittes Ecoles Rüe De la Bucherie, que le dit Mtre Nicolas Andry ayant receu hier trois du present mois par l'officié de la faculté un decret du 19 8bre dernier 1740 au sujet de l'Examen des Candidats appellés Jubilé il a esté tres surpris du Reglement qui y est porté, en ce que la faculté ayant la liberté et l'ayant toujours eu, d'admettre a la pluralité des voix ceux des Candidats qui se presentont avec les fils de Maitres, ou même sans eux a l'ouverture des Jubilés, n'auroit plus aujourdhuy droit, ni ceux qui la composeront par la suitte, si l'on exigeoit conformement au pretendu Decret, le consentement unanime de tous les Docteurs lors de l'assemblée laquelle par la reclamation d'un seul se trouveroient privez de l'effet de leur suffrage, l'unanimité etant avantageuse et necessaire dans le seul cas de la continuation d'un Doyen qui a fait ses deux ans, le dit Mtre Nicolas Andry declare par le present Acte qu'il s'oppose a ce reglement comme contraire au bien public, au droit et a l'honneur de la faculté, et quand même on auroit voulu par le dit Decret faire un Reglement qui eût touttes les qualités necessaires pour satisfaire au bien public et a l'honneur des Ecoles, le dit Mtre Nicolas Andry declare en outre que le dispositif du dit Decret est injurieux pour la faculté et même scandaleux; en sorte que le dit sieur Andry s'oppose pareillement a ce que ce pretendu Decret soit inseré dans les Commentaires de la faculté: proteste qu'il se pourvoira par touttes sortes de voyes dûes et raisonnables pour faire annuller le dit Decret dont il regarde le dispositif comme libelle diffamatoire contre la faculté, Dont Acte, et ay au dit sieur Leaulté parlant comme dessus laissé la presente copie. Signé Andry et de Boues avec paraphe.

Die quintâ 9bris 1740 per Schedulam convocatis omnibus Doctoribus Decanum et Professores Electuris Mter Urbanus Leaulté Decanus

decedens é

decedens è Magistratu depositis insignibus, gratias agendo quantum potuit amplissimas, rationes gestationis suæ brevissimæ, paucis reddidit. Deinde conjectis in urnam omnium doctorum præsentium nominibus Electores quinque sorte educti sunt tres

ex majori ordine

M.^i Thomas Martinenq.
Ludovicus Claudius Bourdelin antiquus Decanus.
Claudius Brunet.

ex minori ordine duo

M.^i franciscus Mery
franciscus felicitas Cochu.

qui quidem Electores simul in sacello concilium tenuere hinc horum antiquior M.^er Martinenq retulit electos fuisse ex majori ordine M.^rum Thomam Bernardum Bertrand et Eliam col De vilars de minori vero M.^um Guillelmum Josephum De l'Epine quorum nomina in urnam missa sunt, et sorte ductus est M.^er Bertrand, qui licet omnibus votis esset acceptissimus, cogi nullatenus potuit ut Decanatûs insignia acciperet et ad Juramentum veniret.

quo circa ad sacellum reversi quinque Electores proposuerunt M.^o Joanni francisco Leaulté M.^i Urbani Leaulté filio num vellet Decani sortem subire, qui ob valetudinem nondum satis firmam honorem istum pariter recusavit et in ejus locum nominatus fuit M.^er Petrus Afforty. horum itaque trium nomina scilicet Col De vilars Afforty et De l'Epine iterum in urnam missa sunt et sorte tandem ductus est M.^er Elias Col De vilars qui libenti animo accepit et Decanatum et Decanatûs insignia è manibus M.^i Urbani Leaulté antiquioris Scholæ Magistri è Decanatu decedentis cujus inter manus solitum præstitit sacramentum, tum ab universo ordine Censor Academiæ renuntiatus est M.^der Urbanus Leaulté Ant. Sch. M.^r et Exdecanus. electioni autem professorum præfuit novus Decanus et Juramentum ab his accepit ut sui juris est.

omissum in capite Actorum

Die septimo Mensis Julii 1740 sex a facultate deputati Doctores, nimirum è primo ordine M.^i Lemery, Baron et Bertrand è juniorum ordine M.^i De l'Epine, Le Thieullier et Chomel, unâ cum Decano M.^o Urbano Leaulté illustrissimum Dominum Turgot Mercatorum Prætorem, et Comitem Consistorianum adierant, ipsi per amplas propter magnificam Lutetiæ Parisiensis, quam medicæ facultati dono dederat Tabulam Topographicam gratias redditurі: cui Gallicè, ut moris est, verba fecit M.^ter Urbanus Leaulté Antiquior scholæ M.^er et Decanus

et Decanus. Deputatos Togâ et humerali coccineo indutos praecedebant duo Apparitores ornati ut decet et cum suis fascibus. hanc perhonorificè accepit legationem illustrissimus Prætor, suumque ubique patrocinium saluberrimo ordini pollicitus est. Deputatos ad ultimam usque Domûs Aulam comitatus est Prætor humanissimus.

Res gestæ in Academiâ Parisiensi

M.o Urbano Leaulté Decano

a Die duodecimâ Julii 1740 ad Diem Septimam octobris 1740

Anno Domini 1740 die duodecimâ Julii habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem D.um Nepveu in Laudunæo.

Quod verba fecit amplis. Rector, Contractum ab illustrissimo Præside infulato D.um De Molé initum ad coemendas ædes, quæ inscribuntur l'hostel de Roquelaure allatum ad se fuisse die 10.a hujus mensis et per se in universitatis censum ex legitimis formulis referretur (Gallicè Ensaisiner) pro eâ soli parte quæ prædicta universitatis dominio continetur: quod se haud cunctanter fecisse, postquam D.us Camuset, Notarius, dato in id scripto declaravit, se pro manibus habere quantum pecuniæ necesse est ad dissolvendas obventiones hujusce venditionis quascumque censuales, quamquidem pecuniam numerare paratus sit, statim atque ventilatione universitatem inter et Abbatiam S.ti Germani factâ, quid unicuique competat, liquido constiterit: quodque amplissimus idem Rector de instituendâ quamprimum prædicta ventilatione retulit.

De eâ re audito M.o Allaire Prosyndico, placuit 1.o probari quod fecit amplis. Rector, referendo in censum Contractum ab illustrissimo Præside infulato D. Molé initum tanquam emptore ac novo possessore Domus vulgò l'hotel de Roquelaure pro eâ nimirum soli parte quæ universitatis dominio continetur. 2.o delegari M.M. Allaire Prosyndicum, et Besoigne ærarii Academici Quæstorem qui sivé conjunctim, sive eorum alter nomine universitatis potestatem faciant honesto viro Petro Ludovico Richard perito (ut aiunt) jurato æstimatori agendi cum æstimatore ab Abbatiâ S.ti Germani a Pratis assumpto et commisso, et unà cum eo, ejusdem universitatis nomine metiendi ventilandi et æstimandi quanta pars soli in universitatis dominio positi inclusa sit in eo terræ spatio quod occupat et comprehendit supra dicta Domus quæ ipsa in prædicta Abbatiæ S.ti Germani dominio extructa est et collocata; simulque æstimandi, quantam obventionum censualium ex prædicta soli parte universitati redire debeat, habita ratione totius pretii; quo prædictam domum ab Illustrissimo Præside infulato emptam fuisse constat ex instrumento venditionis die nona hujus mensis confecto: tum etiam si forte inter utrumque æstimatorem non conveniat assumendi pro more æstimatorem tertium seu arbitrum,

qui rem inclinet

qui rem inclinet. denique placuit mandari prædictis Professoribus et Quæstori ut una cum præfatis æstimatoribus intersint sive conjunctim sive eorum alter in lustranda obeundaque prædicta soli parte, illicque faciant quascumque observationes ac requisitiones æquas et opportunas esse judicaverint.

Die 6.ª Augusti 1740 habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissi. Rectorem in Collegio Dormano: 1.º Supplicarunt pro litteris nominationis M. vincentius Stephanus Bopart Presbyter Parisinus jure Baccalaureatûs in utroque jure et quinquennii in juridicâ facultate item et Sexaginta et octo alii jure magisterii artium et quinquennii: omnibus supplicibus quibus nihil erat vitii in suis litteris et instrumentis, placuit sua postulata simpliciter concedi, cæteris verò quibus vitii aliquid deprehensum est in instrumentis et litteris cum exceptione admitti sunt.

2.º Supplicavit pro Licentiâ habendi hac in urbe Pædagogii subolienbolâ universitatis M. Jacobus Guillot Bajocour in artibus magister placuit priusquam illius postulationis ratio habeatur, in ejus mores ac peritiam inquiri per ornatissimos Picardiæ et Normanniæ Procuratores.

3.º lecta et recognita sunt quæ fuerant in proximè superioribus comitiis acta et statuta, die nimirum 12 Julii.

4.º quod verba fecit amplissimus Rector, ex conclusione die 7.ª Maii proximè præteriti factâ, institutum fuisse ab universitate et secundum juris formulas denuntiatum intercessionem ne in tabulas supremi senatûs referantur litteræ Regiæ patentes quas venerabile capitulum Ecclesiæ Parisiensis nuper impetravit super Episcopali Decreto, quo capitulum Ecclesiæ Collegiatæ S.ti Germani vulgo Altissiodorensis, cum ipso venerabili Ecclesiæ Parisiensis capitulo conjungitur et adunatur. paucis post diebus ad se venisse Cancellarium et Camerarium prædictæ Ecclesiæ Parisiensis cum Abbat. D. de Corberon ejusdem Ecclesiæ Canonico amicè postulantes, ut ne universitas, in persequendâ ac defendendâ suâ intercessione, uti vellet toto morarum spatio per leges concesso; ut ea res, quod sperant, ante solemnes supremi senatûs vacationes agi ac peragi possit, se ad hæc respondisse, per universitatis voluntatem non stetisse, quominus res quam citissimè peragatur. Sed necesse est dari Patronis Academicis tempus idoneum ad actiones suas instruendas ac præparandas: itaque ad eos prius adeundum esse, quam certi quidquam respondeatur. Patronos Academicos ab Actoribus prædicti Capituli conventos dixisse non posse de tempore instruendis suis actionibus necessario statuere, nisi totius rei, de quâ agitur, acta et instrumenta viderint, puta Episcopale Decretum, ipsas litteras patentes, et tabulam seu statum redituum et onerum utriusque Capituli. prædictos Capituli Parisiensis actores ultrò detulisse, et communicasse Decretum et litteras patentes: Tabulam verò bonorum et onerum non dedisse. porrò cum Universitatis intercessio ad solam beneficiorum extinctionem spectet

non posse

non posse Patronos eam extinctionem reprehendere et oppugnare nisi ex redituum
et onerum cognitione viderint aequane sit an iniqua illa extinctio, de eâre
audito prosyndico ratum et gratum habitum est, quod hac in re dixit et fecit
Ampliss. Rector: deindè placuit amicè postulari a capitulo Parisiensi, ut
ultrò communicetur cum Patronis academicis tabula praedicta Redituum
et onerum: quod si fiat, hortandos Patronos ut quam celerrimè poterunt
actiones suas paratas habeant, etiam neglecto morarum intervallo per leges
concesso; sin minus lege agendum cum praedicto capitulo ut ad tradendam
praedictam tabulam jure adigatur, provocando scilicet ab Episcopali
Decreto tanquam ab abusu.

5°. placuit gratias agi per scribam universitatis viro clarissimo D°.
Rolin de quarto volumine historiae Romanae, quod dono misit tum
ampliss. Rectori, tum singulis deputatis et officiariis.

Die 27.â Augusti 1740 habita sunt in antecessum comitia ordinaria
Deputatorum universitatis apud ampliss. Rectorem in Laudunaeo.

1°. auditi sunt quinque supplices pro litteris nominationis jure
Magisterii artium et quinquennii; placuit supplicibus sua postulata
concedi.

2°. auditâ relatione ornatissimorum Picardiae et Normanniae Procuratorum
de M. Jacobo Guillot, in artibus magistro, placuit dari ei licentiam
habendi hâc in urbe paedagogii sub clientelâ universitatis.

3°. lecta et recognita sunt, quae fuerant acta et conclusa in comitiis
die 4.â Julii et 6 a Augusti habitis.

4°. quod viri honesti Julianus Forest et Richardus Vancer nuntii universitatis
Jurati, dixerunt, sibi exortam esse litem adversus viduam aliosque ejus
habentes ad haereditatem viri honesti francisci Martin, civis, dum viveret,
Vincennensis eos porrò a se vocatos fuisse in jus apud Castelletum secundum
privilegia universitatis, cum autem illi hanc jurisdictionem declinent, jam
sibi adversus eos litem esse de foro: ad universitatem itaque confugere
suppliciter postulantes, ut ipsa causae suae velit accedere; de eâre audito
Prosyndico, placuit, rem ad forenses universitatis consiliarios remitti, ut
cognitâ praedictorum nuntiorum causâ sententiam de illorum postulatione
dicant; quae sententia si secundum petentium vota fuerit, tum causae
subscriptura universitatem, eâ conditione ut primum omnium praedicti
nuntii damni infecti satisdent.

5°. placuit rogari amplissimum Rectorem, ut pro suâ prudentiâ videat,
quali mercede seu honorario, remunerari debeat quam operam vir clariss.
M. Lanecessout universitati dedit in emendando perpoliendo et absolvendo
libello memoriali, de quo mentio habetur in conclusione diei 2.â Julii,
adversus Redemptorem juris extincti mancipii.

6°. Dictum est, si Redemptori Jurium Abbatiae Sti. Germani à Pratis
ultro concedant et agnoscant partem soli Academici in eo inclusi terrae
spatio quod occupat et comprehendit domus, de quâ jam saepius, vulgò
l'hotel de Roquelaure

l'hotel de Roquelaure esse Septingentarum et nonaginta. Hoc quidem jam nulla aliâ disquisitione transigendum esse de Censualibus obventionibus Salvo tamen in posterum universitatis jure, si quod habeat in ampliorem Soli partem.

7°. mandatum est fidelissimo Quaestori, ut Redemptori Juntum insinuationum persolvat quod ei debetur ob Apocham indemnitatis ex domo universitatis in vico Sanjacobaeo sita.

8°. quod dixerit idem fidelissimus Quaestor se comperisse partem aliquam domûs cujusdam in fundo Academico Sitae ante plurimos annos furtim fuisse venditam nec Solutas universitati censuales obventiones, placuit mandari praedicto Quaestori, ut eas obventiones quacunque viâ juris repetat.

9°. placuit 150.tt amplissimo Rectori tradi quas pro arbitrio Suo dividat Apparitoribus, aliis ve qui hoc anno universitati aliquâ in re famulati Sunt.

Anno Domini 1740 die 1.â 8bris habita Sunt Comitia ordinaria deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunaeo.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii IRM 14, omnibus Supplicibus audito prius procuratore placuit Sua postulata concedi.

2°. M.er Joannes Gasnier Presbyter Redonensis, in artibus magister supplicavit pro aperiendo hâc in urbe Paedagogio Sub clientela universitatis nominati Sunt ornatissimi Picardiae et Normaniae procuratores qui in illum inquirerent.

3°. dictum est Serió inquirendum esse in eos magistros, qui cum Paedagogia Sub clientelâ universitatis habendi licentiam impetrarunt eas leges et conditiones, quibus hanc licentiam impetrarunt prorsus negligunt ac pessumdant. eosque nisi praedictis legibus et conditionibus Satisfaciant clientelâ Academicâ privandos.

4°. quod dixerit amplissimus Rector se ex conclusione factâ die 1.â Julii curasse emendari perpoliri et absolvi, atque etiam typis mandari libellum memorialem illâ die prolatum ac lectum a viro clarissimo M.° Guillelmo Dagoumer, placuit, gratias haberi amplissimo Rectori, et rata esse quae in hoc negotio fecit, eumque ipsum rogari ut quam adhuc in eam rem diligentiam adhibuit, eandem adhibere porrò pergat.

5°. declaravit fidelissimus Quaestor tertiam ex aere alieno honesto D. Cognard ab universitate debiti partem esse eidem D. Cognard ex conclusione die 4.â Junii factâ rite dissolutam, Summam videlicet 20000. quae ut conficeretur exprompta esse ex Arcâ aerarii 16000; quod Superest ex praesente et ordinario aerarii Academici proventu Sumptum esse; placuit, dari praedicto Quaestori Suae declarationis actum.

Anno Domini 1740 die 7.â 8bris habita Sunt in Maturinensi comitia universitatis generalia et Supplicatoria: 1.um in Angulo concessum est audiri et admissi duo Supplices pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii deinde itum est in Comitium ubi postquam de more peroravit amplissimus Rector Statim processum est ad aedem deo Sacram Sub invocatione S.ti Medericí.

Res gestæ apud Barbitonsores Chirurgos,

a Die 6.° Julii 1740 ad Diem 5.um 9.bris ejusdem anni

M.° Urbano Leaulté Parisino Decano

A Barbitonsoribus chirurgis monitus fuit Decanus more solito per schedulas à protochirurgi vicario subsignatas, ipsique delatas, ut actibus Tyronum adesse vellet cum duobus adjunctis, et ipsis præfuit et interfuit infrà designatis actibus.

Die Mercurii 13.° Julii 1740 audivit Decanus in ædibus Sancosmianis filium M.i Sauve in ejus primo examine.

Die 20.â Julii 1740 audivit Decanus D.um Bruyere in 1.° examine.

Die 27.° Julii audivit Decanus D.um De Lyon in 1.° Examine.

Die 29.° Julii audivit Decanus Dictum Lassus in ejus 1.° Examine.

Die 1.° Augusti 1740 audivit Decanus dictum la forest in ejus 1.° Examine.

Die 3.° Augusti audivit Decanus filium M.i le Vasseur in ejus ultimo Examine.

Die 5.° Augusti audivit Decanus dictum Delbœuf in 1.° ejus Examine.

Die 8.° Augusti audivit Decanus dictum Boullenger in ultimo examine.

Die 12.â Augusti audivit Decanus dictum de Villiers in ultimo ejus examine.

Die 17.° Augusti audivit Decanus Dictum Caille in 1.° Examine.

Die 18.° Augusti audivit Decanus filium M.i de Barron in ejus Tentativâ.

Die 19.° Augusti audivit Decanus dictum Desgaith in ejus Tentativâ.

Die 20.â Augusti audivit Decanus filium M.i Russel in ejus Tentativâ.

Die 22.° Augusti audivit Decanus filium M.i le Vasseur ipsiusque adfuit receptioni.

Die 26.° Augusti audivit Decanus D. De Bussac in ultimo ejus examine.

Die 27.° Augusti Dicti De Villiers receptioni adfuit Decanus.

Die Jovis 1.° 7.bris 1740 Decanus D. De Bussac receptioni adfuit.

Die 2.° 7.bris audivit Decanus Dictum Lassut in ultimo ejus examine.

Die 3.° 7.bris audivit Decanus dictum Marlin in primo ejus Examine.

Die 5.° 7.bris audivit Decanus D.um Maurin in 1.° ejus examine.

Die 7.° 7.bris Decanus D.i Boscher adfuit receptioni.

Die 9.° 7.bris audivit Decanus D. Du Clos in ultimo ejus examine.

Die 10.â 7.bris Decanus D.i Laban receptioni adfuit.

Die 12.â 7.bris receptioni D.i Du Clos adfuit ~~receptioni~~ Decanus.

Die 14.° 7.bris audivit Decanus D.um Marlot in ejus ultimo examine.

Die 15.° 7.bris D.um le Maire audivit Decanus in ejus ultimo examine.

Die 18.° 7.bris

Die 16.º 7.bris 1740 D. Henry in ultimo ejus examine audivit Decanus.
Die 17.º 7.bris D. Suret audivit Decanus in ejus ultimo examine.
Die 19.º 7.bris D. Despuech audivit Decanus in ejus ultimo examine.
Die 22.º 7.bris Decanus audivit D. Rousseau in ejus ultimo examine.
Die 23.º 7.bris D. Suret Receptioni adfuit Decanus.
Die 24.º 7.bris D.i Marlot receptioni Decanus adfuit.
Die 26.º 7.bris audivit Decanus D. Bordet in sua tentativa.
Die 28.º 7.bris D. le Maire receptioni adfuit Decanus.
Die 30.â 7.bris D.i Henry receptioni adfuit Decanus.
Die 1.º 8.bris 1740 D. Despuech. receptioni adfuit Decanus.
Die 5.º 8.bris D.i Rousseau receptioni adfuit Decanus.
Die 14.º 8.bris filium M.i Porron audivit Decanus in ejus 1.º examine.
Die 19.º 8.bris filium M.i Ruffel in 1.º ejus examine audivit Decanus.
Die 29.º 8.bris Decanus D. Desgilh in ejus 1.º examine.
Die 4.º 9.bris 1740 audivit Decanus D.
Die Veneris 16.º 7.bris 1740 audivit Decanus D. Duval herniarium
Die Mercurii 14.º 7.bris audivit Decanus D. Bonet dentium avulsorem
Die veneris 30.â 7.bris audivit Decanus D. Tubeuf Dentium avulsorem.

obstetrices
Examinatæ et Magisterium adeptæ apud
Chirurgos Parisienses
a Die Sabbati 9.â Julii 1740 ad Diem
Martis 2.am Augusti ejusdem anni
M.º Vrbano Leaulté Decano
per Schedulas a protochirurgi vicario Subscriptas
invitato prius que ipso annitente et probante

Die Sabbati 9.º Julii 1740 dicta Rollot.
Die Sabbati 23.º Julii Dicta Dorleau.
Die Martis 2.º Augusti dicta Lanet.

Res gestæ apud Aromatarios et Pharmacopæos Parisienses M.º Urbano Ledulte Parisino Decano

Die Mercurii 7.º Septembris horâ secundâ pomeridianâ primum Examen subiit Dictus Dalier interrogantibus Decano, et duobus Pharmaciæ Professoribus

Die 10.â ejusdem mensis 1740 Examen primum subiit D. Vassou hora post 2.â post meridiem.

Die Sabbati 10.â 7.bris ejusdem anni Dies fuit indictus a M.º Cosnier 1.º Pharmaciæ professore pro lustratione officinarum Pharmacopoeorum et seplasiarum Custodibus et juratis Die Lunæ 12.â 7.bris prima fuit officinarum Pharmacopoeorum lustratio

Die Jovis 6.a 8.bris 1740 Lectura et Examen Ludovici Renati Bailly qui docté respondendo se parente dignam prolem præbuit.

Die Sabbati 8.â ejusdem mensis Examen Plantarum fecit D. Dalier in horto Pharmacopoeorum sito viâ vulgò de Larbalestre.

Die 10.â ejusdem mensis Examen Plantarum subiit D. Vassou in eodom horto.

Die 29.â par Examen subiit Dictus Moret.

~~Ipso eodem~~ Jacobus franciscus Bouquet Tarasconensis primum examen subiit In ædibus pharmaceuticis Parisiensis

Die Lunæ ejusdem mensis trigesimo primo, Duce et moderatore Magistro Guillemo Laborie antiquiori præfecto pharmacopeo Parisiensi - specimen exposuit saluberrimæ facultati Parisiensi nec non Pharmacopæis Parisiensibus tertia hora post meridiem In ædibus Pharmaceuticis, Via vulgo dictâ de Larbalestre In suburbio Sancti Marcelli. Ubi Laureâ pharmaceutices ~~Laureati~~ provinciali, a nobis fuit decoratus et a facultatis Decano litteras testimoniales magno facultatis sigillo munitas accepit.

Codex Rationarius
Accepti et Expensi
ordinarii et extraordinarii

a Die Mercurii Sexto Julii 1740
ad Diem Sabbati quintum Novembris ejusdem anni

M.o Urbano Le Comte Parisino Decano

Tabula Accepti

Caput primum
Accepti ordinarii
Ex annuo reditu facultatis

Ab Urbis quaestore D.o Routhier pro annuo proventu anni integri 1739 debito ex minori contractu Summa quinquaginta et quinque librarum 55.tt

Caput Secundum
Accepti
Ex Chirurgis Barbitonsoribus

Ex Chirurgorum Praepositis quatuor et quaestore absente Protochirurgi vicario pro annuo vectigali Decanus accepit quinque libras cum quatuordecim Assibus 5.tt 14s

Summa accepti hujus paginae valde soixante livres quatorze sols [illegible]

Caput Tertium
Accepti
Ex Medicinæ Studiosis

A Medicinæ Studiosis viginti accepit Decanus libras Sexaginta — 60.tt

Caput quartum
Accepti
a Baccalaureis ad Licentiam admittendis
Pro Iure Bursarum

a M.º Ludovico Baude De la Cloy 35.tt
a M.º Josepho Exuperio Berlin 35.tt
a M.º Ludovico Guillelmo le Monnier 35.tt
a M.º Leandro Peaget 35.tt
a M.º Alexandro Ludovico Viellard 35.tt
a M.º Benjamin Ludovico Lucas 35.tt

Caput quintum
Accepti ex Baccalaureis ad Medicinæ licentiam admittendis
Pro Mulctis irrogatis

a M.º Ludovico Baude de la Cloy 12.tt
a M.º Josepho Exupero Berlin 12.tt
a M.º Ludovico Guillelmo le Monnier 12.tt
a M.º Leandro Peaget 12.tt
a M.º Ludovico Alexandro Viellard 12.tt
a M.º Benjamin Ludovico Lucas 12.tt

Summa hujus paginæ est de trois cent quarante deux livres

Caput Sextum
Accepti
Ex Baccalaureis ad Medicinæ Licentiam admittendis
Pro Jure præsentationis et Sacello

a M.o Ludovico Baude De la Cloy 6.lt
a M.o Josepho Exuperio Bertin 6.lt
a M.o Ludovico Guillelmo le Monnier 6.lt
a M.o Leandro Peaget 6.lt
a M.o Ludovico Alexandro Vieillard 6.lt
a M.o Benjamin Ludovico Lucas 6.lt

Caput Septimum
Accepti
ex Licentiatis in actu Doctoratûs

a M.o Ludovico Baude De la Cloy 180.lt
a M.o Josepho Exuperio Bertin 180.lt
a M.o Ludovico Guillelmo le Monnier 180.lt
a M.o Leandro Peaget 180.lt
a M.o Ludovico Alexandro Vieillard 180.lt
a M.o Benjamin Ludovico Lucas 180.lt

Caput octavum
Accepti
Ex Licentiatis in actu sui Doctoratus
Pro Sacello

a M.o Ludovico Baude De la Cloy . . . . . . I.lt 12 s
a M.o Josepho Exuperio Bertin . . . . . . I.lt 12 s
a M.o Ludovico Guillelmo le Monnier . . . . . . I.lt 12 s
a M.o Leandro Peaget . . . . . . I.lt 12 s
a M.o Ludovico Alexandro Vieillard . . . . . . I.lt 12 s
a M.o Benjamin Ludovico Lucas . . . . . . I.lt 12 s

Summa hujus paginæ est de onze cent vingt cinq livres douze sols.

Caput nonum

Accepti

ex Licentiatis et novis Doctoribus

Pro Aulaeorum usu

Pro sex Vesperiarum sex Doctoratus actibus in unoquoque
Actu duodecim libras accepit Decanus Summam
centum et quadraginta quatuor librarum — — — 144 tt
Paranymphi actionibus Summam viginti quatuor
libellarum a Licentiatis solvendarum non accepit
Decanus — — —
Pro Baccillariis Summam duodecim librarum Decanus
accepit — — — — — 12 tt

Caput Decimum

Accepti

Ex reliqua pecunia in Actibus

Vesperiarum et Doctoratus

Ab Actibus Vesperiarum et Doctoratuum propter
absentiam quatuordecim Doctorum superfuit
facultati Summa triginta unius librae cum decem
assibus — — — — — — 31 tt . 10s
Pro mulctis Doctorum qui a cura Pauperum abfuere
a Die 15a 9bris 1738 ad diem 2am Julii 1740 —
accepit Decanus Summam octoginta sex libellarum — 86 tt

Caput undecimum

Accepti

Ex Academiae Quaestore

A Mo Besoigne Academiae Quaestore pro
honorario Professorum anni 1740 Decanus accepit
Summam mille et ducentarum librarum — — — 1200 tt

Summa hujus paginae est de mil quatre cent soixante
et treize livres douze sols

Caput duodecimum Accepti Ex Quæstore Pastarum

Pro sex ultimis mensibus annuæ pensionis 1740 Scholarum Professoribus a Rege concessæ a D. Pastarum Quæstore accepit Decanus Summam nongentarum librarum — 900.tt

Caput primum Accepti Extraordinarii

Ex Dono ejus qui primum obtinuit Licentiæ gradum

a M.o Licentiando Ludovico Baude De la Cloy — 300.tt
Summa trecentarum librarum

Caput secundum Accepti a Candidatis ad Jubilæum Examen admissis

Pro Anatomiâ

a M.o Andreâ Cantwel — 16.tt
a M.o natali Mariâ De Gevigland — 16.tt
a M.o Silvestro Antonio le Moyne — 16.tt
a M.o francisco Jacobo Mabille — 16.tt

Caput tertium Accepti ab iisdem Candidatis

Pro Horto

a M.o Andreâ Cantwel — 16.tt
a M.o Natali mariâ De Gevigland — 16.tt
a M.o Silvestro Antonio le Moyne — 16.tt
a M.o Jacobo francisco Mabille — 16.tt

Summa hujus paginæ est de treise cent vingt huit livres

Caput quartum
Accepti
a Candidatis ad Jubilæum
Examen admissis
Pro Schedulis non registratis.

a M.o Andræâ Cantwel — — — — — — 16.tt
a M.o Natali Marva De Geviglard — — — — 16.tt
a M.o Sylvestro Antonio le Moyne — — — — 16.tt
a M.o Jacobo francisco Mabille — — — — — 16.tt

Caput quintum et
vltimum Accepti

a Viduâ M.i Bailly pro sex primis mensibus annuæ Capitationis anni 1740 accepit Decanus Summam sexdecim librarum cum decem assibus — — 16.tt 10s

a M.o francisco Mery Chirurgiæ idiomate gallico professore pro impensis litis de honorario hujusce Professoris moti quadraginta et unam libram cum quatuor assibus — — — — — — — — — 41.tt 4s

Summa hujus paginæ est de Cent vingt et une livre quatorze sols.

Tabula Expensi ordinarii et extraordinarii

Caput primum

Expensi

Pro Stipendiis Professorum ex ære facultatis

Viduæ M.i francisci Bailly Scholarum dum viveret Professoris persolvit Decanus Summam nonaginta librarum — 90.tt

Caput secundum

Expensi

Pro Refusionibus

Viduæ M.i Bailly Solvit Decanus duas libras — 2.tt
Antiquiori M.o et Decano octo libras — 8.tt

Visa quitancia

Caput tertium

Expensi

Pro operibus pharmaceuticis

Dicto Mayol Pharmacopæo Parisiensi pro operationibus Pharmaceuticis in Scholis celebratis numeravit Decanus Summam viginti librarum — 20.tt
Pro aliis impensis in hisce operationibus adhibitis Solvit Decanus Majori Apparitori quatuor libras cum quindecim assibus — 4.tt 15s

Summa expensi hujus paginæ est de cent vingt quatre livres quinze sols

Caput quartum expensi

Pro honorario Professorum ex ære Academiæ

M.º Paulo Jacobo Malouin Pathologiæ Professori persolvit Decanus summam ducentarum librarum — 200.tt

M.º Joanni Baptistæ Thomæ Martineng Chirurgiæ latinæ Professori solvit Decanus summam ducentarum librarum — — — — — — 200.tt

M.º Claudio Brunet rei herbariæ Professori numeravit Decanus summam ducentarum librarum — — — — — — 200.tt

M.º Ludovico Hieronimo Cosnier utriusque Pharmaciæ Professori numeravit Decanus summam ducentarum librarum — — — — — — 200.tt

M.º francisco Mery Chirurgiam idiomate Gallico edocenti numeravit Decanus summam ~~totum~~ Ducentarum ~~et quinquaginta novem~~ libellarum ~~cum Assibus sedecim~~ — — — — 200 tt ~~159~~

Viduæ M.i Bailly dum viveret Scholarum Professori solvit Decanus ducentas libras — — — — 200.tt

Visis. Quitanciis.

Caput quintum expensi

Pro honorario Professoribus a Rege concesso et a Quæstore Postarum soluto

M.º Malouin centum et quinquaginta libras — — 150 tt

M.º Martineng centum et quinquaginta libras — — 150 tt

M.º Brunet centum et quinquaginta libras — 150.tt

M.º Cosnier centum et quinquaginta libras — — — 150.tt

M.º Mery eamdem summam — — — — 150.tt

M.i Bailly viduæ eamdem summam — — — 150.

Summa hujus paginæ est de deux mil cent livres.

Caput Sextum
Expensi
Pro Rebus Sacris

Pro Missis in Sacello celebratis a Die 1.° Julii ad diem 23.um 8.bris anni 1740 et pro Sacro Solemni quo facultas parentavit manibus M.i Lucæ Augustini folio dedit Domino Borthon Capellano solvit Decanus unam supra triginta libram cum duobus assibus et sex denariis — — 31.tt 2s 6d

Apparitoribus qui per hoc tempus ministrarunt solvit Decanus tres libras cum decem assibus — — 3.tt 10s

Die Divo Lucæ Sacro Doctoribus missæ præsentibus, Bidellis et pro offertorio, numeravit Decanus octoginta et duas libras cum decem assibus — — 82.tt 10s

Caput Septimum
Expensi
Pro Rebus Academiæ

In Supplicationibus Academiæ ad ædem Deo Sacram sub invocatione S.ti Medardo Die 4.° 8.bris anni 1740 — Doctoribus præsentibus distributi sunt viginti oboli argentei pro quibus numeravit Decanus triginta et quinque libras — — 35.tt

Duobus Bidellis tres libras — — 3.tt

Pro offertorio libras duas cum quatuor assibus — — 2.tt 4s

Caput octavum
Expensi
Pro facultatis ædibus

Vitrario solvit Decanus viginti et unam libram cum quatuordecim assibus — — 21.tt 14s

Ei qui ædium tecta per annum resarcivit pro annua mercede persolvit Decanus quinquaginta libras — — 50.tt

Structori murali qui ædium scholas resarcivit solvit Decanus, libram unam cum decem assibus — — 1.tt 10s

Summa hujus paginæ est de deux cent trente livres dix sols six deniers

Visi. Duisevoir(?)

Crassioris operis fabro lignario Dicto Guerin solvit
Decanus summam quadraginta librarum — — — 40.lt
fabro serario numeravit Decanus viginti et septem
libras — — — — 27.lt
Structori murali Dicto Compagnon solvit Decanus
summam viginti novem librarum cum undecim assibus 29.lt 11s

Caput nonum
Expensi
Pro rebus et Litibus facultatis

In Tribus Comitiis Primamensis dictis pro calculis
argenteis triginta et novem distributis Doctoribus
præsentibus et duobus Bidellis Decanus solvit sexaginta
et octo libras cum quinque assibus — — — 68.lt 5s
Ei qui sacellum et Scholas superiores Scopis mundavit solvit
Decanus libras septem cum decem assibus — — — 7.lt 10s
Pro Pane azymo et vino missarum Apparitori solvit
Decanus libras tres — — — 3.lt
Eidem pro sacello linteis mundatis solvit Decanus septem
libras cum decem assibus — — — 7.lt 10s
Eidem Apparitori pro Papyro Atramento et Calamis
in Comitiis et diebus sabbati suppeditatis solvit Decanus
septem libras cum decem assibus — — — 7.lt 10s
Majori Apparitori pro igne accenso in Scholis superioribus
tum in Comitiis, tum diebus sabbati a die 12ª 8.bris ad diem
5.um 9.bris anni 1740 numeravit Decanus sedecim
libras cum decem Assibus — — — 16.lt 10s
Pro igne Die Beato Joanni Baptistæ dicato ante Scholarum
Januam accenso solvit Decanus quindecim asses — — 15s
Ei qui Scholarum circuitum Scopis mundavit solvit Decanus
libras novem — — — 9.lt
Ei qui eundem circuitum per æstatem Aquis irroravit
solvit Decanus tres libras — — — 3.lt
Ei qui annuum facultatis reditum percepit solvit
Decanus decem libras — — — 10.lt
Ei qui compegit duo maniorum statutorum volumina solvit libras tres 3.lt
Subsellorum lectori pro affixis Tabulis in duodecim
tum Vesperiarum tum Doctoratuum Actibus solvit
Decanus viginti quatuor libras — — — 24.lt
Summa hujus paginæ est de deux cent cinquante six livres
onze sols [signature]

Visit Quinquet [signature]

Majori Apparitori pro immutatis in Monetam nummis argenteis in Vesperiarum et Doctoratuum actibus pro Symbolo unicuique Doctori distribuendo Solvit Decanus Summam duarum libellarum cum septemdecim assibus — — — — 2.ᵗᵗ 17

Tabellioni qui fecit instrumentum quo fides esset Decano ad percipiendum annuum facultatis reditum tam ab urbis quam a Pottarum Quaestore solvit Decanus quinque libras — — — — — — — — — — 5.ᵗᵗ

Accenso cujus ministerio usa est facultas dum appareant in Scholas Superiores Barbitonsorum Chirurgorum Praepositi Solvit Decanus Sex libras — — — — 6.ᵗᵗ

Domini Semilliard Procuratori in Castelleto pro intercessione denuntiatâ Mᵒ. Bourdelin antiquo facultatis Decano, quâ cavetur ne quae Mᵒ. Mattot Doctori fato functo ex antecessoribus Licentiis debentur ipsius heredibus solvantur quin prius annuum Capitationis Vectigal ejus nomine a facultate solutum ipsi restituatur Solvit Decanus libram unam cum decem assibus — — — — — — 1.ᵗᵗ 10

Mᵒ. Buirette facultatis Patrono de rebus facultatis Consulto iterum atque iterum Solvit decanus viginti quatuor libras — — — — — — 24.ᵗᵗ

Procuratori qui obtinuit supremi Senatus consultum de Jubilaeo examine aperiendo latum Solvit Decanus triginta et unam libram cum quinque assibus — — — 31.ᵗᵗ 5

Accenso in scholas superiores accersito ad iis qui Senatus consulto opponere se judicaverint Solvit Decanus tres libras — — — — — — — — — — — 3.ᵗᵗ

Pro tribus e mortuorum Actis exscriptis quibus de obitibus Mᵒʳᵘᵐ Mattot, Azevedo et Reneaume, fides fieret annui Capitationis vectigalis Quaestori Solvit Decanus libras duas cum quinque assibus — — — — — — 2.ᵗᵗ 5

Pro Capitatione Bidellorum annorum 1738 et 1739 urbis Quaestori solvit Decanus triginta et novem libras cum assibus duodecim — — — — — — 39.ᵗᵗ 12

fabro lignario dicto Chapelain Summam triginta quatuor librarum cum decem assibus — — — — — 34.ᵗᵗ 10

Typographo dicto Quillau solvit Decanus ut patet ex ejus accepti latione Summam quadringentarum novem et triginta libellarum cum decem assibus — — 439.ᵗᵗ 10

pro caducis impensis ut moris est numeravit Decanus libras viginti — — — — — — — — 20.ᵗᵗ

Summa hujus paginae cent de six cent neuf livres neuf sols

Visis Duhamel

Pro Calculis aneis in hisce rationibus adhibitis numeravit Decanus quindecim Libras - - - - - - 15

Caput ultimum
Expensi extraordinarii

Pro Capitatione annorum 1738. 1739 M.ri Mattot fato functi Solvit Decanus Sexaginta et Sex libras - - - - - - - - - 66.tt

Pro Capitatione annorum 1738 et 1739 Magistri fourneau fato functi Solvit Decanus Sexaginta et Sex libras - - - - - - - - 66.tt

Pro anno 1738 et Sex Mensibus anni 1739 Capitationis M.ri Azevedo fato functi Solvit Decanus quadraginta novem libras cum decem assibus - - - - - 49.tt 10s

Pro residuo Capitationis debitæ à M.ro Guyot fato functo Solvit Decanus viginti quinque libras cum quinque assibus - - - - - - - - 25.tt 5s

Pro Capitatione quatuor Baccalaureorum anni 1738 urbis Quæstori Solvit Decanus Sexaginta Sex libras - - - - - - - - - 66.tt

Caput ad memoriam
eorum quæ facultati debentur

Debet M.er Antonius ferrein Summam quadringentarum libellarum cui Solvendæ Sese obstrinxit munitâ Suo Syngrapho Schedulâ quam in Suâ possessione habet M.er Joannes Baptista Chomel. . . . . ad memoriam

Summa hujus paginæ est de deux cent quatre vingt sept livres quinze sols

Summa totius accepti est de quatre mil quatre cent cinquante et une livre dix sols.

Summa vero expensi est de trois mil six cent neuf livres six deniers.

Ergo summa totius accepti superat summam totius expensi de huit cent quarante deux livres, neuf sols six deniers.

facultas convocata die lunæ vigesimo quarto Julii anni mil sept cent quarante et un, ut audiret rationes decanatus magistri Urbani Leaulté Exdecani et Antiquioris Scholarum magistri, horâ post meridiem sextâ, ratas et gratas habet rationes decanatus Magistri Urbani Leaulté, ipsique, propter [illegible] ab eo prudenter gestas

decernit honorarium quinquaginta libellarum; doctoribus praesidibus, Aulicis, et Causariis honorarium duorum calculorum argenteorum, bibellorum unicuique calculum unum. Decano et Antiquiori magistro duplum.
Habuit insuper facultas summam de huit cent quarante deux livres, neuf sols, six deniers, a magistro Urbano Leaulté persolvendam esse Magistro Eliae col de Villers decano et sic conclusit.
Statuit praeterea facultas Solvendam esse majori apparitori summam quinquaginta libellarum, minori vero summam viginti quinque libellarum et sic conclusit. et sic conclusit —
Elias Col de Vilars Decanus

Leaulté antiquior Scholae Magister exdecanus
Finot Ducerf Mangins Procope
Coutier
pro me et filio Bertrand pro me et Chevalier.
Baron afforty. pro de guenadou afforty
Epinet Peaget Linguet Chomel Boyne et Dno Berlin.
Millet et pro m.rs Marais et Pepin.
De Santeul Jacques Geremagny
Malo et Davier de Roseville pro me et dno hermant
casamajor
Gasnier Lerzon Vasse Cosnier Malouin
De L'Epine Mery Lehoc Renauld
Bourdelin pro fratre meo Fontaine Boisse
Bellot Dejean Mallaval Vandermonde
Vernage Boullaud Payen Board Jenvein
Bouvart pour moy Belleteste Ferret
et pour Mr. De Montabourg. De Rabours
Dionis pour moy et Mr Andry Baude Delacloy
Le Monnier Peaget filius Lucas de Laurcenbert
Martinenq, Martinenq pro d. Caron Leaulté
Bourdelin pro d.o de la Virgne. Winslow.
Winslow pour M. Helvetius.

Laus Deo, Pax vivis.

Commentarius rerum in saluberrima Facultate et Academia Parisiensi gestarum,

Cum Tabulis accepti et expensi,
a die sabbati 5° novembris 1740,
ad diem sabbati 4um 9bris 1741.
Mro Elia Col de vilars,
Inculismensi, Decano.

Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo, die sabbati quinto novembris, Festum omnium Sanctorum proximè subsequente, horâ decimâ matutinâ post Sacrum, Doctores medici omnes, a Mo Urbano Leaulté, scholarum antiquiori, Decano, per schedulam prius ab Apparitoribus delatam, convocati, in superiores scholas convenêre, Decanum et Professores electuri. Tum Mr Urbanus Leaulté Decanatu decedens, depositis Magistratûs insignibus, suæ quadrimestris administrationis rationes, brevi, sed gratâ oratione reddidit. Professores quoque emeriti, universo ordini, ob sibi concredita a Facultate docendi munera, gratias egerunt.

Mox in Pileum conjectis, ut moris est, singulorum de majori ordine præsentium Doctorum nominibus, tres sorte ducti sunt Electores, scilicet

Mri Joannes-Baptista-Thomas Martinenq,
Ludovicus-Claudius Bourdelin antiquus Decanus,
Claudius Brunet.

cãdem

Eâdem sorte duo de minori ordine educti -
fuerunt Electores, nimirum.
Mri Franciscus Mery
Franciscus-Foelicitas Cochu.
Hi porro quinque Electores solitum
præstiterunt sacramentum inter manus Mri -
Urbani Leaulté, scholæ antiquioris, decanatu
decedentis, et statim in sacellum secesserunt, de -
novi Decani et Professorum electione deliberaturi.
Hinc ad Facultatem redeuntes, Mo Joanne-Baptista-
Thoma Martinenq Electorum antiquiori verba
faciente, retulerunt se in Decanum elegisse de -
majori ordine
Mos Thomam Bernardum Bertrand, et
Eliam Coldevilars. De minori vero ordine,
Mum Guillelmum Josephum De lepine.
Tribus horum nominibus in urnam immissis, a Mo
Urbano Leaulté sorte ductus est Mr Bertrand. -
verum clarissimus ille vir, licet omnibus complacitus
fuisset, invitis singulorum præsentium hortationibus
precibusve, Decanatum recusavit inexorabilis; cujus
recusationis causâ, invitato ad subeundam decanatûs -
sortem Mo Joanne-francisco Leaulté Mri Urbani -
Leaulté filio, eoque ob infirmam valetudinem, istum
honorem abnuente, sacellum repetere coacti sunt -
Electores rursus deliberaturi. Ad comitia reversi, -
Mum Petrum Afforty in locum Mri Thomæ Bernardi -
Bertrand appellaverunt. Horum itaque trium Doctorum
nomina, videlicet Coldevilars, Afforty et de lépine
iterum urnæ ~~commissa~~ commissa fuere, et Mr Urbanus
Leaulté sorte duxit Mum Eliam Coldevilars qui -
Decanatum, licet difficilem, maximo sibi honori esse -
existimans, apud Mum Urbanum Leaulté exdecanum,
jure jurando, ut mos est, se obstrinxit, ab eodem accepit
decanatûs insignia, et comprobante universo ordine,
Decanus renuntiatus est, ut videre est paginâ hujusce -
codicis 518.
Tum Electores in Academiæ Censorem nominarunt
Mrum Urbanum Leaulté, scholarum antiquiorem, exdecanum,
quem Facultas, unanimi Doctorum præsentium consensu,
probavit
Electis Decano et Censore, ab iisdem Electoribus appellati sunt
in scholarum Professorem, de majori
Mr Michael Procope Couteaux
ex minori
Mri Ludovicus-Florentius Bellot,
Bartholomæus Murry.
A novo Decano sorte ductus est Mr Procope Couteaux
in scholarum Professorem.
Simili modo pro chirurgiæ idiomate latino docendæ Professore
nominati sunt ex majori ordine

Mr

Mr Philippus Davier de Breville.
ex minori
Mri Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel,
Claudius-Carolus de Jean.
sors favit Mro Davier de Breville in Professorem Chirurgiæ idiomate latino.

Pro materiæ medicæ Professore indicti sunt
ex majori,
Mr Thomas-Bernardus Bertrand.
ex minori
Mr Antonius-Joannes Daval,
Mr Adrianus Malaval, sorte ductus in materiæ medicæ Professorem.

In utriusque Pharmaciæ Professorem denuntiati sunt
ex majori,
Mri Henricus Besnier,
Michael Peaget.
ex minori
Mr Ludovicus-Petrus le Hoc.
E Pileo eductus est Mr Besnier in utriusque Pharmaciæ Professorem.

Hi porro quatuor Professores designati in manibus novi Decani solitum illicò præstiterunt sacramentum; et sic cum omnibus conclusit Elias Col de Vilars, Decanus.

Hoc ipso die accesserunt apud Facultatis decanum Apparitores, obsequium et observantiam sponsuri, quos ad fidem ac diligentiam erga facultatis negotia, enixè hortatus est Decanus.

Perendie quoque inviserunt Decanum Baccalaurei, honorem ipsi perhibendi causâ. Hos de sacramento, quo se obstrinxerunt, constanter servando, nec non de scholæ disciplina sollicitè custodienda monuit Decanus.

Convenerunt etiam Pharmacopœorum custodes parisiensium cum officiosa erga Decanum et Facultatem honoris significatione salutaturi. At Chirurgi barbitonsores hoc officio abstinuerunt se.

Quodlibetariæ quæstiones Physiologicæ.

Cum pro more solito die Jovis post martinalia proximo, Quodlibetaria Thesis propugnari debeat, Mr Joannes-Ludovicus Baude de la Cloy, ad Regentis gradum promoveri cupiens, die decimâ septimâ novembris 1740 de Quodlibetaria quæstione extra ordinem disputavit a sexta ad meridiem, Mro Petro Lallouette Parisino, Baccalaureo medico respondente, et talis fuit quæstio affirmativè conclusa.

An Lien idem munus, Hepati, ac Pulmones universo Corpori, præstet?

Hoc eodem die, circa undecimam horam, antequam ad Quodlibeta responderint Baccalaurei, promulgata fuit per majorem Apparitorem Quodlibetaria Thesis proxime propugnanda sub hoc titulo, An causa motus alterni Cordis, multiplex? Hinc idem major Apparitor, juxta consuetudinem, alta voce legendo protulit quædam Decreta in primo Quodlibetariæ actu recitari solita; moxque nomina et cognomina Doctorum parisiensium

Parisiensium hac sequenti serie.

Sequuntur nomina et cognomina honorandorum Magistrorum nostrorum in Saluberrima Facultate Parisiensi actu Regentium Anno R. S. H. 1740.

Magister Urbanus Leaulté, Antiquior Scholæ magister exdecanus et Academiæ Censor.

M. Petrus Marais.

M. Petrus-Joannes Burette, Professor Regius, et e Regia Numismatum Academia.

M. Philippus Caron, Antiquus Facultatis Decanus.

M. Nicolaus Andry, Antiquus Facultatis Decanus, et Lector Regius.

M. Petrus le Tonnelier.

M. Ludovicus Lémery, Medicus Regis ordinarius, Regiæque Scientiarum Academiæ Socius, et in horto regio Chymiæ Professor.

M. Raymundus-Jacobus Finot.

M. Joannes Herment, Medicus Regis ordinarius.

M. Antonius Pepin, Regis consiliarius, et in Portu Brestensi Medicus primarius.

M. Jacobus-Benignus Winslow, Regiæ Scientiarum Academiæ, societatisque Regiæ Berolinensis Socius, Teutonicæ linguæ Regius Interpres

M. Claudius Du Cerf.

M. Joannes-Claudius-Adrianus Helvetius, Regi a sanctioribus consiliis, Reginæque Medicus primarius, et e Regia scientiarum Academia.

M. Michael Procope Couteaux, scholarum Professor designatus.

M. Joannes-Baptista Mongin, Medicus Regis ordinarius.

M. Joannes-Franciscus Couthier.

M. Hyacinthus-Theodorus Baron, Antiquus Facultatis Decanus.

M. Camillus Falconet, salubris consilii Regii socius, et e Regia numismatum Academia.

M. Thomas-Bernardus Bertrand.

M. Franciscus Pousse.

Mr. Joannes-Baptista-Thomas Martinenq.

Mr. Joannes-Baptista Silva, salubris consilii Regii socius, et Serenissimi Principis Condæi Medicus ordinarius.

Mr. Antonius de Jussieu, Regi a secretis, Regiæ scientiarum Academiæ, Regiarumque societatum Angliæ et Prussiæ socius, Botanices in horto Regio Parisiensi Professor et Demonstrator.

Mr. Joannes Besse, Dotariæ Hispaniarum Reginæ a consiliis, et Medicus primarius.

Mr. Henricus Besnier, Pharmaciæ Professor designatus.

Mr. Elias Col de Vilars, hujusce saluberrimæ Facultatis Decanus.

Mr. Petrus-Antonius Lépy.

Mr. Claudius-Antonius Renard.

Mr. Petrus Afforty.

Mr. Nicolaus Le Tellier.

Mr. Michael Peaget.

Mr. Jacobus-Antonius Millet, Scholarum Professor.

Mr. Joannes-Franciscus Leaulté.

Mr. Michael-Ludovicus Vernage.

Mr. Ludovicus-Claudius Bourdelin, antiquus Facultatis Decanus, Regiæ scientiarum Academiæ Socius, et Pharmaciæ Professor.

Mr. Emmanuel-Mauritius Du Verney.

Mr. Ludovicus de Santeul.

Mr. Claudius Brunet.

Mr. Joannes-Damianus Chevalier, Regis Consiliarius, Medicus ordinarius, in Insula Sti Dominici.

Mr. Claudius De la vigne de Fréchevillle, Medicus Regis, et domus Reginæ ordinarius.

Mr. Gabriel-Antonius Jacques.

Mr. Josephus de la Grive, absens, non Regens.

Mr. Guillelmus De Magny.

Mr. Petrus Maloët, consiliarius et Medicus Regis ordinarius, nec-non Domus Regiæ Invalidorum Ducum et Militum, et Regiæ scientiarum Academiæ socius.

Mr. Philippus Davier de Breville, Dotariæ Hispaniarum Reginæ Medicus perpetuò ordinarius, et Chirurgiæ Professor designatus.

Mr. Thomas-Renatus Gasnier.
Mr. Andreas-Josephus Séron.
Mr. David Vasse.
Mr. Nicolaus Le Roy de St Aignan.
Mr. Ludovicus-Joannes le Thieullier, Regis consiliarius, et in majori Consilio Medicus ordinarius.
Mr. Ludovicus-Hyeronimus Cosnier.
Mr. Guillelmus-Josephus de l'épine.
Mr. Joannes-Baptista Du Bois, Professor Regius.
Mr. Franciscus Méry, Chirurgiæ gallico idiomate Professor.
Mr. Bernardus de Jussieu, Regiæ scientiarum Academiæ, Regiæque societatis londinensis socius, et in horto Regio Botanices Prodemonstrator.
Mr. Joannes-Baptista Boyer, Regis Consiliarius, et in supremo Senatu Parisiensi Medicus ordinarius.
Mr. Paulus-Jacobus Malouin
Mr. Antonius-Nicolaus Guenault.
Mr. Ludovicus-Petrus le Hoc, Consiliarius Regis, et in ejus Castelleto Medicus ordinarius.
Mr. Franciscus-Josephus Hunauld, Regiæ Scientiarum Academiæ, et Regiæ societatis Londinensis Socius, in horto Regio Anatomes et Chirurgiæ Professor ac Demonstrator.
Mr. Raymundus de la Riviére.
Mr. Antonius Casamajor.
Mr. Ludovicus-Maria Pousse.
Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, Regii exercitûs Medicus ordinarius in Insula Corsica.
Mr. Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel, Medicus Regis ordinarius.
Mr. Achilles-Franciscus Fontaine, Chirurgiæ Professor.
Mr. Petrus Roussin de Montabourg, Consiliarius Regis Medicus ordinarius, necnon urbis Regiæ Regiique Nosocomii san-germani in Laya.

Mr. Robertus

Mr. Robertus-Hubertus Linguet, Rei-
Herbariæ Professor.
Mr. Antonius-Joannes Daval.
Mr. Henricus-Franciscus Bourdelin,
scholarum Professor.
Mr. Josephus de Jussieu
Mr. Joannes de Diest.
Mr. Ludovicus-Florentius Bellot.
Mr. Franciscus-Felicitas Cochu.
Mr. Claudius-Carolus de Jean.
Mr. Jacobus-Albertus Hazon.
Mr. Adrianus Malaval.
Mr. Jacobus-Franciscus Vandermonde.
Mr. Gaspardus Cochon du Puy, in Arce
maritima Rupifortensi Anatomes
et Chirurgiæ Professor Regius.
Mr. Tussanus-Gilbertus Boulland.
Mr. Carolus Payen, Chirurgiæ gallico
idiomate Professor designatus.
Mr. Bartholomæus Murry.
Mr. Joannes Isoard.
Mr. Ludovicus-Jacobus Pipereau.
Mr. Antonius Ferrein.
Mr. Michael-Josephus Majault.
Mr. Michael-Philippus Bouvart.
Mr. Joannes-Jacobus Belleteste.
Mr. Joannes Midy.
Mr. Laurentius Ferret.
Mr. Gedeon de Rabours.
Mr. Carolus Dionis.
Mr. Joannes-Ludovicus Baude de la Cloy.
Mr. Josephus-Exuperus Bertin.
Mr. Ludovicus-Guillelmus le Monnier.
Mr. Alexander Vieillard.
Mr. Leander Peaget.
Mr. Benjamin-Ludovicus Lucas de
Laurembert.

Die sabbati 19° novembris 1740, aperto in Scholis superioribus scrutinio, Facultas probavit responsa Mri Petri Lallouette Baccalaurei medici in Thesi quodlibetaria die jovis 17° ejusdem mensis propugnata.

Die Jovis 24° ejusdem mensis de Quodlibetaria quæstione disputavit extra ordinem Mr. Josephus Exuperus Bertin, M° Joanne-Francisco Isez, Parisino, Baccalaureo medico, respondente, et hæc fuit quæstio, affirmativè conclusa.

An Causa motûs alterni Cordis, multiplex?

Die sabbati 26° proximè sequenti, aperto scrutinio, Facultas Baccalaurei responsa probavit.

Die Jovis primo mensis decembris 1740, disputavit de Quodlibetaria quæstione, extra ordinem Mr. Ludovicus-Guillelmus Le Monnier, respondente M° Josepho-Maria-Francisco de la Sône, Carpentoracensi, Baccalaureo medico, et fuit quæstio talis, affirmans.

An in Macilentis liberior quam in Obesis, circulatio?

Die 3° ejusdem mensis, apertâ in Scholis superioribus capsâ, Facultas rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die mercurii 7° Decembris 1740, de Quodlibetaria quæstione disputavit extra ordinem Mr. Ludovicus-Alexander Vieillard, respondente M: Petro-Josepho Macquer, Parisino, Baccalaureo medico, et talis fuit quæstio affirmativè conclusa.

An ab imminuta Sanguinis velocitate in capillaribus, facilior quæcunque Secretio?

Eodem die, apertâ in Scholis superioribus capsâ, Facultas unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 15° mensis Decembris 1740, de Quodlibetaria quæstione disputavit extra ordinem Mr. Leander Peaget, respondente M: Natali Maria de Geviglant, Parisino, Baccalaureo medico; et fuit talis quæstio affirmativè conclusa.

An Musculorum intercostalium et Diaphragmatis actio, partim voluntaria, partim spontanea?

Hoc ipso die, aperto in Scholis superioribus scrutinio, probavit Facultas Baccalaurei responsa.

Die Jovis 22° mensis decembris 1740, disputavit extra ordinem, de Quodlibetaria quæstione Mr Benjamin-Ludovicus Lucas de Laurembert,

respondente Silvestro-Antonio le Moine *Mimatensi, Baccalaureo medico; et fuit Quæstio talis, negativè conclusa.

*de Mende

An Demersorum vitæ fomes ultimus, Respiratio?

Die lunæ 2° Januarii 1741, in comitiis menstruis, Facultas, aperto scrutinio, Baccalaurei responsa probavit ex majori suffragiorum numero.

Die Jovis 29° Decembris 1740, disputaturus erat in ordine suo, de Quodlibetaria quæstione Mr. Antonius Pepin, Doctore, Regis consiliario, et in Portu Brestensi Medico primario, Mro David Vasse, illius vices gerente, a Facultate suffecto, respondente Mr. Matthæo Arragon, Abricino, Baccalaureo Medico. Sed propter aquarum exundantiam, hæcce Thesis, missâ ad singulos Doctores schedulâ monitoriâ, propugnata fuit in scholis superioribus die Jovis quinto mensis Januarii 1741. Quæstio autem talis erat, affirmativè conclusa.

Utrum a mutuo sanguiferorum lactiferorumque uteri vasorum nisu, Menstrua Mulierum Purgatio?

Die sabbati 7° Januarii ejusdem anni, apertâ capsâ, unanimi consensu rata et laudata fuere Baccalaurei responsa.

Die martis 10â Januarii 1741, disputavit in ordine suo de Quodlibetaria quæstione, Mr. Joannes Herment, Medicus Regis ordinarius, respondente Abrahamo-Francisco-Leone Coldevilars, Decani fratris filio, Baccalaureo medico; et fuit talis Quæstio, affirmante conclusione,

An Sanitas potiùs a Fluidis, quam a Solidis?

Die Jovis 12° Januarii, aperto scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Eodem die 12° Januarii 1741, Mr Raymundus-Jacobus Finot de Quodlibetaria quæstione disputavit in ordine suo, respondente Mr. Jacobo-Francisco le Chat de la Sourdiére, Cenomacensi, Baccalaureo medico; et Quæstio, affirmativè conclusa, fuit talis.

An Bilis circulatio multiplex?

Die sabbati 14° ejusdem mensis, aperto in scholis superioribus scrutinio, probata fuerunt a Facultate Baccalaurei responsa.

Die martis 17° Januarii 1741, disputavit in ordine suo, de quodlibetaria quæstione, Mr. Ludovicus Lémery, Regis consiliarius, et Medicus ordinarius, Regiæ scientiarum Academiæ Socius, et in Horto Regio Chymiæ Professor, respondente Mr. Carolo Geille de St. Leger, Claromontano, Baccalaureo medico, et fuit talis quæstio affirmans.

An proxima, quâ corpus alitur, materies, a rubra sanguinis parte, diversa?

Eodem

Eodem die, scrutinio in Scholis superioribus aperto, probata fuerunt a Facultate Baccalaurei responsa, ex majori suffragiorum numero.

Die Jovis 19° Januarii 1741, Mr Petrus le Tonnellier disputavit in ordine suo de Quæstione quodlibetaria, respondente Ludovico-Renato Des Bois, Flexiensi, Baccalaureo medico; et Quæstio fuit talis, affirmatè conclusa.

An Nutritio tantum in minimis vasis?

Die sabbati 21° ejusdem mensis, aperto in scholis superioribus scrutinio, a Facultate probata sunt Baccalaurei responsa.

Die 24° Januarii 1741, disputavit in ordine suo Mr Nicolaus Andry, Regis consiliarius lector, Professor ac librorum Censor Regius, antiquus saluberrimæ facultatis Decanus, respondente Mo Francisco-David Herissant, Rotomagæo, Baccalaureo medico; et fuit talis Quæstio, affirmatè conclusa.

An ab impulsu sanguinis in Arteriam pulmonalem, inspiratio spontanea?

Postridie, 25° ejusdem mensis, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 26° Januarii 1741, de Quodlibetaria quæstione disputavit in ordine suo Mr Philippus Caron, antiquus Facultatis Decanus, respondente Mo Carolo-Francisco Boutigny Des preaux, Ambianensi, Baccalaureo Medico; et talis erat quæstio, affirmatè conclusa.

Num a vario fibrarum contextu et elatere, diversa Temperies?

Eodem die, post Thesim, aperto in scholis superioribus scrutinio, probata sunt a Facultate, unanimi consensu, Baccalaurei responsa.

Die lunæ 30° Januarii 1741, disputavit in ordine suo de Quæstione quodlibetaria, Mr Petrus-Joannes Burette, Regis consiliarius, et sub-Bibliothecarius, in Regio Franciæ Collegio lector et Professor, e Regia inscriptionum et humaniorum litterarum Academia, Regius librorum Censor, respondente Mo Antonio Bergier, Sequano, Baccalaureo medico, et Quæstio hæc erat, affirmatè conclusa.

An Canalis

An canalis Intestinorum
Glandula primaria?

Hoc ipso die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu probavit et laudavit Baccalaurei responsa.

Die veneris 3ª Februarii 1741, disputavit in ordine suo Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, antiquus Facultatis Decanus, in locum Mri. Petri Marais a Facultate suffectus, respondente Mº Theodoro Baron Parisino, prædicti Decani filio, Baccalaureo Medico; et hæc fuit affirmans quæstio.

An dum contrahitur Cor, dilatentur
Arteriæ Coronariæ?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die martis 7ª Februarii 1741, disputavit in ordine suo Mr. Urbanus Leaulté, antiquus Facultatis Decanus, et antiquior scholarum Mr, de quæstione quodlibetaria, respondente Mº Urbano Devandenesse, Parisino, prædicti Mi urbani Leaulté nepote, Baccalaureo medico, et hæc fuit quæstio, affirmatè conclusa.

An, ut omnium Secretionum causa Tritus,
sic materies Lympha?

Eodem die Facultas, apertâ capsâ in scholis superioribus, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 9º Februarii 1741, disputavit in ordine suo de Quodlibetaria quæstione Mr Benjamin-Ludovicus Lucas de Laurembert, respondente Mº Carolo Ludovico Liger, Altissiodoro, Baccalaureo medico; et fuit talis quæstio, affirmante conclusione.

An aër Sanguini immisceatur per Pulmones?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio Facultas unanimi consensu rata habuit Baccalaurei responsa

Die martis 14ª Februarii 1741, in ordine suo disputavit de Quodlibetaria quæstione Mr. Leander Peaget, respondente Mº. Juliano Busson,

Dinannæo, Baccalaureo medico; et talis fuit quæstio affirmatè conclusa

An sanguis in Fœtu à dextra in sinistram Cordis auriculam per foramen ovale transeat, non secùs?

Eodem die, aperto in Scholis superioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Hic notandum venit quod sacrâ ineunte Quadragesimâ, tres sequentes Quodlibetariæ quæstiones quæ disputandæ supererant, post Cardinalitias prorogatæ fuerunt; itaque

Die martis 30ª mensis Maii 1741, in ordine suo disputavit de Quodlibetaria quæstione Mr. Ludovicus-Alexander Vieillard, respondente Mo. Andrea Cantwel, Hyberno, Doctore medico Monspeliensi, societatis Regiæ Londinensis socio, legationis Anglicanæ medico ordinario, Facultatis medicæ Parisiensis Baccalaureo; et quæstio affirmatè conclusa, fuit talis.

An secretionum diversitatis causa multiplex?

Eodem die, aperto in Scholis superioribus scrutinio, a Facultate, unanimi consensu, rata et laudata fuerunt Baccalaurei responsa.

Die sabbati 3ª Junii 1741, de Quodlibetaria ~~Exuperius~~ quæstione disputavit in ordine suo Mr. Josephus-Exuperius Bertin, Serenissimi Valaquiæ et Moldaviæ Principis Medicus ~~principis~~ primarius respondente Mo. Petro Bercher, Parisino, Baccalaureo medico; et hæc fuit, conclusa negativè, Quæstio.

An detur Imaginationis maternæ in Fœtum actio?

Hoc ipso die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa

Die martis 6ª Junii 1741, de Quodlibetaria quæstione disputavit in ordine suo Mr. Ludovicus-Guillelmus Le Monnier, respondente Mo. Joanne-Stephano Guettard, Senonensi, Baccalaureo medico; et talis fuit Quæstio, affirmante conclusione.

An ex vasorum figura et origine facilior aptiorque fluidorum dispensatio?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Quæstiones Antiquodlibetariæ vulgò Pastillariæ

Die Mercurii 16° mensis Novembris 1740, horâ decimâ matutinâ Mr Joannes-Ludovicus Baude de la Cloy, actum Pastillariæ celebravit in inferioribus Scholis, in quo proposita fuit hæc sequens bimembris Quæstio.

An sanguis fluidior in vena quàm in Arteria { Splenica? / Pulmonali?

Primum quæstionis membrum, in utramque partem agitatum, proposuit solvendum Mr de la Cloy, actus Præses; Mo Petro Sallouette Baccalaureo medico, Candidati vices gerenti; alterum verò Mro le Hoc, juniori Doctori, discutiendum exposuit Mr Mery.

Die mercurii 23a novembris 1740, horâ decimâ matutinâ, celebratus fuit actus Pastillariæ Mri Josephi-Exuperii Bertin, in quo discussa fuit hæc bimembris Quæstio.

An causa contractionis Cordis { succus nerveus? / irritatio Cordis?

Primum quæstionis membrum proposuit solvendum Mro Joanni-Francisco Isez, Mr Bertin, Actus Præses; secundum verò Mr Hunauld discutiendum objecit Mro Pipereau juniori Doctori.

Die martis 29° novembris 1740, horâ decimâ matutinâ, celebravit actum Pastillariæ Mr Ludovicus-Guillelmus Le Monnier, in quo exposita fuit hæc duplex Quæstio.

An a liberiori Sanguinis circuitu { obesitas? / macies?

Primum quæstionis in utramque partem agitatum membrum Mro Josepho-Mariæ Francisco de la Sône, Baccalaureo medico, solvendum proposuit Mr Le Monnier, Actûs Præses; secundum verò Mro Ferrein, juniori Doctori discutiendum proposuit Mr Brunet.

Die Lunæ 5° Decembris 1740, horâ decimâ matutinâ, Pastillariæ celebravit actum Mr Ludovicus-Alexander Vieillard sub hac duplici quæstione.

An quò segnior humorum appulsus ad Cribra, eò { facilior præparatio? / uberior secretio?

Primam quæstionem in utramque partem perpensam, Mro Petro-Josepho Macquer, Baccalaureo medico, resolvendam proposuit Mr Vieillard, Actûs Præses; secundam verò Mro Majault, juniori Doctori, enodandam exposuit Mr Du Bois.

Die martis 13° Decembris 1740, horâ decimâ matutinâ, actum Pastillariæ celebravit M^{ro} Leander Peaget; et quæstio bipartita fuit talis.

An causa dilatationis Thoracis { a Cerebello tantum?
a medulla spinali?

Primum quæstionis membrum, in utramque partem disquisitum, exposuit solvendum M^o Natali-Mariæ de Gevigland, Baccalaureo medico M^{ro} Leander Peaget actûs Præses; secundum verò M^{ro} Peaget pater, priùs expensum, discutiendum proposuit M^{ro} Bouvart juniori Doctori.

Die martis 20° Decembris 1740, horâ decimâ matutinâ, celebratus fuit actus Pastillariæ M^{ri} Benjamin-Ludovici Lucas de Laurembert, cujus hæc fuit bimembris quæstio.

An demersorum vitæ residuus fomes in { Corde?
Cerebello?

Primum quæstionis membrum, in utramque partem examinatum, M^{ro} Lucas de Laurembert, actûs Præses, resolvendum proposuit M^{ro} Silvestro-Antonio le Moine, Baccalaureo medico; 2um verò M^{ro} Boyer enucleandum obtulit M^{ro} Belleteste, juniori Doctori, in utramque pariter partem priùs agitatam.



Quæstiones Cardinalitiæ.

Die Jovis 16° Februarii 1741, M^{ro} Michael Procope Couteaux, Scholarum Professor designatus, Thesi Cardinalitiæ præfuit, respondente M^o Francisco Davide Herissant, Rotomagæo, a sexta ad meridiem. Fuit autem hæc sequens quæstio affirmatè propugnata.

An eluendæ Cacochymiæ, Tepidæ potus?

Hoc eodem die, aperto in Scholis superioribus scrutinio Facultas ex majori suffragiorum numero probavit Baccalaurei responsa.

Die martis 21° Februarii 1741, Cardinalitiæ Thesi præfuit M^{ro} Joannes-Claudius-Adrianus Helvetius, Regi a sanctioribus consiliis, Reginæ medico primario, et e Regia scientiarum Academia, respondente M^o Matthæo Arragon, Abrincino, Baccalaureo medico. fuit autem quæstio talis, affirmante conclusione.

Estne Motus præcipua sani corporis Medicina?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas unanimi consensu rata et laude digna habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 23° Februarii 1741, Cardinalitiæ Thesi præfuit M. Claudius Du Cerf, respondente M° Petro Sallouette, Parisino, Baccalaureo medico. — Hujusce Theseos hæc erat Quæstio negativa.

An Panis satietas omnium pessima?

Eodem die, apertâ in scholis superioribus capsâ, probata fuerunt a Facultate Baccalaurei responsa.

Die martis 28° Februarii 1741, propugnata fuit Cardinalitia Thesis, Præside M° Jacobo-Benigno — winslow, Regiæ Scientiarum Academiæ, Societatisque Regiæ Berolinensis Socio, et Teutonicæ linguæ Regio — interprete, respondente M° Josepho-Maria-Francisco — de la Sone, Carpentoractensi, Baccalaureo medico; — Talis autem fuit Quæstio affirmatè conclusa.

An juxta varias anni tempestates, variè regenda Corporis humani Sanitas?

Eodem die Facultas unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 2° Martii 1741, propugnata fuit Thesis — Cardinalitia, Præside M° Antonio Peppin, Regis — consiliario, et in portu Brestensi Medico primario, — M° Davide Vasse, doctore medico vices ejus gerente, — respondente M° Carolo-geille de St Leger, Claromontano; Quæstio affirmatè conclusa erat talis.

An Panis tostus, primum Aquâ, deinde vino — madefactus, conditus Saccharo, salubris?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die Martis 7° Martii 1741, M. Joannes Herment medicus Regis ordinarius, Thesi præfuit Cardinalitiæ, respondente M° Andrea Cantwel, Hyberno, Baccalaureo — medico. Hæc erat quæstio negativè conclusa.

An aër ab inundatione salubris?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, rata et grata habuit — Baccalaurei responsa, et ipsi congratulata est.

Die Jovis 9° Martii 1741, M. Raymundus-Jacobus — Finot Cardinalitiæ Thesi præfuit, respondente M° Jacobo-le Chat de la Sourdière, Cenomanensi, Baccalaureo medico. Quæstio erat talis affirmans.

An Cerealia et Olera agri Parisiensis, salubria?

Eodem die Facultas unanimi consensu rata habuit Baccalaurei responsa.

Die martis 14° Martii 1741 Cardinalitiæ Thesi præfuit Mr. Ludovicus Lemery, medicus Regis ordinarius, Regiæque scientiarum Academiæ socius, et in Horto Regio Chymiæ Professor, respondente Mº Abrahamo-Francisco-leo Coldevilars, Engolismensi Baccalaureo medico. Quæstio affirmatè conclusa fuit talis.

An aulicis mulieribus sanitas firmior ab equestri venatione?

Eodem die apertâ capsâ Facultas rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 16° Martii 1741, Cardinalitiæ Thesi præfuit Mr. Petrus le Tonnellier, respondente Mº Ludovico-Renato Des Bois, Flexiensi, Baccalaureo medico, sub hac quæstione, affirmatè propugnatâ.

An præcavendis morbis convulsivis frugalitas?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, responsa Baccalaurei probavit.

Die Martis 21° Martii 1741, Cardinalitiæ Thesi præfuit Mr. Philippus Caron, antiquus Facultatis Decanus, respondente Mº Joanne-Stephano Guettard, Senonensi, Baccalaureo medico. fuit autem hæc quæstio affirmans.

An Senibus vinum, Aquâ largiori diluendum?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 23° Martii 1741, Cardinalitiæ Thesi præfuit Mr. Nicolaus Andry, Regis consiliarius, lector, Professor, ac librorum Censor Regius, antiquus Facultatis Decanus, respondente Mº Sylvestro-Antonio le Moine, Mimatensi, Baccalaureo medico. Hæc erat quæstio affirmatè conclusa.

An præcipua valetudinis tutela Exercitatio?

Eodem die aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, Baccalaurei responsa probavit.

Die martis 28° Martii 1741, Cardinalitiæ Thesi præfuit Mr. Petrus-Joannes Burette, Regis consiliarius medicus et sub-Bibliothecarius, in Regio Franciæ collegio Lector et Professor e Regia inscriptionum et humaniorum litterarum Academia, Regius librorum Censor; respondente Mº Natali-Maria de Gevigland, Parisino, Baccalaureo medico, sub hac quæstione, affirmatè propugnatâ.

An siccus aër humido salubrior?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio Facultas ex majori suffragiorum numero, Baccalaurei responsa probavit.

Die Martis 11° Aprilis 1741, propugnata fuit Cardinalitia Thesis cui præfuit Mr Hyacinthus-Theodorus Baron, antiquus Facultatis Decanus, in locum Mri Petri

Marais

Marais a Facultate Præses suffectus; respondente M°. Theodoro Baron, Præsidis filio, Parisino, Baccalaureo medico. Erat autem sequens quæstio affirmatè conclusa.

An Prolem lactare Matribus saluberrimum?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 13° Aprilis 1741, Cardinalitiæ Thesi præfuit M^r. Urbanus Leaulté, antiquus Facultatis Decanus, nec-non — Academiæ Censor, et antiquior Scholarum Magister; respondente M°. Urbano de Vandenesse, Parisino, ejus Nepote, Baccalaureo — medico; et fuit talis quæstio affirmans.

An recens Nato, recens Lac Maternum?

Die sabbati 15ª sequenti, Facultas unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 20° Aprilis 1741, propugnata fuit Thesis — Cardinalitia cui præesse debebat M^r. Josephus de Jussieu; sed — propter ejus absentiam suffectus est a Facultate Præses M^r. — Antonius de Jussieu ipsius frater natu major, Regi a secretis, — Regiæ scientiarum Academiæ, Regiarumque Societatum Angliæ — et Prussiæ Socius, nec-non Botanices in horto Regio Professor — et Demonstrator, respondente M°. Antonio Bergier, Sequano, — Baccalaureo medico. Quæstio talis erat affirmatè conclusa.

Litteratisne salubris Café usus?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas — unanimi consensu rata habuit et laudavit Baccalaurei responsa.

Die martis 25ª Aprilis 1741, M^r. Antonius-Joannes — Daval Thesi Cardinalitiæ præfuit, respondente M°. Carolo-Ludovico Liger, Altissiodoro, Baccalaureo medico, cujus erat — talis quæstio affirmatè conclusa.

An ὙΓΙΕΙΝΗ certas tradat regulas ad Sanitatem tuendam?

Eodem die, post propugnatam Thesim, aperto in scholis — superioribus scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero — probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 27° Aprilis 1741, M^r. Henricus-Franciscus — Bourdelin, scholarum Professor, præfuit Cardinalitiæ Thesi, respondente M° Joanne-Francisco Isez, Parisino, Baccalaureo — medico. Hæc autem erat quæstio, affirmante conclusione.

An Arthritidi præcavendæ Lactis Diæta?

Hoc ipso die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas — unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 4ª Maii 1741, M^r. Robertus-Hubertus Linguet rei herbariæ Professor, præfuit Cardinalitiæ Thesi, respondente M°. Carolo-Francisco Boutigny Despreaux, Ambianensi, Baccalaureo medico, hac propositâ quæstione affirmatè — conclusâ.

An Vinum Remense, ut suave, sic salubre?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die veneris 12° Maii 1741, Mr Joannes-Baptista de Diest Thesi præfuit Cardinalitiæ, respondente M° Juliano Busson, Dinannæo Macloviensi, Baccalaureo medico. Hujus Theseos hæc fuit quæstio affirmans

An redeunte vere citò redeat Convalescenti sanitas?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas unanimi consensu rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 18° Maii 1741, Mr Achilles-Franciscus Fontaine, Chirurgiæ Professor, Thesi præfuit Cardinalitiæ, respondente M° Petro Bercher, Parisino, Baccalaureo medico; et fuit quæstio talis affirmatè conclusa.


An Melancholicis Peregrinatio?

Eodem die, discussâ quæstione, aperto in scholis superioribus scrutinio, unanimi consensu probata et laudata fuerunt a Facultate, Baccalaurei responsa.

Die sabbati 27ª Maii 1741, Mr Ludovicus-Florentius Bellot, Cardinalitiæ Thesi præfuit, respondente M° Petro-Josepho Macquer, Parisino, Baccalaureo medico, sub hujus quæstionis titulo, affirmante conclusione.


An in Biliosis, gelida glaciatique liquores Bradypepsiam præcavent?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu probavit et laudavit Baccalaurei responsa.



Oratio publica.

Die Dominico, Mensis Novembris vigesimo, Anni 1740, horâ post meridiem tertiâ, Mr Henricus-Franciscus Bourdelin, Doctor medicus Parisiensis et Scholarum Professor, Medicinæ stadium auspicaturus, Medicinam liberalium Artium esse difficillimam, ingenuo honestoque viro et bono cive dignissimam, disertâ Oratione publicâ demonstravit.




Anatomicæ Demonstrationes, opera Chirurgica et Galeno-Chymica.

Die Mercurii 22° Februarii, Anni 1741, et sequentibus diebus, horâ decimâ matutinâ Mr Jacobus-Antonius Millet, saluberrimæ Facultatis medicæ Parisiensis Doctor regens, et scholarum Professor, Cadaveris virilis structuram publicè exposuit in scholis Medicorum. usus est manu Joannis-Baptistæ-Antonii Andouillé, Chirurgi Parisiensis peritissimi.

Die Jovis 27ª Aprilis, Anni 1741, horâ post meridiem tertiâ, et diebus proximè sequentibus, horâ sesqui-nonâ matutinâ, Mr Achilles-Franciscus Fontaine, saluberrimæ Facultatis medicæ Parisiensis Doctor regens et Chirurgiæ Professor, selectiora Chirurgicæ artis opera (dicendo) palam interpretatus est in Cadavere virili; hæc eadem (exequendo) publici juris fecit Jacobus-Franciscus-Maria Du Verney, Chirurgus Parisiensis peritissimus.

Die Lunæ 7° Augusti 1741, horâ post meridiem tertiâ, et sequentibus cujusque Hebdomadæ Martis et Veneris diebus, Mr Ludovicus-Claudius Bourdelin, Regiæ scientiarum Academiæ socius, Doctor medicus Parisiensis, saluberrimæ Facultatis antiquus Decanus, et Pharmaciæ utriusque Professor, Præmissis Chimiæ Principiis, selectas e Pharmacia et Chimia Operationes explicuit. Quibus perficiendis, manuum industriam, artificiosamque operam præstitit Jacobus Hennique, Pharmacopæus Parisiensis peritissimus.



obitus Doctorum

Die Jovis 16° Februarii, anno 1741, horâ sesqui-quintâ matutina fato functus est Mr Nicolaus le Tellier, 75 circiter annos natus, senio confractus, et a longo tempore Asthmate tentatus. Is adversus Medicinæ inimicos et osores totis viribus contendens, Facultatis nostræ commoda et jura, privatis suis rebus potiora jugiter habuit. Corpus ejus delatum fuit, stipantibus Decano et Collegis, ad ædem deo sacram sub invocatione Divi Laurentii, die veneris sequenti 17°.

Pro æterna animæ ejus requie, die sabbati 25° sequenti, in Sacello Facultatis solemniter cantatum fuit mortuale sacrum.

Die mercurii 16° Augusti 1741, horâ quintâ matutinâ, e vita decessit Mr Adrianus Malaval, annis 33 natus, rei herbariæ Professor designatus, consiliarius Regis in ejus Castelleto medicus ordinarius. Is febre malignâ correptus, ineunte sui morbi nono die, ultimum vitæ clausit diem; unicus patris superstes filius, cum acerbo doloris sensu defletus est; et sanè non immeritò; morum enim integritate, animi mansuetudine et suavitate nostros meretur fletus. Corpus ejus postero die ad ædem deo sacram sub invocatione Sti Germani Altissiodorensis, stipantibus funeream pompam numerosis Collegis, delatum est.

Ejus animæ die sabbati proximè sequenti 19° Augusti, in Scholarum sacello, sacro solemni parentatum est.

Die martis 3° octobris 1741, horâ post meridiem secundâ obiit Mr Ludovicus-Jacobus Pipereau, annos novem supra viginti natus. Per octodecim dies febre malignâ laborabat cum motibus convulsivis, delirio, virium prostratione et quotidianis exacerbationibus. ætate igitur florens raptus est vir ille probus, arte medendi peritus, humanitate politus, doctrinâ atque optimarum artium studiis eruditus. Corpus ejus ad ædem deo sacram sub invocatione Sti Sulpitii delatum fuit die sequenti.

Die vero sabbati 7° ejusdem mensis solemne sacrum in sacello Facultatis, pro ejus animæ requie, celebratum est.

Die lunæ nono ejusdem mensis mortuus est Mr Petrus Marais, anno ætatis suæ 75°. Hic Doctor studiorum liberalium artibus olim excultus admodum erat; verum Doctrinis nimium deditus, a febre maligna, ut fertur, demens relictus fuit; miseram itaque deseruit vitam, quam a longo tempore, mentis inops duxerat. Die sequenti Corpus ejus ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Eustachii sublatum, in ecclesia inhumatum fuit.

Die


Die Sabbati 14° ejusdem mensis octobris 1741 animæ supradicti Mi Marais, in Scholarum sacello, sacro solemni parentavit Facultas.

Die Dominicâ 15ª octobris 1741, horâ undecimâ serotinâ, flecti nescia mors abstulit nobis, ingenti omnium luctu, præstantissimum virum Mum Joannem Isoard, annos 29 natum, scientiâ, probitate, virtute singulari ornatum, et rituum nostrorum observantissimum. verbo, tam eximiæ erant ipsius animi dotes ut maximum sui desiderium nobis reliquerit. Corpus ejus die sequenti ad ædem Deo sacram sub invocatione Stæ Marinæ translatum et in ecclesia inhumatum fuit.

Die 21° ejusdem mensis, ipsius animæ sacro solemni, in Facultatis sacello parentatum est.

Die Dominicâ 29ª ejusdem mensis octobris 1741, Mr Claudius du Cerf ultimum vitæ clausit diem anno ætatis suæ 72° vel circiter. licet infirmâ valetudine donaretur, Facultati addictissimus erat, eamque studio et amore prosequebatur, nullum pro Scholarum exercitationibus recusans laborem. Corpus ejus die sequenti delatum fuit ad ædem deo sacram sub invocatione Sti Nicolai a campis, et in ecclesia inhumatum.

Die verò Sabbati 4° novembris, ejus animæ solemni sacro, in sacello Facultatis, parentavit saluberrimus Ordo.



Acta & Comitia Saluberrimi Medicorum Parisiensium Ordinis.

Die 21° novembris 1740 convocati sunt omnes Doctores medici per sequentem schedulam ab Apparitoribus delatam.

Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas superiores, die lunæ 21° Mensis Novembris 1740, Martis, Mercurii et veneris sequentibus ejusdem hebdomadæ diebus, novos Baccalaureos de omni materia medicinali interrogaturi, ab hora secunda ad quintam. Datum Parisiis, die decimo ejusdem mensis et anni. Coldevilars, Decanus.

Ex quatuor novis Baccalaureis tres tantum huic adfuerunt examini, scilicet Mri Silvester-Antonius le Moine, Natalis-Maria de Gevigland et Andreas Cantwel. Jacobus-Franciscus Mabille quartus Baccalaureus recessit

Die 26° novembris 1740, convocatis per schedulam in scholas superiores omnibus Medicis Doctoribus, horâ decimâ matutinâ post sacrum, responsa novorum Baccalaureorum, examine de omni materia medicinali tentatorum, per scrutinium probata fuerunt, sic concludente Coldevilars, Decano.

In his comitiis Facultas nominavit Mros Falconet Bernardum de Jussieu, Malouin et Liquet, in Examinatores libri cujus titulus est, Introduction à la Chymie &c. par Mr. Rothe medecin de Leipsig. Traduction de l'Allemand par. J.L. Clausier, Bachelier medecin de Paris. Exhibitis die 17° martii 1741 prædictorum Magistrorum approbationibus, hic liber, annuente Coldevilars Decano, Typis mandatus est

Die martis 29° mensis novembris, anni 1740, horâ tertiâ pomeridianâ, convocati sunt Doctores omnes Medici in scholas superiores, audituri rationes posterioris anni decanatûs Clarissimi viri Petri-Joannis-Baptistæ Chomel, fato functi, nec-non Examinatores rationum Clarissimi viri Urbani Leaulté, antiquioris scholæ magistri, Ex-decani, electuri. In his comitiis sorte ducti sunt

in

in Examinatores rationum clarissimi viri Urbani Leaulté.

De majori	De minori
Mr. Theodorus Baron,	Mr. Carolus-Claudius de Jean,
Mr. Michael Peaget,	Mr. Ludovicus-Petrus le Hoc,
Mr. Thomas-Renatus Gasnier.	Mr. Bartholomæus Murry.

Die veneris 2a Decembris 1740, habita sunt Comitia, prima mensis dicta, de morbis grassantibus.

Mr. Leaulté, antiquior scholæ Mr. se observasse dixit Pleuritides catarrhales, quibus sanandis Kermes minerale, minori quidem dosi, et repetitis vicibus, utiliter præscriptum fuit; præmissis tamen aliquot venæ sectionibus. Deinde potiones oleosæ, Apozemata bechica, et tandem laxantia ex manna et oleo Amygdalarum dulcium, felicem sortita sunt effectum.

Item colicos observavit dolores, eos quibus Pictones afficiuntur æmulantes, in quibus mochlica et enemata ex colocynthide et vino stibiato, et mox ex oleo et vino, multum profuêre; hinc narcotica, potiones oleosæ, et clysteres emollientes ac anodyni aptum in usum venerunt. Iis vero irritis remediis Balneum domesticum ægros miro levavit auxilio.

Præsentes cæteri Doctores hisce observationibus de grassantibus morbis, nihil addiderunt, præterquam quod Diarrhoeas serosas et biliosas annotavêre; et quidem in magno Parisiensi nosocomio frequentes fuerunt. Hæ autem ope Ipecacuanhæ, catharticorum ex manna, catholico duplicato et syrupo magistrali cathartico astringente paratorum, adhibitis etiam potionibus oleosis cum syrupo e Karabe, cochleatim usurpatis, Bolis ex diascordio et absorbentibus terrenis, ptisana ex Oriza, cornu cervi, catechu et syrupo Cydoniorum, sanatæ fuerunt, non omissis venæ sectionibus e brachio, ubi erat inflammationis metus.

Die 10o Decembris 1740, accepit Decanus hanc sequentem epistolam ab illustrissimo archiatrorum comite missam.

C'est uniquement Monsieur pour vous inviter à vous trouver jeudy prochain huit decembre à mon appartement des Thuilleries, à trois heures précises après midy, pour y conferer sur quelques affaires qui regardent la commission. Je suis avec une parfaite estime Monsieur vôtre très-humble et très-obeïssant serviteur

à Versailles ce 6 decembre 1740. Chicoyneau

Verum cum hæc epistola serius venerit, haud penes fuit Decanum huic delegatæ medicamentorum juridictioni adesse.

Die 16° Decembris 1740 Decanus jussu et nomine Facultatis saluberrimæ, comitatum præbentibus M^{ris} Baron et Bourdelin antiquis Decanis, et M^{ris} Afforty, le Hoc, Hunauld, Fontaine et Bellot, illustrissimum Procuratorem catholicum, præeuntibus clavis, invisit, ipsi gratulandi causâ ex eo quod Rex Patronum generalem in supremo senatu, ejus filium, paterni muneris successorem designarit. urbanis et officiosis verbis nos excepit clarissimus ille Magistratus, ac pollicitus est et se et filium in sinu nunquam non gestaturos existimationem quâ saluberrimam facultatem nostram semper prosecutus est. Aberat generalis Patronus; idcirco Facultatis missionem et congratulationem apud ejus janitorem scriptis denuntiavimus.

Die lunæ 2° Januarii 1741, habita sunt menstrua comitia de morbis grassantibus. In his comitiis facta fuit mentio febrium quarumdam intermittentium, ut et continuarum cum exacerbationibus observatæ quoque fuerunt aliquot Pleuritides in Peripneumoniam mutatæ. Item Rhumatismi dolores, faucium phlogoses, tusses, DiarrhϾ, disuriæ; qui quidem morbi solitis auxiliis et convenientibus medicamentis ritè adhibitis, omnes ferè sanati sunt. verum parvus fuit præterito mense decembris, ægrorum numerus.

Die veneris 13° mensis Januarii 1741, convocati sunt per juramentum Doctores omnes medici in scholas superiores, horâ post meridiem tertiâ, clarissimorum virorum, qui examinandis scholarum ædibus a Facultate propositi fuerunt, relationem audituri, et super eâ continuò deliberaturi, propter imminens periculum ab aquarum exundantia illatum.

In his comitiis statuit Facultas ex majori suffragiorum numero, evellendum Amphitheatrum, ut et murum propè viam vulgo des Rats; et ad horum refectionem, dimidiam licentiarum portionem retinendam esse; hocque decretum trinâ convocatione confirmatum iri; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die martis 17° ejusdem mensis Januarii 1741, convocata fuit Facultas per juramentum, in scholas superiores, horâ post meridiem tertiâ, clarissimorum virorum qui examinandis scholarum ædibus propositi fuêre, relationem auditura, et super eâ secundò deliberatura; sed suffragiis æquabiliter partitis pro dimidiæ licentiarum portionis retentione, nihil aliud statutum fuit nisi quod Amphitheatrum et exteriores scholarum ædes ab aliis Architectis rursum examinarentur, qui novam delineationem exararent; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

In iisdem comitiis Facultas elegit in examinatores libri cui titulus est Introduction des essais du Docteur Mead sur les Poisons, par le Sr Mas-neale, m^{ri} Procope, Bernard de Jussieu, Murry, Payen et le Monnier, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Die mercurii 25° ejusdem mensis Januarii 1741, hac sequenti schedulâ convocata fuit Facultas.

Convocentur Doctores omnes medici in scholas superiores

superiores, die mercurii 25° mensis Januarii, anni 1741, horâ post meridiem tertiâ, Clarissimorum virorum qui examinandis commentariis et rationibus Decanatûs clarissimi viri Urbani Leaulté Scholarum antiquioris, præpositi fuêre, relationem audituri. Datum Parisiis die 21° mensis supradicti. Col de Vilars, Decanus.

Auditâ relatione Facultas ex majori suffragiorum numero, statuit ut commentarii et rationes Decanatûs Mri Urbani Leaulté exdecani, in majoribus Codicibus inscriberentur, secundum relationem Mri Baron antiqui Decani, et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die sabbati 4° Februarii 1741, habita sunt menstrua comitia de morbis grassantibus. Congregati doctores observasse dixerunt affectus catarrhales, Tusses pertinaces cum et sine febre, quibus Bechica apozemata, syrupo de Althæa vel Diacodio aut e karabe edulcorata, utiliter præscripta sunt, sicut et looch album &c. interdum venæ sectio, ubi aderat phlogosis.

Item febres tertianas et quartanas catarrhales, nec non febres continuas cum exacerbationibus, inter quas quædam malignæ erant. Qui quidem morbi, aptis remediis de quibus in aliis ~~menstruis~~ Comitiis facta fuit mentio, utplurimum sanati fuêre.

Item Peripneumonias quæ venæ sectionibus, Bechicis et subinde Catharticis, cardiacis, secundum artem adhibitis, curationem admittebant.

Tandem diarrhoeas quamplurimas, quibus sanandis profuerunt aqua pulli, aqua Orizæ, catechu et Cornu Cervi cum syrupo Cydoniorum, cathartica ex catholico duplicato, manna et syrupo magistrali astringente, aut Ipecacuanhæ granis quatuor, imo ipsa met Ipecacuanha ad grana viginti adhibita, cum urgebant nauseæ; deinde Boli ex Diascordio et granis duobus Ipecacuanhæ, sero et mane. Qui torminibus cruciabantur, potionibus ex oleo Amygdalarum dulcium et syrupo e karabe mirum in modum levabantur, cochleatim exhibitis. ubi nulla aderat febris, pilulæ de Cynoglosso ad grana quatuor vel quinque, optimum sortitæ sunt effectum. nonnunquam lac Chalybeatum utiliter præscriptum fuit.

Die sabbati 18° Februarii 1741, in comitiis pro pauperibus ægris, Facultas nominavit Mos Procope et Thieullier in examinatores libri à Mo Andry, antiquo Decano, compositi, cui titulus est Nouvelle édition de la génération des vers.

Die sabbati 25° ejusdem mensis Februarii 1741, post solemne Sacrum quo animæ Mi nicolai le Tellier, fato functi, saluberrimus ordo parentavit, legit Decanus epistolam quam a decano Facultatis Nannetensis acceperat, cum decreto sanctioris consilii et memoriale quodam. Per epistolam rogat ille Decanus a saluberrima nostra Facultate, velit facultatem medicam nannetensem præsidio suo semper tutari adversus cognominatum

Bernard

Bernard. verum invitis omnibus accuratis commendationibus sollicitationibusque, ut videre est pag. 458 et 461, latum fuit a sanctiori consilio subsequens decretum, regio diplomate fulcitum, cujus hæc sunt verba.

Lettres patentes du Roy sur Arrest, concernant la Faculté de Medecine en la ville de Nantes. Données a Versailles le 6 Xbre 1740. Registrées en Parlement le 9 Janvier 1741.

Louis par la grace de Dieu, Roy de France et de Navarre à nos amés et feaux conseillers les gens tenant nôtre cour de Parlement de Rennes, Salut. Par Arrest rendu ce jourdhuy en nôtre Conseil, et par les motifs qui y sont contenus, nous avons jugé à propos de faire cesser les difficultés qui se sont élevées dans la faculté de Nantes, au sujet de la reception du sieur Bernard Docteur en medecine qui demandoit à y être aggrégé, et pareillement de celles qui pourroient naître dans la suite à l'egard d'autres Docteurs receus dans des Facultés de medecine établies hors de la Brétagne, qui voudroient se faire agréger à celle de Nantes; et comme il est nécessaire que vous soyés instruits des dispositions de cet Arrest, nous avons resolu de le revêtir de nos lettres patentes à vous adressées, afin que vous soyés en état de veiller à l'observation de ces dispositions, et à maintenir les régles que nous voulons être suivies dans la Faculté de Médecine de Nantes, conformement à ce qui est établi dans les autres Facultés semblables de nôtre Royaume A CES CAUSES voulons et nous plaist que l'Edit donné par le feu Roy nôtre trés-honoré Seigneur et Bisayeul, au mois de Mars 1707, pour servir de reglement general dans les Facultés de médecine de son Royaume, ensemble le dit Arrest par nous rendu ce jourdhuy, soient exécutés selon leur forme et teneur; et en consequence que conformement à l'article XXXII du dit Edit, les Docteurs des autres Facultés qui se presenteront pour être agrégés à celle de Nantes, seront admis à l'agregation en soutenant un acte de quatre heures au moins, et en payant la somme de 150tt pour tous droits. Ordonnons pareillement que la qualité de Docteur en la Faculté de Medecine de Nantes ne pourra plus à l'avenir donner le titre de Professeur, et que suivant l'article VI du dit Edit les Chaires qui viendront à y vacquer seront mises à la dispute, pour être adjugées à celuy qui se trouvera le plus digne, à la pluralité des voix. voulons aussi que le Sr. Bernard docteur en Médecine en la Faculté de Montpellier, soit admis à l'agrégation à celle de Nantes, en soutenant un acte de quatre heures au moins, et en payant la somme de cent cinquante livres pour tous droits, conformement à l'article trente deux de l'Edit du mois de mars 1707, et du dit Arrest. Si vous mandons et enjoignons que ces présentes, ensemble

ensemble le dit Arrest de ce jour, ci attaché sous le contre-scel de notre Chancellerie, vous ayés à faire enregistrer, et le contenu au dit Arrest et aux presentes, garder et entretenir, faire observer et executer sans souffrir qu'il y soit contrevenu; car tel est notre plaisir. Donné a Versailles le sixieme decembre l'an de grace mil sept cents quarante, et de nôtre Regne le vingt sixiême. Signé Louis, et plus bas, Par le Roy, signé Phelypeaux.

Registrées, oui et ce le requérant le Procureur general du Roy, pour être executées suivant la volonté de sa Majesté. Fait en Parlement à Rennes le 9 Janvier 1741. Signé le Clavier.

Extrait des Registres du Conseil d'Etat.
Du 6 Decembre 1740.

Le Roy s'étant fait rendre compte des difficultés qui se sont élevées en la Faculté de Médecine de Nantes, à l'occasion de la demande qui a été formée par le sieur Bernard Docteur en medecine de la Faculté de Montpellier, pour être agregé à la dite Faculté de Nantes, aux offres qu'il a faites de satisfaire à ce qui est prescrit par l'Edit du mois de mars 1707, concernant les Facultés de Medecine; sa Majesté auroit appris que non seulement la dite Faculté pretendoit exiger du Sr Bernard de plus grands droits que ceux qui sont établis par l'article XXXII du dit Edit; mais même qu'il devoit y prendre de nouveaux degrés comme s'il n'en avoit point obtenu dans celle de Montpellier. Que les difficultés faites de la part de la dite Faculté etoient fondées en premier lieu sur la disposition des statuts qu'elle a faits en l'année 1653, et qui ont été homologués au Parlement de Bretagne en 1668, suivant les quels ceux qui ont obtenu des degrés de licentié et même de Docteur dans une autre Faculté, sont obligés d'en prendre de nouveaux selon les régles qui s'observent dans la Faculté de Nantes; et en second lieu sur ce qu'elle prétend qu'en donnant le titre de Docteur, elle confére en même tems celuy de Professeur, ce qui l'a mit en droit d'exiger des épreuves plus rigoureuses que celles qui sont établies dans les Facultés où l'on n'accorde que le titre de Docteur. Sur quoy sa Majesté a consideré que les statuts ou usages de la Faculté de Medecine de Nantes ne doivent plus être regardés comme subsistans en ce qu'ils peuvent avoir de contraire aux dispositions de l'Edit du mois de mars 1707, portant réglement pour les Facultés de Medecine de son Royaume; puisque le feu Roy a dérogé par cet Edit à tous Edits, Déclarations, Arrets et Réglemens contraires, a l'exception seulement des statuts de la Faculté de Medecine de Paris, qui ont été confirmés purement et simplement sans aucun changement ni limitation; qu'ainsi cet Edit étant apresent la seule loy par la quelle on doive juger des conditions imposées aux Docteurs d'une Faculté de

Medecine

de medecine qui vouloient être agrégés à une autre Faculté ou College de medecine, on ne peut exiger d'eux que de se conformer exactement à ce qui est prescrit par l'article XXXII du même Edit; et il n'est plus permis à l'université ou à la Faculté de medecine établie à Nantes de les assujettir à la necessité d'y faire un nouveau cours d'étude, pour pouvoir être agrégés à cette Faculté: Que si dans l'article XXXIII de cet Edit le feu Roy a déclaré que dans la Faculté où l'on exigeoit de plus grandes épreuves de ceux qui vouloient y être agrégés, que celles qui sont portées par l'article XXXII, il en seroit usé à cet égard comme par le passé, cette espéce de reserve peut bien s'appliquer à des examens plus longs ou en plus grands nombres que ceux qui doivent être subis suivant le dit article XXXII par les Aspirans à l'agrégation; mais qu'on ne peut jamais entendre par là l'obligation de recommencer leurs études et de prendre de nouveaux degrés; puisque par le même article XXXII les dits Aspirans sont qualifiés Docteurs, et qu'on y suppose parconséquent qu'ils n'ont pas besoin d'obtenir de nouveaux degrés. Qu'enfin la Faculté de Medecine n'est plus en droit de pretendre qu'elle confére le titre de Professeur en donnant celuy de Docteur, puisque suivant l'article VI du même Edit du mois de mars 1707, qui, comme il a été dit ci-dessus, déroge à tous réglemens et usages contraires, les chaires de Professeurs doivent être mises à la dispute, et la chaire vacante ajugée à celuy qui se trouve le plus digne, à la pluralité des voix; et comme il est necessaire d'établir une régle fixe dans la Faculté de Medecine de Nantes, et conforme à ce qui s'observe, suivant l'Edit du mois de mars 1707, dans les autres universités du Royaume, sa Majesté a jugé à propos d'expliquer ses intentions sur ce sujet. A quoy voulant pourvoir, et tout consideré, sa Majesté étant en son conseil, a ordonné et ordonne que l'Edit du mois de mars 1707, concernant les Facultés de Medecine de son Royaume, sera executé selon sa forme et teneur; et en consequence que conformément à l'article XXXII du dit Edit, les Docteurs des autres Facultés qui se presenteront pour être agrégés à celle de Nantes, seront admis à la dite agrégation, en soutenant un acte de quatre heures au moins, et payant la somme de 150ᵗᵗ pour tous droits. Ordonne pareillement sa Majesté que la qualité de Docteur en la Faculté de Medecine de Nantes, ne pourra plus à l'avenir donner aussi le titre de Professeur; et que suivant l'article VI du dit Edit les chaires qui viendront à vaquer, seront mises à la dispute, et la chaire vacante ajugée à celuy qui se trouvera le plus digne à la pluralité des voix. Veut et entend sa Majesté que le Sʳ. Bernard Docteur en Medecine de la Faculté de Monpellier, soit admis à l'agrégation à celle de Nantes, en soutenant un acte de quatre heures au moins, et en payant la somme de 150ᵗᵗ pour tous droits, conformément à l'article XXXII de l'Edit du mois de mars 1707, et à la disposition du present Arrest qui

qui sera executé nonobstant oppositions ou empêchemens quelconques, pour les quels ne sera differé, et dont, si aucuns interviennent, sa Majesté s'est reservée et à son conseil la connoissance, et sur iceluy toutes lettres necessaires seront expédiées. Fait au Conseil d'Etat du Roy, sa Majesté y étant, tenu à Versailles le sixième jour du mois de Decembre mil sept cent quarante.

signé Phelypeaux.

Quid deinceps contigerit, nunc ignoramus.

Die mercurii 1° Martii 1741, habita sunt in Scholis superioribus Comitia 1a mensis Die, de morbis grassantibus. Retulerunt congregati Doctores se nullos observasse morbos epidemicos, sed tantum quasdam Diarrhoeas pertinaces, et Rheumata, nec-non Febres catarrhales, quæ Pectoralibus et Bechicis remediis cessêre. Item Febres malignas numero quidem paucas, at quæ incautis in principio imposuerunt; benignas enim æmulabantur cum intermittentes tum continuas; verùm sub finem Delirio vel Phrenitide sese manifestas præbebant, ægros e vivis celeriter abripientes. His venæ sectiones cubiti, saphenæ, Jugularis profuerunt; deinde Apozemata amara cum cortice Peruviano et Theriaca, Potiones cardiacæ syrupo de limonibus edulcoratæ, et granis aliquot Tartari stibiati stimulatæ, cochleatim exhibitæ. Ubi intensus erat calor, sitis, et lingua sicca, propter continuæ Febris progressionem, Emulsiones cum syrupo Nymphææ et aqua Naphæ, granis aliquot Tartari stibiati alternis diebus exacuitæ, utiliter præscriptæ sunt, ut et potiones cardiacæ ex aqua oxytriphylli, confectione de Hyacintho et syrupo de limonibus, cum vel sine Tartaro stibiato.

Commemorati sunt etiam Morbilli in collegiis grassantes, ut et Febres scarlatinæ, nullis gravibus stipatæ symptomatis; nec-non variolæ quædam discretæ. Tandem Apoplexiæ fortes.

Die Jovis 23° Martii 1741, convocati sunt a Decano Doctores omnes medici, Baccalaureos super Anatomia interrogaturi; quod quidem examen fuit nuntiatum sequente Mandato totius urbis compitis affixo.

De Mandato
Mri Eliæ Col de vilars, saluberrimæ
Facultatis Parisiensis Decani,
et M.M. Doctorum regentium
ejusdem Facultatis.

Notum sit omnibus, ad quos pertinet, die Jovis vigesimo tertio mensis Martii, et diebus veneris, sabbati, Dominico, lunæ

Lunæ, Martis et Mercurii sequentibus anni 1741, ab hora post meridiem secunda ad sextam, Baccalaureos peritiæ suæ in sectionibus et demonstrationibus anatomicis, super virili Cadavere, propriâ manu exercendis, examine probatorio, coram Facultate, periculum esse facturos

Subscripsi et promulgavi die vigesimo secundo Martii 1741. Franciscus-Ludovicus Bret, Major Facultatis Apparitor.

Convocationis autem schedula, singulis Doctoribus ab Apparitoribus delata, talis erat.

Articulus quartus.

Decreti vigesimo secundo die Martii 1732 lati, et trinâ convocatione confirmati.

Exercitationum Anatomicarum primo et secundo die, Abdomen ipsiusque viscera demonstrentur; tertio die de Pectoris partibus agatur; quarto de Capite tractetur; quinto omnes Corporis Musculi exponantur; sexto vasorum et Nervorum distributiones explicentur; septimo Ossa examinentur, de situ, connexione, structura, et usu partium interrogati Baccalaurei respondeant.

vi cujus Decreti,

Convocentur Doctores omnes Medici in scholas superiores, die Jovis vigesimo tertio Mensis Martii, et diebus veneris, sabbati, Dominico, Lunæ, Martis et Mercurii sequentibus, anni 1741, ab hora secunda ad sextam, Baccalaureos, sectiones et demonstrationes Anatomicas, super virili Cadavere, propriis manibus exercentes, interrogaturi. Datum die vigesimo primo ejusdem Mensis et anni.

Col de vilars, Decanus.

Die sabbati primo Aprilis anni 1741, convocati sunt Doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, de sectionibus ac Demonstrationibus Anatomicis, a Baccalaureis propriâ manu in Cadavere virili celebratis, suum judicium per scrutinium laturi; nec-non de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus, deliberaturi. Quibus in comitiis Facultas probavit et laudavit sectiones ac demonstrationes Anatomicas a Baccalaureis propriâ manu celebratas; et sic conclusit

Col de vilars, Decanus.

In iisdem comitiis decrevit Facultas ut Mr. Baron, antiquus Facultatis Decanus, ipse annuens, historiam Facultatis et rationes Mri urbani Leaulté, exdecani et scholarum antiquioris, in Commentariis conscriberet, quas Dictus Mr Leaulté, propter provectiorem ætatem et visûs debilitatem, exarare non potuit et sic conclusit Col de vilars, decanus, ut videre est pag. 498.

Virtute præsentis Decreti Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron antiquus Facultatis decanus, Rationes et Commentarios quadrimestris Decanatûs Mri. urbani Leaulté, exdecani et scholarum antiquioris, propriâ manu, hisce Codicibus inscripsit.

In

In iis quoque Comitiis statuit Facultas ut Decanus, litem adversus cognominatum Belamy, Medicinam illicitè facientem prosequeretur. et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Postea nominavit Facultas M.ros Bernardum de Jussieu et Joannem Baptistam-ludovicum Chomel in examinatores Catalogi plantarum quæ in Horto Magistrorum Pharmacopæorum Parisiensium coluntur, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Eodem die 1.a Aprilis 1741, habita sunt Comitia menstrua de morbis grassantibus. Observatæ sunt Pleuritides et Peripneumoniæ febre malignâ stipatæ, quibus venæ sectiones e cubito, dein e pede, Potiones stibiatæ, Bechica et cardiaca temperata haud frustra adhibita sunt. Febrium quoque intermittentium, Alvi profluviorum, et Erysipelatum facta fuit mentio, quibus usitata remedia profuerunt.

Die 19.o ejusdem mensis Aprilis 1741, Illustrissimus Archiatrorum Comes D.us Chicoyneau ad Decanum scripsit epistolam sub iisdem verbis ac epistola quæ prostat pag. 563, pro Comitiis vulgo la chambre de la commission.

Die 29.o ejusdem mensis Aprilis 1741, convocati sunt Doctores omnes Medici, per Juramentum, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, clarissimorum Virorum qui examinandis scholarum ædibus a Facultate præpositi fuere, relationem audituri, variasque Amphitheatri Anatomici ædificandi delineationes examinaturi, et super iis tertiò et ultimò, nec-non de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus, deliberaturi.

In his Comitiis, ex majori suffragiorum numero, decrevit Facultas mediam Licentiarum portionem retinendam esse, ad Amphitheatri ædificationem; et sic conclusit

Col de Vilars, Decanus.

Die martis 2.o Maii 1741, habita fuerunt Comitia menstrua de morbis grassantibus. Præsentes Doctores se observasse retulerunt Pleuritides et Peripneumonias, Febres continuas malignas pertinaces, Diarrhoeas cum torminibus; quibus sanandis venæ sectiones et remedia præterito mense adhibita, profuerunt. Quidam Morbilli, nonnullæ Variolæ et Tusses ferinæ itidem grassabantur.

Die lunæ 29.o Maii 1741, convocati fuere Doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ tertiâ pomeridianâ, de communibus majorum Facultatis ædium foricis mundandis et reparandis, aliisque ædificationibus; nec-non de quibusdam rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

Statuit Facultas unanimi consensu, communes Scholarum foricas mundandas esse, et postea examinandas; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

In his Comitiis exposuit clarissimus Collega noster M.r Bertin quod a Principe Valachiæ et Moldaviæ primarius ejus Medicus electus erat, et mox proficisci cogebatur. Itaque supplex postulavit a Facultate ipsi decernere vellet stipendia et pignora quasi omnibus adesset scholarum actibus: Re in deliberationem missâ, supplicationi M.ri Bertin annuit

Facultas,

Facultas, nemine reclamante, et ipsi lubenter concessit in posterum pignora quæ in omnibus actibus et licentiis solvuntur, quasi iis præsens esset; et sic conclusit

Col de Vilars, Decanus.

In iisdem comitiis deliberatum quoque fuit de Amphitheatri ædificatione, et ex majori suffragiorum numero statutum est ædificandum esse Amphitheatrum secundum delineationem Dni Jossenay Architecti, quæ eadem est ac dni de la Blinière paucis mutatis; et ad hoc conficiendum opus dimidiam licentiarum cum præsentium tum futurarum portionem retinendam esse; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Hoc Decretum obsignarunt Mri Winslow, Baron, de l'Epine Payen. verum cum hæc convocatio ad hoc et per juramentum facta non fuerat, plurimi Doctores ad alia comitia deliberationem remiserunt. Quapropter hæc sententia quintæ convocationi præbuit ansam, ut unanimis foret consensus, si fieri posset.

Die veneris 2° Junii 1741, habita sunt menstrua Comitia de morbis grassantibus.

1° observatæ sunt præterito mense morbilli et variolæ, quibus curandis usitata remedia adhibita sunt; et ex his plerique ægrotantes evasêre.

2° Febres malignæ cum eruptione pustularum, in quibusdam ægris variolas æmulantium, in aliis purpurearum. Primis diebus venæ sectio e brachio et e pede celebrata fuit; deinde Cardiaca cum syrupo de limonibus et aqua Oxytriphylli, Emulsiones ex aqua communi, seminibus frigidis, aqua naphæ et granis duobus aut tribus Tartari stibiati multo fuerunt auxilio.

3° Pleuritides et Peripneumoniæ quæ phlebotomiâ et Bechicis ut plurimum sanatæ fuerunt.

4° Pleuritides cum Febre catarrhali, quibus feliciter præscriptæ sunt potiones ex oleo Amygdalarum dulcium et Kerme minerali.

5° Diarrhϕæ biliosæ et dysenteriæ quæ profligatæ sunt ope catholici duplicati, cum manna, syrupo magistrali cathartico astringente et granis aliquot Ipecacuanhæ, pro uno haustu. Potus erat ex Oriza, Cornu Cervi et catechu paratus, ac syrupo Cydoniorum edulcoratus. si ægri vomitu aut nauseis laborabant, Ipecacuanha a granis quindecim ad viginti in jusculo exhibebatur. Quando Abdominis torminibus cruciabantur, potiones ex oleo Amygdalarum dulcium et syrupo e Karabe vel diacodii, cochleatim haustæ, multum levaminis afferebant. In usum quoque venerunt Boli astringentes cum Diascordio, Bolo Armena, Sanguine Draconis et diacodio; vel Boli cum Gummi Tragacantho, Corallio, Terra sigillata et laudano.

Tandem Colici dolores Pictonum observati sunt, qui mochliis in hoc morbo usitatis, Paregoricis et Balneo sanati sunt. verum ex hisce affectibus nullus fuit epidemicus.

Die 13a Junii 1741, convocata fuit Facultas per schedulam sequentem, singulis Doctoribus a Bidellis delatam.

Per Juramentum

Convocentur Doctores omnes Medici die Martis decimâ tertiâ mensis Junii 1741, in scholas superiores, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, tandem aliquando definituri utrum, quomodo et qua ope demoliendum ac exædificandum sit Amphitheatrum; nec non de novo codice Pharmaceutico reficiendo; de reparandis

communibus

communibus foricis, aliisque rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi. Datum Parisiis die decimâ ejusdem mensis. Col de Vilars, Decanus.

Magna fuit inter Doctores contentio super Amphitheatri demolitione et ædificatione. verum ex tribus supra viginti collegis duodecim in ea fuerunt sententia ut Amphitheatrum dejiceretur, exædificareturque, et ad ipsius ædificationem dimidia licentiarum et actuum pars retineretur; et sic ex majori suffragiorum numero conclusit Col de Vilars, Decanus.

Sub hujus Decreti calcem chyrographum suum apposuerunt Mri Winslow, de l'Epine, Bourdelin, Bellot, Isoard.

In iisdem Comitiis censuit Facultas reparandas esse communes scholarum foricas, sic concludente Col de Vilars, Decano.

In iis quoque Comitiis sorte ducti sunt Mri Bourdelin junior, Pipereau, Isoard et Lucas de Laurembert, in examinatores libri cui titulus est Essais Anatomiques &c. Par Mr Lieutaud, Conseiller du Roy, Professeur en Medecine dans l'université d'Aix verum quoniam Chirurgus pro hujusce libri a doctore medico compositi Censore Regio electus fuit, prædicti Doctores censuerunt approbationem suam minime concedendam esse.

Die Lunæ 24a mensis Julii 1741, convocati sunt Doctores omnes medici in scholas superiores, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, audituri Rationes decanatûs Clarissimi viri Urbani Leaulté, exdecani, et antiquioris scholarum Magistri; nec-non de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

Relatis et probatis a Mro Urbano Leaulté quadrimestris ejus Decanatûs Rationibus, ut videre est in hisce Codicibus, Legit Facultati Decanus Epistolam a Medico Bethunensi ipsi scriptam, cujus hic tenor est.

Messieurs

Les Medecins de cette ville étant assemblés, ont l'honneur de donner avis à la Faculté que plusieurs personnes s'ingérent de faire la medecine, et ordonnent sans aucune connoissance. un chirurgien, ou se disant tel, quoy qu'il n'ait subi aucun examen, seulement muni de lettre de Lieutenant Chirurgien de Mr Maréchal ci devant premier Chirurgien de sa Majesté, par son extréme ignorance, a ordonné à une femme de temperament sanguin plethorique, agée de cinquante et quelques années, attaquée d'un Catarrhe si violent qu'il luy occasionnoit une fievre continüe avec redoublemens, les purgatifs suivans.

1o le 29 de Juin, Prenés une once de senné, quatre onces de casse en bâton, deux onces de Reglisse, deux onces de Tamarins, quatre onces de sel d'Epsom, deux dragmes de sel de nitre, le tout cuit dans une livre et demie d'eau pour en faire deux verres; étant passés on y ajoutera deux onces de syrop de nerprun, deux scrupules de diagrede pour deux doses; Pour madlle Choquet.

La seconde du 2 juillet, Prenés trois dragmes de senné, deux onces de Tamarins, quatre onces de casse en bâton, Reglisse

Reglisse deux onces. cuisés le tout dans deux livres d'eau de fontaine pour faire deux verres. Etant passés on y ajoutera quatre onces de syrop de Nerprun une dragme de poudre cornachine, deux scrupules de diagrede. Ajoutés dans le premier verre six grains de Tartre stibié, ce qui la fit aller jusqu'à la mort qui arriva le trois de ce mois à onze heures du soir. Nous avons prié le magistrat de faire deposer les deux ordonnances au greffe de la ville, où elles resteront en attendant l'honneur de vos prudens conseils. outre ces deux ordonnances il en fit encore d'autres que l'on recherche. Ces ordonnances sont copiées à la lettre.

L'occasion est favorable pour faire voir à la cour l'imprudence et la témérité de certains Chirurgiens qui abusent de la crédulité et de l'ignorance du public.

Nous espérons M.rs que vous nous honorerés de vos avis favorables. Nous sommes dans la plus profonde soumission

Messieurs

Bethune ce 9 Juillet 1741.

Vos trés-humbles et trés obeissans serviteurs. Cardon de la Mairry medecin pour mes Confreres.

S'il y a quelques Arrets, on vous prie M.rs de les envoyer.

Dedit mihi Facultas negotium ut huic Medico sequentibus verbis rescriberem.

A Paris le 26 Juillet 1741.

M.r

Dans l'assemblée qui s'est tenüe lundy dernier aux Ecoles de medecine j'ay lu la lettre que vous avés écrite à notre Faculté. Elle voit avec douleur les fautes meurtriéres de plusieurs Chirurgiens qui malgré leur ignorance veulent entreprendre de traiter ceux qui sont attaqués de maladies internes. Elle regarde celle qu'a commise le Chirurgien dont vous parlés, comme un véritable empoisonnement qui mériteroit une punition exemplaire. Elle vous exhorte à le poursuivre en justice réglée, en demandant qu'il luy soit fait défence d'exercer la medecine, et qu'il soit condamné à l'amande pour l'avoir exercée. Munis de ses ordonnances vous ne pouvés pas manquer d'y reussir. si vous avés besoin d'une sentence que nous avons obtenüe en pareil cas contre un nommé Lyvernette m.e Chirurgien de Paris, je vous l'envoyeray. Deplus elle est d'avis que vous écriviés une lettre a M.r le Chancellier pour l'informer de quelle maniére cette femme a été empoisonnée, une autre à M.r le Procureur general, ainsi qu'a M.r Chicoyneau premier medecin du Roy, et a M.r Helvétius premier medecin de la Reine. venant de votre part, on y ajoûtera plus de foy qu'a notre Faculté; parce que nous sommes en procés avec les chirurgiens. Elle m'a cependant chargé de vous assurer qu'elle est trés disposée à vous rendre tous les services qui dépendront d'elle. En mon particulier j'ay l'honneur d'étre avec une parfaite consideration

M.r

Votre trés-humble et trés obeissant serviteur Col de vilars, doyen de la Faculté de medecine de Paris.

Post

Post aliquod tempus Decanus hoc accepit responsum

Monsieur

J'ay tardé de vous remercier, ayant été bien aise d'informer la Faculté de Douay des réponses gracieuses dont il vous plut m'honorer, tant de vôtre part que de celle de vôtre assemblée. Elle a été fort sensible à l'interest que vous prenés à nôtre affaire. Elle m'a prié de vous en remercier de sa part et de vous assurer qu'elle prendra tous les moyens convenables pour empêcher de pareils abus. Aprés avoir conferé de vive voix avec ces Mrs ils me dirent de suivre le sentiment de vôtre Faculté, en écrivant à Mrs le Chancellier, Procureur general &c. mais d'attendre à envoyer mes lettres à la rentrée des classes de Douay; parce que Mr. le Laing Professeur en medecine, sera pour lors Recteur. Il écrira aussi à ces Mrs, non en sa qualité de medecin, mais en celle de Recteur de l'université, ce qui luy donnera plus de poids. Il démontrera les abus commis en quantité d'endroits. Outre cela il adressera un Placet à la Cour au quel il joindra les ordonnances du Chirurgien et vos lettres qui serviront de preuves d'abus, et quantité d'autres choses. Les lettres étant adressées le même jour, elles auront plus de succés.

En attendant nous sommes entrés en cause contre le Chirurgien, afin qu'il soit condamné à l'amande portée par l'Arrest de 1707.

Je vous prie Mr. de m'envoyer la sentence rendue contre Lyvernette. Elle pourra nous être utile, et Mr. de la Laing pourra la joindre à son placet lors qu'il le fera presenter au Roy. Si vous aviés quelqu'autre chose que vous jugiés nous être necessaire, ayés la bonté de nous l'envoyer, nous vous en aurons mille obligations. J'ay l'honneur d'être trés-respectueusement

Mr.

à Bethune ce 19 aout 1741. Vôtre trés humble et trés obeiss. serviteur Cardon de la mairy, medecin.

Responsum dedi 28° Augusti, et simul tres misi sententias, scilicet adversus cognominatos Fabre, Bessiére, et Lyvernette, Chirurgos.

Die Martis 1° Augusti 1741, habita sunt in Scholis Superioribus menstrua comitia de Morbis grassantibus.

Mr. Finot Febres observavit scarlatinas, quibus Parotides admodum tumefactæ et abscedentes supervenerunt, nisi venæ sectionibus e brachio, pede, jugulari, malum in principio aversum fuerit.

Mr. Du Cerf catarrhos suffocantes se vidisse retulit quibus sanandis venæ sectiones feliciter præscripsit; item Pleuritides legitimas et nothas, quarum curatio solitis auxiliis adimplebatur.

Mr. Procope eosdem ac Mr. Finot advertit morbos.

Mri Isoard, Pipereau, Majault et cæteri Doctores eosdem pariter morbos a se observatos esse dixerunt; et præterea Febres intermittentes cum eruptione miliari; morbillos quosdam, et Febres verminosas quas a crudis fructibus et pravo pane, ortum ducere existimarunt. His omnibus curandis morbis solita auxilia apta fuerunt.

In iis Comitiis nominavit Facultas Mros Mongin et Dionis in examinatores libri a Mro Le Thieullier collega nostro compositi, cui titulus est second volume de Consultations &c.

Die undecimâ Mensis Augusti 1741 et sequentibus diebus, Scholarum Amphitheatrum, vi Decreti die veneris 13â Januarii duobus aliis Decretis, et ultimò, die 13â Junii, confirmati, propter imminens periculum, vetustate et aquarum exundantiâ illatum, et quod fures præteritâ nocte portionem aliquam plumbi ex hujus antiqui ædificii tecto sustulerunt, tandem destructum est, rursus instaurandum, cum penes Facultatem erit.

Die 19° Mensis Augusti 1741. convocati sunt Doctores omnes in scholas superiores, per schedulam ab Apparitoribus, delatam, cum interfuturi sacro solemni quo Facultas animæ Mri Adriani Malaval, fato functi, tùm alium Rei herbariæ Professorem in ejus locum electuri. congregatis post sacrum doctoribus, quoniam deerant tres Electores, scilicet Mri Joannes-Baptista-Thomas Martinenq, Ludovicus-Claudius Bourdelin, de majori, et Franciscus-felicitas Cochu, de minori, alii tres sorte ducti sunt, nempe Mr urbanus Lecaultés, scholarum antiquior, et Mr David Vasse, de majori; de minori verò Mr Michael Majault. Hi tres novi Electores, præstito inter manus Decani sacramento, cum duobus aliis Electoribus, nimirum Claudio Brunet et Francisco Mery, in sacellum secesserunt deliberaturi. Ad Comitia reduces appellaverunt in Professorem Rei herbariæ Mrm Ludovicum-Jacobum Pipereau, de minori, cujus nomen in urnam missum est cum nominibus Mrum Thomæ-Bernardi Bertrand, et Antonii-Joannis Daval qui tempore electionis cæterorum Professorum, ab Electoribus renuntiati fuerant, et sorte ductus est Mr Bertrand in Rei herbariæ, sive materiæ medicæ Professorem, loco Mri Adriani Malaval defuncti; et illicò Prædictus Mr Thomas-Bernardus Bertrand, inter manus Decani jurejurando se obstrinxit; et sic conclusit F. Coldevilars, Decanus.

In iisdem Comitiis actum fuit de lite collegii medici Gratianopolitani adversus cognominatum Chabert Pharmacopolam; de qua jam commemoratum est in hisce Codicibus, pag. 415 et 416. Mro Petro-Joanne-Baptistâ Chomel tunc Decano. Præsentes omnes Doctores unanimi consensu in ea fuerunt sententia ut jus collegii medici Gratianopolitani adversus dictum Chabert, apud judices commendaretur, inviseretque Decanus D.D. Cancellarium, D.D. Fagon, et D.D. de Bernage litis explicatorem, cum quatuor Doctoribus, nomine Facultatis; et sic conclusit

F. Coldevilars, Decanus.

Die veneris 1° Mensis septembris 1741, habita sunt de morbis grassantibus menstrua comitia; in quibus Mr Mongin se observasse dixit Febres tertianas quæ in continuas evaserunt cum delirio, et in plerisque ægrotantibus, Diarrhæa. venæ sectiones e Brachio et Pede præscripsit, deinde Tartarum stibiatum, et tandem corticem Peruvianum sub Apozematis forma; quod Apozema catharticum exhibuit iis qui Diarrhæâ non tenebantur.

Mr Couthier. idem

Mr Baron antiquus decanus, easdem grassari Febres, malignas quidem cum delirio et motibus spasmodicis, ut et Febres intermittentes iisdem

iisdem symptomatibus stipatas retulit quas memoratâ curavit methodo. Item colicos dolores cum abdominis gangrenosâ et lethali inflammatione

Mr. Bertrand idem, et præterea Febres verminosas quæ diluto cassiæ cum Tartari stibiati granis aliquot, necnon potionibus cardiacis et anthelminthicis; ac tandem cortice Peruviano sanatæ fuerunt

Mr. Bouvart idem ac Mr. Baron, at in praxi observavit Tartarum stibiatum ad dosim solummodo grani semis pluries repetitam in iis quibus adstricta erat alvus, multum profuisse.

Mri Bellot, Ferret, Rabours observationibus mri Baron nihil addiderunt

Mr. Midy variolas quasdam tum confluentes cum discretas, et Febres malignas in longum tempus sese protrahentes advertit

Mr. dionis Pleuritides nothas absque febre quosdam ægros lacessisse dixit

Die 2o mensis Octobris 1741 habita sunt menstrua Comitia de morbis grassantibus

Mri Antonius de Jussieu, Besnier et Coldevilars decanus Febres observaverunt malignas cum virium prostratione; quæ quidem initio larvatæ, satis leves fuerunt, at in progressu his gravia supervenerunt symptomata, spasmi, somnolentia, delirium &c. his curandis primum venæ sectiones e brachio, pede et jugulari feliciter celebratæ sunt. Eodem tempore utiliter adhibitæ fuerunt potiones cardiacæ temperatæ ex aquis cordialibus, confectione de hyacintho, syrupo de limonibus et granis aliquot Tartari stibiati; vel, ubi debilis erat pulsus, Kermes mineralis, cochleatim exhibitæ. Quibus ægris adstricta erat alvus et lingua arida, sicca, Emulsiones cum sale sedativo, syrupo de Nymphæa, aqua naphæ et granis aliquot Tartari stibiati; vel diluta Cassiæ emulsionata, additâ Theriacâ, multo fuerunt emolumento. ubi pulsus debilis admodum erat Kermes minerale loco Tartari stibiati suffectum est, et sal volatile succini cardiacis potionibus admixtum fuit.

Præterea observatæ sunt Febres scarlatinæ malignæ, variolæ confluentes et morbilli. Cæteri doctores eosdem adverterunt morbos.

Mr Le Monnier se observasse dixit Febres intermittentes, dysenterias, et Febres continuas verminosas cum motibus convulsivis præsertim in infantibus; qui quidem morbi præteritis mensibus observatæ fuerant.

Anno Dni 1741 Die Mercurii 18a mensis Octobris sto Lucæ Orthodoxorum Medicorum Patrono dicatâ, celebrata sunt, pro more solito, solemnia sacra in scholarum sacello, præsente magno Doctorum numero; Peractis sacris, convocati vivâ voce a majore Facultatis Apparitore, Doctores, ad comitia venerunt, in quibus ambo Bidelli deposuerunt fasces, ut moris est, casque, annuentibus Doctoribus, præstito prius solito juramento, mox receperunt.

Deinde intromissi fuerunt Baccalaurei, et appositâ super evangelium manu, solito se obstrinxerunt sacramento.

Die Jovis 19o ejusdem mensis Octobris 1741, sacro solemni postridie divi Lucæ, in scholarum sacello, pro defunctis Doctoribus celebrari solito interfuerunt frequentissimi Doctores.

Post sacrum ad Comitia ventum est, et horâ ipsâ decimâ, antequam congregati fuerint sederintque in aula Doctores, in anteriori Conclavi apparuerunt Barbi-tonsorum Chirurgorum Præpositi, paucis equidem ante diebus a majore Bidello, ut moris est, convocati; at citra ullam expectationem, dum prænuntiarentur, illico evanuerunt, projectis super scamnum et annuo vectigali quinque libellarum cum quatuordecim assibus, et eorum Catalogo, non obsignato; adeoque nullum præstiterunt

juramentum


juramentum. De qua illegitima comparutione, ut potè nulla et de Protochirurgi absentia saluberrima Facultas sequens instrumentum ab Accenso conscribi curavit.

L'an mil sept cents quarante un le dixneuf Octobre sur les dix heures un quart du matin, à la Requeste de Messieurs les doyen et docteurs regens de la faculté de medecine de l'université de Paris, qui ont élu domicile en leurs Ecoles superieures scises à Paris ruë de la Bucherie paroisse saint Etienne du Mont, nous Pierre Simon Robinet huissier aux requestes du Palais à Paris, y demeurant ruë des Gravilliers paroisse St Nicolas des Champs, soussigné, nous sommes transportés aux dites Ecoles superieures de la Faculté de Medecine susdite ruë de la Bucherie, pour dresser procés verbal de la comparution des lieutenant et Prevots de la communauté des maitres Chirurgiens-barbiers de Paris, qui doivent ce jourdhuy heure présente se trouver en l'assemblée de la dite Faculté, pour payer es mains de Mr. le doyen la redevance ordinaire d'un Ecu d'or de cent quatorze sols qu'ils doivent par chacun an, et luy remettre la liste des maitres de leur communauté, signée d'eux, et prester entre les mains du dit Doyen le serment ordinaire et accoutumé; où etant à la dite heure et issuë de la grande messe qui vient d'etre celebrée pour les défunts dans la chapelle de la dite Faculté, sont comparus dans la premiere salle servant d'antichambre à la dite chapelle et à la salle où se tiennent les assemblées de la dite Faculté quatre particuliers à nous inconnus qu'on nous a dit étre les quatre Prevòts en charge de la communauté des maitres Chirurgiens-barbiers de Paris; et sur ce qui leur a été dit par le nommé le Bret Bedeau de la Faculté que l'assemblée de la dite Faculté ne tenant pas encore, ils étoient priés d'attendre un moment, ils se sont promptement retirés aprés avoir laissé sur un banc dans la dite antichambre leur liste, et un paquet envelopé d'un papier dans le quel s'est trouvé la somme de cent quatorze sols; et le dit le Bret les ayant requis de la part de Mr. le Doyen comme ils s'en alloient et descendoient l'escalier, de revenir et d'entrer dans la salle de l'assemblée, pour remettre es mains de Mr. le Doyen leur liste et la redevance annuelle et ordinaire, ils ont refusé de le faire, et s'en sont allés sur le champ.

De la quelle comparution les Doyen et docteurs regens de la dite Faculté protestent de nullité; premierement en ce que la dite comparution est absolument irreguliére et même injurieuse à la dite Faculté, la liste de la communauté des maitres Chirurgiens-barbiers, et la redevance ordinaire de cent quatorze sols devant être remises par les lieutenant et quatre Prevots en charge de la dite communauté entre les mains du doyen de la faculté dans le lieu et en presence de l'assemblée, ce qui n'a pas été observé; pourquoy la dite Faculté se reserve de se pourvoir ainsi et par les voyes qu'elle avisera secondement parce que le lieutenant de la dite communauté, qui doit etre present avec les quatre Prevòts en charge, ne s'y est point trouvé. Troisiémement parce que les dits Prevòts en charge n'ont point presté le serment entre les mains du doyen de la Faculté, ainsi qu'ils y sont obligez De plus la dite Faculté n'a point approuvé la dite liste des maitres Chirurgiens parce qu'elle doit étre intitulée, liste des maitres Chirurgiens-barbiers, qualité qu'ils doivent prendre depuis leur réunion, et que plusieurs de ceux qui y sont inscrits n'ont point été receus suivant les régles prescrites par l'ordonnance de Blois. Pourquoy la Faculté nous a requis de la signer et parapher, ne varietur, ce que nous avons fait au desir de nôtre present procés verbal; et de tout ce que dessus avons donné acte à la dite Faculté, pour luy servir et valoir en temps et lieu, ce que de raison; et a Mr Col de vilars, Doyen signé avec nous au present, du quel nous avons fait et laissé copie à la communauté des maitres Chirurgiens-barbiers en leur domicile et Bureau de communauté ruë des cordeliers, en parlant au portier qui a refusé de dire son nom, de ce interpellé, leur réiterant les protestations y portées, dont acte. signé Col de vilars, doyen. Robinet. Recu six livres de Mr. Col de vilars, doyen. Controllé à Paris le 19 Octobre 1741. R 94. signé Bertin

Accesserunt deinde Praetoriani Pharmacopoei qui, appositâ super Evangelium manu, solitum lubenter dixere sacramentum.
et sic de iis omnibus conclusit Col de vilars, Decanus.

Die Jovis 2ª mensis novembris 1741, habita sunt Comitia apud illustrissimum archiatrorum Comitem in Castello vulgò des Thuilleries, quibus Decanus et alii hujus delegatae Jurisdictionis viri interfuerunt, de concedendis privilegiis pro specificis remediis, deliberaturi.



Res gestae in Academia Pariensi M.ro Elia Col de vilars, Decano, à die sabbati 5ª novembris 1740, ad diem 4.um novembris 1741.

Anno d.ni 1740, die 5ª novembris habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunaeo: quibus in Comitiis primum sederunt M.r Elias Col de vilars, novus saluberrimae facultatis Decanus, et M.r Julianus Chabrun, novus Gallicanae Nationis Procurator.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, duodecim Magistri, de quibus retulit M.r Franciscus Pitet, syndicus, dixitque in instrumentis ad hanc supplicationem requisitis, nihil se reprehendisse vitii; quo audito, placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi.

2° lecta et recognita sunt quae fuerant in superioribus comitiis acta et statuta.

Anno d.ni 1740, die 3ª X.bris habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud ampliss. Rectorem in Laudunaeo.
1° steterunt quatuor supplices pro litteris nominationis jure magisterii

magisterii artium et quinquennii; quorum supplicationi annuit Universitas.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus Comitiis acta et statuta.

3° quod dixit fidelissimus Quæstor virum honestum D. L'Anglois, unum ex Inquilinis domûs academicæ vulgo (l'hotel de l'université) postulare ut, etiam si supersint duo anni ex ultimo conductionis Contractu inito cum viro nobili D. D° de Catinat, sibi tamen jam nunc per — anticipationem præfata domus, in novem annos, ex consensu prædicti D^ni de Catinat, elocetur: quod si concedat universitas, pretium conductionis ad quinquies mille libellas perducturum: quodque addidit fidelissimus idem Quæstor prædictum D. Langlois idoneum ac locupletem esse, virum cœlibem, jamdudum in ea domo habitantem, amicitia cum D. de Catinat conjunctissimum; postulare hanc novam conductionem, quia cum paratus sit ex ædium parte quam habitat, in aliam ejusdem domus vacantem commigrare; cupiat novam illam partem pro animi sui lubidine concinnare; porro eum concinnitatis esse in primis amantem, nec tamen locantibus valde gravem aut incommodum: Placuit, si in id consentiat D. de Catinat, admitti postulationem prædicti de Langlois, ea maxime lege ut si quæ difficultas ex anticipato contractu suboriatur eam totam, quemadmodum et impensas, si quas fieri necesse sit, in se recipiat.

Anno D^ni 1740 die 14^a X^bris habita sunt in Maturinensi Comitia generalia et supplicatoria Universitatis.

In angulo supplicavunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii, tres magistri. Placuit duobus superioribus sua postulata concedi; concedi pariter M° de la Tour, sed ea lege, ut, quod in inscribendo suo nomine peccavit, prius emendari curet.

Deinde itum est in Comitium. Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, rata et grata ab omnibus ordinibus academicis habita quæcumque gesit ex consilio Decanorum in suo trimestri magistratu, decretasque ei litteras commendatitias, rite processum est ad ædem Deo sacram sub invocatione S^ti Andreæ ab arcubus.

Peractis sacris, priusquam discederetur, decantatus est solemnis hymnus Te Deum, ob restitutam valetudinem e gravissimo periculosissimoque morbo, Serenissimo Principi armando de Rohan Vantadour, universitatis ex rectori.

Anno D^ni 1741, die 7^a Januarii, habita sunt Comitia ordinaria deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunæo. Sedebant nimirum ipsemet amplissimus Rector Mr Jacobus Vallette le Neveu; deinde Mr Joannes-Baptista-natalis le Rouge, sacræ — Facultatis syndicus, Decani vices gerens; m.m. Joannes Cuguet consultissimæ Facultatis, Elias Col de Vilars, saluberrimæ, Decani; m.m. Julianus Chabrun, Ludovicus Riquer, Petrus Satis de la Garanne, Gualterius Daton, gallicanæ, Picardiæ, Normanniæ et Germanicæ nationum Procuratores; m. Franciscus Pitet, syndico; scribâ M° nicolao Piat; M° Augustino-Claudio Besoigne Quæstore generali

Supplices fuerunt tres pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii, quorum supplicationi annuit universitas.

2° lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Deinde lectæ sunt Tabulæ vectigalis viritim impositi, iisque subscribi placuit.

Anno

Anno D^ni 1741, die trigesimâ Januarii, majores Officiarii universitatis Cereos pro more detulerunt minoribus magistratibus.

Die 31^a ampliss. Rector, Decani, Procuratores, cum singulis adjunctis, Officiariis majoribus, omnibusque Apparitoribus cereos detulerunt singulis singularum Curiarum Principibus.

Die 1^a Februarii iidem amplis. Rector, Decani, Procuratores, majores Officiarii, cum adjunctis et Apparitoribus, Versalias se contulerunt, ibique Cereos Regi, Reginæ, serenissimo Delphino, serenissimo Aurelianensium Duci, Eminentissimo Regni Administro, et illustrissimo Franciæ Cancellario. ubique. amplis. Rector, et orationum, quas habuit, elegantia, et pronunciandi dignitate, universitatis decus et gloriam egregiè sustinuit. — notandum hoc anno universitatem cepisse locum apud patres vulgo Recollectos, ubi non solum vestes academicas indueret, ac deinde poneret, sed etiam prandium sumeret.

Anno D^ni 1741 die 4^a Februarii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud ampliss. Rectorem in Lauduneo.

Quatuor se obtulerunt supplices pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii. Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

Deinde lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Placuit in iis Comitiis, laudatâ et probatâ administratione M^ri Ludov. Tranquilli Denise, habitâ ratione abdicationis ab eo factæ, et apud universitatis Scribam depositæ die 21° Januarii proximè elapsi, eligi, sub beneplacito Curiæ, Ludovicum Fontaine, Grammaticæ in Regia Navarra Professorem, et venerandæ Normanorum nationis actu Quæstorem, qui sub Procuratoris sequestri titulo res gerat Collegiorum Trecorensis et S^ti Michaelis, cum iisdem emolumentis quæ prædicto M^ro Denise assignata fuerant; atque in eam rem libellum supplicem supremæ Curiæ quamprimùm offerri.

Quod dixit vir clarissimus Mr Elias Col de vilars, saluberrimæ Medicorum Facultatis Decanus, in omni Corpore bene constituto fidam debere esse partium inter se societatem: Jura quæcunque, et si uni alicui membro peculiariter assignata, totius corporis esse jura. Hinc universitatem singulorum, ex quibus constat, academicorum ordinum peculiaria privilegia, non secus ac sua generalia et communia, semper defendisse ac vindicasse; hinc nominatim præsto fuisse saluberrimæ Facultati, quoties huic dimicandum fuit adversus extraneos quosdam et advenas, medicorum Parisiensium jura usurpantes, ratam videlicet tam suâ, quam ipsius saluberrimæ Facultatis, interesse, ut ab exercendâ Parisiis medicinâ arcerentur, quos ipsa non agnosceret: nedum eo fuisse animo ut ejusmodi hominibus quidquam apud se loci aut exercitii esse pateretur. Ecce tamen dici certos quosdam ex eo genere medicos aliquibus in collegiis, contra universitatis mentem majorumque instituta, ab aliquot annis cœpisse adhiberi: quod ut saluberrimæ Facultati, atque adeo toti universitati, injuriosum esse, ita et adolescentibus qui illic instituuntur, quandoque permolestum. Cum enim præclara artium Facultas, antiqui moris constanter retinens, non alia medicorum testimonia præterquam Parisiensium, admittat, scholares qui, aut brevi aliquo morbo impediti,

nomina

nomina sua in catalogis dare non potuerunt, aut habituali aliqua infirmitate laborantes, dictata a magistris manu excipere non valent; atque adeo tenentur, factâ publicis in comitiis supplicatione, illi suam a scholis absentiam excusare, hi a scribendo immunitatem petere, si forte medicis non academicis usi sunt, in angustiis maximis versari; ipsis quippe aut emendicandas a medicis Parisiensibus, quibus non sunt usi, certificationes, quod minime decet, aut (quod nefas cogitare) confingendas. Itaque saluberrimam Facultatem, pro eo jure quod ipsi hac in parte competit, postulare, ut ejusmodi abusus, universitas quamprimum autoritate sua comprimat.

De ea re, audito clarissimo Prosyndico, rogatis, dictisque sententiis, habitâ ratione postulationis saluberrimæ Facultatis, decretum est standum esse majorum institutis, et consequenter sub pœnis academicis vetandos esse Gymnasiarchas et Præfectos, tum Collegiorum tum Pædagogiorum quorumcunque, in quibus scholares academici aluntur et instituuntur, ne in suis Collegiis Pædagogiisve quemquam assumant in medicum, si quem habent, ordinarium, nisi qui sit in Saluberrima Facultate Parisiensi Doctor medicus, atque omnino ne ad scholarium academicorum curationem ullos alios medicos, præterquam Parisienses, aut eos quibuscum consulere Parisienses consueverunt, adhiberi patiantur. et ita, audito priùs M.o Joanne Josse Prosyndico, conclusit amplissimus Rector.

Anno D.ni 1741 die 28.a Februarii, feriâ tertiâ secundæ in quadragesima hebdomadæ, hora 7.a matutinâ, in Maturinensi, habita sunt, pro more antiquo, comitia universitatis ad aperiendum Rotulum. Placuit antiquos academiæ usus constanter servari, et consequenter nominationum Rotulum in hunc annum aperiri.

Anno D.ni 1741 die 4.a Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud amplis. Rectorem in Laudunæo.

Supplices adfuerunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii octo magistri, quibus placuit sua postulata concedi.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta, et nominatim decretum die 4.o Februarii factum, quo cavetur ne quis medicus in Collegiis, Pædagogiisve academicis adhibeatur, nisi secundum jura et privilegia saluberrimæ medicorum Parisiensium Facultatis. Placuit illud confirmari, ac, ne quis ignorantiæ causam obtendere valeat, typis imprimi ac publicari.

Anno D.ni 1741 die 17.a Martii, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia et supplicatoria universitatis.

In angulo placuit tribus supplicibus postulata concedi pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii.

Deinde itum est in Comitium, ac post habitam ab amplissimo Rectore orationem, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit ex consilio Decanorum in suo trimestri magistratu; eique litteras commendatitias decreverunt; ac protinus eum prosecuti sunt ritè procedentem ad ædem deo sacram sub invocatione B. Magdalenæ in civitate.

Anno D.ni 1741 die 8.a Aprilis habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud amplis. Rectorem in Laudunæo.

Unus tantum fuit supplex pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii, cujus supplicationi annuit universitas.

Dixit sapientissimus medicinæ Decanus mandatum sibi fuisse a sua Facultate, ut declararet acceptissimum fuisse prædictæ Facultati

Decretum

Decretum die 4ª Februarii factum, quo cavetur ne quis medicus in Collegiis Pædagogiisque academicis adhibeatur, nisi secundum jura et privilegia saluberrimæ medicorum Parisiensium Facultatis, ac de eo candem Facultatem amplissimo Rectori et tribunali academico gratias habere quam maximas; petiitque clarissimus idem Decanus actum sibi dari suæ declarationis ac peracti mandati. Cui respondit amplissimus Rector sibi vehementer cordi esse ac semper fore jura et privilegia, non solum universitatis communia, sed et singulorum ordinum academicorum peculiaria, quantum in se erit, tueri ac defendere; gaudere hanc sibi et academico Tribunali oblatam fuisse occasionem testandæ suæ in saluberrimum ordinem voluntatis. Placuit dari prædicto sapientissimo Decano actum suæ declarationis ac peracti mandati.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Placuit lustrari Collegia, et initium duci a Collegio bonorum puerorum ad portam Sti. Victoris, hujusque collegii lustrationem ad diem hujus mensis 13um indici.

Anno Dni 1741 die martis undecimâ Aprilis horâ 7ª matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum academicorum.

Postquam Amplissimus Rector Synodum aperuit, jussit appellari Beneficiatos. Placuit laudari præsentes, inprimis Pastores vigilantissimos; absentes qui absentiæ causam sonticam dedere, excusari, cæteros multâ solitâ plecti.

Anno Dni 1741, die 13ª Aprilis, lustrari cœptum est Collegium bonorum puerorum ad portam Sti Victoris. Ejus lustrationis instrumentum habetur in tabulario Universitatis.

Anno Dni 1741, die 20ª Aprilis habita sunt Comitia deputatorum et adjunctorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Launæo, ad excipiendas rationes accepti et expensi a fidelissimo Universitatis Quæstore per annum 1740.

In iis Comitiis decretum est 1° in Collegiorum lustrationibus deinceps duplicandas esse sportulas, ita ut 12tt amplissimo Rectori, sex autem singulis tum deputatis, tum Syndico, Scribæ et Quæstori, tribuantur. 2° idem faciendum in Comitiis Tribunalis academici simplicibus, hoc est in quibus nulli sunt adjuncti, hancque ultimam Decreti partem in proximis Tribunalis academici comitiis locum habituram, si tamen ex Universitatis tabulis constet jus de his sportulis statuendi academico Tribunali competere.

Auditis probatisque Quæstoris fidelissimi rationibus, Placuit summam mille nongentarum septuaginta quatuor libellarum cum quatuordecim assibus et quatuor denariis, quæ ex accepto superesse comperta est, inter prædicti Quæstoris manus relinqui in sumptus ordinarios impendendam.

Anno Dni 1741, die 25ª Aprilis, congregati sunt Deputati Universitatis apud ampliss. Rectorem in Launæo, Collegium Æduense lustraturi.

Prius autem quam procederetur, Placuit admitti M. Julianum Chabrun, a natione Gallicana præsentatum, ad Capellaniam de Castelleto, vacantem per obitum Mri Joannis-Francisci Portier, ultimi illius possessoris pacifici.

Anno Dni 1741, die 29ª Aprilis congregati sunt Deputati Universitatis apud amplis. Rectorem in Launæo, ad continuandam Collegii Æduensis lustrationem.

Anno Dni 1741, die 4ª maii Deputati Universitatis tertio congregati sunt apud amplis. Rectorem in Launæo, ad lustrationem Collegii Æduensis.

Anno Dni 1741, die 6ª maii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Launæo.

Tres sese obtulerunt supplices pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, quibus indulsit Universitas.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Comitiis ordinariis die 8ª Aprilis acta et statuta.

In his comitiis, audito fidelissimo Quæstore, tam suo quam Scribæ nomine,

Placuit

Placuit confirmari conclusionem die 20ª Aprilis factam; et consequenter in his ipsis Comitiis, ac deinceps secuturis, tribui honorarii loco amplissimo Rectori duodecim libellas, sex vero libellas singulis Decanis, singulisque Procuratoribus, Syndico, Scribæ et Quæstori.

Anno Dni 1741, die 13ª Maii, congregati sunt Universitatis Deputati apud amplissimum Rectorem in Laudunæo, ad continuandam lustrationem collegii bonorum puerorum ad portam Sti Victoris.

Anno Dni 1741, die 15ª maii, universitatis Deputati quartum congregati sunt apud amplissimum Rectorem in Laudunæo, ad continuandam lustrationem Collegii Æduensis.

Anno Dni 1741, die 3ª Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud ampliss. Rectorem in Laudunæo.

Supplicavit pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Joannes-Jacobus-Philippus le Goux, clericus Ebroicensis; cujus supplicationi annuit Tribunal.

Expositum est nomine viri honesti D. Langlois (quem placuit accipi in futurum conductorem domûs academicæ, vulgo L'hotel de l'université,) si velit Universitas summam ter mille libellarum impendere, non quidem præsente pecunia numerandam, sed in pretium futuræ conductionis imputandam, prædictum D. Langlois curaturum non ea tantum fieri quæ exigi jure possint, sed alia etiam adjecturum, quæ quidem, Expertorum judicio, videri novem aut decem millibus libellarum constitura; ex quibus tamen prædictum D. Langlois spondere se nihil ablaturum aut repetiturum, sed omnia tanquam Universitatis propria relicturum; quam postulationem placuit admitti.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1741, die 7ª Junii, Universitatis Deputati quintum congregati sunt apud ampliss. Rectorem in Laudunæo, ad continuandam lustrationem Collegii Æduensis.

Anno Dni 1741, die 20ª Junii habita sunt in Maturinensi comitia generalia et supplicatoria Universitatis.

Deinde cæteris præmissis processum est ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Jacobi de Macello.

Anno Dni 1741, die 22ª Junii, ampliss. Rector, ordinarii Universitatis Deputati, singuli cum adjunctis, ac majores officiarii, cum omnibus Apparitoribus, processerunt ex Harcurio ad ædes Condæas, ubi lustrali aquâ asperserunt corpus Serenissimæ Principis Carolæ de Hesse-Rhinfels, Ducissæ Borboniæ.

Anno Dni 1741, die 1ª Julii, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Laudunæo.

Supplicavit pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii Mr. Petrus Luillier, Presbiter Sanflorensis. Placuit sua præfato supplici postulata concedi.

Anno Dni 1741, die 5ª Augusti, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Laudunæo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. numero 90. Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant duobus in superioribus comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1741, die 26ª Augusti, habita sunt in antecessum comitia Deputatorum Universitatis ordinaria apud amplissimum Rectorem in Laudunæo.

Supplicarunt

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. M.ri n° 7. Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta et statuta.

Placuit comprobare et subscriptionibus consignare Pactum locationis domûs academicæ, vulgo l'Hôtel de l'université, coram Notariis publicis initum ab universitate locante et honesto viro D Langlois conducente.

Item placuit, supra portam prædictæ domûs academicæ apponi marmoreum limbum cum hac inscriptione, Hôtel de l'Université.

Placuit admitti M. Petrum Maturinum Vaillant, acolythum carnotensem, Baccalaureum theologum, a fidelissima Picardorum Natione præsentatum, ad unam e tribus Capellanis academicis quæ vulgo nuncupantur de Castelleto, vacantem per obitum M.i Marci Guarini du Chemin, ultimi illius possessoris pacifici.

Dixit M.r Franciscus Pitet, Syndicus, sibi, ex quo syndici munus suscepit, vix per valetudinem licuisse aliquam tam gravis officii, tamque operosi, partem attingere, quæ patiatur ab aliquot annis incommoda, in dies ingravescere. Itaque ne quid ex sua valetudine detrimenti capiant academica negotia, aut cum languente languescant, statuisse syndicatum deponere. His dictis, actum tradidit Scribæ legendum, cujus hic tenor est.

Je soussigné Syndic de l'université de Paris me Demets purement et simplement de ma dite charge de Syndic, et supplie Monseigneur le Recteur et le Tribunal de vouloir bien accepter ma presente demission, et nommer à ma place la personne qu'ils jugeront plus en etat d'en remplir les fonctions. A Paris ce 26 Aoust 1741. Signatum. Pitet.

Hoc lecto instrumento ampliss. Rector omnesque Deputati rogarunt prædictum Pitet, ut illud resumeret. Cum autem perstaret illâ, sæpiùsque flagitaret ut suæ postulationis ratio haberetur; tum ampliss. Rector nominavit ex tempore et ex officio, quod aiunt, M. Augustinum Claudium Besoigne, universitatis Quæstorem, qui super hoc negotio syndicum ageret. Quo audito, re ad deliberandum propositâ, Placuit haberi rationem postulationis prædicti M.i Francisci Pitet; cumque per hanc præsentem illius ejurationem vacans esset syndici officium, omnes unanimi consensu contulerunt illud amplissimo viro D.o Jacobo Valette le Neveu, actu Rectori.

Conclusione factâ protinus itum est ad Maturinenses, ibique in loco majorum amplissimus Rector præstitit sacramentum quod solent novi Syndici præstare.

Anno D.ni 1741, die sabbati 16.a mensis septembris habita sunt Deputatorum Universitatis comitia, apud amplissimum Rectorem in Laudunæo, ad deliberandum de rebus academicis, tum et ad excipienda a magno Rituum magistro Regia jussa, ad parentandum augustissimæ Sardiniæ Reginæ.

Anno D.ni 1741, die veneris 22° Septembris, convenit Tribunal academicum cum adjunctis, in scholas medicorum, et inde processit ad Basilicam Beatæ Mariæ, ubi de more solito interfuit sacris exequialibus quæ facta fuerant pro augustissima Sardiniæ Regina.

Anno D.ni 1741, die mercurii 4° Octobris, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia et supplicatoria universitatis.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, omnes Ordines rata et grata habuerunt quæ gessit ex consilio Decanorum in suo trimestri

magistratu;

magistratu; eique litteras decreverunt commendatitias; ac protinus ritè processum est ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti nicolai a Cardueto.


Anno Dni 1741, die Sabbati 7° Octobris, habita sunt ordinaria Comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunæo.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, quatuor Mri. Audito Mro Joanne Josse Prosyndico, placuit sua prædictis supplicibus postulata concedi.

2° Supplicavit Renatus Coupeau, in artibus magister, ut sibi fieret potestas aperiendi in hac urbe Pædagogii. Placuit petitionem prædicti Coupeau non esse in præsentia admittendam.

3° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1741, die Mercurii undecimâ mensis Octobris, habita sunt Comitia generalia Universitatis in maturinensi, horâ septimâ matutinâ, ad confirmationem amplissimi Domini Rectoris Magistri Joannis Josse, eloquentiæ Professoris in Lexovæo.



Res gestæ apud Chirurgos Barbi-tonsores Parisienses, a die 5° Novembris 1740, ad diem 4um 9bris anni 1741. Mro Eliâ Col De vilars, Inculismensi, Decano

A Chirurgis Barbi-tonsoribus monitus fuit, solito more, Decanus, — per Schedulas, Protochirurgi Vicarii, aut unius e Præpositis chirographo munitas, ipsique delatas, ut actibus Tyronum Chirurgorum, cum duobus adjunctis adesse vellet; et infra designatis interfuit actibus.

Die 24° Novembris 1740, ab hora 7a matutina ad meridiem, in Charitatis Nosocomio, factus est Concursus, sive Examen eorum qui in hoc hominum valetudinario pauperibus ægris chirurgicam suam opem ministrando, artis magisterium assequi conantur. Decanus, per Schedulam a Protochirurgi Vicario subsignatam, monitus est ut huic adesset examini cum duobus adjunctis, secundum Decreta a Sanctiori Consilio lata 25° Julii 1722, et 13 Novembris 1734. Tres tantum se se obtulerunt Tyrones qui a Præpositis Chirurgorum examinati coram Decano et Mris Bourdelin natu majori, et le Hoc, adjunctis, omnibus factis quæstionibus ritè satisfecerunt, et actum probatorium Decanus, adjuncti, et Præpositi Chirurgi-Barbitonsores chirographo suo munierunt. Ex iis autem tribus Protochirurgus-Barbitonsor, sub Regis nomine, cognominatum Du Lattier, ad consequendum artis magisterium admisit.

Similis Concursus factus fuit die 25° 9bris 1734, Michaele Ludovico Reneaume tunc Decano, ut videre est pag. 139.

Die Lunæ 19° Decembris 1740, filius Dni Le vasseur primi, in ædibus Sancosmianis interrogatus fuit pro ultimo suo examine, coram Decano et duobus adjunctis comprobantibus.

Die Veneris 23° decembris ejusdem anni, dictus filius Dni Le vasseur 1i, coram Decano et duobus adjunctis probantibus, interrogatus, ad artis chirurgicæ magisterium admissus est.

Die veneris 28° Aprilis 1741, cognominatus Sorbier interrogatus fuit in sua Tentativa, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die ~~[illegible]~~ Lunæ 15° Maii 1741, cognominatus Logeau, in sua Tentativa interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die mercurii

Die mercurii 17° Maii ejusdem anni 1741, examine tentatus fuit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus cognominatus la Romiguiére.

Die veneris 19° ejusdem mensis, cognominatus Allouel in sua Tentativa interrogatus est, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Lunæ 25° ejusdem mensis, cognominatus Sorbier, in primo suo examine interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis

Die sabbati 17° Junii 1741, Cognominatus Didier in sua Tentativa interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis

Die 26° Junii ejusdem anni Cognominatus Ardant, in sua Tentativa interrogatus fuit, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die veneris 30° Junii ejusdem anni cognominatus Caixonnet in sua Tentativa interrogatus est coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Lunæ 3° Julii ejusdem anni, Dictus Loyseau interrogatus fuit in primo suo examine coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die mercurii 5° ejusdem mensis, cognominatus Brescou in sua Tentativa interrogatus est præsente Decano, absentibus duobus adjunctis M.ris Thieullier et Murry, licet schedulâ monitis.

Die Jovis 6° ejusdem mensis, filius D.ni Perron interrogatus fuit in ultimo suo examine, coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die veneris 7° ejusdem mensis cognominatus Morin in sua Tentativa interrogatus est coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die sabbati 8° ejusdem mensis, dictus Ravenet in ultimo suo examine interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Lunæ decimo ejusdem mensis, filius D.ni Ruffel 1.i, ultimum suum examen subiit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die mercurii duodecimo ejusdem mensis, dictus Lassus in ultimo suo examine interrogatus fuit, præsentibus Decano et duobus adjunctis comprobantibus.

Die Jovis 13° ejusdem mensis, filius D.ni Droin examine tentatus est coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die sabbati 15° ejusdem mensis, dictus Delbeuf ultimum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Lunæ 17° ejusdem mensis, dictus la Romiguiére in primo suo examine interrogatus fuit, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die mercurii 19° ejusdem mensis, cognominatus Luro Tentativam suam subiit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Jovis 20° ejusdem mensis, filius D.ni de Lyvernette examine tentatus est coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die veneris 21° ejusdem mensis, cognominatus Irey examine tentatus est coram Decano et duobus adjunctis approbantibus

Die sabbati 22° ejusdem mensis, dictus la Forest in ultimo suo examine interrogatus fuit, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die mercurii ejusdem mensis Julii 26° 1741, dictus Maurain ultimum subiit suum examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Jovis 27° ejusdem mensis, filius D.ni de la Haye examine tentatus est coram Decano et adjuncto, m.ro Leaulté filio absente.

Die veneris 28° ejusdem mensis, cognominatus Ferriol in sua Tentativa interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die sabbati 29° ejusdem mensis, dictus Bruyere ultimum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die lunæ 31° ejusdem mensis, cognominatus Girard examine tentatus est, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die mercurii 2° Augusti 1741, dictus Deslyon ultimum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Jovis 3° ejusdem mensis, cognominatus Lemoro examine tentatus est coram Decano et adjuncto, absente m.ro Bernardo de jussieu, licet monito.

Die veneris 4° ejusdem mensis, cognominatus Frogier examine tentatus est coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die sabbati 5° ejusdem mensis, dictus Martin in ultimo suo examine interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die lunæ 7° ejusdem mensis, filius D.ni Perron interrogatus coram Decano et duobus adjunctis approbantibus, ad artis chirurgicæ magisterium admissus est.

Die mercurii 9° ejusdem mensis, filius D.ni Ruffel 1i interrogatus coram Decano et duobus adjunctis approbantibus, ad artis chirurgicæ magisterium admissus fuit.

Die veneris 11° ejusdem mensis, dictus Ravenet interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus, et artis chirurgicæ magisterium adeptus est

Die sabbati 12° ejusdem mensis, dictus Lassus interrogatus coram decano et duobus adjunctis approbantibus, ad artis chirurgicæ magisterium admissus est.

Die lunæ 14° ejusdem mensis Augusti 1741, Decanus, per schedulam a Protochirurgi vicario subsignatam, monitus, in consessu magni nosocomii Parisiensis, solus interfuit et præfuit examini cognominati Simonneau, qui a solis Præpositis chirurgis barbitonsoribus interrogatus est, et a Procuratoris catholici substituto, administratoribusque ejusdem nosocomii præsentibus, ad artis chirurgicæ magisterium in hoc valetudinario consequendum. Post suam admissionem Decanum invisit, ipsi gratias agendi causa.

Die Jovis 17° ejusdem mensis, dictus Delbeuf in ædibus sancosmianis interrogatus et admissus fuit ad artis chirurgicæ magisterium, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die veneris 18° ejusdem mensis, dictus Bruyéres interrogatus et admissus est ad artis chirurgicæ magisterium, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die sabbati 19° ejusdem mensis, Dictus Caille in suo ultimo examine interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die sabbati 26° ejusdem mensis, dictus Bordet ultimum quoque subiit suum examen, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die lunæ 28° ejusdem mensis, Dictus Caille interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis, et artis chirurgicæ magisterii gradum adeptus est.

Die mercurii 30° ejusdem mensis, dictus Martin interrogatus fuit et ad artis chirurgicæ magisterium admissus, coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Jovis

Die Jovis 31 ejusdem mensis Augusti 1741, dictus Maurain interrogatus fuit, et artis chirurgicæ magisterium adeptus est, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die veneris 1° 7bris ejusdem anni 1741, cognominatus Deslyon interrogatus fuit, et ad artis chirurgicæ magisterium admissus est. præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Sabbati 2° ejusdem mensis, dictus la Forest interrogatus fuit, et promotus ad artis chirurgicæ magisterium coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Lunæ 4° ejusdem mensis, dictus Bordet interrogatus et ad artis chirurgicæ magisterium admissus fuit, coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Mercurii 6° ejusdem mensis, dictus Caixonnet primum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Jovis 7° ejusdem mensis, filius dni Droin primum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die sabbati 9° ejusdem mensis, filius dni de la Haye primum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Lunæ 11° ejusdem mensis, dictus Brescou primum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die mercurii 13° ejusdem mensis, dictus Allouel primum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Jovis 14° ejusdem mensis, filius dni de Lyvernette primum suum sustinuit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Mercurii 20° ejusdem mensis, dictus de Geilh in ultimo suo examine interrogatus fuit, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Sabbati 23° ejusdem mensis, dictus Luro primum subiit suum examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.


Die Jovis 28° ejusdem mensis 7bris dictus Ardant primum suum subiit examen coram Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Mercurii 4° octobris ejusdem anni 1741 Cognominatus Frogier primum suum subiit examen, præsentibus Decano et duobus adjunctis approbantibus.

Die Veneris 13° ejusdem mensis, dictus de Baig pro ultimo suo examine interrogatus fuit coram Decano et duobus adjunctis.

Die mercurii 18° ejusdem mensis, Dictus De Baig interrogatus fuit, et artis chirurgicæ magisterium adeptus est coram Decano et duobus adjunctis approbantibus

Die Sabbati 21° ejusdem mensis octobris 1741, Dictus de Geilh interrogatus fuit, et ad artis chirurgicæ magisterium admissus coram Decano et duobus adjunctis probantibus.



Obstetrices apud Chirurgos-barbitonsores Parisienses examinatæ, et Magisterium adeptæ, a die 5° novembris 1740, ad diem 4um novembris 1741. Mro Elia Col de vilars Decano, per schedulas a Protochirurgi vicario subscriptas, invitato, priusque ipso annuente et probante.

Die Jovis 10° novembris 1740, cognominata le Clerc interrogata fuit a Præpositis Chirurgis, a Chirurgis regiis et obstetricibus juratis Castelleti, coram Decano probante et duobus medicis regiis Castelleti, et ad magisterium admissa est.

Die lunæ 14° ejusdem mensis, cognominata Laisné interrogata fuit et ad magisterium admissa.

Die martis 17° Januarii 1741, cognominata Du Puy interrogata et ad magisterium admissa fuit.

Die Sabbati 11° Martii 1741, dicta Bertrand interrogata et ad magisterium admissa fuit

Die Jovis 13° Aprilis 1741, cognominata Pouor interrogata et ad magisterium admissa fuit.

Die Jovis 27° ejusdem mensis, nominata Chanet interrogata fuit, et ad magisterium admissa.

Die Sabbati 27° Maii 1741, dicta Allix interrogata et ad magisterium admissa fuit

Die lunæ 26° Junii, dicta Pinoto interrogata et ad magisterium admissa fuit.

Die Sabbati 1° Julii 1741, dicta Gamel interrogata et ad magisterium admissa fuit.


Die Veneris 4° Augusti 1741, cognominata Barbe interrogata et ad magisterium admissa fuit.

Die Sabbati 19° ejusdem mensis, dicta Baptiste interrogata et ad magisterium admissa fuit

Die lunæ 21° ejusdem mensis, dicta Watrigrand interrogata et ad magisterium admissa fuit.

Die lunæ 28° ejusdem mensis, dicta Desmarets interrogata et ad magisterium admissa fuit.

Die Jovis 7° Septembris 1741, cognominata Leulier interrogata et ad magisterium admissa fuit.



Experti pro Dentibus et Herniis Apud Chirurgos admissi.

Die Lunæ 21° novembris 1740, dicta D.na Calais interrogata fuit et admissa experta pro dentibus, præsente Decano probante.

Die Martis 24° Januarii 1741, dicta D.na Guiton interrogata a Præpositis, et admissa fuit Experta pro Herniis, coram Decano probante.


Die Martis 29° Augusti 1741, cognominatus Gérard interrogatus fuit a Præpositis et admissus Expertus pro Herniis, coram Decano probante.



Sequi debent nomina et cognomina Chirurgorum barbitonsorum Sancosmanorum, cùm magistrorum, tùm Tyronum qui supplices libellos Facultatis Decano, more solito, offerre tenentur, ut ipsis liceat obtinere Cadavera ad sectiones anatomicas, et chirurgicas operationes celebrandas

Per hunc primum nostri Decanatûs annum unicus Chirurgus obtulit libellum supplicem, scilicet Cesard verdier, die 30° Decembris 1740, pro cadavere obtinendo, ad sectiones anatomicas in amphitheatro Sancosmano celebrandas.

Alii Chirurgi cùm magistri, tùm Tyrones Cadavera obtinuerunt a nosocomii generalis Vincestriaci Administratoribus, et supplices libellos Decano non obtulerunt; ideoque Facultatis jura violarunt.



Res gestæ
Apud Pharmacopæos et Aromatarios Parisienses
a Die 5° novembris 1740,
ad diem 4um novembris 1741.
M^{ro} Elia Coldevilars Decano.

Die martis 8ª mensis novembris 1740, et diebus mercurii, Jovis, et sabbati proximé sequentibus, Ludovicus De Moret, Parisinus, specimen suum Pharmaceuticum, à Decano duobusque Pharmaciæ Professoribus priùs comprobatum, exposuit in Pharmaceuticis ædibus, hujusque speciminis compositiones e novo Facultatis codice depromptas, perfecit coram iisdem saluberrimi ordinis Deputatis; et die Lunæ 14ª sequenti magisterii gradum adeptus est, postquam a m^{ro} Ludovico-Claudio Bourdelin antiquiore Pharmaciæ Professore præsentatus apud urbanæ Politiæ Prætorem, sacramentum præstitit, et articulos in Pharmaciæ Professoris libro contentos subscripsit.

Die sabbati 3° decembris ejusdem anni, horâ post meridiem secundâ primo examine tentatus est cognominatus Michaut in ædibus Pharmaceuticis, et à Decano, duobus Pharmaciæ Professoribus, Pharmacopæorum Præpositis et novem magistris Pharmacopæis interrogatus fuit.

Die Jovis 22° ejusdem mensis et anni, horâ secundâ pomeridianâ, primo examine tentatus est Nicolaus Bedu, Bapalmensis, in ædibus Pharmaceuticis, et interrogatus ut supra, admissus fuit ad examen botanicum.

Die lunæ 16° mensis Januarii 1741, cognominatus Bellier primo examine tentatus est in ædibus pharmaceuticis, horâ 2ª pomeridianâ, et more solito interrogatus ad examen botanicum admissus fuit.

Die sabbati 18° mensis Martii 1741, Franciscus-Carolus Brusley melodunensis, primo examine tentatus est in ædibus pharmaceuticis, et interrogatus ut supra ad examen botanicum admissus fuit.

Die lunæ 10° mensis Aprilis ejusdem anni, Carolus Franciscus Bailly examine tentatus est in ædibus pharmaceuticis, et interrogatus ut supra, omnibus vitè satisfecit quæstionibus, admissusque fuit ad sui speciminis expositionem, utpote magistri filius.

Die mercurii 12° ejusdem mensis et anni, Ludovicus Raimundus de la Rivière, magistri filius unico examine tentatus est in ædibus pharmaceuticis, interrogatus ut supra, qui cum apprimè respondit, ad specimen suum fuit admissus.

Die sabbati 15° ejusdem mensis, dictus Michaut suum de plantis subiit examen in horto Pharmacopœorum, viâ vulgo de l'arbalête, et ad speciminis expositionem admissus est.

Die Lunæ 17° ejusdem mensis, Carolus Franciscus Bailly specimen suum pharmaceuticum in ædibus pharmaceuticis exposuit, a decano et Professoribus Pharmaciæ priùs comprobatum: ejusque compositiones hoc ipso die et sequentibus Martis et Mercurii, coram iisdem Facultatis Deputatis, perfecit; die vero Veneris 21° inter Pharmacopœos Parisienses, observatis ut supra observandis, receptus est.

Die Lunæ 24° ejusdem mensis, Ludovicus-Raimundus de la Rivière specimen suum pharmaceuticum exposuit in ædibus Pharmacopœorum, more solito comprobatum. Die verò 28°, peractis hujusce speciminis compositionibus, et servatis servandis, præstitoque apud urbanæ Politiæ Prætorem sacramento, inter magistros Parisienses Pharmacopœos renuntiatus est.

Die sabbati 29° ejusdem mensis, cognominatus Boulanger primo suo examine tentatus est in ædibus pharmaceuticis, et interrogatus ut supra, ad examen botanicum admissus fuit.

Die martis 2ª mensis Maii 1741, examen Botanicum subiit dictus Bellier, in horto Pharmacopœorum, et ad specimen suum exponendum admissus fuit.

Die sabbati 6° ejusdem mensis botanicum subiit examen dictus Bédu, in horto Pharmacopœorum, et more solito interrogatus ad specimen admissus est

Die Lunæ 15° ejusdem mensis dictus Michaut specimen suum pharmaceuticum exposuit in ædibus Pharmacopœorum, coram Decano, duobus Professoribus Pharmaciæ, et Præpositis Pharmacopœis. Quo probato compositiones ex Codice desumptas perfecit diebus sequentibus; die verò sabbati observatis observandis inter Pharmacopœos Parisienses receptus est

Die Lunæ 29° ejusdem mensis maii dictus Bellier specimen suum exposuit in ædibus pharmaceuticis, more solito, peractisque compositionibus ex Codice ipsi præscriptis, die sabbati 3° Junii, præstito apud urbanæ Politiæ Prætorem, servatis servandis, Sacramento, magisterii gradum adeptus est.

Eodem sabbati die 3° ejusdem mensis, Nicolaus Bédu specimen suum exposuit in ædibus pharmaceuticis; diebus

Diebus vero lunæ, martis et mercurii sequentibus compositiones hujus speciminis peregit; quibus probatis, die veneris 9° apud urbanæ Politiæ Prætorem, sacramento se obstrinxit, et servatis servandis, magisterii gradum adeptus est.

Die Jovis 22° ejusdem mensis Junii Carolus-Franciscus Brusley, melodunensis, suum subit examen de plantis in horto Pharmacopœorum, et ad specimen admissus est.


Die martis 27° ejusdem mensis, dictus Boulanger suum quoque subit examen de plantis, in horto Pharmacopœorum, et ad specimen admissus est.


Die lunæ 3° mensis Julii 1741, dictus Brusley, specimen suum exposuit in ædibus pharmaceuticis, compositiones e codice depromptas perfecit, et veneris die sequenti præstitit sacramentum, observatis observandis, et inter magistros Parisienses Pharmacopœos renuntiatus est.

Die lunæ 4° mensis septembris 1741, et diebus 13° et 19° ejusdem mensis, Pharmacopœorum omnium Parisiensium officinæ, sedulò, ut moris est, lustratæ fuerunt a Decano, duobus Pharmaciæ Professoribus et eorum adjunctis, concomitantibus Pharmacopœis custodibus.

Iisdem diebus officinarum Pharmacopœorum Regiorum, et Prætorianorum facta pariter fuit lustratio, adstantibus eorum syndicis, et concomitantibus pharmacopœis Parisiensibus Præpositis.

Diebus verò 25° ejusdem mensis septembris, 5° et 11° octobris, seplasiariorum officinæ a Facultate, ut supra lustratæ sunt, concomitantibus solummodò seplasiariis custodibus.





Codex rationarius
Accepti et Expensi ordinarii et extraordinarii.
A die Sabbati 5° novembris 1740, ad diem Sabbati 4um novembris 1741.
M.ro Elia Col De vilars, Inculismensi, Decano.

Caput primum
Accepti extraordinarii

A M.ro urbano Leaulté, antiquiore Scholarum magistro, Exdecano, accepit Decanus summam octingentarum quadraginta duarum libellarum, cum novem assibus et sex denariis; quæ quidem summa accepti excedebat summam expensi Rationum Decanatûs dicti M.ri urbani Leaulté. — — — — — — — 842 ll 9 s 6 d

Caput secundum Accepti ex annuo Facultatis Reditu.

Die 19° Junii 1741, a d.no Berthe, urbis Quæstore, accepit Decanus, pro integro anno 1740 majoris contractûs, summam trecentarum et quinquaginta libellarum — — — — — — — 350 ll

Die 6° Julii 1741, a d.no Routier, urbis Quæstore, accepit Decanus, pro integro anno 1740 minoris contractûs, summam quinquaginta quinque libellarum — — — — — — — 55 ll

A Dicto Raffignat pro locatione majorum ædium, accepit Decanus, secundum varias accepstilationes, non computatis iis quæ ab ipso Facultati debentur, summam trecentarum nonaginta trium libellarum — 393 ll

Summa hujus paginæ est deux mil six cent quarante livres, neuf sols, six deniers

Caput tertium Accepti a Baccalaureis in Quæstionibus Quodlibetariis,

Pro Stipendiis Lectorum et Registro.

A mro. Petro Lalouette accepit Decanus quatuor libras cum decem assibus — 4tt 10s
A mro. Joanne Francisco Isez — 4 . 10
A mro. Josepho maria Francisco De La Sône — 4 . 10
A mo. Petro-Josepho Macquer — 4 . 10
A mo. Natali-maria de Gevigland — 4 . 10
A mo. Silvestro-Antonio Le moine — 4 . 10
A mo. Matthæo Arragon — 4 . 10
A mo. Abrahamo-Francisco-Leo Coldevilars — 4 . 10
A mo. Francisco-Jacobo le Chat de la Sourdiere — 4 . 10
A mo. Carolo Geille de st Leger — 4 . 10
A mo. Ludovico-Renato Des Bois — 4 . 10
A mo. Francisco-David Herissant — 4 . 10
A mo. Carolo-Francisco Boutigny Des Preaux — 4 . 10
A mo. Antonio Bergier — 4 . 10
A mo. Theodoro Baron — 4 . 10
A mo. Urbano de Vandenesse — 4 . 10
A mo. Carolo-Ludovico Liger — 4 . 10
A mo. Juliano Busson — 4 . 10
A mo. Andrea Cantwel — 4 . 10
A mo. Petro Bercher — 4 . 10
A mo. Joanne-Stephano Guettard — 4 . 10

Caput quartum Accepti A Baccalaureis in Quæstionibus Quodlibetariis, pro Horto.

A mo. Lalouette — 3 . 4
A mo. Isez — 3 . 4
A mo. De La sône — 3 . 4
A mo. Macquer — 3 . 4
A mo. De Gevigland — 3 . 4
A mo. Le moine — 3 . 4
A mo. Arragon — 3 . 4

Summa hujus paginæ est de cent sixte livres dix huit sols

A m.e Coldevilars - - - - - - - - - - - - - - - - - 3.tt 4
A m.e Le chat de la sourdiere - - - - - - - 3 . 4
A m.e Geille de St Leger - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Des Bois - - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Herissant - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Boutigny des Preaux - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Bergier - - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Baron - - - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e de vandenesse - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Liger - - - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Busson - - - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Cantwel - - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Bercher - - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4
A m.e Guettard - - - - - - - - - - - - - - - 3 . 4

Caput quintum Accepti A Baccalaureis in quæstionibus Quodlibetariis, pro Anatomia et Schedulis non registratis.

A m.e Lalouette - - - - - - - - - - - - - - - - 16 tt
A m.e Isez - - - - - - - - - - - - - - - - - - 16 .
A m.e De la Sône - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Macquer - - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e De gevigland - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Le Moine - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Arragon - - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Colde vilars - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Le chat de la sourdiere - - - - - - 16
A m.e Geille de St Leger - - - - - - - - - 16
A m.e Des Bois - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Herissant - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Boutigny des Preaux - - - - - - - - 16
A m.e Bergier - - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Baron - - - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e de vandenesse - - - - - - - - - - - 16
A m.e Liger - - - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Busson - - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Cantwel - - - - - - - - - - - - - - - - 16
A m.e Bercher - - - - - - - - - - - - - - - - 16 .
A m.e Guettard - - - - - - - - - - - - - - -

Summa hujus paginæ est de huit cent quatre vingt livres seize sols +

Caput Sextum Accepti
A Baccalaureis in quæstionibus Cardinalitiis
Pro Stipendii Lectorum et Registro.

A mr. Herissant	10 ℔
A mr. Arragon	10
A mr. Lalouette	10
A mr. de la sone	10
A mr. de st leger	10
A mr. Cantwel	10
A mr. de la Sourdiere	10
A mr. Coldevilars	10
A mr. Des Bois	10
A mr. Guettard	10
A mr. de geviglaud	10
A mr. Le Moine	10
A mr. Baron	10
A mr. Vandenesse	10
A mr. Bergier	10
A mr. Liger	10
A mr. Isez	10
A mr. Des Preaux	10
A mr. Busson	10
A mr. Macquer	10
A mr. Bercher	10

Caput Septimum
Accepti a Baccalaureis in quæstionibus Cardinalitiis, pro rebus Academiæ

A mr. Herissant	18 ℔
A mr. Arragon	18
A mr. Lalouette	18
A mr. de la Sône	18
A mr. de st Leger	18
A mr. Cantwel	18
A mr. de la Sourdiere	18
A mr. Coldevilars	18
A mr. Des Bois	18

Summa hujus paginæ est de trois cent soixante et douze livres

A mᵉ. Guettard ---------------- 18 ᵗᵗ
A mᵉ de Geviglan ---------------- 18
A mᵉ. Le Moine ---------------- 18
A mᵉ. Baron ---------------- 18
A mᵉ. de Vandenesse ---------------- 18
A mᵉ. Bergier ---------------- 18
A mᵉ. Liger ---------------- 18
A mᵉ. Isez ---------------- 18
A mᵉ. Des Preaux ---------------- 18
A mᵉ. Busson ---------------- 18
A mᵉ. Macquer ---------------- 18
A mᵉ. Bercher ---------------- 18.

Caput octavum Accepti a Baccalaureis, pro Aulæorum usu.

Pro uno et viginti actibus quodlibetariis, totidemque Cardinalitiis, ratione duodecim libellarum pro singulis actibus, accepit Decanus summam quingentarum et quatuor libellarum ------ 504 ᵗᵗ

Pro sex Pastillariis ---------------- 24.

Caput nonum Accepti a medicinæ studiosis Pro jure Inscriptionis et Sigilli.

A medicinæ studiosis pro jure inscriptionis, accepit Decanus summam sexcentarum et quinque libellarum cum sexdecim assibus ---- 605. 16 s

Pro sigillo Facultatis, litteris medicinæ studiosorum testimonialibus apposito, quinquaginta septem libras - 57.

Caput Decimum Accepti ex reliqua pecunia, propter absentiam Doctorum in quæstionibus quodlibetariis, Examine Botanico et Anatomico.

In actu quodlibetario cui præfuit extra ordinem Mᵉʳ Joannes-Ludovicus Baude de la Cloy, die Jovis 17° 9ᵇʳⁱˢ 1740, respondente Mᵉ Petro de Lalouette, propter absentiam octo Doctorum, relicta est Decano summa triginta duarum librarum ---------------- 32.

Summa hujus paginæ est de quatorze cent trente huit livres seize sols.

In actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem M.er Josephus Exuperus Bertin, die Jovis 24° 9bris 1740 Respondente M.o Joanne-Francisco Isez, propter absentiam novem Doctorum, relicta fuit Decano summa triginta sex libellarum - - - - - - - - 36.tt

In actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem M.r Ludovicus-Guillelmus le Monnier, die 1.a Xbris 1740, respondente M.o Josepho-Maria-Francisco de la Sône, propter absentiam novem Doctorum, relicta est Decano summa triginta sex libellarum - - - - - 36.

In actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem M.r Ludovicus-Alexander Vieillard, die mercurii 7.a Xbris 1740, respondente M.o Petro-Josepho Macquer, propter absentiam undecim Doctorum, relicta est Decano summa quadraginta quatuor libellarum - - - - - - - 44.

In actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem M.r Leander Peaget, die Jovis 15° Xbris 1740, respondente M.ro natali-Maria de Gevigland, propter absentiam septem Doctorum, relicta fuit Decano summa viginti octo libellarum - - - - - - - - - - - - - - 28.

In actu Quodlibetariæ cui præfuit extra ordinem M.r Benjamin-Ludovicus Lucas de Laurembert, die Jovis 22° Decembris 1740, respondente M.o Silvestro-Antonio le Moine, propter absentiam novem Doctorum, relicta fuit Decano summa triginta sex libellarum - - - - - - - - - - - - - - - 36.

In Examine trium novorum Baccalaureorum de materia medica, habito die lunæ 21° novembris 1740, ad diem veneris ejusdem hebdomadæ, propter absentiam quinque Doctorum, relicta est Decano summa sexaginta libellarum - - - - - - - - - - - 60.

In Examine Anatomico omnium Baccalaureorum habito a die Jovis 23° Martii 1741 ad diem mercurii subsequentis, propter absentiam quinque Doctorum relicta est Decano summa centum viginti quatuor libellarum cum decem assibus - - - - - - - - - - 124.10s

Caput undecimum Accepti a Barbi-tonsoribus Chirurgis.

A Barbitonsoribus Chirurgis Præpositis, absente Proto-chirurgi vicario, postridie D.i Lucæ 1741, accepit Decanus pro vectigali annuo, quinque libras cum quatuordecim assibus. - - - - - - - - - - - 5.14

Ab iis qui Chirurgiæ magisterium adepti sunt, aut aggregati fuerunt, a die 22° mensis Augusti anni 1740, quo fuit primum Chirurgiæ magisterium cui interfuit Decanus cum duobus adjunctis, M.ro urbano Leaulté tunc Decano, secundum Facultatis

Summa hujus paginæ est de huit cent soixante et dix livres quatre sols.

Decretum die 24° Februarii 1740 latum, ad diem 21^{umi}
octobris 1741, quo fuit ultimum Chirurgiæ magisterium
primi anni Decanatûs nostri, accepit Decanus pro
juribus Facultatis, per manus D^{ni} Cuquel, chirurgorum
Quæstoris, pro viginti septem Receptionibus aut
aggregationibus, ratione 3^{tt} cum 12 assibus et sex denariis,
secundum acceptilationem dicto Cuquel a Decano concessam,
salvo jure anteriorum Receptionum aut aggregationum,
summam nonaginta septem librarum cum septemdecim
assibus et sex denariis ---------------- 97^{tt} 17 s 6 d

Caput Duodecimum Accepti ab Academiæ Parisiensis Quæstore.

A D^{no} Besoigne Academiæ Parisiensis Quæstore,
accepit Decanus, pro stipendiis Lectorum, summam
mille et ducentarum libellarum ------ 1200.

Caput Decimum tertium Accepti a Quæstore Postarum.

Pro annua pensione quam Rex unicuique sex
Professorum concedit, a Postarum Quæstore accepit
Decanus summam mille octingentarum librarum,
exceptâ Decumâ ultimi trimestris, quæ summam
conficit 45^{tt}. Itaque numerabit tantum --- 1755.

Caput Decimum quartum et ultimum Accepti extraordinarii, pro annuo Capitationis vectigali, quod a Doctoribus quibusdam fato functis debebatur, et ex ære Facultatis fuerat solutum.


A sorore m^{i} Alexandri-Petri Mattot, fato functi, accepit
Decanus die 12° 8^{bris} 1741 summam sexaginta sex librarum
pro Capitatione annorum 1738 et 1739, quam solverat
facultas pro dicto m^{o} mattot; ex qua summa dictæ
sorori octodecim libras solvit Decanus pro sumptibus
quos per sententiam Judicis ordinariæ cognitionis obtinuerat
adversus m^{um} Ludovicum Claudium Bourdelin, antiquum
decanum. Itaque numerabit duntaxat Decanus
summam quadraginta et octo libras ------- 48.

Summa hujus paginæ est de trois mil cent lires
dix sept sols six deniers

[signature]

A Mro Charras antiquo Pharmacopœorum Parisiensium Præposito, Mri Jacobi Fourneau testamenti curatore, accepit Decanus die 16o Februarii 1742, summam sexaginta sex libellarum, pro Capitatione annorum 1738 et 1739, quam debebat dictus Mr Fourneau, et quam ex ære suo solverat Facultas --- 66lb

A vidua Mri Henrici Guyot fato functi, accepit Decanus summam viginti quinque librarum cum quinque assibus, pro residuo Capitationis annorum 1738 et 1739, debitæ a dicto Mro Guyot, et quam facultas ex ære suo solverat -- 25 . 5s



Summa hujus paginæ est de quatre vingt onze livres cinq sols.
Summa totius accepti est de sept mil cinq cent onze livres six sols ——

Tabula Expensi ordinarii et extraordinarii.

Caput primum Expensi.

Pro Rationibus posterioris anni Decanatûs M^ri^ Petri-Joannis-Baptistæ Chomel

Visis (Quittanciis)

Ex Rationibus posterioris anni decanatûs M^ri^ Petri-Joannis-Baptistæ Chomel, fato functi, ipsi debebatur a Facultate summa quatuor millium noningentarum octoginta quinque libellarum cum quatuor assibus, quam hæredibus dicti M^ri^ Chomel persolvit Decanus, juxta acceptilationem — 4985 ll 4 s

Pro centum quinquaginta quatuor calculis argenteis, qui in Rationibus dicti M^ri^ Chomel a Decano distributi fuerunt Doctoribus præsentibus, aulicis et causariis, numerabit Decanus summam ducenarum sexaginta novem libellarum cum decem assibus. — — — — — — — — — — 269 . 10

Pro calculis æneis in iisdem Rationibus distributis, numerabit Decanus quindecim libras — — — — — — — — — — — — — — 15.

Caput secundum

Expensi in Rationibus M^ri^ Urbani Leaulté

Pro honorario M^ro^ Urbano Leaulté antiquiori Scholarum Magistro, exdecano, a Facultate concesso, Decanus numerabit summam quinquaginta — Libellarum — — — — — — — — — — — — — 50.

Summa hujus paginæ est de cinq mil trois cent dix neuf livres quatorze sols

Pro centum et quadraginta calculis qui in Rationibus dicti Mri urbani Leaulté, praesentibus Doctoribus, aulicis et Causariis a decano distributi fuerunt, numerabit Decanus summam ducenarum quadraginta quinque libellarum ---------- 245tt

Pro mercede Dicto le Bret, majori Apparitori a Facultate concessa solvit Decanus quinquaginta libellas --- 50.

Dicto Paulet minori Facultatis apparitori, pro mercede ipsi concessa, solvit Decanus viginti quinque libras ------ 25

Caput tertium Expensi pro Stipendiis Professorum ex aere Postarum.

Visis Quittanciis

Numeravit Decanus Mro Millet Pathologiae Professori -------- 150.

Mro Henrico-Francisco Bourdelin, Physiologiae Professori --------- 150.

Mro Fontaine Chirurgiae Professori - 150.

Mro Linguet Rei herbariae Professori -- 150.

Mro Ludovico-Claudio Bourdelin Pharmaciae Professori -------- 150.

Mro Mery Chirurgiae, Idiomate Gallico edocendae Professori ----- 150.

Iisdem Professoribus eandem Decanus solvit summam mense octobris acceptam, exceptâ decimâ quam Postarum Quaestor retinuit pro ultimo trimestri. Itaque numeravit tantum

Mro Millet Pathologiae Professori ------ 142.10

Mro Henrico-Francisco Bourdelin ------ 142.10

Mro Fontaine -------------- 142.10

Mro Linguet ---------------- 142.10

Mro Ludovico Claudio Bourdelin ------ 142.10

Mro Mery ------------------ 142.10

Summa hujus paginae est deux mil soixante et quinze livres

Caput quartum Expensi Pro Stipendiis Professorum ex ære Facultatis

Mro Millet Pathologiæ Professori ------ 90 tt
Mro Bourdelin Physiologiæ Professori --- 90.
Mro Fontaine Chirurgiæ Professori ---- 90.
Mro Linguet rei herbariæ Professori ----- 90.
Mro Mery chirurgiæ idiomate gallico Professori - 90.

Caput quintum Expensi Pro Refusionibus.

Septem Professoribus numeravit Decanus -- 14.
Antiquiori Magistro ---------- 4
Decano ---------------- 4
Censori ---------------- 2.

Visis Quittanciis
P

Caput sextum Expensi pro Stipendiis Professorum ex ære Academiæ.

Mro Millet Pathologiæ Professori ----- 200.
Mro Bourdelin Physiologiæ Professori --- 200.
Mro Fontaine Chirurgiæ Professori ---- 200.
Mro Linguet rei herbariæ Professori ---- 200.
Mro Bourdelin Pharmaciæ Professori ---- 200.
Mro Mery chirurgiæ gallicæ Professori --- 198. 16 s.

Caput septimum Expensi Pro Anatomia, operibus Chirurgicis et Pharmaceuticis

Mro Millet Pathologiæ Professori pro Anatomia in Scholis celebrata ----------- 30.
Chirurgo Andouillé Demonstranti ------ 20.
Pro aliis Anatomes sumptibus ------- 82.13.
Mro Fontaine Chirurgiæ Professori, pro chirurgicis operibus -------------- 30.
Chirurgo Du Verney, operanti -------- 20
Pro Cadavere et aliis sumptibus ------ 92. 7.
Pharmacopæo Hennique pro operibus Pharmaceuticis 20
Pro aliis sumptibus ------------- 13. 4.

Summa hujus paginæ est de dix neuf cent quarante et une livre.

P

Caput octavum Expensi
Pro rebus sacris

Pro Anniversario D. Liçon solvit Decanus die 18° novembris 1740, viginti quinque libellas --- 25 ₶

Pro sacro Anniversario D. De Colonia ---- 8.

Dno Borthon Capellano pro missis et obitibus a primo novembris 1740, ad 25um Junii 1741, solvit Decanus unam supra octoginta libellas cum duodecim assibus et sex denariis --------- 81.12/6 d

Apparitoribus ministrantibus viginti tres libras cum septemdecim assibus ----------- 23.17.

Dicto Dno Borthon Capellano pro missis et obitibus a mense Augusti 1741, ad diem quintum novembris ejusdem anni, persolvit Decanus summam septuaginta septem libellarum --------- 77.

Apparitoribus ministrantibus, septem libras cum quindecim assibus ------------- 7.15.

Doctoribus qui adfuerunt missæ, die 18° octobris 1741, Divo Lucæ sacro, et pro offertorio et Bidellis numeravit Decanus quinquaginta quatuor libellas - 54.

Dicto Pelu Cereario, pro cereis in festo Di Lucæ, triginta octo libellas cum assibus quatuordecim secundum ejus acceptilationem -------- 38.14.

Pro candelis cereis die 2° Februarii 1741, singulis Doctoribus, Baccalaureis et Apparitoribus qui missæ de beata Maria adfuere, numeravit Decanus viginti sex libellas cum uno asse et sex denariis ------ 26. 1.6 d

Visis Quillaucis

Caput nonum Expensi
Pro rebus Academicæ.

Doctoribus qui comitati sunt Decanum in supplicationibus amplissimi Rectoris ad ædem deo sacram sub invocatione Sti Andreæ ab arcubus, die mercurii 14° Decembris 1740, distribuit Decanus triginta duos calculos, pro quibus numerabit summam quinquaginta sex librarum ----- 56.

Pro offertorio tres libras cum quatuor assibus --- 3. 4.

In supplicationibus Rectoris ad ædem deo sacram sub invocatione divæ mariæ magdalenæ in Civitate, die veneris 17° Martii 1741, Doctoribus distribuit Decanus unum et triginta calculos, pro quibus numerabit quinquaginta quatuor libras cum quinque assibus ------------- 54. 5

Pro offertorio tres libras cum duobus assibus --- 3. 2.

Summa hujus paginæ est de quatre vint cinquante huit livres onze sols

In supplicationibus Rectoris ad ædem deo sacram sub invocatione D[i] Jacobi a macello, die Martis 20° Junii 1741, distribuit Decanus viginti duos calculos, pro quibus numeravit triginta septem libras cum decem assibus ---------- 37[tt] 10 s

Pro offertorio ---------------- 2. 4.

In supplicationibus Rectoris ad ædem deo sacram sub invocatione divi Nicolai a Carduceto, die mercurii 4° octobris 1741, distribuit Decanus viginti septem calculos, pro quibus numeravit quadraginta septem libras cum quinque assibus ------------ 47. 5.

Pro offertorio ---------------- 2. 14.

Decano comitatum præbenti amplissimo D[no] Rectori, Cereos Magistratibus offerenti, die 31° Januarii 1741, sex libras ------------ 6.

M[e] Chomel censoris vices gerenti --------- 3.

Apparitoribus ------------ 3.

Decano qui comitatus est amplissimum Rectorem Cereos Regi, Reginæ, serenissimo Delphino, Eminentissimo Cardinali de Fleuri, et Galliarum Cancellario versalias deferentem, duodecim ---------- 12.

M[ro] Chomel censoris vices gerenti --------- 6.

Apparitoribus sex libras ---------- 6

Decano qui die Jovis 22° Junii 1741, comitatus est amplissimum Rectorem, ad aspergendum aquâ lustrali, corpus serenissimæ Ducissæ Condææ vitâ defunctæ -------------- 6

M[ro] urbano Leaulté censori --------- 3

Apparitoribus ------------ 3. ~~[illegible]~~

Decano et adjuncto qui cum amplissimo Rectore die veneris 22° septembris 1741, ad Basilicam Beatæ Mariæ processerunt, et sacris interfuerunt exequialibus pro augustissima Sardiniæ Regina, novem libras -- 9.

Duobus Apparitoribus --------- 6. ils ont reçu trois livres de trop, dont ils ont tenu compte ensuite au doyen

Visis Quittanciis

Caput Decimum Expensi
Pro Comitiis Prima mensis dictis.

a 2° die decembris 1740, ad 4[um] diem novembris 1741.

In comitiis die 2° decembris 1740, distribuit Decanus præsentibus doctoribus ad tertium vocatis, et Bidellis, novem calculos, pro quibus numeravit quindecim libellas cum quindecim assibus -------- 15 : 15.

Summa hujus paginæ est de cent soixante et huit livres huit sols

In comitiis die Lunæ 2°. Januarii 174, distribuit Decanus duodecim calculos, pro quibus numeravit unam et viginti libras — — — — — — — — — — — 21 ᵗᵗ

In comitiis die sabbati 4° Februarii 1741 habitis distribuit Decanus duodecim calculos, pro quibus numeravit unam et viginti libellas — — — — — — — 21.

In comitiis die mercurii 1°. martii 1741 habitis, distribuit Decanus duodecim calculos. Itaque numeravit unam et viginti libras — — — — — — — — — — 21.

In comitiis die 1° Aprilis 1741, distribuit Decanus duodecim calculos, pro quibus numeravit unam et viginti libras — — — — — — — — — — — — — — 21.

In comitiis die 2° Maii 1741 habitis, distribuit Decanus undecim calculos, pro quibus numeravit novemdecim libras cum quinque assibus — — — — — 19. 5ˢ

In comitiis die 2°. Junii 1741, habitis, distribuit Decanus undecim calculos. Itaque numeravit novemdecim libras cum quinque assibus — — — — — — — — 19. 5.

In comitiis die 1° Julii 1741 habitis, distribuit Decanus tredecim calculos. Itaque numeravit viginti duas libellas cum assibus quindecim — — — — — — — 22. 15

In comitiis die 1° Augusti 1741 habitis distribuit Decanus decem calculos, pro quibus numeravit septemdecim libellas cum decem assibus — — — — — — 17. 10.

In comitiis 1° 7bris 1741 habitis distribuit Decanus tredecim calculos, pro quibus numeravit viginti duas libellas cum quindecim assibus — — — — — — 22. 15.

In comitiis die 2° octobris 1741 habitis, distribuit Decanus tredecim calculos. Itaque numeravit viginti duas libellas cum assibus quindecim — — — — 22. 15.

In comitiis die 4° novembris 1741 habitis, distribuit Decanus duodecim calculos, pro quibus numeravit unam supra viginti libellas — — — — — — — — 21.

Visis Quittanciis

Caput undecimum Expensi Pro calculis in Funeribus Doctorum distributis.

Doctoribus comitantibus in funere Mⁱ nicolai Le Tellier, die 17° Februarii 1741, distribuit Decanus tredecim calculos, pro quibus numeravit viginti duas libellas cum quindecim assibus — — — — — 22. 15.

Doctoribus qui interfuere sacro solemni celebrato in scholarum sacello, pro anima Mⁱ Le Tellier, die 25° Februarii 1741, distribuit Decanus septemdecim calculos, pro quibus numeravit summam viginti novem libellarum cum quindecim assibus — — — 29. 15

Summa hujus paginæ est de deux cent quatre vingt une livre quinze sols

In funere M[ri] Adriani Malaval, die 17° Augusti 1741, suppeditavit Decanus unum et triginta calculos, pro quibus numerabit summam quinquaginta quatuor libellarum cum quinque assibus — — — 54 tt 5 s

Doctoribus qui interfuere sacro solemni celebrato in Scholarum sacello, pro anima M[ri] Malaval, die 19 Augusti, suppeditavit Decanus quindecim calculos, pro quibus numerabit viginti sex libras cum quinque assibus — — — 26. 5.

In funere M[ri] Ludovici-Jacobi Pipereau, die 4° octobris 1741, suppeditavit Decanus viginti septem calculos, pro quibus numerabit summam quadraginta septem libellarum cum quinque assibus — — — 47. 5.

In sacro solemni die 7° octobris 1741 in Scholarum sacello celebrato, pro anima M[ri] Pipereau, distribuit Decanus quindecim calculos, pro quibus numerabit viginti sex libras cum quinque assibus — — — 26. 5.

In funere M[ri] Petri Marais die 10° octobris 1741, suppeditavit Decanus calculos quatuordecim, pro quibus numerabit viginti quatuor libras cum decem assibus — — — 24. 10.

In solemni sacro die 14° octobris 1741 celebrato, in Scholarum sacello, pro anima M[ri] Marais, distribuit Decanus quatuordecim calculos, pro quibus numerabit viginti quatuor libras cum decem assibus — — — 24. 10.

In funere M[ri] Joannis Isoard die 16° octobris 1741, suppeditavit Decanus viginti novem calculos, pro quibus numerabit quinquaginta libras cum quindecim assibus — — — 50. 15.

In solemni sacro, die 21° octobris 1741 celebrato, in Scholarum sacello, pro anima M[ri] Isoard, distribuit Decanus quindecim calculos, pro quibus numerabit viginti sex libras cum quinque assibus — — 26. 5.

In funere M[ri] Claudii du Cerf, die 30° octobris 1741, suppeditavit Decanus quindecim calculos, pro quibus numerabit viginti sex libras cum assibus quinque — — — 26. 5.

In solemni sacro, die 4° novembris 1741, in Scholarum sacello celebrato, pro anima M[ri] Du Cerf, distribuit Decanus quindecim calculos, pro quibus numerabit viginti sex libellas cum quinque assibus — — — 26. 5.

Visis Quittantiis

Summa hujus paginae est de trois cent trente deux livres dix sols

Caput Duodecimum Expensi Pro Facultatis Ædibus.

Dicto Chatelain fabro lignario, pro clausura officinæ et Cellæ vinariæ minorum Facultatis ædium, viduæ la Grive antea locatarum, solvit Decanus die 5° Januarii 1741, quindecim libellas, secundum ejus acceptilationem — — — — — — — — — — — — — — — 15 ℔

Dicto Dionis latrinarum evacuatori, pro mundatis majorum Facultatis ædium foricis, solvit Decanus die 17° Junii 1741, secundum ejus acceptilationem summam ducenarum viginti novem libellarum — — — 229

Dicto Hunout qui scholarum tecta resarcire solet, solvit Decanus die 2° Julii 1741, pro annua pensione in ultimum Junii cadente, summam quinquaginta libellarum, ut fert ejus acceptilatio — — 50.

Dicto Finet vitrario, pro scholarum cùm superiorum tùm inferiorum fenestris, plumbo et vitro maximâ ex parte renovatis, solvit Decanus summam nonaginta quatuor libellarum cum duobus assibus, ut patet ex ejus acceptilatione die 21° Julii 1741. — — — — — — — 94. 2 ſ

Dicto Lavoine Pavitori, pro stratis in area scholarum pavimentis, solvit Decanus die 17° Septembris 1741, summam unius et septuaginta libellarum cum decem assibus, ut fert ejus acceptilatio — — — — — — — — — 71. 10.

Dicto Chatelain fabro lignario, pro mensa Anatomica, aliisque operibus, solvit Decanus summam quadraginta libellarum, ut patet ex ejus acceptilatione die 19° octobris 1741 — — — — — — — — — — — — — — — 40.

Visis Quittanciis

Caput Decimumtertium Expensi ordinarii et extraordinarii.

Dicto la Lande pro affixo scholarum Professorum Programmate solvit Decanus sex libras — — — — — 6.

Eidem pro affixo programmate M.ri Bourdelin Physiologiæ Professoris, ad Orationem publicam, solvit Decanus sex libras — — — — — — — — — — — 6

Eidem pro affixo programmate M.i Millet Pathologiæ Professoris, ad anatomen celebrandam, solvit Decanus sex libras — — — — — — — — — — — 6

Eidem pro affixo Decani mandato, ad anatomicum Baccalaureorum examen instituendum, solvit Decanus sex libras — — — — — — — — — — — — — — — 6

Eidem pro affixo programmate M.ri Fontaine Chirurgiæ Professoris, solvit Decanus sex libras — — — 6

Summa hujus paginæ est de cinq cent vingt neuf livres douze sols

Eidem la Lande pro affixo programmate Mri Bourdelin Pharmaciæ Professoris, ad Pharmaceuticas operationes celebrandas, solvit Decanus sex libras -- 6 ll

Viduæ Andel pro sex mensibus annuæ pensionis illi a Facultate concessæ, solvit Decanus triginta septem libras cum decem assibus, usque ad 1um diem Aprilis 1741. 37 . 10 .

Eidem viduæ pro trimestri suæ pensionis, cadente in 1um diem Julii 1741, solvit Decanus octodecim libras cum quindecim assibus ---- 18 . 15 .

Eidem viduæ pro trimestri suæ pensionis, cadente in primum diem octobris 1741, solvit Decanus octodecim libras cum quindecim assibus ---------- 18 . 15

Dicto Soulaine Aurificii pro restaurandis Sacelli candelabris, aliisque operibus, solvit decanus duodecim libras, ut patet ex ejus acceptilatione ---- 12 .

Mro Tomazon Facultatis Procuratori in supremo Senatu, pro reliquis impensis in lite, ad pensionem Professori Chirurgiæ gallicæ ab universitate solvendam, pertinente, solvit Decanus summam ducenarum libellarum, ut patet ex ejus acceptilatione 200 .

Dno Chomel Tabellioni pro quatuor exemplaribus instrumenti quo constaret M. Eliam Col de vilars esse Facultatis Decanum, ad accipiendos ab urbis et Postarum Quæstoribus reditus, solvit Decanus novem libellas -- 9 .

Eidem dno Chomel pro instrumento quo Bona Facultatis denuntiarentur apud Tabularium forense, vulgo de gens de main morte, solvit Decanus tres libras 3 .

Mro Simon in Castelleto Procuratori, pro facultatis intercessione in lite adversus dictum Belamy, solvit Decanus quindecim libellas, ut patet ex ejus acceptilatione 15 .

Viduæ Mri Fremont pro annua pensione a Facultate ipsi concessa, in ultimum Maii diem 1741 cadente, solvit Decanus ducenas libellas ---- 200 .

Dicto le Bret primo Apparitori, pro affixis aulæis in scholis inferioribus diebus actuum, et muris exterioribus, diebus festi Corporis Christi, solvit Decanus nonaginta septem libellas ut patet ex ejus acceptilatione 97 .

Eidem pro variis impensis extraordinariis, secundum ejus acceptilationem, solvit Decanus quadraginta libras cum duodecim assibus ---------- 40 . 12 .

Eidem pro accensis ignibus in scholis superioribus a mense decembris 1740, ad mensem Martii 1741, solvit Decanus novemdecim libras cum decem assibus, ut patet ex ejus acceptilatione ----------- 19 . 10 .

Visis Quittanciis

Summa hujus paginæ est de six cent soixante et dix sept livres deux sols

P

Eidem le Bret pro emptis sex Cathedris, et aliis impensis, solvit Decanus septemdecim libras cum tribus assibus et sex denariis, ut patet ex ejus acceptilatione - - - - - - - - - - - - - - - - - - 17 ᵗᵗ 3ˢ 6ᵈ

Eidem pro mundatis Scholis et sacello, numeravit Decanus quindecim libras; pro pane azimo et vino in missis, sex libras; pro mundatis sacelli linteis quindecim libras; pro papyro, plumis et atramento quindecim libras; pro mundato Scholarum circuitu octodecim libras; pro irrorato eodem circuitu æstatis tempore tres libras; pro acceptis ab urbis Quæstore Facultatis reditibus sex libras cum quindecim assibus. Quæ omnes summæ conficiunt summam septuaginta octo libellarum cum quindecim assibus, ut fert ejus acceptilatio - - - - - - 78 . 15

Typographo dicto Quillau pro iis omnibus quæ Typis mandata sunt a die 8° novembris 1740, ad 30ᵘᵐ octobris 1741, solvit Decanus summam ducenarum triginta sex libellarum, ut fert ejus acceptilatio - - 236 .

Accenso cujus ministerio usa est Facultas die 18° octobris 1741, dum apparuerunt in Scholas superiores Barbitonsorum Chirurgorum Præpositi, solvit Decanus sex libras - - - - - - - - - - - 6 .

Pro Rhedis quibus usus est Decanus in variis Facultatis negotiis, numerabit viginti quatuor libras 24 .

Pro caducis impensis, ut moris est, numerabit Decanus sexaginta libellas - - - - - - - - - - - 60 .

Pro calculis æneis hisce in Rationibus adhibitis, numerabit Decanus quindecim libellas - - - - - - 15 .

Visis Quillaniis [signature]

Caput ultimum

Ad memoriam eorum quæ Facultati debentur.

Debet Mᵣ Antonius Ferrein summam quadringentarum libellarum, cui solvendæ sese obstrinxit schedulâ suo syngrapho munitâ, quam in possessione sua habet Mᵣ Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel - - - - - - - - - - - - - - - - ad memoriam.

Summa hujus paginæ est de quatre cent trente six livres dixhuit sols, six deniers.

Summa totius accepti est de sept mil cinq cent onze livres, six sols

Summa vero expensi totius est de douze mil deux cent vingt livres, dix sols, six deniers.

Ergo summa totius expensi superat summam totius accepti, de quatre mil sept cent neuf livres, quatre sols, six deniers

[signature]

facultas convocata die Sabbati vigesimo primo anni 1742. Julii – mil sept cent quarante deux, ut audiret rationes prioris anni Decanatus M. Eliæ Col Devillars Decani, horâ post meridiem tertiâ, ratas et gratas habuit rationes primi decanatus M. Eliæ Col de Vilars Decani, ipsique, propter res ab ipso præclare gestas decrevit honorarium centum et quinquaginta libellarum, singulis doctoribus præsentibus, Aulicis et censoriis duos calculos argenteos, Decano et Magistro antiquiori duplum, bidellorum verò unicuique calculum unum.

Statuit insuper facultas solvendam esse pro operâ extraordinariâ majori apparitori summam quinquaginta libellarum, minori verò summam viginti quinque librarum et sic conclusit. et sic conclusit –

Col de Vilars, Decanus – Leaulté – Enoch Winslow – Coutzier – pro me et pro filio – Baron pro me, Bruner, chevalier, Bertrand – Martinenq pro me et D° Bonis – Danner de Breuille – Peaget – pro me et pro D.is Hermant – Leaulté – Jacques – Gatteri – Le Thieullier – Malouin et pro D. Lemery – Germany – Hunauld – Cosnier – Borye – De Jussieu – Ferrein – pro me et D. Lepy – Lehoc – Pinguet – Pousse pour M.r Dubuy et pour moi – Bourdelin et pro fratre meo et pro domino de la Vigne – Bellot – Chomel pro me et Dnis – Vandermonde – mery et bertin – De L'Epine – Bernard de Jussieu pro me et pro Josepho de Jussieu fratre meo – D. Vasse – Fontaine – Boullant – Desarinière – Murry – Dayan – Midy – Cochu – Navault – Belleteste – Ferret – Sidoris pro me et D. Mongin – Bouvart pro me, dominis Millet, De Montalgurg et Raboureu – Vieillard – Baude Delacloy – pro me et domino Lemonnier – Peaget filius – Lucas de Lautembert – Cochu pour M.r Guerault – Winslow pour M. Helvetius

Favente Deo.

commentarius rerum in
Saluberrima Facultate et Academia
Parisiensi gestarum,
cum Tabulis accepti et expensi,
a die Sabbati 4° Novembris 1741,
ad diem Sabbati 3.um Novembris 1742.
M.ro Eliâ Col De vilars, Inculismensi,
iterum Decano.

Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo primo, die Sabbati quarto mensis Novembris, qui primus erat Sabbati dies post festum omnium Sanctorum, et tamen Divo Marcello dicatus, vi Statutorum a Decano convocata fuit Facultas sequenti Schedulâ ab Apparitoribus ad singulos Doctores delatâ

Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas superiores, Die Sabbati quarto mensis Novembris anni 1741, horâ decimâ post Sacrum, Decanum et Professores, nec-non Examinatores commentariorum et rationum prioris anni Decanatûs nostri electuri. Datum Parisiis die Lunæ trigesimo Octobris ejusdem anni.

Frequentibus congregatis Doctoribus, Decanus, depositis, ut moris est, Decanatûs insignibus, eorum quæ per annum sui magistratûs gesta fuerant, rationem exhibuit. Deindè emeriti Professores gestæ suæ provinciæ rationem pariter reddiderunt, egeruntque gratias

Mox sorte ducti sunt, pro more solito, quinque Electores Decani et Professorum, tres scilicet de majori ordine, duo de minori.
De majori ordine fuerunt M.r Jacobus Benignus Winslow.
M.r Joan. Baptist. Thom. Martinenq.
M.r Petrus Afforty.
De minori verò - - - - M.r Achilles-Franciscus Fontaine.
M.r Antonius-Joannes Daval.

Hi quinque Electores, præstito inter manus Decani solito

sacramento

Sacramento, in Sacrarium recesserunt, ad Decani et Professorum electionem peragendam.

Interea commentariorum et rationum prioris anni Decanatûs nostri sex sorte ducti sunt Examinatores, nempe

De majori ordine M^r. Petrus-Antonius Lepy.
M^r. Michael Peaget.
M. Andreas-Josephus Seron.

De minori — M^r. Antonius-Joannes Daval
M^r. Carolus Dionis
M^r. Benjamin-Ludovicus Lucas de Lauremberg

Ad Comitia reduces ex sacrario Electores, Facultati dixerunt, M^o Jacobo-Benigno Winslow, suo aliorumque Electorum nomine verba faciente, quod M^um Eliam Colde Vilars Decanum in alterum annum prorogabant, et hoc probavit unanimi consensu Facultas.

More retulerunt se in Scholarum Professorem elegisse
ex majori ordine
M^um Ludovicum-Claudium Bourdelin.
ex minori
M^um Franciscum Mery.
M^um Franciscum-Foelicitatem Cochu.

A Decano sorte ductus est M^r. Cochu.

In Professorem Chirurgiæ idiomate latino docendæ.
De majori
M^um Claudium Brunet.
De minori
M^um Bartholomæum Murry.
M^um Michaëlem-Philippum Boursart.

Sorte ductus est M^r. Murry.

In Professorem rei herbariæ
de majori
M^um Michaelem Peagit
de minori
M^um Ludovicum-Hyeronimum Cosnier
M^um Ludovicum-Mariam Pousse

Sorte ductus est M^r. Cosnier.

In Professorem Pharmaciæ
de majori
M^um Jacobum-Antonium Millet.
M^um Joannem-Franciscum Leaulté.
De minori
M^um Ludovicum-Petrum le Hoc.

Sorte ductus est M^r le Hoc.

In Professorem Chirurgiæ idiomate gallico docendæ
De majori
M^um Hyacinthum-Theodorum Baron, patrem.

De minori

De minori

M^um Hyacinthum-Theodorum Baron, filium.
M^um Laurentium Ferret.

Sors favit M^ro Ferret.

Hi porrò quinque Professores, solito promiserunt sacramento, inter manus Decani, se diligenter suo officio functuros esse; et sic cum omnibus conclusit


Elias Col de Vilars, Decanus, qui decanatûs insignia receperat.

Eodem die, peractis supra memoratis, habita sunt menstrua comitia, de morbis grassantibus, qui, referentibus M^ris Lepy, Peaget, Millet, Lecaulte filio, l'Epine, Murry, Boyer, Malouin, fuerunt febres continuæ malignæ cum exacerbationibus et somnolentia Lethargum æmulante; quibus sanandis venæ sectiones e Brachio et pede, diluta Cassia emulsionata, cum granis aliquot Tartari stibiati; Potiones cardiacæ cum syrupo de limonibus, additis etiam granis aliquot Tartari stibiati, cochleatim exhibitæ, et Emplastra epispastica utiliter præscripta fuère.

Item febres malignæ intermittentes observatæ fuerunt, in quarum principio nihil profuit cortex Peruvianus, sed cardiaca, diluentia cathartica, et sub finem cortex Peruvianus felicem præstiterunt effectum.

Præterea febres intermittentes simplices in continuas sæpè degeneres, mites in Fœminis, graviores in viris, quibus profligandis consueta adhibita sunt auxilia.

Tandem febres scarlatinæ, variolæ, dysenteriæ et colici dolores, haud mali moris.



Quodlibetariæ quæstiones Pathologicæ.

Pro solito Scholarum more, die decimâ sextâ Novembris 1741, quæ prima dies Jovis erat post Martinalia, de quodlibetaria quæstione Pathologica, disputavit in ordine suo Mr Joannes Ludovicus Baudé de la Cloy, à sexta ad meridiem, respondente M^ro Petro Bercher, Parisino, Baccalaureo medico; et talis fuit quæstio, affirmante conclusione.

An in inflammationibus Pulmonum, etiam cum sputo cruento, aliquando Emeticum?

Quodlibetariis disputationibus discussâ Thesi, antequam ad quodlibeta responderent Baccalaurei, circa horam undecimam, major Apparitor quodlibetariam Thesim proximè propugnandam promulgavit sub hoc titulo, et his verbis.

Die martis vigesimo primo mensis Novembris anni 1741, disputabit de quodlibetaria quæstione honorandus magister noster

noster Carolus Dionis; et erit quæstio talis.

An Syphilidi conveniat Suffumigatio recens?

Hinc idem Apparitor, juxta legem a Statutis nostris sancitam, quædam altâ voce legit decreta quæ in primo quodlibetariæ actu recitari solent; moxque nomina et cognomina Doctorum Saluberrimæ Facultatis, sequenti serie, legendo protulit.

Sequuntur nomina et cognomina honorandorum Magistrorum nostrorum in Saluberrima Facultate Parisiensi actu Regentium, anno R. S. H 1741.

Mr. urbanus Leaulté, antiquior Scholæ magister, Exdecanus et Academiæ Censor.

Mr. Petrus-Joannes Burette, Professor Regius, et e Regia Numismatum Academia.

Mr. Philippus Caron, antiquus Facultatis Decanus.

Mr. Nicolaus Andry, antiquus Facultatis Decanus, et Lector Regius.

Mr. Petrus Le Tonnelier.

Mr. Ludovicus Lemery, medicus Regis ordinarius, Regiæque Scientiarum Academiæ socius; et in horto Regio Chymiæ Professor.

Mr. Raymundus-Jacobus Finot.

Mr. Joannes Herment, Medicus Regis ordinarius.

Mr. Antonius Pepin, Regis consiliarius, et in Portu Brestensi medicus primarius.

Mr. Jacobus-Benignus Winslow, Regiæ Scientiarum Academiæ, Societatisque Regiæ Berolinensis Socius, Teutonicæ linguæ Regius Interpres.

Mr. Joannes-Claudius-Adrianus Helvetius, Regi a sanctioribus consiliis, Reginæque Medicus primarius, et e Regia scientiarum Academia.

Mr. Michael Proçope-Couteaux, Scholarum Professor.

Mr. Joannes-Baptista Mongin, Medicus Regis ordinarius.

Mr. Joannes-Franciscus Couthier.

Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, antiquus Facultatis Decanus.

Mr. Camillus Falconet, Saluberis consilii Regii Socius, et e Regia numismatum Academia.

Mr. Thomas-Bernardus Bertrand.

Mr. Franciscus Pousse.

Mr. Joannes-Baptista Thomas Martinenq.
Mr. Joannes-Baptista Sylva, salubris consilii Regii socius, et Serenissimi Principis Condaei Medicus ordinarius.
Mr. Antonius De Jussieu, Regi a secretis, Regiae Scientiarum Academiae, Regiarumque Societatum Angliae et Prussiae socius, Botanices in horto Regio Parisiensi Professor ac Demonstrator.
Mr. Joannes Besse, Dotariae Hispaniarum Reginae a consiliis, et medicus ejusdem primarius.
Mr. Henricus Besnier, Pharmaciae Professor.
Mr. Elias Col de vilars, hujusce saluberrimae Facultatis Decanus.
Mr. Petrus Antonius Pepy.
Mr. Claudius-Antonius Renard.
Mr. Petrus Afforty.
Mr. Michaël Peaget.
Mr. Jacobus-Antonius Millet, Scholarum Professor.
Mr. Joannes-Franciscus Leaulté.
Mr. Michaël-Ludovicus Vernage.
Mr. Ludovicus-Claudius Bourdelin, antiquus Facultatis Decanus, Regiae Scientiarum Academiae socius.
Mr. Emmanuel-Mauritius Du verney.
Mr. Ludovicus De Santeul.
Mr. Claudius Brunet.
Mr. Joannes-Damianus Chevalier, Regis consiliarius Medicus ordinarius, in insula Sti. Dominici.
Mr. Claudius de la vigne de Fréchéville, medicus Regis, et domus Reginae ordinarius.
Mr. Gabriel-Antonius Jacques.
Mr. Josephus de la Grive, absens, non Regens.
Mr. Guillelmus De Magny.
Mr. Petrus Maloët, consiliarius et Medicus Regis ordinarius, necnon Domus Regiae Invalidorum Ducum et Militum, et Regiae Scientiarum Academiae Socius.
Mr. Philippus Davier de Bréville, Hispaniarum Reginae Dotariae medicus perpetuo ordinarius, et Chirurgiae Professor.
Mr. Thomas-Renatus Gasnier.
Mr. Andreas-Josephus Seron.
Mr. David Vasse.
Mr. Nicolaus Le Roy de St. Aignan.

Mr. Ludovicus-Joannes Le Thieullier, Regis consiliarius et in Majori Consilio Medicus ordinarius.
Mr. Ludovicus-Hyeronimus Cosnier, rei herbariæ Professor designatus.
Mr. Guillelmus-Josephus de l'Epine.
Mr. Joannes-Baptista Du Bois, Professor Regius.
Mr. Franciscus Mery.
Mr. Bernardus de Jussieu, Regiæ Scientiarum Academiæ, Regiæque societatis Londinensis socius, et in horto Regio Botanices Demonstrator.
Mr. Joannes-Baptista Boyer, Regis consiliarius, et in supremo Senatu Parisiensi Medicus ordinarius.
Mr. Paulus-Jacobus Malouin.
Mr. Antonius-Nicolaus Guenault.
Mr. Ludovicus-Petrus le Hoc, consiliarius Medicus Regis ordinarius in ejus Castelleto, et Pharmaciæ Professor designatus.
Mr. Franciscus-Josephus Hunauld, Regiæ Scientiarum Academiæ, et Regiæ societatis Londinensis socius, in horto Regio Anatomes et Chirurgiæ Professor.
Mr. Raymundus de la Riviere.
Mr. Antonius Casamajor.
Mr. Ludovicus-Maria Pousse.
Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, Regii exercitûs Medicus ordinarius in insula Corsica.
Mr. Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel, medicus Regis ordinarius.
Mr. Achilles-Franciscus Fontaine.
Mr. Petrus Roussin de Montabourg, consiliarius medicus Regis ordinarius, necnon urbis Regiæ, Regiique Nosocomii San-Germani in Laya.
Mr. Robertus-Hubertus Linguet.
Mr. Antonius-Joannes Daval.
Mr. Henricus-Franciscus Bourdelin.
Mr. Josephus de Jussieu
Mr. Joannes De Diest.
Mr. Ludovicus-Florentius Bellot.
Mr. Franciscus-Fœlicitas Cochu, Scholarum Professor designatus.
Mr. Claudius-Carolus de Jean.
Mr. Jacobus-Albertus Hazon.
Mr. Jacobus-Franciscus Vandermonde.

Mr. Gaspardus Cochon du Puy, in arce maritima Rupifortensi Anatomes et Chirurgiæ Professor Regius.
Mr. Tussanus-Gilbertus Boulland.
Mr. Carolus Payen, Chirurgiæ gallico idiomate Professor.
Mr. Bartholomæus Murry, Chirurgiæ Professor designatus.
Mr. Antonius Ferrein.
Mr. Michaël-Josephus Majault.
Mr. Michaël-Philippus Bouvart.
Mr. Joannes-Jacobus Belleteste.
Mr. Joannes Midy.
Mr. Laurentius Ferret, Chirurgiæ idiomate gallico Professor designatus.
Mr. Gedeon de Rabours.
Mr. Carolus Dionis.
Mr. Joannes-Ludovicus Baude de la Cloy.
Mr. Josephus-Exuperius Bertin.
Mr. Ludovicus-Guillelmus le Monnier.
Mr. Ludovicus-Alexander Vieillard.
Mr. Leander Peaget.
Mr. Benjamin-Ludovicus Lucas de Laurembert.

Die sabbati 18° novembris 1741, aperto in Scholis Superioribus Scrutinio, Facultas unanimi consensu, rata et grata habuit responsa Mri. Bercher, Baccalaurei medici, supra Thesi quodlibetaria pathologica quam die Jovis 16° ejusdem mensis propugnaverat.

Die martis 21a. 9bris 1741, disputavit in ordine suo Mr. Carolus Dionis de quodlibetaria quæstione pathologica, Mro. Natali-Mariâ de Gevigland, Parisino, Baccalaureo medico respondente, et hæc sequens erat quæstio affirmatè conclusa.

An Syphilidi conveniat Suffumigatio recens?

Eodem die, propugnatâ Thesi, probata fuerunt a Facultate Baccalaurei responsa.

Die Jovis 23a. 9bris 1741, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Mr. Gedeon de Rabours, Mr. Andreâ Cantwel, Hyberno, Baccalaureo medico, respondente, et quæstio fuit talis, affirmante conclusione.

An

An Ptyalismus, frictionibus mercurialibus provocatus, perfectæ Luis veneræ sanationi adversetur?

Die Sabbati 25° proximè sequenti, Facultas unanimi consensu, Baccalaurei responsa probavit et ipsi gratulata est.

Die martis 28° Novembris 1741, de quodlibetaria quæstione pathologica disputavit in ordine suo Mr Laurentius Ferret, Chirurgiæ idiomate Gallico Professor designatus, respondente mº Joanne-Francisco Isez, Parisino, Baccalaureo medicò, et quæstio fuit talis, negative conclusa.

An dolor à solutâ unitate, morbus?

Eodem die, unanimi consensu, a Facultate probata fuerunt Baccalaurei responsa.

Die Sabbati 2ª Decembris 1741, disputavit de quodlibetaria quæstione pathologica Mr Joannes-Jacobus Belleteste, Mº Abrahamo-Francisco-Leone Col de vilars, inculismensi, Baccalaureo medico respondente. Talis autem fuit quæstio, affirmatè conclusa.

An morbis curandis faveat aëris ægrum ambientis, vitè moderata temperies?

Eodem die Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 7ª Decembris 1741, de quodlibetaria quæstione pathologica disputavit Mº Joannes Midy, respondente mº Ludovico-Renato Des Bois, Flexiensi, Baccalaureo Medico. Hæc fuit sequens quæstio, affirmatè conclusa

An syphilis per frictiones mercuriales, absque ulla excretione, nisi ferè insensibili, sanabilior?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die martis quinto Decembris 1741, de quodlibetaria quæstione pathologica disputavit Mr Michaël-Philippus Bouvart, respondente Mº Petro Lalouette, Parisino, Baccalaureo Medico. Talis autem fuit quæstio, affirmante conclusione.

An optima Arthritidi deviæ Epispastica?

Eodem die Facultas, unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa.

Die martis 12° Decembris 1741, disputavit in ordine suo Mr Michael-Josephus Majault, de quodlibetaria quæstione pathologica, respondente mº Carolo-Ludovico Liger, Altissidoro, Baccalaureo Medico; cujus quæstionis hic fuit titulus, affirmante

affirmante conclusione.

An Asthmati Thermarum potus?

Eodem die Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 14ª Decembris 1741, de quodlibetaria quæstione pathologica disputavit in ordine suo Mr Antonius Ferrein, respondente Mº Antonio Bergier, Sequano, Baccalaureo medico, Talis erat quæstio, affirmatè conclusa.

An Febri malignæ Vesicantia?

Eodem die Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die martis 19º decembris 1741, disputavit in ordine suo, de quodlibetaria quæstione pathologica, Mr Bartholomæus Murry, respondente Mº Juliano Busson, Dinannæo Macloviensi, Baccalaureo medico; et fuit talis quæstio, affirmatè conclusa.

An a recta Crisium doctrina et observatione, Medicina certior?

Eodem die, aperto in Scholis inferioribus scrutinio, rata et grata habuit Facultas, unanimi consensu, Baccalaurei responsa.

Die veneris 22º Decembris 1741, Mr Carolus Payen, Chirurgiæ idiomate gallico Professor, disputavit de quodlibetaria quæstione pathologica, respondente Mº Joanne-Stephano Guettard, Senonensi, Baccalaureo medico; et hæc fuit quæstio, negativè conclusa.

An frequentior hodie quam olim Febris maligna?

Eodem die, aperto in Scholis superioribus scrutinio, Facultas, ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die sabbati 23º decembris 1741, Mr Jacobus-Franciscus Vandermonde, disputavit de quodlibetaria quæstione pathologica, respondente Mº Jacobo-Francisco le Chat de la Sourdiere, Cenomanensi, Baccalaureo medico. Hæc autem fuit quæstio, affirmatè conclusa.

An Infantum, a dentitione, convulsionibus, vel soporibus, repetitus Catharticorum usus?

Eodem die, apertâ in Scholis superioribus capsâ, Facultas rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die veneris 29º Decembris 1741, disputavit in ordine suo Mr Tussanus-Gilbertus Boulland, de quodlibetaria quæstione pathologica, respondente Mº Josepho-Maria-Francisco de la Sone, Carpentoracensi, Baccalaureo medico. Fuit autem talis quæstio, affirmante conclusione.

An morbi chronici à vitio Digestionum?

Eodem die, aperto in Scholis superioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die sabbati 30º Decembris 1741, disputavit in ordine suo, de quodlibetaria quæstione pathologica Mr Gaspard-Cochon-Du Puy, in arce maritima Rupifortensi Anatomes et Chirurgiæ Professor Regius,

Regius, respondente M. Francisco-David Herissant Rothomageo, Baccalaureo medico; hæcque sequens fuit quæstio, affirmatè conclusa.

An in ipso exortu Febrium intermittentium, statim, ut plurimum Kina-kina?

Eodem die, aperto in Scholis superioribus scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die martis 2ª Januarii 1742, de quodlibetaria quæstione pathologica disputavit in ordine suo Mr. Jacobus-Albertus Hazon, respondente Mº. Petro-Josepho Macquer, Parisino, Baccalaureo medico; quæ quidem quæstio sub hoc fuit titulo, affirmante conclusione

An in Calculo Renum et Vesicæ, pro natura Calculi, ætate et temperamento ægrotantis, Remedium Alkalino-Saponaceum Anglicum?

Eodem die, aperto Scrutinio, Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 4ª Januarii 1742, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione pathologica Mr. Claudius-Carolus De Jean, respondente Mº. Silvestro-Antonio Le Moine, Mimatensi, Baccalaureo Medico; et hæc quæstio fuit talis, affirmante conclusione.

An a Vomitoriis, Febrium intermittentium auspicanda curatio?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas, ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die martis 9ª Januarii 1742, disputavit de quodlibetaria quæstione pathologica Mr. Franciscus-Felicitas Cochu, Scholarum Professor designatus, respondente Mº. Carolo-Francisco Boutigny des Preaux, Ambianensi, Baccalaureo medico; et fuit talis quæstio, affirmante conclusione.

An in Acutis aliquando cunctandum?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis undecimâ Januarii 1742, disputavit de quodlibetaria quæstione pathologica, in ordine suo, Mr Ludovicus-Florentius Bellot, respondente Mº. Urbano De Vandenesse, Parisino, Baccalaureo medico; et talis fuit quæstio affirmatè conclusa.

An in diuturnioribus evacuationibus, varo Adstringentia?


Eodem die, aperto scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die sabbati 13ª Januarii 1742, Mr. Joannes De Diest disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione pathologica, respondente Theodoro Baron d'Henouville, Parisino, Baccalaureo Medico; et talis fuit quæstio, affirmante conclusione

An

An raro Hæmorrhagiis Adstringentia?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas unanimi consensu rata et grata habuit Baccalaurei responsa.



Quodlibetariæ quæstiones Medico-Chirurgicæ.

Die martis 23ª Januarii 1742, Mr. Josephus de Jussieu disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica, respondente Mro Josepho-Mariâ Francisco de la Sone, Carpentoractensi, Baccalaureo medico; et quæstio talis erat affirmatè conclusa.

An vulnerum curatio quo simplicior, eo melior?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 25ª Januarii 1742, Mr. Henricus-Franciscus Bourdelin, Scholarum Professor, de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica disputavit in ordine suo, respondente Mro Joanne-Francisco Isez, Parisino, Baccalaureo medico; et talis fuit quæstio, affirmante conclusione.

An in Pectoris Hydrope, quò maturior, eò felicior Thoracis Paracentesis?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die martis 30ª Januarii 1742, Mr. Robertus-Hubertus Linguet disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica, respondente Mo Carolo-Ludovico Liger, Altissiodoro, Baccalaureo medico; et hæc fuit quæstio affirmatè conclusa.

An in abscessu Mediastini, celebranda Sterni terebratio?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die sabbati 3ª Februarii 1742, Mr. Antonius-Joannes Daval disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica, respondente Mo Francisco David Herissant, Rothomagæo, Baccalaureo medico. Talis autem erat quæstio affirmatè conclusa.

An in omni Partu, operatio Chirurgica?

Eodem

Eodem die, aperto in scholis superioribus Scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa

Die martis 6ª Februarii 1742. Mr. Petrus Roussin de Montabourg, consiliarius medicus Regis ordinarius, necnon urbis Regiae, Regiique nosocomii San-germani in Laya medicus, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quaestione Medico-chirurgica, respondente Mro Carolo-Francisco Boutigny Des Preaux, Ambianensi, Baccalaureo medico. Quaestio verò fuit talis, affirmans.

Utrum in Herniis intestinalibus, etiam cognitâ Intestini prolapsi laesione, Operatio celebranda?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 8ª Februarii 1742, Mr. Achilles-Franciscus Fontaine disputavit in ordine suo de quodlibetaria quaestione Medico-chirurgica, respondente Mro Jacobo-Francisco le Chat de la Sourdiere, Cenomanensi, Baccalaureo medico; quae quidem quaestio fuit talis negativè conclusa.

An suendi Tendines?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa

Die martis 13° Februarii 1742, Mr. Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel, medicus Regis ordinarius de quodlibetaria quaestione Medico-chirurgica disputavit in ordine suo, respondente Mo. Petro Bercher, Parisino, Baccalaureo medico. Talis autem erat quaestio, affirmante conclusione

An Praegnanti, superveniente Uteri Haemorrhagiâ, Partus manu promovendus?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu probavit et laudavit Baccalaurei responsa

Die Jovis 15° Februarii 1742, Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, filius disputavit in ordine suo de quodlibetaria quaestione Medico-chirurgica, respondente Mro Theodoro Baron D'Henouville, Parisino, Baccalaureo medico. Quaestio autem fuit talis negative conclusa.

An fracto Cranio semper admovenda Terebra?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus Scrutinio, Facultas unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa.

Die sabbati 17° Februarii 1742, Mr. Ludovicus-Maria,

Pousse

Pousse disputavit in ordine suo de quodlibetaria questione Medico-chirurgica; respondente Mro Andrea Cantwel, Hyberno, Baccalaureo medico. Quæstio autem fuit talis negativè conclusa

An Calculo vesicæ Scalpellum semper necessarium?

Eodem die, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit et laudavit Baccalaurei responsa.

Die martis 20° Februarii 1742, Mr Antonius Casa-major disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-chirurgica, respondente Mro Petro Lalouette, Parisino, Baccalaureo medico; et quæstio fuit talis affirmans.

An Cereoli in plerisque urethræ Fistulis, sectione præstantiores?

Eodem die, scrutinio in scholis inferioribus aperto, Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die jovis 22° Februarii 1742, Mr Raymundus de la Riviere disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-chirurgica, respondente Mro Petro-Josepho Macquer, Parisino, Baccalaureo medico; cujus quæstionis hic sequens fuit titulus, affirmante conclusione.

An inflammationi, pro varia sede, Resolutio vel suppuratio potior?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu probavit et laudavit Baccalaurei responsa.

Die martis 27° Februarii 1742, Mr Ludovicus-Petrus Le Hoc, consiliarius medicus Regis ordinarius in ejus Castelleto, nec-non utriusque Pharmaciæ Professor designatus, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-chirurgica, respondente Mro Abrahamo-Francisco-leone Coldevilars, Inculismensi, Baccalaureo medico; et quæstio fuit sequens, affirmans

An oculi punctio Cataractam præcaveat?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, rata et probata habuit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 1a Martii 1742, Mr Antonius Nicolaus Guenault de quodlibetaria quæstione medico-chirurgica disputavit in ordine suo, respondente Mro Antonio Bergier, Sequano, Baccalaureo medico; quæ quidem quæstio talis fuit negativè conclusa.

An, vulneratâ crurali arteriâ, ab amputatione auspicandum?

Eodem die, Scrutinio in scholis inferioribus aperto, Facultas, unanimi consensu probavit, laudavitque Baccalaurei responsa.

Die martis 6ª Martii 1742. Mr. Franciscus-Josephus Hunauld, Regiæ scientiarum Academiæ, et Regiæ societatis Londinensis socius, in horto Regio Anatomes & Chirurgiæ Professor, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica respondente Mro Juliano Busson, Dinannæo, Baccalaureo medico, et quæstio fuit talis, affirmans.

An ab ictu, lapsu, nisuve quandoque vertebrarum Caries.

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas unanimi consensu, probavit et laudavit Baccalaurei responsa

Die Jovis 8ª Martii 1742, Mr. Joannes-Baptista Boyer, Regis consiliarius, et in senatu Parisiensi medicus ordinarius, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione medico-chirurgica, respondente Mro Ludovico-Renato Des Bois, Flexiensi, Baccalaureo medico. Hæc autem talis fuit quæstio, affirmante conclusione.

An in omni tumore, ut plurimum, sit tentanda resolutio?

Eodem die, apertâ in scholis inferioribus capsâ, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die lunæ duodecimâ Martii 1742, Mr. Bernardus de Jussieu, Regiæ scientiarum Academiæ, Regiæque Societatis Londinensis socius, et in horto Regio Botanices Prodemonstrator, disputavit in ordine suo de quæstione quodlibetaria medico-chirurgica, respondente Mro Joanne Stephano Guettard, Senonensi, Baccalaureo Medico; hæcque sequens fuit quæstio, affirmatè conclusa.

An a ligatura Polypi Narium tutior Curatio?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 15º Martii 1742, Mr. Franciscus Mery disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione medico-chirurgica, respondente Mro Silvestro-Antonio Le Moine, Mimatensi, Baccalaureo medico; et talis fuit quæstio, negativè conclusa.

An tenuium Intestinorum vulnus lethale?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus, scrutinio, Facultas, ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei, responsa.

Die Martis-

Die martis 20ª Martii 1742, Mr Paulus-Jacobus Malouin, e Regia Scientiarum Academia, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione medico-chirurgica respondente Mro Natali-Maria de Gevigland, Parisino, Baccalaureo medico; et hæc fuit quæstio, affirmante conclusione.

An Herniæ inguinali cum adhæsione, subligaculum nocet?

Eodem die, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 19ª Aprilis 1742, Mr Joannes-Baptista Du Bois, Professor Regius, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione medico-chirurgica, respondente Mro Urbano de Vandenesse, Parisino, Baccalaureo medico. Quæstio verò fuit talis, affirmatè conclusa.

An curtæ nares ex Brachio reficiendæ?

Die Sabbati 21º sequenti, aperto in Scholis superioribus Scrutinio, Facultas unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Notandum quod inter Doctores quosdam præsides inversus fuit ordo; ita ut nonnulli ante alios qui vel ægrotabant, vel parati non erant, Thesibus prædictis præfuerint.



Vesperiæ & Doctoratus.

Observandum venit quod supplicantibus Licentiatis, ut laureâ doctorali donarentur, Facultas eorum postulata concessit, salvo tamen cæterorum jure. Idcirco in actibus Vesperiarum et Doctoratuum servatus non fuit Licentiatorum ordo quem videre est in Actis et Comitiis saluberrimæ Facultatis.

Die Lunæ 6º mensis Augusti 1742, horâ decimâ matutinâ, celebratus fuit in Scholis inferioribus Actus Vesperiarum Mri Andreæ Cantwel, licentiati, Præside Mro Claudio Brunet, Mri Pauli-Jacobi Malouin vices gerente. Hujus actus hæc fuit quæstio bimembris.

An a diverso Sanguinis motu, { Temperamenta / Secreta } diversa?

Primum quæstionis membrum actus Præses, in utramque partem agitatum, proposuit solvendum Baccalaureo Candidati vices gerenti; alterum verò, prius etiam discussum, Mr Joannes-Baptista Boyer Mro Cantwel licentiato, obtulit enodandum.

Die martis 7ª Augusti 1742, celebratus fuit in Scholis inferioribus actus Vesperiarum Mri Jacobi-Francisci le Chat de la sourdiere, licentiati, Præside Mro Davide Vasse, Mri Antonii Pepin absentis vices gerente; quo in actu hæc fuit bimembris quæstio.

An dies critici repetendi { à Syderum influxu? / ab œconomia animali?

Actus Præses primum quæstionis membrum, in utramque partem discussum, proposuit resolvendum Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò pariter agitatum Mr Claudius Brunet extricandum reliquit Mro de la sourdiere licentiato.

Die 8ª Augusti 1742, celebratus fuit in scholis inferioribus, actus Vesperiarum Mri Petri-Josephi Macquer, licentiati; Mro Ludovico de Santeul Præside, in locum Mri Petri-Joannis Burette. Hujus actus sequens fuit bimembris quæstio.

An ab Ægri et Medici probitate, major { in Medico Perspicacitas? / in Ægro Securitas?

Primum quæstionis membrum, hinc indè versatum, actûs Præses dedit enucleandum Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò, simili modo discussum, obtulit enodandum Mro Macquer licentiato, Mr David Vasse, in locum Mri Antonii Pepin.

Die Jovis 9º Augusti 1742, Mr Andreas Cantwel laureâ doctorali donatus est in scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, Præside Mro Claudio Brunet, Mri Pauli-Jacobi Malouin vices gerente. Hujus actus hæc fuit bimembris quæstio.

An a sanguinis motu { vitiato, adversa! / naturali, secunda! } valetudo?

Primum quæstionis membrum, in utramque partem priùs agitatum, novus Doctor Mr Cantwel, resolvendum proposuit Mro Joanni-Baptistæ-Ludovico Chomel; alterum verò, pariter discussum Mr Joannes-Baptista Boyer enodavit, a Præside propositum.

Die sabbati undecimo Augusti 1742, celebratus fuit in scholis inferioribus Doctoratus Mri Jacobi-Francisci Le Chat de la Sourdiere, Præside Mr Davide Vasse, Mri Antonii Pepin vices gerente. In hoc autem actu hæc duplex fuit quæstio.

An Hydrargyrum in lue venerea { Alexipharmacum? / Toxicum?

novus

Novus Doctor Mr. de la Sourdière primam quæstionem in utramque partem versatam, proposuit resolvendam Mro. Achilli-Francisco Fontaine; Præses vero secundam, a se similiter discussam, enucleandam reliquit Mro. Gabrieli-Antonio Jacques.

Die lunæ 13° Augusti 1742, Mr. Petrus-Josephus Macquer Doctoratus gradum adeptus est in scholis inferioribus, Mro. Ludovico de Santeul Præside, Mri. Petri-Joannis Burette vices gerente. Hujus actus hæc fuit quæstio bimembris.

An Epidemico hujus anni Catarrho { Sola Diæta? / Venæ sectio et catharsis? utraque an { crebra? / parca?

Novus Doctor Mr. Macquer primum quæstionis membrum, utrinque agitatum, renuntiavit solvendum Mro. Michaeli-Philippo Bouvart, in locum Mri. De Montabourg absentis. Præses vero Mr. de Santeul secundum membrum, a se pariter discussum, proposuit enodandum Mro. Davidi Vasse, in locum Mri. Pepin.

Die martis 14° Augusti 1742, celebratus fuit in scholis inferioribus Actus Vesperiarum Mri. Antonii Bergier, Præside Mro. Antonio de Jussieu, in locum Mri. Jacobi-Benigni Winslow, cujus Actûs talis fuit quæstio bimembris

An Morbi maligni judicium à Symptomatum { Ambiguitate? / Sævitiâ?

Præses 1um quæstionis membrum, prius discussum, proposuit enucleandum Baccalaureo Candidati vices gerenti. 2um membrum, similiter agitatum, obtulit solvendum Mro. de Santeul in locum Mri. Burette, Mro. Bergier Licentiato.

Die veneris 17° Augusti 1742, celebratæ sunt in scholis inferioribus Vesperiæ Mri. Petri Lalouette, Præside Mro. Michaele-Procope-Couteaux, Scholarum Professore, Mri. Ludovici Lemery vices gerente. Hujus Actus fuit sequens quæstio bimembris.

An necessarium Machinæ detrimentum ex eo quod partes { nutriantur? / terantur?

Hujus Actûs Præses, discusso in utramque partem primo quæstionis membro, illud proposuit solvendum Baccalaureo Candidati vices gerenti. Mr. vero Antonius de Jussieu alterum membrum, simili modo agitatum, reliquit enodandum Mro. Lalouette Licentiato.

Die sabbati

Die Sabbati 18° Augusti 1742, M^r. Antonius Bergier ad Doctoratus gradum promotus est in Scholis inferioribus, Præside M^r. Antonio de Jussieu in locum M^ri Jacobi-Benigni Winslow; quo in Actu hæc sequens fuit bimembris quæstio.

An morbi malignitas judicetur { in principio? in incremento?

M^rus Bergier novus Doctor, discussâ in utramque partem primâ quæstione, eam resolvendam denunciavit M^ro Roberto-Huberto Linguet; 2^am vero, pariter agitatam m^rus Ludovicus de Santeul, in locum m^ri Burette enodavit a m^ro Antonio de Jussieu Præside, propositam.

Die Lunæ 20° Augusti 1742, M^rus Petrus Lalouette doctorali laureâ donatus est in Scholis inferioribus, Præside m^ro Michaele Procope-Couteaux, M^ri Ludovici Lemery vices gerente. Hoc in Actu talis fuit bipartita quæstio.

An Variolis { Cardiaca? Venæ sectio?

novus Doctor Mr Lalouette 1^i quæstionis membri, in utramque partem a se examinati, solutionem petiit a m^ro Antonio-Joanne Daval. Actûs verò Præses 2um membrum enodandum dedit M^ro Antonio de Jussieu

Die martis 21° Augusti 1742, celebratus fuit in Scholis inferioribus Actus Vesperiarum m^ri Silvestri-Antonii le Moine, Præside m^ro Davide Vasse, in locum m^ri Petri le Tonnelier. Hujus Actus fuit sequens bimembris quæstio

An plures in se ipso morbos expertus Medicus, præstantior, ad { Scribendum de morbis? Curandum?

M^rus Vasse Actûs Præses, 1° quæstionis membro a se in utramque partem perpenso, id resolvendum proposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti. M^rus verò Procope-Couteaux, in locum m^ri Lemery 2um membrum, priùs agitatum, enucleandum dedit M^ro le Moine Licentiato.

Die mercurii 22° Augusti 1742, celebratæ sunt Vesperiæ m^ri Petri Bercher, Præside m^ro Gabriele Antonio Jacques, m^ri Raymundi de la Riviere vices gerente; cujus Actus hæc fuit quæstio bimembris

An Pleuritidis causa continens { Sanguis ipse? Bilis?

M^r. Jacques Actus Præses primam quæstionem a se perpensam, proposuit solvendam Baccalaureo Candidati vices gerenti. M^rus Vasse in locum m^ri le Tonnelier secundam, pariter examinatam, reliquit enodandam m^ro Bercher Licentiato.

Die Jovis 23° Augusti 1742, celebratus fuit Actus Vesperiarum m^ri Abrahami-Francisci-Leonis Coldevilars, Præside m^ro Eliâ Coldevilars, Decano, m^ri Ludovici-Petri le Hoc vices gerente. Hujus Actûs fuit sequens bipartita quæstio.

An Musculi contractio { a succo nerveo? a sanguine?

Actus Præses 1.um quæstionis membrum, in utramque partem actum, obtulit enucleandum Baccalaureo Candidati vices gerenti M.ro verò Jacques, in locum m.ri de la Riviére, 2.um membrum, similiter perpensum, proposuit solvendum M.o Coldevilars licentiato.

Die lunæ 27.o Augusti 1742, M.r Silvester Antonius le Moine Doctoratûs gradum adeptus est in Scholis inferioribus, M.o Davide Vasse Præside. Hoc in Actu sequens quæstio bimembris in utramque partem fuit examinata.

An Castura { Peripneumoniæ specificum? / Antiaphrodisiacum?

Primum quæstionis membrum novus doctor m.r le Moine solvendum proposuit M.ro Henrico-Francisco Bourdelin. 2.um verò Actus Præses enodandum dedit M.o Procope-Couteaux in locum m.ri Lemery.

Die mercurii 29.o Augusti 1742, M.r Abrahamus-Franciscus leo Coldevilars laureâ doctorali donatus est, Præside M.ro Eliâ Coldevilars, Decano, ejus Patruo, m.ri Ludovici Petri le Hoc vices gerente. In hoc Actu perpensa fuit in utramque partem a doctoribus hæc bimembris quæstio.

An Paralysis ab impedito fluxu liquidi { nervosi? / Arteriosi?

Novus doctor 1.mum quæstionis membrum resolvendum proposuit M.o Achilli-Francisco Fontaine, in locum m.ri Josephi de Jussieu; 2.um verò Actus Præses M.o Gabrieli-Antonio Jacques, in locum m.ri Raymundi de la Riviére, enucleandum reliquit.

Die Jovis 30.o Augusti 1742, M.r Petrus Bercher doctorali pileo decoratus est, M.ro Gabriele Antonio Jacques Præside, M.ri Raymundi de la Riviére vices gerente. Hocce in Actu examinata fuit a Doctoribus, in utramque partem, sequens bimembris quæstio.

An Pleuritidi { venæ sectio? / Mochlica?

Novus Doctor M.r Bercher 1.um quæstionis membrum proposuit solvendum M.ro Fontaine, in locum m.ri Joannis de Diest. 2.um verò Actûs Præses enodandum reliquit M.o Vasse, in locum m.ri le Tonnelier.

Die Veneris 31.a Augusti 1742, M.r Josephus-Maria-Franciscus de la Sône, in Actu Vesperiarum adhortationem habuit a M.ro Ludovico-Petro le Hoc, in locum m.ri Urbani Leaulté Scholarum antiquioris, Præside. Hocce in Actu a doctoribus in utramque partem agitata fuit sequens bimembris quæstio.

An tota corporis humani harmonia posita sit, ut { Sales foras omnes eliminentur? / liquores dulcescant magis ac magis?

Actus Præses 1.um quæstionis membrum explanandum obtulit Baccalaureo Candidati vices gerenti. 2.um verò M.r Elias Coldevilars, Decanus solvendum exhibuit M.ro de la Sône Licentiato.

Die

Die Sabbati 1° Septembris 1742, celebratus fuit in Scholis inferioribus Actus Vesperiarum M.ri Caroli-Ludovici Liger, Præside M.ro Joanne-Francisco Couthier. Hujus actûs talis fuit quæstio bipartita.

An Puerperæ, lacte deficiente, Lochiis tamen fluentibus, { Saphenæ sectio? Catharsis?

Actûs Præses primam quæstionem discussam proposuit dirimendam Baccalaureo Candidati vices gerenti; 2.am verò M.ro le Hoc, in locum M.ri Urbani Leaulté, priùs agitatam, obtulit resolvendam M.ro Liger Licentiato.

Die Lunæ 3° Septembris 1742, M.r Josephus-maria-Franciscus de la Sône, Doctoratûs gradum adeptus est, M.ro Ludovico-Petro le Hoc Præside, in locum M.ri Urbani Leaulté. In hoc Actu hæc fuit quæstio bimembris.

An in Colica Pictorum { Oleosa? Mochlica?

Novus Doctor M.r de la Sône, examinato in utramque partem primo quæstionis membro, id obtulit dirimendum M.ro Ludovico-Florentio Bellot; 2.um verò, similiter agitatum, M.r Elias Col de Vilars à M.ro Le Hoc Præside, sibi expositum, solvit.

Die martis 4° Septembris 1742, M.r Carolus-Ludovicus Liger Doctoralem accepit pileum, a M.ro Joanne-Francisco Couthier, Præside. Hujus Actûs talis fuit quæstio bimembris in utramque partem examinata.

An Febris à Sanguinis { Effervescentia? Fermentatione?

Novus Doctor M.r Liger primam quæstionem solvendam dedit M.ro Francisco-Felicitati Cochu. M.r Couthier, Præses, secundam exposuit dirimendam M.ro Le Hoc.

Die Jovis 6° Septembris 1742, celebratus fuit in Scholis inferioribus Actus Vesperiarum M.ri Caroli-Francisci Boutigny Des Preaux, Præside M.ro Philippo Davier de Breville, M.ri Raymundi-Jacobi Finot vices gerente. Hocce in Actu agitata fuit in utramque partem hæc sequens bimembris quæstio.

An purpureus Sanguinis color in Pulmonibus { ab äere? a Trituratione?

Primum quæstionis membrum Actus Præses solvendum obtulit Baccalaureo Candidati vices gerenti. 2.um verò M.r Couthier enodandum exposuit M.ro Boutigny des Preaux, Licentiato.

Die veneris 7° Septembris 1742, celebratæ sunt Vesperiæ M.ri Joannis-Francisci Isez, Præside M.ro Claudio Brunet, in locum M.ri Joannis Herment. Quæstio bimembris in utramque

partem

partem a doctoribus perpensa, hæc fuit

An partes in Foetu { ordine a Natura præscripto, formentur? / Eodem ordine lædantur?

Primam quæstionem Actûs Præses Baccalaureo Candidati vices gerenti, resolvendam exposuit; secundam verò Mr. Davier de Breville dirimendam proposuit Mro. Isez licentiato.

Die martis undecimo septembris 1742, Mr. Carolus-Franciscus Boutigny des Preaux Doctorali Laureâ donatus est, Præside Mro. Philippo Davier de Breville, Mri. Raymundi-Jacobi Finot vices gerente. Hocce in Actu quæstio sequens bimembris, in utramque partem discussa fuit a doctoribus.

An in Febribus malignis { Alexipharmaca! / Emetica!

novus Doctor Mr. Boutigny des Preaux primum quæstionis membrum dirimendum proposuit Mro. Claudio-Carolo de Jean. secundum verò Actûs Præses extricandum exhibuit Mro. Joanni Francisco Couthier.

Die Jovis 13a. septembris 1742, Mr. Joannes-Franciscus Isez ad Doctoratum promotus est, Præside Mro. Claudio Brunet, in locum Mri. Joannis Herment. Hujus actûs quæstio bimembris in utramque partem a Doctoribus proponentibus agitatam, hæc fuit.

An Peripneumoniæ { venæ sectio? / Kermes minerale?

Novus Doctor Mr. Isez primum quæstionis membrum proposuit dirimendum Mro. Jacobo-Alberto Hazon. 2um. verò resolvendum dedit Actûs Præses Mro. Davier de Breville, in locum Mri. Finot.

Die sabbati 22a. septembris 1742, celebratus est in scholis inferioribus Actus Vesperiarum Mri. Urbani de Vandenesse, Præside Mro. Urbano Leaulté, antiquiore scholarum Mro., exdecano et Academiæ Censore, in locum Mri. Francisci-Josephi Hunauld. in hoc Actu agitata fuit in utramque partem a doctoribus — proponentibus, hæc quæstio bimembris.

An Annus fructuum, sic et morborum ferax { Chronicorum? / Acutorum?

Primum propositionis membrum dirimendum exhibuit Actûs Præses Baccalaureo Candidati vices gerenti. 2um. vero Mr. Claudius Brunet solvendum denuntiavit Mro. de Vandenesse Licentiato.

Die lunæ 24a. septembris 1742, celebratæ sunt Vesperiæ Mri. Natalis-Mariæ de Gevigland, Præside Mro. Michaele Procope-Couteaux, Scholarum Professore. Hujus Actûs talis fuit quæstio bimembris, in utramque partem discussa.

An Catameniorum causa, sanguinis { Fermentatio? / Plethora?

Actûs

Actus Præses 1.um quæstionis membrum enodandum proposuit Baccalaureo in locum Candidati respondenti. 2.um verò M.r Urbanus Leaulté, pro M.ro Hunauld proposuit resolvendum M.ro de Gevigland, Licentiato.

Die Mercurii 26.° septembris 1742, M.r Urbanus de Vandenesse Doctoralem recepit pileum à M.ro Urbano Leaulté, antiquiore Scholarum M.ro, exdecano et Censore, Præside. In hoc Actu discussa fuit in utramque partem hæc bipartita quæstio.

An præcavendis Morbis { Articulorum, } Saltus?
{ Pectoris, } Cantus?

Novus doctor 1.um quæstionis membrum evolvendum proposuit M.ro Jacobo-Francisco Vandermonde. 2.um verò Actûs Præses enodandum obtulit M.ro Claudio Brunet, in locum M.ri Herment

Die veneris 28.° septembris 1742, M.r Natalis-Maria de Gevigland ad Doctoratûs gradum evectus est, Præside M.ro Michaele Procope-Couteaux, Scholarum Professore. Hujus Actûs quæstio bimembris, in utramque partem a doctoribus proponentibus versatam, talis fuit

An Pauperes præ Divitibus { graviùs ægrotent?
difficiliùs curentur?

Novus Doctor primam quæstionem resolvendam exhibuit M.ro Ludovico-Mariæ Rousse. 2.am verò Actûs Præses obtulit enodandam M.ro Urbano Leaulté, in locum m.ri Hunauld.

Die mercurii 3.° octobris 1742, factæ sunt in Scholis inferioribus Vesperiæ M.ri Theodori Baron, M.ro Hyacintho-Theodoro Baron, ejus patre, Præside, in locum M.ri Antonii-Nicolai Guenault. Hoc in Actu excussa fuit in utramque partem sequens quæstio bimembris.

An in primo Variolarum insultu { Emeticum?
Saphenæ sectio?

Actûs Præses 1.um quæstionis membrum dirimendum exposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti. 2.um M.r Procope-Couteaux resolvendum dedit M.ro Theodoro Baron, Licentiato.

Die veneris 12.° octobris 1742, prædictus M.r Theodorus Baron doctoralem accepit pileum à patre suo M.ro Hyacintho-Theodoro Baron, antiquorum Facultatis Decanorum antiquiori, Præside, in locum M.ri Antonii-Nicolai Guenault. Hujus Actûs talis fuit quæstio bipartita, in utramque partem à Doctoribus proponentibus discussa.

An Febri putridæ, Variolis confluentibus supervenienti { Diaphoretica?
Purgantia?

Novus Doctor Theodorus Baron primam quæstionem solvendam dedit M.ro Tussano-Gilberto Boulland. Actûs verò Præses secundam proposuit enodandam Magistro Michaëli-Procope-Couteaux.

Die

Die mercurii 24ª octobris 1742, actæ sunt in Scholis inferioribus vesperiæ M.ri Francisci David Herissant, Præside M.ro Joanne-Baptista-Ludovico Chomel, M.ri Joannis-Claudii-Adriani Helvetius, Reginæ Medici primarii vices gerente; quo in Actu explanata fuit in utramque partem à doctoribus proponentibus sequens quæstio bimembris.

An Opio, præsentius { Pharmacum? / venenum?

Actûs Præses 1.am quæstionem resolvendam proposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti. M.r verò Hyacinthus-Theodorus Baron, pater, in locum M.ri Antonii-Nicolai Guenault 2.am exposuit dirimendam M.ro Herissant, Licentiato.

Die veneris 26ª octobris 1742, prædictus M.r Franciscus-David Herissant, Doctorali laureâ decoratus est, Præside M.ro Joanne-Baptista-Ludovico Chomel. medico Regis ordinario, M.ri Joannis-Claudii-Adriani Helvetius, Regi à sanctioribus consiliis, Reginæ Medici primarii, e regia scientiarum Academia, vices gerente. Hocce in Actu duplex sequens quæstio in utramque partem à Doctoribus proponentibus evoluta fuit.

An Opium Dolori { Colico? / Ischiadico?

novus doctor M.r Herissant 1.am quæstionem proposuit enodandam M.ro Carolo Payen. M.r verò Baron, pater in locum M.ri Genault 2.am à M.ro Chomel, Præside, expositam, solvit.

Die Lunæ 29ª octobris 1742, in Scholis inferioribus celebratus est Actus vesperiarum M.ri Juliani Busson, Præside M.ro Antonio Casamajor, librorum medicinæ Censore. Actûs hujus talis fuit quæstio bimembris, in utramque partem explanata


An Balneum { Ante cibum, / In profluente, } salubre?

Actûs Præses M.r Casamajor 1.um quæstionis membrum Baccalaureo Candidati vices gerenti, dirimendum proposuit. M.r verò Chomel, in locum M.ri Helvetius 2.um membrum dedit solvendum M.ro Busson, Licentiato.

Die mercurii 31ª octobris 1742, prædictus M.r Julianus Busson laureâ doctorali donatus est, Præside M.ro Antonio Casamajor. quæstio bipartita hocce in Actu à proponentibus Doctoribus, in utramque partem discussa, talis fuit

An possit { Senectus retardari, / Mortis terminus prorogari, } Arte medica?

Novus Doctor M.r Busson primam quæstionem solvendam obtulit M.ro Bartholomæo Murry. Actûs verò Præses secundam proposuit enucleandam M.ro Chomel, in locum M.ri Helvetius.



Oratio publica

Deo juvante,

Mr. Michael Procope-Couteaux

Doctor Medicus Parisiensis

et

Scholarum Professor,

Medicinæ stadium auspicaturus, de difficultatibus artis medicæ disseruit, et dixit cur difficilius sit hodie Medicinam exercere, quam olim fuit, Die dominico decimo nono Mensis Novembris anni 1741, horâ post meridiem tertiâ

Elegans fuit hujus orationis compositio, vera, amœna, grata, hilaris et disertè prolata.

Nota quod die dominico proximè sequenti Mr. Carolus Payen, Chirurgiæ idiomate Gallico Professor, orationem publicam habere debuisset. verùm hucusque se excusavit, pollicitus tamen se post Paschalia huic officio satisfacturum. Sed adhuc expectatur hæc oratio.

Anatomicæ Demonstrationes, opera Chirurgica et Galenico-Chymica.

Mr. Franciscus Mery, antiquus Chirurgiæ idiomate Gallico Professor, qui anno præterito Chirurgicarum Operationum stadium perficere non potuerat, huic muneri satisfecit mense Decembris 1741, illudque denunciavit operam Chirurgiæ navantibus, sequenti Programmate compitis urbis affixo.

Dieu aidant,

M. François Mery, Docteur Regent de la Faculté de Medecine en l'université de Paris, et

Ancien Professeur de Chirurgie en langue Françoise,

Expliquera publiquement en faveur des Etudians en Chirurgie, tout ce qui concerne les Operations Chirurgicales, et les fera executer sur le cadavre d'un Homme, par Mr. Antoine-François Barbault, habile Chirurgien juré à St. Côme

Il commencera son cours Samedy deuxieme Decembre 1741,

à deux

à deux heures précises aprés midy, et continuera les jours suivans à dix heures du matin.

Aux Ecoles de Medecine.

Die lunæ 12ª Februarii 1742, et sequentibus diebus, Mʳ Henricus-Franciscus Bourdelin, scholarum Professor, Anatomiam celebravit, Philiatrisque denunciavit hoc Programmate per compita urbis affixo.

Cum Deo,

M. Henricus-Franciscus Bourdelin,
Doctor Medicus Parisiensis
et
Scholarum Professor,

Pro laudabili nec interrupto saluberrimæ Facultatis consuetudine, Anatomiam, in virili cadavere exhibebit. Partes secabit, evolvet et demonstrabit Antonius-Franciscus Barbault, Chirurgus peritissimus.

Incipiet die lunæ 12ª Februarii, A. R. S. H. 1742, horâ ipsâ decimâ matutinâ

In scholis Medicorum.

Die sabbati 17ª Martii 1742, Mʳ Philippus Davier de Bréville, Chirurgiæ Professor, selectiores Chirurgiæ operationes explanavit in Cadavere virili, et stadium suum nunciavit sequenti Programmate, per compita urbis affixo.

Cum Deo,

M. Philippus Davier de Bréville
Dotariæ Hispaniarum Reginæ Consiliarius Medicus,
In saluberrima Facultate Doctor Regens,
et
Chirurgiæ Professor,

Selectiores Chirurgiæ Operationes, dicendo explanabit in Cadavere virili; easdem manum operi admovendo, exequetur Antonius-Franciscus Cabany, filius, Chirurgus Parisiensis peritissimus.

Incipiet die sabbati 17ª mensis Martii 1742, horâ post meridiem tertiâ, et perget sequentibus diebus.

In Scholis Medicorum.

Die veneris 27ª Julii 1742, Mʳ Henricus Besnier, Pharmaciæ Professor, selectas e Pharmacia Galenica et Chymia operationes explicare agressus est et promulgavit Programmate sequenti, per urbis compita affixo.

Cum

Cum Deo,

M.r Henricus Besnier,

Doctor Medicus Parisiensis


et

Pharmaciæ utriusque Professor,

Præmissis Chimiæ principiis, selectas e Pharmacia Galenica et Chimica Operationes explicare aggredietur; quibus perficiendis manum, industriam, artificiosamque operam præstabit Hyeronimus Bardon, Pharmacopæus Parisiensis peritissimus.

Incipiet die veneris 27.° Julii, A. R. S. H. 1742, horâ post meridiem sesqui-secundâ, pergetque sequentibus cujusque hebdomadæ Martis et veneris diebus.

In scholis Medicorum.



Obitus Doctorum.

Die lunæ 18.° mensis Decembris 1741, horâ septimâ matutinâ e vivis decessit M.r Petrus Afforty, saluberrimæ Facultatis — Doctor et Professor, annos 49 natus, ineunte 13.° die sui morbi, qui erat Febris maligna cum sævissimo capitis dolore, delirio, lingua sicca et nigra, spasmodicis Carpi et digitorum motibus, abdomine pertinaciter tumido. vir ille clarissimus, Statutorum et rituum Ordinis nostri strenuus assertor, integrâ probitate donabatur, praximque medicam cum honore, dignitate et felici successu exercebat. Corpus ejus ad ædem deo sacram sub invocatione Divi Eustachii postero die delatum, in Ecclesia inhumatum fuit.

Pro æterna ejus Animæ requie, die veneris 12.° Januarii 1742, solemne Sacrum in Facultatis sacello celebratum est.

Die martis 9.° Januarii 1742, horâ quintâ pomeridianâ, mortuus est M.r Philippus Caron, antiquus Facultatis Decanus, annos 75 circiter natus. Eo ipso die circa septimam horam matutinam Apoplexiâ forti correptus fuerat. Corpus ejus — ad ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Gervasii postridie delatum, in Ecclesia inhumatum est.

Ejus Animæ die sabbati 20.° Januarii 1742, sacro solemni in Scholarum sacello parentatum est.

Die

Die Dominico 14° Januarii 1742, horâ sesquitertiâ pomeridianâ, fato functus est Mr. Petrus Maloët Saluberrimæ Facultatis Doctor Regens, consiliarius et Medicus Regis ordinarius, nec-non domûs Regiæ Invalidorum, Ducum et Militum, et Regiæ scientiarum Academiæ Socius, annos 55 vel circiter natus. Peripneumoniâ ac Febre malignâ tentatus obiit quinto sui morbi die, in Regio Invalidorum nosocomio. Die verò martis 16° corpus ejus ad ædem Deo sacram, sub invocatione Sti Ludovici, in eodem Nosocomio delatum, sepulcro conditum est


Pro ejus Animæ sempiterna requie solemne Sacrum celebratum fuit die sabbati 27° ejusdem mensis in scholarum sacello.

Die Dominico 13° Maii 1742, vitæ finem implevit Mr nicolaus Andry, antiquus Facultatis Decanus, consiliarius Regis lector et Professor in collegio Regio Galliæ, librorum Censor Regius; Annos 89 attigerat. Corpus ejus ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Rochi postridie delatum, in Ecclesia humatum fuit.

Ejus Animæ sacro solemni in Facultatis sacello parentatum est die lunæ 21° ejusdem mensis.

Die Dominico 19° mensis Augusti 1742, horâ sesquiquartâ matutinâ, vitam cum morte mutavit Magister Joannes-Baptista Silva, Doctor Medicus Parisiensis, salubris consilii Regii Socius, et Serenissimi Principis Condæi medicus ordinarius. Annos agebat circiter sexaginta duos. Acerrimo, eleganti et limato ingenio donatus erat; in praxi medica nominatissimus, - medici dignitatem optimè tuebatur. Corpus ejus - die lunæ 20° ejusdem mensis sublatum fuit ad - ædem Deo sacram sub invocatione Sti Sulpicii, - et in Ecclesia sepulcro conditum.

Pro ipsius Animæ requie sempiternâ, in sacello Facultatis decantatum fuit solemne sacrum die sabbati primo mensis septembris. Synanche, Febre malignâ, et sub finem convulsionibus correptus obiit.



Acta et Comitia saluberrimi Medicorum Parisiensium Ordinis à die 4ª 9bris 1741 ad diem tertium 9bris 1742.

Mro Elia Col de Vilars iterum Decano.

Die veneris 1º Decembris 1741, horâ decimâ matutinâ convocati sunt Doctores omnes Medici in scholas superiores, super epistolâ à Decano Facultatis medicæ Haphniensis scriptâ, deliberaturi

Querebatur hic Decanus quod Chirurgi Haphnienses se Facultati medicæ nullatenus mancipatos esse contendebant; nec asserere verebantur Chirurgos Parisienses Facultati medicæ Parisiensi minimè subjici

Statuit Facultas quod Decanus Facultati medicæ Haphniensi suppeditaret omnia instrumenta quibus constat et probatur Chirurgos Parisienses Medicorum Parisiensium Ordini semper subjectos fuisse.

In his comitiis decrevit Facultas quod pro funeribus mri Claudii du Cerf, collegæ nostri, fato functi, cui res familiaris exigua valdè erat, numeraret Decanus summam centum libellarum; et super iis ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

Eodem die habita sunt comitia menstrua de morbis grassantibus, qui, referente mro de Santeul, Febres fuerunt intermittentes quæ in continuas evaserunt, et vice versâ. His sanandis non profuit in principio Kina Kina, sed venæ sectiones, Apozemata amara, diluentia, cathartica, nonnunquam Emetica, vel Emeto-Cathartica prout indicabant nauseæ aliaque symptomata.

Mri Brunet et le Hoc Febres malignas continuas observaverunt, quibus profligandis, licet urgerent exacerbationes, irritus fuit Kina Kina usus, nisi post decimum quintum diem; sed venæ-sectiones in principio utiliter præscriptæ fuerunt, et sub finem Ptisanæ emulsionatæ ex Kina Kina.

Mri Jacques et Poussé filius idem animadverterunt.

Mr Baron filius Febres observavit tertianas duplices cum spasmodicis motibus et delirio in paroxismis. In his curandis cathartica iterata feliciter adhibita sunt.

Diarrhææ insuper ac dysenteriæ observatæ fuerunt, quæ usitatis cesserunt medicamentis.

Anno Domini 1742, Die martis 2ª Januarii habita sunt in scholis superioribus menstrua Comitia, in quibus exposuit Decanus quod in comitiis ordinariis Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Lexovæo habitis, verba facta fuerunt de concedenda pensione annua sexcentarum libellarum

Mro

Mro Jacobo Vallette le Neveu, Academiæ Syndico, ut olim concessa fuerat Mro Gibert; et hæc fuit Tribunalis academici sententia, ut præter ordinarium Syndicatus honorarium, quod est sexaginta libellarum, summa insuper quingentarum quadraginta libellarum extra ordinem, per annuæ pensionis modum, attribuatur prædicto Mro Jacobo la Vallette le Neveu, ipsi, quandiu Syndicus erit, persolvenda, si in id academici ordines consenserint; addiditque Decanus hanc latam fuisse sententiam duabus ex causis; 1° quidem ob antiqui honorarii tenuitatem, præsertim ad Syndicatus labores comparatam; 2° ob multa et præclara Mri la Vallette le Neveu in Universitatem merita.

Quibus auditis, re in deliberationem missâ, rogatisque singulorum Doctorum sententiis, censuit Facultas ad summam sexaginta libellarum in honorarium Universitatis Syndico, ex ærario academico antiquitus attributam, ex eodem ærario adjiciendam summam quingentarum et quadraginta libellarum Mro Jacobo la Vallette le Neveu, Syndico, per modum annuæ pensionis, in singulos annos, quandiu Syndicus Universitatis erit, persolvendam, quemadmodum Mro Gibert attributa et soluta fuerat, et iisdem conditionibus; atque sic conclusit Decanus

Col de Vilars

Postea de morbis præterito mense grassantibus fuit sermo.

Mr Maloët dixit se observasse Pleuritides et Peripneumonias catarrhales, quæ præmissis venæ sectionibus, ope Kermes mineralis, ad grana duo, in cochleare vini generosi, sanatæ fuerunt.

Mr Seron retulit se Febres continuas animadvertisse, quæ generalibus remediis cesserunt; item Colicos dolores Pictonum, quibus sanandis præscripsit venæ sectiones e brachio et pede, mochlica et paregorica.

Mr Chomel pertinaces observavit dysenterias, quibus curandis anodyna, deinde Ipecacuanha, et sub finem Cimarouba adhibita sunt.

Mri Seron, Davier et Linguet se etiam vidisse dixerunt variolas et Icteros, quibus usitata in tali casu medicamenta profuerunt.

Die Lunæ 15° Januarii 1742, Chirurgicas operationes propriis manibus aggressi sunt Baccalaurei, à Doctoribus interrogati. Hoc autem Examen sequenti Programmate, totius urbis compitis et scholarum valvis affixo, promulgatum fuit hoc modo.

De Mandato
Mri Eliæ Col de Vilars saluberrimæ Facultatis
Parisiensis Decani,
et M.M. Doctorum Regentium
ejusdem Facultatis.

Notum sit omnibus ad quos pertinet, die Lunæ 15°

Januarii

Januarii 1742, et diebus Martis, Mercurii — Jovis, Veneris, Sabbati et Dominico sequentibus, ab hora secunda post meridiem ad quintam, Baccalaureos peritiæ suæ in Operibus chirurgicis, super virili Cadavere, propriâ manu exequendis, examine probatorio, coram Facultate, periculum esse facturos.

Subscripsi et promulgavi die Sabbati 13° ejusdem mensis et anni Franciscus-Ludovicus Bret, major Facultatis Apparitor.

Schedula vero convocationis ab Apparitoribus delata, hæc erat. Articulus quartus.

Decreti 22° die Martii 1732 lati, et trinâ convocatione confirmati.

Exercitationum chirurgicarum 1° et 2° die in Abdomine conficiantur Operationes. 3° die Operationes in Pectore celebrentur. 4° et 5° dies Operationes in Capite perficiantur. 6° et 7° die Artus chirurgicis Operationibus subjiciantur. De causis, signis, eventu et curatione morborum chirurgica, de medicamentorum applicatione externa, de Instrumentis chirurgicis interrogentur Baccalaurei, atque Operationis et Spleniorum Fasciarumque applicandi rationes, operæ manum admovendo, exponant.

Vi cujus Decreti,

Convocentur Doctores omnes Medici in Scholas superiores die Lunæ 15° Januarii, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, Sabbati, et Dominico sequentibus, anni 1742, ab hora secunda post meridiem ad quintam, Baccalaureos, Operationes chirurgicas, super virili Cadavere, propriis manibus exercentes, interrogaturi. Datum Parisiis die 13° ejusdem mensis et anni.

CoDevilars, Decanus.

Die 20° Januarii 1742, per schedulam convocati sunt Doctores omnes Medici in Scholas superiores, interfuturi Sacro solemni quo Mr. Philippo Caron saluberrimus ordo parentaturus erat; nec-non de mulctis quæ Baccalaureis irrogatæ sunt, propter eorum absentiam a nonnullis Actibus, deliberaturi. Post solemne sacrum statuit Facultas ut omnes mulctæ Baccalaureis irrogatæ, solverentur, monerenturque Baccalaurei ut in posterum magis essent seduli; et sic conclusit

CoDevilars, Decanus.

Quod Decretum subsignarunt Mri Finot et Mery.

Die Lunæ 22° Januarii 1742, Facultas per schedulam in Scholas superiores convocata, horâ 2ª pomeridianâ, de Operationibus Chirurgicis à Baccalaureis, propriâ manu, in Cadavere virili, celebratis, suum judicium per scrutinium latura; probavit et rata habuit Baccalaureorum responsa, chirurgicasque Operationes ab iisdem celebratas.

Die Sabbati 27° Januarii 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici in Scholas superiores, horâ nonâ matutinâ,

interfuturi

interfuturi sacro solemni quo Mro Petro Maloët, fato functo, saluberrimus Ordo parentare debebat; nec-non post sacrum candidatorum Examinatores electuri.

Sacro solemni celebrato, congregatisque Doctoribus, — praesentium Doctorum nomina majoris Ordinis in urnam missa sunt, ex quibus in Electores Examinatorum sorte ducti sunt à Decano

Mr. urbanus Leaulté, censor.

Mr. Joannes-Franciscus Coubtier.

Mr. Gabriel-Antonius Jacques.

Missis pariter in urnam nominibus Doctorum praesentium minoris ordinis, sorte obvenerunt

Mr. Antonius Ferrein.

Mr. Joannes-Jacobus Belleberte.

Hi quinque Examinatorum Electores, praestito in manus Decani solito sacramento, in sacellum recesserunt, Examinatorum electioni operam navaturi. Ad Comitia regressi, Mro urbano Leaulté verba faciente, proposuerunt in Examinatores Candidatorum, De majori ordine,

Mrum Joannem-Baptistam Mongin,
Mrum Joannem-Franciscum Leaulté,
Mrum Philippum Davier de Bréville

Sorte ducti sunt Mr. Joannes-Franciscus Leaulté
Mr. Philippus Davier de Breville.

De minori ordine,

Mrum Joannem-Baptistam-Ludovicum Chomel,
M. Jacobum-Albertum Hazon,
M. Michaelem-Philippum Bouvart.

Sorte ducti sunt ex urna Mr. Hazon et
Mr. Bouvart.

Hi porro quatuor doctores, scilicet
Mri Leaulté filius
Davier de Breville
Hazon
Bouvart

praestito intra manus Decani sacramento, in Examinatores Candidatorum cum Decano renuntiati sunt.

verum super electione Mri Davier de Breville quaedam suborta est contentio, ex eo quod ipsi jus Robuli deficeret. Attamen Facultas ei indulsit ejusque electionem probavit.

Die sabbati 3o Februarii 1742, habita sunt Comitia menstrua de morbis grassantibus.

A Mro Leaulte scholarum antiquiore facta fuit mentio haemorrhagiarum morbis acutis supervenientium, praesertim in

in mulieribus; quæ quidem sanguinis valuationes per vomitum, per Nares, anum aut Uterum erumpebant, et quibus curandis utiliter adhibita sunt absorbentia et astringentia, et ipsamet antiscorbutica, præmissis venæ sectionibus. Observavit præterea Pleuritides, Peripneumonias et febres acutas.

Mr. de Jean Febvre animadvertit malignas et Pleuritides cum sanguinis sputo et delirio.

Mr. Cochu eosdem dixit se observasse morbos, et insuper anginas ad suppurationem vergentes.

Mr. Bellot affectus catarrhales et Pleuritides ac Peripneumonias ejusdem generis, variolasque haud mali moris habuit curandas.

Cæteri Doctores nihil aliud relatu dignum exhibuerunt.

Eodem mense Februario futurum Candidatorum examen promulgatum est Programmate totius urbis compitis, valvisque Scholarum et singulorum Doctorum affixo. Hoc autem Programma his conceptum fuit verbis

De Mandato
M. Eliæ Col De Vilars, saluberrimæ
Facultatis Decani,
et M.M Doctorum Regentium
ejusdem Facultatis.

Notum sit omnibus, quorum interesse poterit, Medicinæ Candidatis, hoc anno 1742, habitum iri examen. Quapropter ii veste talari et pileo quadrato, ut moris est, sistant se coram Facultate die sabbati 3° Mensis Martii, horâ decimâ matutinâ, nullumque aliud aperiendum esse examen intelligant nisi post biennium.

Subscripsi et promulgavi die Februarii anni 1742 Franciscus-Ludovicus Bret major Facultatis Apparitor.

Die sabbati 3° mensis Martii 1742, convocati sunt per schedulam Doctores omnes medici in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, Candidatorum supplicationem audituri.

In iis comitiis stiterunt se coram Facultate, in habitu convenienti, sexdecim Candidati; ex quibus Franciscus Bernard de la Chapelle, suo et Collegarum suorum nomine, Facultati, composita, eleganti et modesta oratione supplicavit; cujus auditâ supplicatione, Candidatisque omnibus sigillatim de nomine, cognomine, patriâ et religione, nec-non de una quæstione medica, à Doctorum præsentium antiquioribus, breviter interrogatis, eorum supplicationi annuendum esse censuit Saluberrimus Ordo, et ipsis a Decano dictus est dies

Lunæ

lunce sequens quo studiorum suorum, ætatis et magisterii in artibus, aut in alia universitate doctoratûs, fidem facerent.

His peractis habita sunt solita Facultatis menstrua comitia de morbis grassantibus

Mr. Procope se observasse retulit Febres malignas cum delirio fugaci, motibus convulsivis et somnolentia, nonnunquam cum amentia, urinis turbidis sub finem, quæ antea limpidæ fuerant. Item alias Febres malignas cum pulsu magno, duro, frequenti delirio, phlogosi, necnon visûs debilitate. In prima specie vesicatoria et venæ sectiones partitis vicibus et sensim celebratæ, adhibita sunt. In 2a. primò copiosæ venæ sectiones e brachio, pede et jugulari, ratione symptomatum, in usum utiliter venerunt, cum potionibus diluentibus et leviter amaris.

Mr. Payen idem observavit

Mr. Murry, idem, et præterea Febres catarrhales quibus a quinto ad decimum diem œdematosus tumor manuum et pedum supervenit et quibus curandis aperientia et diluentia profuerunt.

Mr. Bouvart, Febres continuas et Peripneumonias, sub finem delirio stipatas, ac in morbos malignos abeuntes. In principio præscriptæ sunt venæ sectiones e brachio et pede, deinde Tartarus stibiatus minori dosi et frequenter exhibitus.

Mr. Belleterte nihil novi retulit.

Die lunæ 5o ejusdem mensis Martii 1742, horâ post meridiem tertiâ, rursus stiterunt se Candidati in scholis superioribus, eodem habitu, coram Facultate, litterasque suas exhibuerunt testimoniales. Tum ex Doctoribus præsentibus, viva voce, ut moris est, et ex majori suffragiorum numero, sex sequentes electi sunt Doctores qui litteris prædictis examinandis operam suam collocarent, nempè

De majori ordine

Mr. Peaget, pater,
Mr. Millet,
Mr. Cosnier.

De minori,

Mr. Baron, filius,
Mr. Pousse, filius,
Mr. Murry.

Die sabbati 10o Martii 1742, horâ decimâ matutinâ post sacrum, congregati sunt in scholis superioribus Doctores medici, prius omnes convocati per schedulam ab Apparitoribus delatam, — clarissimorum virorum qui examinandis candidatorum litteris præpositi fuêre, relationem audituri, et de ea suum judicium laturi.

Iis in comitiis Mr. Michael Peaget, Examinatorum antiquior, — de litteris Candidatorum hæc sequentia retulit.

Antonius Le Camus, Parisinus, sacris fontibus ablutus est in Ecclesia Sti. Nicolai à Carducto die duodecimo Aprilis anni 1722; proinde mense Aprilis proximo annos attingit viginti.

Litteras exhibuit testimoniales magisterii in artibus in universitate Parisiensi obtentas. Professorem habuit Mum. Henricum-Franciscum Bourdelin de Physiologia a martinalibus anni 1740, ad inducias

academicas

academicas. Iterum accepit ab eodem Professore de Pathologia lectiones à martinalibus anni 1741, ad 28 Februarii anni 1742. Proinde desunt ipsi sex menses ex 2° anno

A M^ro Ludovico-Claudio Bourdelin Pharmaceuticas lectiones excepit, per annum academicum.

A M^ro Davier de Breville chirurgicas a martinalibus anni 1741, usque ad mensem Martii præsentis anni. Proinde desunt sex menses

A M^ro Linguet lectiones materiæ medicæ per annum academicum

Litteræ testimoniales parvo Facultatis sigillo munitæ sunt.

Claudius Person, Catalaunensis, Baptizatus est in Ecclesia S^ti Joannis de Sivry, die 21^a Septembris anni 1710. Proinde ætatem agit 32 annorum. Instrumentum baptisterii subscriptum est a judicibus ecclesiasticis. Gradum magisterii adeptus est in universitate Parisiensi die 6° Julii anni 1733. Excepit lectiones à M^ro Malouin de Physiologia et Pathologia à martinalibus anni 1738, ad inducias academicas anni 1740. A M^ro Coldevilars lectiones Pharmaceuticas a martinalibus anni 1738, ad pervigilium Sanctorum Petri et Pauli 1739. A M^ro Baron de re herbaria lectiones per annum academicum A M^ro Martineng lectiones chirurgicas a martinalibus anni 1739, usque ad annum 1740.

Litteræ testimoniales parvo Faultatis sigillo munitæ sunt.

Nicolaus Gautier Du Rocher, Parisinus, sacris fontibus ablutus est die 4° Maii 1721, in Ecclesia S^ti Eustachii. Proinde agit annum vigesimum primum proximo mense Maii. Instrumentum baptisterii subscriptum est a Vicario parochi. gradum magisterii adeptus est in universitate Parisiensi.

Lectiones de Pathologia excepit à M° Bourdelin juniore a martinalibus anni 1741, ad diem 28 Februarii 1742.

Pharmaciæ lectiones excepit a M^ro Ludovico-Claudio Bourdelin a martinalibus 1740, ad inducias academicas anni 1741.

A M^ro Bertrand excepit lectiones rei herbariæ à martinalibus anni 1741, ad diem 28 Februarii 1742.

A M^ro Davier lectiones chirurgicas a martinalibus anni 1741, ad diem 28 Februarii 1742.

Insuper Pharmaciæ lectiones a M^ro Besnier, à martinalibus anni 1741, ad 28 diem Februarii 1742.

Joannes-Claudius Munier, laudolensis, attulit testimonium à Parocho Regiæ Domus Invalidorum, quo constat eum in manibus habuisse litteras Baptisterii, quas tamen ab eo in posterum proferendas esse censemus.

Et revera die 30° Aprilis 1742, litteras Baptisterii authoritate Judicis munitas exhibuit, quibus patet eum sacris fontibus regeneratum fuisse die 8° Novembris 1704, in Ecclesia parochiali S^ti Desiderii, in urbe Lonslesaunier dicta, diœcesis Bisuntinensis

gradum Doctoratus obtinuit in universitate Bisuntinensi die primo Decembris anni 1734.

Petrus Arcelin, Matisconensis apud Burgundos, sacris fontibus ablutus est in Ecclesia S^ti^ Petri, die tertiâ Decembris anni 1714. Proinde agit annum vigesimum octavum mense proximo decembris. Litteras Baptisterii testimoniales authoritate Judicis confirmantur.

Doctoratûs gradum adeptus est die 20° Julii 1736 in universitate Monspeliensi, ut patet ex litteris testimonialibus D^ni^ Chicoyneau, magno ejusdem Facultatis sigillo munitis.

Guillelmus Ruellan, Dinanensis apud Armoricos, sacris fontibus regeneratus est in Ecclesia S^ti^ Maclovensis, die 13° Januarii anni 1712. Proinde attigit aetatem triginta annorum.

Doctoratûs gradum consecutus est in universitate Monspeliensi die prima mensis decembris anni 1735.

Jacobus Verdelhan, Mimatensis, litteras Baptisterii testimoniales non exhibuit. Doctoratûs verò gradum adeptus est in universitate Monspeliensi, anno 1733, die 17ª Martii.

Et die 9° Maii 1742, litteras Baptisterii testimoniales authoritate Judicis munitas protulit, quibus constat eum sacris fontibus ablutum esse die 22° Septembris 1712, in Ecclesia S^ti^ Germani, in urbe Mimatensi.

Claudius Bourdier, Bituricensis, regeneratus est in Ecclesia parochiali Borboniae Arcimbaldi, die 18° mensis Martii 1714. Proinde agit annum 28um Instrumentum Baptisterii nullo Judicum Syngrapho confirmatur.

Doctoratûs gradum adeptus est in Academia Andegavensi, die 13^a^ Februarii anni 1738.

Franciscus Bernard de la Chapelle, Abrincensis, regeneratus est in Ecclesia Beatae Mariae de Montgothier, die 21^a^ novembris anni 1706. Proinde attingit aetatem 36 annorum mense novembris proximo. Exhibuit litteras Baptisterii Judicis authoritate confirmatas.

Doctoratûs gradum adeptus est in universitate Rhemensi, die 17^a^ Septembris anni 1738.

Stephanus Chardon de Courcelles, Remensis, sacris fontibus ablutus est in Ecclesia parochiali S^ti^ Martini D'amagne, diœcesis Remensis, die 9° Martii 1705. Proinde annum agit trigesimum septimum. Litteras habet Baptisterii authoritate Judicis munitas.

gradum Doctoratûs consecutus est in universitate Remensi, die septimâ mensis decembris anni 1735.

Dionisius Pouchon, Rhodumnensis apud Segusianos, regeneratus est in Ecclesia parochiali Rhodumnensi, die 24^a^ Martii anni 1714. Proinde agit annum vigesimum octavum. Exhibuit litteras testimoniales Baptisterii Judicis authoritate munitas.

Lauream doctoralem consecutus est die nonâ Julii anni 1735, in universitate Monspessulana.

Josephus Lallemant, Lingonœus, Baptisatus est in Ecclesia Sctorum Petri et Pauli in urbe Lingonensi, die nonâ supra decimam Junii anni 1719. Proinde mense Junii proximo attinget viginti supra tres annos.

Exhibuit litteras Baptisterii Judicis authoritate confirmatas

Gradum magisterii adeptus est in universitate Parisiensi.

A Mro Henrico-Francisco Bourdelin lectiones Physiologicas et Pathologicas excepit a martinalibus anni 1740, usque ad diem tertium Martii anni praesentis 1742.

A Mro Baron, patre, lectiones chirurgicas a martinalibus anni 1741, ad diem primum Martii 1742.

Pharmaciæ autem lectiones à Mro Ludovico-Claudio Bourdelin à martinalibus anni 1740, ad pervigilium Dorum Petri et Pauli anni 1741.

Rei herbariæ Professorem habuit Mum Bernardum Bertrand, à martinalibus anni 1741, ad primum Martii diem 1742. studuit itaque per integrum annum academicum et per dimidium anni sequentis. litteræ testimoniales parvo Facultatis sigillo munitæ sunt.

Joannes Bidault, Parisinus, sacris fontibus ablutus est in Ecclesia Sti Stephani à monte, die 30â Julii anni 1718. Proinde mense proximo Julii 24 annos attinget.

Litteras exhibuit Baptisterii a vicario Parochi subscriptas

Gradum magisterii adeptus est in Academia Parisiensi die 15â Martii anni 1738.

Lectiones materiæ medicæ excepit à Mro Baron, à martinalibus anni 1738 ad Paschalia sequentis anni.

Lectiones rei herbariæ excepit à Mro Brunet à Martinalibus anni 1739, ad Paschalia anni 1740.

Lectiones Pharmaceuticas à Mro Colde vilars, per sex menses.

Lectiones Chirurgicas à Mro Martinenq à martinalibus anni 1739, ad Paschalia anni sequentis.

Pharmaceuticas lectiones iterum excepit à Mro Besnier, à martinalibus anni 1741, ad 2um diem Martii 1742.

Præterea affert litteras testimoniales à Dno Decano subscriptas, quibus constat eum excepisse lectiones Mri Bailly, dum viveret, scholarum Professoris, à martinalibus anni 1739 ad Paschalia anni 1740. Itaque a principio anni academici 1738, usque ad hunc annum, studuit quotannis per sex menses, proinde per biennium.

Ludovicus Pathiot, Tricassinus, sacris fontibus ablutus fuit in Ecclesia parochiali Sti Joannis in urbe Tricarum, die 27â octobris anni 1716. Proinde mense octobris proximo viginti sex annos attinget.

Litteræ Baptisterii sigillo Episcopi Trecensis munitæ sunt

Gradum magisterii adeptus est in artibus, in præclara Facultate Parisiensi.

Physiologicas et Pathologicas lectiones excepit à Mro Henrico-Francisco Bourdelin à martinalibus anni 1740, ad 3um Martii diem anni præsentis 1742.

Lectiones rei herbariæ à Mro Bertrand, lectiones chirurgicas

à

a Mro. Davier, à martinalibus anni 1741, ad mensem Martii anni præsentis.

Lectiones Pharmaceuticas à Mro. Ludovico-Claudio Bourdelin, à martinalibus anni 1740, ad pervigilium Storum Petri et Pauli anni 1741.

Litteræ testimoniales parvo Facultatis sigillo munitæ sunt. Itaque unum tantum Professorem audivit per biennium, duos alios à martinalibus anni 1741, ad hunc usque diem.

Petrus Poissonnier, Divionæus, sacris fontibus ablutus est in Ecclesia Beatæ virginis Divionis, die quinto Julii anni 1720. Proinde proximo Julii mense attinget vigesimum secundum annum.

Instrumentum Baptisterii à Judice subscriptum est.

lectiones de Physiologia et Pathologia excepit à Mro. Henrico-Francisco Bourdelin, à Martinalibus anni 1740 ad diem 28um Februarii 1742.

A Mro. Davier de Breville lectiones Chirurgicas à martinalibus anni 1741, ad mensem martii 1742. Proinde desunt sex menses.

A Mro. Linguet de materia lectiones à martinalibus 1740, ad inducias academicas anni 1741.

A Mro. Ludovico-Claudio Bourdelin lectiones Pharmaceuticas à martinalibus anni 1740, ad annum 1741.

litteræ testimoniales parvo Facultatis sigillo munitæ sunt.

non alias magisterii in artibus litteras exhibuit quam ab universitate Bituricensi, mense septembris anno 1741, obtentas.

Ludovicus Renatus Marteau, Parisinus, sacris fontibus ablutus fuit Parisiis in Ecclesia parochiali Sti Germani Altissiodorensis, die 22o Januarii anni 1710. Agit itaque 38 annos.

Gradum magisterii adeptus est in præclara artium Facultate Parisiensi, die 4o mensis Julii, anno 1733.

Lauream Doctoralem consecutus est in universitate Cadomensi, die octavâ mensis Martii, anno 1742.

Itaque ex sexdecim Candidatis novem consecuti sunt lauream Doctoralem, et juxta leges admittendi. Alii ut Person, qui assiduè lectiones vestras excepit per biennium, et collegium Regium cum laude frequentavit; Bidault et Pathiot, qui per biennium studuerunt, ad examen admittendi sunt. Cæteri, ut le Camus, Lallemant, quibus desunt sex studiorum menses, Facultatis benevolentiâ indigent.

Duo supersunt Gauthier du Rocher, qui tantùm per annum integrum Pharmaciæ studuit, et per sex menses sequentis anni Professorum omnium lectiones excepit; et Poissonnier, qui licet exceperit assiduè lectiones à magistris vestris, tamen ob magisterium in artibus in Facultate aliena, ut Bituricensi, adeptum; quod et si juxta articulum octavum Statutorum admitti possit post octo annos, aliquam tamen difficultatem affert, cujus penes Facultatem sit judicium.

His

His auditis, rogatisque præsentium omnium Doctorum sententiis, ex majori suffragiorum numero censuit Saluberrima Facultas omnes Candidatos ad examen admittendos esse, die Lunæ proximo et sequentibus, eâ tamen conditione ut qui litteras Baptisterii authoritate munitas non exhibuerunt, eas proferrent antequam suum dicerent principium, et gratia Dº. Poissonnier à saluberrimo ordine concessa, ob litteras magisterii in artibus ab universitate Bituricensi nimis recenter impetratas, in exemplum deinceps non traheretur; et sic conclusit CoDevilars, Decanus.

Die Lunæ 12º ejusdem mensis Martii 1742, ab hora octava matutina usque ad meridiem, et ab hora secunda pomeridiana ad sextam, interrogati sunt Candidati à Decano et quatuor Examinatoribus, coram Facultate, de rebus naturalibus. Die martis de rebus non-naturalibus; Die mercurii de rebus contra naturam. Hocque ipso die Candidatorum unicuique propositus fuit unus Aphorismus Hippocratis, die veneris sequente explanandus.

Die veneris 16º ejusdem mensis, se Facultati stiterunt Candidati; Aphorismum à Decano et Examinatoribus propositum explicavêre, et eorum unusquisque Examinatorum argumentis satisfecit.

Die sabbati 17º mensis Martii anni 1742, per schedulam ab Apparitoribus delatam, convocati sunt Doctores omnes medici in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ post sacrum, clarissimorum Examinatorum relationem audituri, et suum de ea judicium per scrutinium laturi.

Congregatis frequentissimis Doctoribus, Mr. Joannes-Franciscus Leaulté, Examinatorum antiquior, nomine suo et cæterorum Examinatorum qui cum illo in sacellum recesserant, ut viderent inter se quid de Candidatis examine tentatis Facultati referrent, cum cæteris redux, hæc verba fecit

Vigilantissime Decane, viri Medici vobis jubentibus et præsentibus, sexdecim Candidatos de rebus naturalibus, non-naturalibus et contra naturam, eâ quâ potuimus sedulitate, examinavimus. Hos ad Baccalaureatum admitti posse censuimus triplici classe distinctos. Classis 1a tribus constat qui de rebus cùm Physicis tùm medicis facundiâ ac ingenii vi palmam sanè præripuerunt

Classem secundam decem constituunt quorum aptis idoneisque responsionibus baccalaureatum eò libentiùs concedimus, quod si quæ, ut cum aliis æquo passu incedant, in his desiderantur, hæc ipsis usus ac stadii medici exercitationes abundè sufficient

Trium denique 3a classe repositorum doctrinæ tenuitati, favor ac solita vestra erga Candidatos benignitas supplebunt et humanitas. Hos itaque omnes admittimus, eâ tamen lege ut dictus Verdelhan principium non dicat quin priùs litteras Baptisterii testimoniales attulerit, et gratia dicto Poissonnier concessa, in exemplum non trahatur; tres denique, non nomine sed re, satis superque designati, à vigilantissimo Decano amicè moneantur ut quo saluberrima Facultas hos cohonestari munificentissimè

munificentissimè voluit titulo, labore improbo assiduisque vigiliis digniores imposterum se præstent. Hoc est Examinatorum judicium quod æquitatis vestræ lance ponderandum relinquimus.

Quâ relatione audita, rogatisque Doctorum omnium per scrutinium sententiis, censuit Facultas omnes Candidatos ad Baccalaureatûs gradum promovendos esse, eâ tamen lege ut dictus Verdelhan principium non diceret, quin prius litteras Baptisterii attulisset, et favor dicto Poissonnier concessus, in exemplum non traheretur; sicque conclusit Col de vilars, Decanus.

Accersitis postea Candidatis, saluberrimi Ordinis Decretum, secundum Examinatorum et Facultatis mentem renunciavit Decanus, laudando, scilicet laudabiles, debiles hortando.

Mox accesserunt Baccalaurei Emeriti, manumissionem suam à Facultate postulaturi, Mr. Baron, suo et aliorum nomine verba faciente. Eorum postulationi unanimi consensu annuit Saluberrimus Ordo, hac conditione ut Thesibus quæ propugnandæ supersunt, sedulò adfuerint, sic concludente Col de vilars, Decano.

Eodem die eâdemque horâ, per aliam schedulam ab Apparitoribus delatam, convocati sunt Doctores omnes medici in scholas superiores, Pharmacopœorum Præfectos audituri; quibus auditis, Facultas hoc tulit sequens Decretum.

Anno domini supra millesimum septingentesimo quadragesimo secundo, die verò sabbati decimo septimo Martii, Facultas medica in scholas superiores, per schedulam, ut moris est delatam, legitimè convocata fuit, horâ decimâ matutinâ post sacrum, inter alia, Pharmacopœorum Parisiensium Præfectos auditura. Postquam dicti Pharmacopœorum Præfecti supplices oravêre saluberrimum Ordinem ut Decanus cum duobus Pharmaciæ Professoribus aliisque delegatis expositionem et compositionem Theriaces, quam in horto suo propè diem coram Magistratibus et Facultate medica conficere meditabantur, solitâ præsentiâ suâ vellet cohonestare; atque inter supplicandum exposuerunt Facultati, de lite inter ipsos Pharmacopœos et seplasiarios aromatariosve civitatis hujus, ab annis aliquot motâ, quam proximè à supremo senatu Parisiensi statuendum esse; à comitiis recesserunt. Tum rem in deliberationem misit Decanus, petiitque prætereà à Facultate num suâ et publici juris multi interesset in lite supra dicta intercedere. Quâ quidem postulatione à Decano factâ, auditâ, et re utrâque in deliberationem missâ, Facultas censuit 1° Pharmacopœorum supplicationi benignè annuendum, promisitque se Theriaces expositioni et compositioni lubenter interfuturam. Deinde Facultas, publicæ civium salutis non minus quam dignitatis suæ studio ducta, concurrentibus numerosissimis et ex majori parte Doctorum præsentium suffragiis, de causa à seplasiariis aromatariisve ad supremum senatum Parisiensem adversus Pharmacopœos provocatâ, pro Pharmacopœis, ac potiùs pro jure publico, absque mora, intercedendum esse decrevit atque judicavit; et sic conclusit

Col de vilars, Decanus.

Deinde Facultas ex majori suffragiorum numero nominavit de majori Ordine Magistros Finot et Peaget; de minori verò Mros

Mery

Mery et Bouvart, qui ab ipsa delegati interessent expositioni præparationi et compositioni Theriaces cum Decano et duobus Pharmaciæ Professoribus; et ita conclusit

Col de vilars, Decanus.

In iisdem comitiis se coram Facultate stitit Magister Diamantes Vlastus, Constantinopolitanus, Excellentissimi à summo Turcarum Imperatore ad Regem Christianissimum Legati, Medicus; et saluberrimum Ordinem oravit, postulavitque ut ad Baccalaureatum vel aggregationem in sinum suum admittere vellet. Postquam secessisset, re in deliberationem missâ, rogatis, latisque Doctorum omnium præsentium sententiis, Facultas ex majori suffragiorum numero, eum ad aggregationem admisit obtinendam; sicque conclusit

Col de vilars, Decanus.

Præstito tandem à Candidatis apud Decanum solito sacramento, peractis comitiis, in Scholas inferiores itum est. Ibi Candidati, altâ voce, à majori Apparitore renunciati sunt Baccalaurei, et ex minori Cathedra Principium suum dixerunt, initiumque docendi fecêre, scilicet

Mr. Petrus Arcelin, Mimatensis.
Mr. Stephanus Chardon de Courcelles, Remensis.
Mr. Dionysius Ponchon, Rhodumnensis.
Mr. Guillelmus Ruellan, Divannensis.
Mr. Claudius Bourdier, Borbonii-Arcimbaldi.
Mr. Ludovicus Renatus Marteau, Parisinus.
Mr. Antonius Le Camus, Parisinus.
Mr. Franciscus-Nicolaus Gautier Du Rocher, Parisinus.
Mr. Franciscus-Bernard de la Chapelle, Abrincensis.
Mr. Joannes-Claudius Munier, Laudonensis.
Mr. Claudius Person, Catalaunensis.
Mr. Franciscus Bidault, Parisinus.
Mr. Josephus Lallemant, Lingonæus.
Mr. Petrus Poissonnier, Divionæus.
Mr. Ludovicus Pathiot, Tricassinus.
Mr. verò Jacobus Verdelhan Des Moles, Mimatensis, dilatus est usque dum litteras Baptisterii exhiberet.

Die 18° ejusdem mensis Martii 1742, hanc sequentem epistolam accepit Decanus ab excellentissimo viro Turcarum Imperatoris legato.

J'apprens avec plaisir, Monsieur, que vôtre Faculté a bien voulu aggréger mon Medecin Diamante Vlasto, qui est déja Docteur de Padoüe, et approuvé à Constantinople du premier Medecin du grand Seigneur. C'est un honneur qu'elle luy a fait, et dont j'auray toute la reconnoissance possible. signé Said am.

De Paris ce 18 mars 1742. A Monsieur le Doyen de la Faculté de Medecine de Paris.

verùm

verùm quoniam prædictus Diamante Ulasto Religionem catholicam apostolicam et Romanam non profitetur, sed Græco obsequitur schismati, ac proindè solitum præstare non potuisset sacramentum, veritus Decanus ne saluberrimus ordo et in Deum et in Regem christianissimum peccasse videretur, versalias petiit cum Dre Martineng, et Eminentissimo Cardinali Floræo supplicem porrexit libellum his verbis perscriptum.

A son Eminence Monseigneur
Le Cardinal de Fleury.

Monseigneur

Les doyen et Docteurs-Regens de la Faculté de Medecine en l'Université de Paris, ont l'honneur de representer à vôtre Eminence que le sieur Diamante Ulasto Medecin de l'Ambassadeur de la Porte ottomane, et qui l'a accompagné en France, s'étant présenté plusieurs fois aux exercices de la Faculté, il auroit demandé à la dite Faculté l'avantage d'y être aggrégé, comme cela s'est pratiqué à l'égard des Medecins receus Docteurs dans d'autres Facultés que celle de de Paris. la Faculté assemblée pour deliberer sur cette demande, malgré les difficultez qui peuvent s'y rencontrer, et dans l'idée de répondre aux intentions de sa Majesté, qui sont, comme il a paru, de faire à l'Ambassadeur de la porte et à sa suite, tout l'honneur et le bon acceuil qu'il peut prétendre, n'a osé refuser l'aggrégation qui luy est demandée; et déja l'Ambassadeur par une lettre du 18 mars 1742, dont la copie est ci-attachée, en a remercié la Faculté de Medecine en la personne de son Doyen: Mais comme le Sr Diamante Ulasto est Grec schismatique, et que la Réligion qu'il professe, semble mettre un obstacle à l'aggrégation demandée; parce que le Grec schismatique ne peut faire les déclarations relatives à la Religion, et le serment dans la forme accoutumée, la Faculté s'est determinée de s'adresser à vôtre Eminence, pour la supplier de vouloir luy marquer l'intention de sa Majesté à ce sujet, et le chemin qu'elle doit suivre. Elle se conformera avec respect à ce qu'il plaira à vôtre Eminence de luy prescrire.

Die 24a ejusdem mensis Martii 1742, illustrissimus vir Dominus de Maurepas, rei publicæ Administrator, hanc epistolam, jussu Regis, ad Decanum scripsit.

à Versailles le 24 mars 1742.

J'ay, Monsieur, rendu compte au Roy, du mémoire que vous avez presenté à son Eminence, au sujet du Sr Diamante Ulasto,

medecin

Medecin de l'Ambassadeur du grand Seigneur. Sa M.té a fort aprouvé le dessein dans lequel vous êtes de l'aggréger à votre Faculté, et elle trouve bon que vous n'exigiez point de luy les declarations ni le serment dans la forme accoutumée, et prescrites par vos Statuts les circonstances qui donnent lieu à cette agrégation ne peuvent tirer à consequence, et donner lieu dans d'autres occasions à s'écarter des régles ordinaires et si sagement établies. Je vous suis, Monsieur, très-parfaitement dévoüé. Signé Maurepas.

M. le doyen de la faculté de medecine de Paris.

Die martis 3.a Aprilis 1742, habita sunt in Scholis superioribus menstrua comitia de morbis grassantibus.

M.rs Couthier Pleuritides observavit solitis auxiliis sanatas.

M.r Baron, pater, retulit se quoque observasse Pleuritides et Peripneumonias cum legitimas, tum nothas ac erysipelaceas; insuper Febres malignas delirio, somnolentiâ et motibus convulsivis stipatas, ad 14.um et 20.um diem exporrectas, quibus curandis venæ sectiones e brachio et pede, deinde Emulsiones stibiatæ, syrupo violaceo edulcata, adhibitæ fuerunt. Insuper anginas pertinaces, imo et lethales, nisi in principio venæ sectiones e pede celebratæ sint.

M.r Bertrand eosdem observavit morbos cum metastasibus, quibus curandis, præter venæ sectiones, laxantia et stibiata ac cardiaca, deinde febrifuga utiliter adhibita sunt.

M.r Rabours et Dionis nihil aliud retulerunt.

M.r de la Cloy Febres tertianas et memoratos morbos animadvertit. M.ri le Monnier et Ferret, idem.

Die martis Decima Aprilis 1742, per schedulam ab Apparitoribus delatam, convocata fuit Facultas in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, clarissimorum virorum qui examinandis prioris anni Decanatûs nostri Commentariis et rationibus præpositi fuerant, relationem, nec-non D.ni Poullin, novi Candidati, supplicationem auditura, et postea deliberatura.

1.o Statuit Facultas ut Commentaria et Rationes prioris anni Decanatûs nostri, in Facultatis Commentariis, juxta Examinatorum relationem, scriberentur.

2.o auditâ D.ni Poullin supplicatione, eoque de nomine, cognomine, patria, Religione et de quæstione medica interrogato, ex majori suffragiorum numero statutum fuit ut prædicti Poullin litterarum testimonialium examen fieret ac inquisitio à cæterorum Candidatorum Examinatoribus, pro litteris, præpositis; et sic conclusit

Col de Vilars, Decanus.

Eodem instanti M.r Poullin litteras suas testimoniales obtulit

obtulit examinandas, et ex tempore prædictarum litterarum examine seorsim facto à litterarum Examinatoribus, iidem Examinatores in comitia reduces, antiquiore verba faciente, hæc Facultati retulerunt

Vigilantissime Decane, Viri Medici, Mr. Franciscus-Salesius-Daniel Poullin, Aurelianus, sacris fontibus ablutus est Aureliis, in Ecclesia Storum Donatiani et Rogatiani die sabbati 23a Augusti, anno Domini 1704; itaque annos agit 38 et octo menses. litteræ ejus Baptisterii testimoniales authoritate Judicis munitæ sunt

Doctoratûs lauream adeptus est in alma monspessulana Medicorum Universitate, die 9a mensis Augusti, anno 1741, — ut patet ex litteris testimonialibus authoritate Dni Chicoyneau, et magno hujus [redacted]ultatis sigillo munitis. Ideoque Vig. D. V. M. nihil moramur quominus dictus Poullin ad examen admittatur à Decano indicendum.

Auditâ Clarissimorum Examinatorum relatione, rogatisque Doctorum sententiis, Facultas unanimi consensu statuit ut — Mr. Poullin admitteretur ad examen à Decano per schedulam indicendum; et sic conclusit Col Devilars, Decanus.

Die martis 17o ejusdem mensis convocata fuit Facultas per sequentem schedulam, ab Apparitoribus delatam.

Convocentur Doctores omnes medici in scholas superiores, die martis 17o mensis Aprilis 1742, horâ decimâ matutinâ, audituri lectionem eorum quæ in veteribus Facultatis Commentariis — reperiuntur collecta, de Doctoribus extraneis quos in gremium suum cooptavit saluberrimus Ordo sub aggregationis nomine; nec-non de ratione quâ Mr. Diamante Ulasto, doctor Pataviensis, Turcarumque Imperatoris Legati Medicus, in sinum Facultatis — sit admittendus, deliberaturi. Datum die veneris 13o ejusdem — mensis et anni. Col Devilars Decanus.

In iis comitiis legit Decanus epistolam à Dno de Maurepas — scriptam, Diploma Regium anni 1696, et ea quæ in veteribus — Facultatis Commentariis, de extraneorum Medicorum in sinum suum cooptatione leguntur.

His auditis, rogatisque Doctorum omnium præsentium sententiis, statuit saluberrimus Ordo quod Mr. Diamante Ulasto, ad — cooptationem obtinendam, duplici examine coram Facultate, tentaretur, alio Theoretico, altero practico, unoquoque per — duas horas, et diversis diebus, nullo soluto honorario; Thesim deinde proponeret pro aggregatione extranea, Præside Decano, disputantibus Doctoribus extra ordinem à decano electis. — Censuit præterea Facultas, quod peractâ Thesi, Decanus, pro — more solito, commendaret propugnantem, mox aperiret scrutinium, suffragia colligeret, concluderet cum Facultate, et saluberrimi Ordinis sententiam Mro Diamanti Ulasto — renuntiaret; sicque conclusit

Col Devilars, Decanus.

In iisdem comitiis legit Decanus postulationem à M.ro Hyacintho-Theodoro Baron, filio, Collegâ nostro ad saluberrimum Ordinem missam, quia jussu Regis in Bavariam illicò abiens, ipsemet comitiis adesse non potuerat. Hæc sunt hujus postulationis verba.

Decane vigilantissime, viri Medici collegæ clarissimi

Supplico ut quam mihi ad maritimas insulæ Cirenaicæ plagas tendenti, gratiam humaniter concessit Facultas, hanc eandem hodie mihi, ad Regis exercitum in Bavariam proficiscenti, pari humanitate concedat, ut nempe me absentem pro præsente in omnibus actibus suis reputare dignetur saluberrimus Ordo. Atque id eo ardentiùs efflagito quod ea dulcis spes me recreet fore ut, quem in actibus suis præsentem habebit Facultas, is etiam omnium et singulorum collegarum cordi animoque præsens habeatur

Tui, Decane vigilantissime
et singulorum Ordinis nostri Doctorum

Addictissimus et observantissimus
Baron, exercitûs Regis in Bavariam
medicus primarius.

Perlectâ supplicatione, re à Decano in deliberationem missâ, petitioni M.ri Baron, exercitûs Regis in Bavaria medici primarii, unanimi consensu annuit Facultas, et eum in omnibus actibus pro præsente reputavit; sicque conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die veneris 20.ª Aprilis 1742, convocata fuit Facultas hâc sequenti schedulâ

Convocentur Doctores omnes Medici in scholas superiores Die veneris 20.ª mensis Aprilis 1742, ab hora post meridiem tertia ad quintam, M.rum Diamante Ulasto, Doctorem Patavinensem, et Turcarum Imperatoris Legati medicum, de Medicinæ Theoria; nec-non die lunæ proximè sequenti horâ supradictâ, eundem de Praxi medica, interrogaturi. Datum Lutetiæ Parisiorum die 18.ª ejusdem mensis et anni.

Col de Vilars, Decanus.

Prædictis diebus M.r Diamante Ulasto, veste suâ talari Turcis consuetâ, in sedili sedens, annuente Facultate, per duas singulis vicibus horas interrogatus fuit a præsentibus Doctoribus, initio ducto ab antiquiori, 1.º die de Medicinæ Theoria, 2.º de praxi medica. Peracto secundo examine secessit Respondens. Tunc aperto scrutinio, Facultas secundum omnia suffragia, rata et grata habuit, atque laudavit M.ri Diamantes Ulasti responsa, eumque ad suæ Theseos propugnationem admisit; et sic conclusit

Col de Vilars, Decanus.

Mox accersito M.ro Diamante Ulasto, Facultatis conclusionem ac Decretum ipsi renuntiavit Decanus, eum laude et congratulatione afficiendo.

Die

Die mercurii 25° mensis Aprilis 1742, convocati sunt Doctores omnes medici in Scholas superiores, horâ post meridiem tertiâ, Candidatum de Physiologia, Hygiene et Pathologia; nec-non die sabbati proximè sequenti, horâ decimâ post Sacrum, de Aphorismo Hippocratis respondentem; atque postea Clarissimorum Examinatorum relationem audituri, ac tandem super ea judicium per scrutinium laturi.

Itaque die prædicto 25° Aprilis 1742, interrogatus fuit novus Candidatus, coram Facultate, à Decano et Candidatorum Examinatoribus, de Physiologia, Hygiene et Pathologia; et die sabbati proximè sequenti de Hippocratis Aphorismo respondit, et syllogismo ipsi proposito satisfecit. Peracto examine, Clarissimi Examinatores in sacellum recesserunt deliberaturi; et postea regressi ad Comitia retulerunt sibi Candidati responsa perplacuisse, nec morari quominus ad principium admitteretur.

Tunc aperto scrutinio, collectisque Doctorum omnium suffragiis, Facultas unanimi consensu statuit dictum Candidatum Mrum Poullin ad Baccalaureatum promovendum esse; sicque conclusit Col de Vilars, Decanus.

Mox accersito Candidato, saluberrimi Ordinis sententiam renuntiavit Decanus, eumque solito inter manus suas adstringi sacramento curavit.

Iisdem in Comitiis, die scilicet sabbati 28ª Aprilis 1742, deliberatum fuit utrum in memoriam Collegarum nostrorum Mrorum nempe Du Cerf et Pipereau, eorum viduis, propter rei familiaris exiguitatem, Facultas ex ære suo in singulos annos largitionem faceret. Rogatis Doctorum omnium præsentium sententiis, ex majori suffragiorum numero statutum fuit ut a primo die mensis Aprilis 1742, cuique viduæ, scilicet Dominæ du Cerf et dominæ Pipereau, summa ducentarum libellarum quotannis, sub titulo largitionis, a Decano numeraretur, ex ære Facultatis; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Mox in Scholas inferiores se contulit Facultas, et ibi Mr Franciscus-Salesius-Daniel Poullin, Aurelianus, in minorem cathedram ascendens, à majori Apparitore, saluberrimæ Facultatis Parisiensis Baccalaureus renuntiatus est, dixitque suum Principium.

Die mercurii 2° mensis Maii 1742, habita sunt in Scholis superioribus menstrua Comitia de morbis grassantibus; inter quos Mri Antonius de Jussieu et Besnier se observasse retulerunt Pleuritides et Peripneumonias, ac Febres scarlatinas usitatis remediis curatas.

Mr Du Bois dixit se animadvertisse Febres intermittentes, Febres scarlatinas et Febres malignas cum delirio, lingua sicca et nigra, quibus ultimis venæ sectiones e brachio et pede, et vacuantia stibiata, ac deinde vesicatoria maximo fuerunt emolumento.

Mri Martineng, de l'epine et Peaget filius idem retulerunt.

Mr Lucas de Laurembert Febres tertianas observavit abdominis tumore stipatas, quibus Kina Kina non profuit; sed vacuantia utiliora fuerunt.

Die

Die Sabbati 5° mensis Maii 1742, M^{er} Verdelhan Litteras Baptisterii testimoniales Judicis authoritate munitas exhibuit; Proinde suum ex minori Cathedra, in Scholis inferioribus dixit principium, et Baccalaureus saluberrimæ Facultatis Parisiensis à majori Apparitore renuntiatus est.

Die Lunæ 7° mensis Maii 1742, et sequentibus ejusdem hebdomadæ diebus, convocati sunt per schedulam Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, ab hora post meridiem tertia ad sextam novos Baccalaureos de omni materia medicinali interrogaturi.

In hoc examine interrogati sunt sexdecim Baccalaurei; nimirum M^{ri} Arcelin, Chardon de Courcelles, Ponchon, Ruellan, Marteau, le Camus, Gautier du Rocher, Bernard de la Chapelle, Munier, Person, Bidault, Lallemant, Poissonnier, Verdelhan, Pathiot, Poullin. M^r verò Bourdier recesserat ad exercitum in Bohemiam iturus.

Die Sabbati 12ª Maii 1742, convocati sunt per schedulam, Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ post sacrum, de novis Baccalaureis, examine Botanico tentatis, suum judicium per scrutinium laturi

Congregatis Doctoribus, et aperto scrutinio, Facultas probavit Baccalaureorum omnium responsa, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Die Lunæ 21^a Maii 1742, convocati sunt Doctores omnes medici, in Scholas superiores, horâ nonâ matutinâ, interfuturi sacro solemni quo Clarissimo viro M^{ro} Nicolao Andry saluberrimus Ordo parentavit; nec-non de rebus ad aggregationem M^i Diamante Ulasto pertinentibus deliberaturi.

Celebrato solemni sacro, modus quo Mr Diamante Ulasto in Facultatis sinum cooptaretur in deliberationem missus est; rogatisque Doctorum omnium præsentium sententiis, ex majori suffragiorum numero statutum fuit quod post Thesim à M^{ro} Diamante Ulasto propugnandam, Decretum ipsi à Decano Præside denuntiaretur, non ascenderet in Cathedram, sed in sedile brachiato gratiarum actiones ageret, si ei libitum foret.

Die Veneris 1^a Junii 1742, habita sunt in Scholis superioribus menstrua Comitia, de morbis grassantibus

Mr Lepy Rheumata, Rheumatismos, catarrhos Febre stipatos observavit, quibus sanandis adhibuit venæ sectiones et serum Lactis syrupo violarum edulcatum, et serotinis horis narcotica. Præterea Febres malignas continuas, Febresque tertianas cum simplices tum duplices, solitis remediis curatas. Pertinacem etiam singultum animadvertit, ad quem compescendum præscripsit

cum

cum felici successu potionem cochleatim exhibibam ex aquæ Tiliæ ℥vj, succini præparati, Kinæ Kinæ, liquoris anodyni Hofmanni, ana ʒj. His potionibus in magno Parisiensi nosocomio utiliter miscetur Syrupus Caprifolii. Retulit insuper Pleuritides et Peripneumonias habuisse curandas, in quibus venæ sectiones 4ª quâque horâ celebrari jussit cum exitu secundo.

Mri Peaget, Millet, le Hoc eadem ferè retulerunt.

Mr. Leaulté filius, Erysipelata observavit in quibus invitis venæ sectionibus frequentibus, inflammationes et suppurationes in Brachiis supervenerunt.

Mr. Boyer præter jam recensita, Colicorum dolorum, Pictonibus familiarium, mentionem fecit.

Mr. Malouin se vidisse dixit Erysipelata, fluxiones, Febres catarrhales, Pleuritides, Febres tertianas cum sudoribus copiosis et cordis palpitationes. de remediis hisce affectibus congruis nihil specialiter adjecit.

In his comitiis supplicavit clarissimus Collega noster Mr. de Rabours, ut ipsi in Bavariam, Regis jussu, mox profecturo, honoraria et emolumenta Facultas concedere velit, quasi omnibus actibus præsens esset. Ejus supplicationi unanimi consensu annuit Facultas; sicque conclusit Colderilars, Decanus.

Die 8ª Junii ejusdem anni proposita fuit Thesis, Excellentissimo Turcarum Imperatoris Legato, à Mro Diamante Ulasto Dicata hoc modo

Excellentissimo viro D.D. Said Pascha,
Romaniæ Præfecto, et potentissimi ac
invictissimi Turcarum Imperatoris apud
Christianissimum Regem Legato extraordinario.

Quæstio Medica.

Extraordinariis disputationibus mane discutienda,
in Scholis Medicorum, die veneris octava Junii
M. DCC. XLII.

Mro Elia Col De vilars, Regis consiliario, et in ejus
Castelleto Medico ordinario, Facultatis Decano,
Præside.

An sanitatem inter et morbum detur status medius?

Quæ quidem quæstio affirmatè fuit conclusa.

Domini Doctores in hacce Thesi disputantes, erant

Mr. Michaël Philippus Bouvart.
Mr. Franciscus-Felicitas Cochu, Scholarum Professor designatus.
Mr. Henricus-Franciscus Bourdelin Scholarum Professor.
Mr. Joannes-Baptista Ludovicus Chomel Medicus Regis ordinarius.
Mr. Franciscus Mery.
Mr. Guillelmus-Josephus de Lepine.
Mr. Philippus Davier de Breville, Dotariæ Hispaniarum Reginæ Medicus perpetuo ordinarius, et Chirurgiæ Professor.
Mr. Joannes-Baptista-Thomas Martinenq, omnium et singularum artis partium Professor antiquus.
Mr. Michaël-Procope Couteaux Scholarum Professor.

Proponebat Parisiis M. Diamantes Ulastus, Patritius Constantinopolitanus, Doctor Medicus Pataviensis, et Excellentissimi, à summo Turcarum Imperatore, Legati Medicus. A.R.S.H. 1742, ab octava ad Meridiem.
Pro
Solemni cooptationis extraneæ Laurea.

Scholæ inferiores aulæis et tapetibus magnificè exornatæ erant. Magnus hominum omnium Ordinum fuit concursus; Actumque præsentiâ suâ cohonestavit Excellentissimus - Turcarum Imperatoris Legatus, multis suis comitatus, in eminentiori loco sedens absque umbella gallicè Dais, - juxta consuetudinem Universitatis.

Post Theseos propugnationem Decanus Facultati commendavit respondentem, qui mox secessit. Tunc aperto scrutinio, - apertisque suffragiorum tabulis, Facultas unanimi consensu Mri Diamantis Ulasti responsa probavit, ita concludente

Col de Vilars, Decano.

Eum postea accersitum sic allocutus est Decanus

Vir clarissime et scientissime saluberrima Facultas Parisiensis per me rata et grata habet responsa tua; ac proinde ob eruditionem doctrinamque tuam non vulgarem te sub extranei Doctoris Parisiensis titulo, in gremium suum, cum dignitate et plausu excipit, laudabiliterque et - honorificè quantum potest Cooptat.

Prolatâ hac conclusione novus Doctor in sella Brachiata infra cathedram sedens, Præsidi et saluberrimo Ordini - gratiarum actiones egit.

Die veneris 15° mensis Junii 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ post meridiem secundâ, de litteris Cooptationis Mri Diamanti Ulasto concedendis, nec-non de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi

1° Legit Decanus epistolas à Medicis Pictaviensibus, Abbavillæis - et Peronensibus scriptas, in quibus conqueruntur isti Medici quod ab ipsis exigatur vectigal decumanum, vulgo Industriæ dictum, Tributum sanè insolitum, et in eos, ut aiunt, injuriosum. Statuit saluberrimus Ordo Mum Buirette Facultatis Patronum, consulendum esse. Hujus Patroni sollicitationibus, et cæterorum supremi senatûs Patronorum admonitionibus, pro Patronis provincialibus quibus hoc vectigal similiter irrogatum fuerat; nec-non primarii Regis Medici Dni Chicoyneau, et primarii Reginæ Medici Dni Helvetius, instigationibus, prædicti Medici et Patroni provinciales ab hoc tributo liberati fuerunt.

2°. Decrevit Facultas Mri Diamanti Ulasto litteras - Doctoratûs testimoniales concedendas esse, quales exhibuit et legit Decanus. Harum hæc sunt verba.

Universis præsentes litteras inspecturis, Decanus et Collegium Doctorum saluberrimæ Facultatis Medicinæ in celeberrima universitate Parisiensi actu Regentium, salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum singuli Christianæ Religionis cultores fidele testimonium veritati perhibere teneantur: hinc est quod nos omnibus quorum interest, tenore præsentium, notum facimus, quod anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, die verò veneris octavo mensis Junii, Dilectus noster Mr Diamantes Ulastus, Constantinopolitanus, Excellentissimi, à summo Turcarum Imperatore, ad Regem Christianissimum Legati, Medicus; nec-non, ex ejusdem Excellentissimi Legati testimonio, Doctor medicus Pataviensis, propter insignem et singularem ejus doctrinam; cùm antè de Medicinæ Theoria et Praxi, partitis diebus, coram

Facultate

Facultate interrogatus, suam probasset eruditionem; et idcircò, pro solemni cooptationis extraneæ laureâ medicam quæstionem extraordinariis disputationibus palàm in Scholis propugnasset, eamque cum dignitate et plausu discussisset; tandem in saluberrimæ Facultatis gremium, sub extranei Doctoris Parisiensis titulo, laudabiliter et honorificè receptus est, secundum Diplomata et Edicta Regia, lata præsertim mensibus Februario 1680, Martio 1707, et Maïo 1724. In cujus rei fidem et perpetuam memoriam sigillum nostrum magnum præsentibus apposuimus. Datum solemniter Parisiis, in aula Scholarum prædictæ Facultatis, die veneris octavo mensis Junii, anni millesimi septingentesimi quadragesimi secundi.

De Mandato D.D. Decani
et Doctorum Facultatis.

Le Bret, major Facultatis Apparitor, et Scriba.

Hæ autem testimoniales Doctoratûs litteræ prædicto M.ro Diamanti Ulasto concessæ fuerunt.

Die Lunæ 18.o Junii 1742, convocati sunt per schedulam Doctores omnes Medici in Scholas superiores, et subsequentibus ejusdem hebdomadæ diebus, ab horâ post meridiem tertiâ usque ad sextam, Baccalaureos Emeritos de Praxi medica interrogaturi.

In hoc examine de Praxi medica tentati sunt novemdecim Baccalaurei, scilicet M.ri Lalouette, Isez, de la Sone, Guettard, de Geviglant, le Moine, Leon Colderilars, La Sourdiere, Des Bois, Herissant, Des Preaux, Bergier, Baron, De Vandenesse, Liger, Busson, Cantwel, Macquer, Bercher.

Die Sabbati 23.o mensis Junii 1742, per schedulam, ut moris est, convocati sunt doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, suum de Baccalaureorum Emeritorum, examine de Praxi tentatorum, responsionibus, judicium, per scrutinium, laturi; nec-non de Jure Rotuli deliberaturi.

Aperto scrutinio probata fuerunt Baccalaureorum responsa, eosque ad Licentiam admisit Facultas, excepto M.ro Des Bois, cui soli Facultatis sententia a Decano non fuit denuntiata, et qui remissus est, donec solvendis satisfecerit.

Quantùm ad Jus Rotuli, id omnibus Doctoribus qui per majorem partem Actibus interfuerunt, aut ad æqualia, ut dicitur, erant, concessum fuit.

Die 2.o Julii 1742, habita sunt in Scholis superioribus menstrua menstrua Comitia de morbis grassantibus.

M.r De Santeul Febres observavit catarrhales cum dolore lateris, ideoque Pleuritidem æmulantes, quibus apozemata Bechica et venæ sectiones profuerunt.

M.r Chomel earumdem Febrium mentionem fecit, quæ à suppressâ transpiratione originem duxerunt, propter aquilonem frigidum et siccum per illud tempus flantem. His morbis utiliter exhibuit aquam calidam ad ℔ ß, singulis duabus horis, cujus ope sudor provocatus est.

M.ri

Mri Brunet, de Magny, Jacques, Linguet, Fontaine præter memoratos morbos, retulerunt se observasse Erysipelata cum abdominis torminibus, Pleuritides, Peripneumonias, Febres malignas continuas cum exacerbationibus, quibus omnibus sanandis consueta adhibuerunt auxilia.

Die 12ª Julii 1742, ad singulos doctores Medicos, per Apparitores à Decano missa fuit sequens schedula.

Conveniant Doctores Medici omnes cappati, die Dominico Decimo quinto Julii, anni 1742, horâ post meridiem tertiâ in aulam exteriorem Illustrissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Parisiensis, comitatum præbituri Decano Baccalaureos Emeritos offerenti Meritissimo Ecclesiæ Parisiensis, et Academiæ cancellario.

Congregatis doctoribus medicis, antequam Actus celebraretur, Mr. Ludovicus-Renatus Des Bois, qui examine de Praxi medica cum cæteris Baccalaureis tentatus fuerat, pollicitus est Decano et Mro Vasse se in posterum solvenda soluturum; ideoque ejus responsa de prædicto examine probavit Facultas, et eum aliis Baccalaureis Meritissimo Cancellario oblatus est, sic concludente Col de Vilars Decano.

Novendecim igitur Baccalaureos Emeritos Meritissimo Cancellario Domino Thierry obtulit Decanus, et oratione publica eum certiorem fecit nihil omisisse saluberrimum ordinem quominus et Religione, et bonis moribus, et Theoriâ ac Praxi medicâ imbuerentur. Singula quoque retulit exercitia quibus illos educaverat; dixit tandem dignos Facultati videri qui post tot et tantos exantlatos labores, Apostolicâ benedictione donarentur; postulavitque à Meritissimo cancellario, ut hanc ipsis remunerationem largiri dignaretur.

Perpolitâ et gratâ oratione respondit Meritissimus Cancellarius; ita ut omnibus se probaverit auditoribus.

Die Sabbati 21° mensis Julii, anni 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ ipsâ post meridiem tertia, rationes prioris anni nostri Decanatûs audituri.

Hoc ipso die auditæ, examinatæ et probatæ fuerunt Rationes prioris anni Decanatûs nostri.

Die Dominico 22° mensis Julii, anni 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici, in scholas inferiores, horâ post meridiem tertiâ, publicis Paranymphi actionibus interfuturi.

In hac scholarum solemnitate, præsente frequentissimo Auditorum Ordinum omnium cœtu, unus e Baccalaureis Emeritis Mr Petrus Bercher, Paranymphi partes, sive prosâ oratione, sive carmine dedacto, interdum hilari et jocoso, dignissimè implevit.

Die Lunæ 23° mensis Julii 1742, horâ septimâ matutinâ, convenerunt Doctores Medici in aulam exteriorem Illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis, cum Meritissimo Ecclesiæ et Academiæ Cancellario, de ordine Licentiandorum suffragia sua per scrutinium laturi. Collectis autem omnibus suffragiis, ex eorum majore numero, is fuit sequens Licentiandorum Ordo.

Ordo

Ordo Licentiandorum
Saluberrimæ Facultatis Medicæ Parisiensis
Anno Domini 1742.

A. Mr. Andreas Cantwel, Hybernus.
B. Mr. Theodorus Baron, Parisinus.
C. Mr. Abrahamus-Franciscus-Leo Coldevilars, Inculismensis
D. Mr. Urbanus de Vandenesse, Parisinus.
E. Mr. Petrus Bercher, Parisinus.
F. Mr. Julianus Busson, Dinannæus.
G. Mr. Josephus-Maria-Franciscus de la Sône, Carpentoracensis.
H Mr. Petrus-Josephus Macquer, Parisinus.
I. Mr. Silvester-Antonius le Moine, Mimatensis.
K Mr. Petrus Lalouette, Parisinus.
L. Mr. Carolus-Franciscus Boutigny Des Preaux, Ambianensis.
Mr. Joannes-Franciscus Isez, Parisinus.
N. Mr. Franciscus-Jacobus le Chat de la Sourdiere, Cenomanensis.
O. Mr. Antonius Bergier, Sequanus.
P. Mr. Franciscus-David Herissant, Rothomageus.
Q. Mr. Natalis-Maria de Gevigland, Parisinus.
R. Mr. Joannes-Stephanus Guettard, Senonensis.
S. Mr. Carolus-Ludovicus Liger, Altissiodorus.
T. Mr. Ludovicus-Renatus Des Bois, Flexiensis.

Ita est. Thierry, Cancellarius Parisiensis.

Hinc ad Illustrissimi Archiepiscopi sacellum itum est; ibique prolapsis in genua licentiandis, Benedictionem Apostolicam, licentiamque legendi, docendi, Medicinamque faciendi impertitus est Cancellarius, et habitâ decenti oratiunculâ de medici munere, sequentem quæstionem proposuit explicandam Mro. Andreæ Cantwel, qui primum licentiæ gradum obtinuerat.

An ab Infectis inficiantur Sani, Sanis nemo curetur?

Huic quæstioni amplissimè et aptissimè satisfecit Licentiatus; moxque supplicarunt omnes licentiati pro Vesperiis et Doctoratu. Deinde ad Beatæ Mariæ Templum se contulerunt, Meritissimo Cancellario, Decano et aliquot Doctoribus præeuntibus comitatum præbentes; ibique super Evangelium in altare positum, solitum et solemne præstiterunt Juramentum, ac pro licentiæ laboribus feliciter superatis amplissimas egerunt grates.

Die Lunæ 30a. mensis Julii 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, Bursarum partitionem definituri.

In his comitiis Bursarum partitio definita fuit.

Eodem die supplicavit pro vesperiis et doctoratu Mr. le Chat de la Sourdiére. Annuit Facultas ejus supplicationi, salvo jure

jure saluberrimi Ordinis et cæterorum Licentiatorum, sic concludente Coldevilars, Decano.

Die mercurii 1ª Augusti 1742, habita sunt in Scholis Superioribus menstrua Comitia, de morbis grassantibus, qui, referentibus Mris Darier, Garnier, Seron, vasse, le Thieullier, Cosnier et aliis præsentibus, fuerunt Pleuritides Febres catarrhales, intermittentes, ut et continuæ, pertinaces cum exacerbationibus, Erysipelata, nonnullæ variolæ et morbilli haud mali moris, Colici dolores, cephalalgiæ; qui quidem omnes affectus usitatis et convenientibus auxiliis ac medicamentis cessêre

Eodem die supplicavit pro vesperiis et Doctoratu Mr Bergier, cujus postulationi Facultas annuit, salvo jure cæterorum Licentiatorum; et sic conclusit Coldevilars, Decanus.

Die sabbati 4º Augusti 1742, supplicarunt pro vesperiis et Doctoratu Mri Lalouette et Macquer. Eorum supplicationi annuit Facultas, salvo suo et cæterorum Licentiatorum jure; sic concludente Coldevilars, Decano.

Die sabbati 11ª Augusti 1742, Mri Coldevilars et Le Moine; et 18º ejusdem mensis Mri Bercher et Liger; nec-non 27º supplicarunt pro vesperiis et Doctoratu; quorum omnium supplicationi annuit Facultas iisdem conditionibus ac supra; sic concludente Coldevilars, Decano.

Die sabbati 1º mensis septembris 1742, habita sunt in Scholis Superioribus menstrua Comitia de morbis grassantibus. Mri Leaulté Censor, de Lepine, Vandermonde, Boulland, Payen, Murry, Majault se observasse dixerunt variolas, Febres intermittentes, continuas malignas, morbillos, gutturis inflammationes, Erysipelata, quibus sanandis non alia usurparunt medicamenta quam quæ præteritis mensibus præscripta fuerant.

In iisdem Comitiis Facultas nominavit Mros Martineng, Millet, de Lepine, Mery, Chomel, le Hoc et le Monnier, qui cum Decano cubile quoddam à Dno Guerin affabré et ingeniosé constructum.

Eodem die supplicavit Mr Isez pro vesperiis et Doctoratu, cujus supplicationi annuit Facultas, salvo jure ut supra, sic concludente Coldevilars, Decano.

In iisquoque Comitiis obtulit Facultati Mr Pousse, filius, Dissertationem gallicé scriptam, à Mro Chevalier, Collegâ nostro in Insula Dominicana, compositam, de suffituum efficacitate ad venereos morbos curandos. In hoc libello quamplurima referuntur experimenta quibus constat multos hujus indolis morbos à prædicto Mro Chevalier, hoc remedio, feliciter sanatos fuisse: sed propter quasdam rationes existimavit Facultas nec hujus libri Examinatores nominandos esse, nec approbationem concedendam; sicque conclusit Coldevilars, Decanus.

Die

Die martis 4° septembris 1742, convocati sunt Doctores in scholas superiores, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, M^rum Raymundum Jacob Finot, collegam nostrum, dicentem audituri; et de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

In his comitiis M^r. Finot postulavit à Facultate ut aperiretur Jubilæum in gratiam amici meritissimi, ineuntis Licentiæ tempore graviter ægrotantis. Re à Decano in deliberationem missâ, rogatisque Doctorum omnium sententiis, Facultas ex majori suffragiorum numero, postulationi M^ri. Finot annuit propter rationes maximi momenti ab ipso allatas; statuitque Jubilæum proximis Remigialibus aperiendum esse, trinâ convocatione confirmandum; et sic conclusit

Col de Vilars, Decanus.

Postea legit Facultati Decanus epistolam à D^no de la Bliniere saluberrimi Ordinis Architecto sibi scriptam, quâ postulat ut Facultas velit honorarium ipsi decernere, propter varios labores, variasque delineationes tùm Amphitheatri, cùm Scholarum à longo tempore exaratas. Collectis super hac re præsentium omnium Doctorum sententiis, ex majori suffragiorum numero decrevit Facultas ut D^no de la Bliniere Architecto suo, ex ære saluberrimi Ordinis, à Decano numeraretur summa Ducenarum quadraginta libellarum, propter rationes allatas; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die Jovis 6^a mensis septembris 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ sesqui-undecimâ matutinâ, de Jubilæo examine proximis Remigialibus aperiendo, M^ro Raymundo-Jacob Finot, collegæ nostro clarissimo, sic postulanti, in ultimis Comitiis jam concesso, iterum deliberaturi; nec-non die veneris septimo ejusdem mensis, eadem horâ, de eadem re, tertiò et ultimò deliberaturi.

Congregatis Doctoribus, rogatisque eorum omnium sententiis, ex majori suffragiorum numero, statuit Facultas standum esse primo decreto, et Jubilæum aperiendum proximis Remigialibus; sicque conclusit Col de Vilars, Decanus.

Eodem die M^r. de Gevigland supplicavit pro Vesperiis et doctoratu. Facta est à Facultate petiti copia, salvo cæterorum licentiatorum, et ipsius Facultatis jure, ita concludente Col de Vilars, Decano.

Die veneris 7° septembris 1742, per schedulam prædictam, congregati sunt in scholis superioribus Doctores Medici, horâ supradictâ sesqui-undecimâ matutinâ, de aperiendo proximis Remigialibus Jubilæo tertiò et ultimò deliberaturi. Rogatis doctorum omnium sententiis, Facultas duo prima decreta confirmavit, et statuit aperiendum esse Jubilæum.

Die 12ª septembris 1742, epistolam accepit Decanus ab illustrissimo Archiatrorum Comite; cujus hæc sunt verba

C'est

C'est uniquement, Monsieur pour vous inviter de vous trouver chez mon fils conseiller au parlement, rue Ticquetonne, jeudy prochain treize du présent mois, à trois heures aprez midy, pour y conferer sur des affaires qui regardent la commission. Je suis trés parfaitement, Monsieur, vôtre trés humble et trés obeissant serviteur. Chicoyneau.

à Versailles le 11.7.bre 1742.

His comitiis interfuit Decanus, et de Remediis quibusdam falsò habitis actum est, pro quibus distribuendis Agyrtæ nonnulli privilegia impetrare exoptabant.

Die Sabbati 22°. mensis septembris 1742, convocati sunt doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ post sacrum, Candidatorum supplicationem nec-non Clarissimorum virorum, qui lecto Dni Guerin examinando à Facultate præpositi fuêre, relationem audituri.

Congregatis doctoribus, unicus se stitit coram Facultate Candidatus, supplicatione cujus auditâ, interrogatus fuit à doctorum præsentium antiquiore, ut moris est, de nomine, cognomine, Patria, Religione, et de quæstione medica; quibus quæstionibus, cum satisfecisset, à comitiis secessit. Tum rogatis Doctorum omnium sententiis, unanimi consensu Facultas eum admisit ad litterarum ipsius testimonialium examinandarum exhibitionem, sic concludente

Colde Vilars, Decanus.

Mox accersito Candidato, decretum Facultatis ipsi denuntiavit Decanus. Tuncque litteras suas testimoniales exhibuit perpendendas.

Postea clarissimi viri, qui cubili Dni Guerin examinando à Facultate præpositi fuerant, sequentem legerunt Relationem

Nous soussignez docteurs Regens de la Faculté de medecine de Paris, nommez par elle à l'effet dexaminer un lit inventé par le Sr. Guerin, et executé par le Sr. Moulin, Tapissier, rue Tictonne à Paris, certifions avoir vu chez le dit S. Moulin un modéle de lit d'environ trente pouces de long sur 23 pouces de large, lequel suivant les experiences que lautheur a faites sur ce petit modéle en nôtre presence, nous a paru devoir être trés commode, lors qu'il sera executé en grand, pour lever avec douceur et avec facilité un malade perclus de ses membres, en son seant, luy donner le bassin, le changer de drap de dessous et faire son lit en entier sans le déplacer, et sans l'exposer à l'air. Aprez quoy le Sr. Guerin nous a presenté un projet de table chirurgicale que l'on devoit ajouter au même lit, propre à placer le malade, sans le transporter hors de son lit dans une situation favorable à plusieurs Operations. Le tout nous a paru trés ingénieusement imaginé et composé avec beaucoup d'art dans ce qui est déja executé, et doit faire esperer beaucoup de commoditez pour les malades, lorsque l'autheur y aura ajouté les perfections qu'il promet. signé

Martinenq, Millet, de lepine, Mery, chomel, le Hoc et le Monnier, die 1° septembris 1742, a Facultate nominati.

Hac auditâ relatione, inspectoque hoc parvo cubilis exemplari,

exemplari quod dictus Guerin in scholas superiores attulerat, censuit Facultas hujus lecti approbationem in aliud tempus differendam esse, donec prædictus Guerin magnum cubile, secundum exemplar constructum exhibuisset; et ita conclusit

Colde vilars, Decanus.

Die veneris 28° mensis Septembris 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, clarissimorum virorum, qui examinandis M.ri Chevalier, Candidati, litteris propositi fuêre, relationem audituri, et de ea suum judicium laturi.

Congregatis Doctoribus hæc retulit Examinatorum antiquior.

Petrus Chevalier de la Bourgerie, Rhedonæus, sacris fontibus ablutus fuit die vigesimo primo mensis Augusti, anni 1711. Proinde agit annum ætatis trigesimum primum. litteræ Baptismatis testimoniales munitæ sunt sigillo vicarii generalis illustrissimi Episcopi

Doctoratus vero gradum adeptus est in almâ Remensi universitate, die decimo mensis septembris anno 1736.

Hac audita relatione, rogatisque doctorum sententiis, Facultas unanimi consensu cum Examinatoribus probavit testimoniales Candidati M.ri Chevalier litteras, eumque ad examen admisit, schedulâ indicendum; et ita conclusit

Colde vilars, Decanus.

Eodem die horâ post meridiem 3.a interfuit decanus, epistolâ monitus, comitiis apud Archiatrorum Comitem, Parisiis habitis, ad examinanda quædam specifica remedia, pro quibus distribuendis Agyrtæ nonnulli privilegia expostulabant.

Die lunæ 1° mensis Octobris 1742, horâ sesqui-decimâ matutinâ, habita sunt in scholis superioribus menstrua comitia de morbis grassantibus, qui fuerunt Rheumata, Peripneumoniæ, Catarrhi, Synanche, Colici dolores, Febres malignæ cum intermittentes tum continuæ, quibus sub finem superveniebat eruptio miliaris; item variolæ quædam et Erysipelata, referentibus M.ris Finot, Couthier, Bouvart, Bellebeste, Midy Dionis. Notandum quod in Febribus malignis, post generalia remedia, Epispastica utiliter adhibita fuerunt.

Eodem die Facultas gratum habuit ut M.r Chomel, Præses fere decennis, laureâ doctorali M.um Herissant decoraret, sic concludente, Colde vilars, Decano.

Convocati sunt etiam doctores omnes Medici in scholas superiores, hoc ipso die lunæ 1° mensis Octobris 1742, horâ ipsâ tertiâ pomeridianâ, M.um Chevalier Candidatum, de Physiologia, Hygieine et Pathologia responsurum audituri

Hac itaque die à Decano et Candidatorum Examinatoribus interrogatus fuit, coram Facultate, prædictus Petrus Chevalier de la Bourgerie; et sub finem examinis ipsi propositus fuit unus Hippocratis Aphorismus, die sabbati proximo explanandus.

Die sabbati 6° mensis Octobris, anni 1742, convocati sunt per schedulam, doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ post sacrum, clarissimorum Examinatorum relationem audituri, et suum de ea judicium per scrutinium laturi.

Congregatis

Congregatis doctoribus M.ʳ Chevalier Aphorismum sibi propositum explanavit, ac syllogismo contra suam conclusionem oblato satisfecit. Postea Examinatores, qui à comitiis secesserant inter se deliberaturi, reduces dixerunt se Candidati responsa comprobare et rata habere; nihilque quominus ad Principium admitteretur. Tunc aperto scrutinio, collectisque suffragiis, statuit Facultas unanimi consensu M.ʳᵒ Chevalier Baccalaureatûs gradum conferendum esse; et ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

Accersito autem candidato saluberrimi Ordinis decretum renuntiavit Decanus.

Deindè in scholas inferiores itum est, et ibi M.ʳ Petrus Chevalier de la Bourgerie, Rhedonensis, in minori cathedra stans, Baccalaureus saluberrimæ Facultatis in universitate Parisiensi, à majori Apparitore renuntiatus est, suumque dixit Principium.

Die sabbati 13° octobris 1742, M.ʳ Herissant supplicavit pro vesperiis et Doctoratu; cujus supplicationi annuit Facultas, salvo jure M.ʳⁱ Busson, sic concludente

Col de Vilars, Decano.

Anno Domini 1742, die Jovis 18ª mensis Octobris, S.ᵗᵒ Lucæ orthodoxorum Medicorum Patrono dicatâ, celebratum fuit, ut moris est, solemne sacrum in scholarum sacello, præsente magnâ Doctorum frequentiâ. Celebrato sacro, Doctores à majore Facultatis Apparitore, vivâ voce convocati sunt ad Comitia, in quibus ambo Bidelli, more solito, deposuerunt fasces, solitumque præstiterunt juramentum, moxque, annuentibus Doctoribus, eas receperunt.

Deindè accesserunt Baccalaurei, et appositâ super Evangelium manu, solito se obstrinxerunt juramento.

Die Veneris 19° ejusdem mensis Octobris 1742, postridie Divi Lucæ, pro defunctis Doctoribus de more patratum fuit in scholarum sacello, mortuale sacrum, cui frequentissimi Doctores interfuerunt.

Accepit Decanus ex ære Postarum pro sex primis mensibus anni 1742, pensionis à Rege sex Professoribus concessæ, summam noningentarum libellarum, ex qua retenta fuit à Quæstore pro decima, summa nonaginta libellarum; itaque numeravit tantum Decanus sex Professoribus, scilicet

M.ro Michaeli Procope-Couteaux Physiologiæ Professori ----------------- 135.tt

M.ro Henrico-Francisco Bourdelin Pathologiæ Professori ----------------- 135.

M.ro Davier de Breville, chirurgiæ Professori ----------------- 135.

M.ro Bernardo Bertrand, rei herbariæ Professori ----------------- 135.

M.ro Henryco Bernier utriusque Pharmaciæ Professori ----------------- 135.

M.ro Payen, chirurgiæ idiomate gallico Professori ----------------- 135.

Summa hujus paginæ est de cinq mil neuf cent quatre vingt douze livres quatorze sols six deniers.

[signature]

Item pro sex ultimis mensibus ejusdem anni 1742, ex ære Postarum, numeravit pariter Decanus —

M.ro Procope Couteaux — — — — — — — — — 135 ₶
M.ro Henrico-Francisco Bourdelin — — — — — 135.
M.ro Davier de Breville — — — — — — — — 135.
M.ro Bertrand — — — — — — — — — — — 135.
M.ro Besnier — — — — — — — — — — — — 135.
M.ro Payen — — — — — — — — — — — — — 135.

Caput 3.um Expensi pro Stipendiis Professorum ex ære Facultatis.

M.ro Procope Couteaux numeravit decanus — 90 ₶
M.ro Henrico-Francisco Bourdelin — — — 90.
M.ro Davier de Breville — — — — — — — — 90.
M.ro Bertrand — — — — — — — — — — — — 90.
M.ro Payen — — — — — — — — — — — — — 48. 16 s

Visis Quitanciis

Item pro Refusionibus numeravit Decanus antiquiori Scholarum Magistro et Censori — — — — 6 ₶
Decano — — — — — — — — — — — — — — — 4.

Sex prædictis Professoribus, scilicet M.ris Procope Couteaux, Henrico-Francisco Bourdelin Davier de Breville, Bertrand, Besnier et Payen, unicuique duas libras — — — — — — — — 12.
M.ro Le Roc Pharmaciæ Professori designato — 2.

Caput 4.um Expensi pro Stipendiis Professorum ex ære Academiæ.

M.ro Procope Couteaux, Physiologiæ Professori numeravit Decanus — — — — — — — — 200 ₶
M.ro Bourdelin, Pathologiæ Professori — — — 200.
M.ro Davier de Breville, Chirurgiæ Professori. 200.
M.ro Bertrand, rei herbariæ Professori — — — 200.
M.ro Besnier, Pharmaciæ Professori — — — 200.
M.ro Payen, Chirurgiæ idiomate gallico Professori 200.

Caput 5.um Expensi pro Anatome, operibus Chirurgicis, et Pharmaceuticis.

M.ro Mery antiquo Chirurgiæ idiomate

Summa hujus paginæ est de deux mil quatre cent quarante deux livres seize sols

gallico Professori, pro chirurgicis Operationibus die 2° Xbris 1741 inceptis, numeravit decanus triginta libras — — — — — — — — — — — — 30 ₶
Mro Barbault chirurgo operanti — — — 20.
Dicto le Bret majori Apparitori pro aliis sumptibus — — — — — — — — — — — 62. 6 ſ
Mro Henrico-Francisco Bourdelin, Pathologiæ Professori, pro Anatome in Scholis celebratâ, die 12° Februarii 1742, et sequentibus diebus — — — 30.
Mro Barbault chirurgo demonstranti — — 20.
Dicto le Bret, pro cadavere et aliis sumptibus 130. 3 ſ
Mro Davier de Breville, chirurgiæ latinæ Professori, pro chirurgicis operibus die 17° Martii 1742 susceptis — — — — — — — — — — — — 30.
Mro Cabany filio, chirurgo operanti — — — 20.
Dicto le Bret pro aliis sumptibus — — — — — 66. 16.
Mro Bardou, Pharmacopœo Parisiensi, pro operibus Pharmaceuticis — — — — — — 20.

Caput 6um Expensi pro rebus sacris

Pro Anniversario Dni Luçon die 18â 9bris 1741, solvit decanus — — — — — — — — — 25. ₶
Pro sacro Anniversario Dni Michaelis de Colonia, mense Aprilis celebrato — — — — 8.
Dno Borthon Facultatis Capellano, pro missis et obitibus à 14° 9bris 1741, ad 24um Junii 1742, solvit decanus nonaginta quatuor libras cum septem assibus et sex denariis — — — — 94. 7 ſ 6 ᵭ
Duobus Apparitoribus per hoc tempus ministrantibus — — — — — — — — — — — — 22. 12. 6.
Prædicto dno Borthon, pro missis et obitibus celebratis à mense Augusti 1742 ad diem 3um novembris ejusdem anni, persolvit Decanus — — 33. 12. 6.
Apparitoribus ministrantibus — — — — — 5. 17. 6.
Doctoribus qui sacro solemni D. Lucæ, die 18° octobris 1742, interfuere, et pro offertorio ac Bidellis, numeravit Decanus — — — — — 72. 12.
Dicto Pelu Cereario, pro sex Tædis ceratis in funeribus Mri Caron antiqui decani adhibitis, totidemque in funeribus Mri Andry antiqui pariter decani, numeravit decanus — — — — 24. 5.

Summa hujus paginæ est de sept cent quinze livres douze sols

Visis Duhamel [paraph]

Eidem cerario pro cereis albis, septemdecim libras cum sex unciis ponderantibus, et pro unciis quatuor pastillarum, die Divi Lucæ numeravit Decanus — — — — — — — — — — — — — 38 ᵗᵗ 9 ſ 9 ᵭ

Eidem cerario, pro candelis cereis die 2° Februarii 1742, post missam Purificationis singulis Doctoribus, Baccalaureis et Apparitoribus distributis, numeravit Decanus — — — — — — 33 . 12 .

Caput 7.um Expensi pro rebus Academiæ.

Doctoribus qui comitati sunt in supplicationibus, amplissimum Rectorem cum Decano, ad ædem Deo sacram sub invocatione divi Sebastiani in Collegio Lexoveo, die mercurii 13° Xbris 1741, distribuit Decanus novemdecim calculos argenteos, pro quibus numeravit — — — — — 33 ᵗᵗ 5 ſ

Pro offertorio — — — — — — — — — — — — 1 . 18 .

Doctoribus qui in supplicationibus comitati sunt cum Decano amplissimum Rectorem ad ædem Deo sacram sub invocatione divi Stephani de Monte, die martis 13° Martii 1742, suppeditavit Decanus unum et viginti calculos argenteos, pro quibus numeravit — — 36 . 15 .

Pro offertorio — — — — — — — — — — — 2 . 2 .

Doctoribus qui in supplicationibus comitati sunt cum Decano amplissimum Rectorem ad ædem Deo sacram sub invocatione divæ Mariæ Magdalenæ apud R.P. Franciscanos magni conventus, die mercurii 20° Junii 1742, suppeditavit Decanus unum supra viginti calculos argenteos, pro quibus numeravit — — — — — — — — — 36 . 15 .

Pro offertorio — — — — — — — — — — — — 2 . 2 .

Doctoribus qui cum Decano comitati sunt in supplicationibus, amplissimum Rectorem ad ædem Deo sacram sub invocatione divi Jacobi ab alto passu, die lunæ 8° mensis octobris 1742, distribuit Decanus viginti sex calculos argenteos, pro quibus numeravit — — — — — — — — — — — — 45 . 10 .

Pro offertorio — — — — — — — — — — — — 2 . 12 .

Doctoribus qui interfuere cum Decano et tota universitate funeribus amplissimi Rectoris Dni Joannis Josse, ad ædem Deo sacram sub invocatione divi Stephani de Monte, die lunæ 30° Aprilis 1742, suppeditavit Decanus viginti quinque calculos argenteos, pro quibus numeravit — — — — — — — — — — — 43 . 15 .

Visis Quitanciis

Summa hujus paginæ est de deux cent soixante et seize livres quinze sols neuf deniers

Decano comitatum praebenti amplissimo d^no. Rectori, Cereos Principibus et supremis magistratibus offerenti, die mercurii 31 Januarii 1742 - - - 6 ##
Doctori adjuncto - - - - - - - - - - 3.
Apparitoribus - - - - - - - - - - - - 3.
Decano qui comitatus est amplissimum Rectorem Versalias euntem, ad Cereos Regi, Reginae, serenissimo delphino, virisque Principibus deferendos, die Jovis 1^a Februarii 1742 - - - - - - - - - - - - - - - 12.
Adjuncto Censoris vices gerenti - - - - - - 6.
Apparitoribus - - - - - - - - - - - - - 6.

Caput 8um Expensi pro Comitiis prima mensis dictis, à die 1° X^bris 1741, ad diem 3um 9^bris 1742.

Visis Quitoniis

In comitiis die 1° decembris 1741 habitis de morbis grassantibus, distributi sunt praesentibus doctoribus ad turnum vocatis, decano et Bidellis, decem calculi argentei, pro quibus numerabit Decanus - - - - - 17 ## 10.
In comitiis 2° Januarii 1742 habitis de morbis grassantibus, distribuit Decanus duodecim calculos, pro quibus numerabit - - - - - - - - - - - 21.
In comitiis die 3° Februarii 1742 habitis, dedit Decanus duodecim calculos, pro quibus numerabit - - 21.
In comitiis die 3° Martii 1742 habitis, distribuit Decanus decem calculos, pro quibus numerabit - - - 17. 10.
In comitiis die 3° Aprilis 1742 habitis, suppeditavit decanus duodecim calculos, pro quibus numerabit - - - 21.
In comitiis die 2° Maii 1742, suppeditavit decanus decem calculos, pro quibus numerabit - - - - - 17. 10.
In comitiis die 1^a Junii suppeditavit decanus undecim calculos, pro quibus numerabit - - - - - - - - - 19. 5.
In comitiis die 2° Julii, suppeditavit decanus decem calculos, pro quibus numerabit - - - - - - - - - - 17. 10.
In comitiis die 1° Augusti 1742 habitis distribuit Decanus quatuordecim calculos, pro quibus numerabit - - 24. 10.
In comitiis die 1° 7^bris habitis, suppeditavit decanus decem calculos, pro quibus numerabit - - - - - 17. 10
In comitiis die primo octobris 1742 habitis, suppeditavit decanus undecim calculos pro quibus numerabit - - - - - - - - - - - - - - - - 19. 5.
In comitiis die tertio novembris 1742 habitis, suppeditavit decanus duodecim calculos argenteos, pro quibus numerabit - - - - - - - - - - - - - - - 21.

Summa hujus paginae est de deux cent soixante et dix livres dix sols.

Caput 9um. Expensi pro Calculis in Funeribus Doctorum distributis.

Doctoribus qui cum Decano interfuere Funeribus Mri. Petri Affourty, die 19° Xbris. 1741, suppeditati sunt calculi triginta cum uno, pro quibus numeravit Decanus quinquaginta quatuor libras cum quinque assibus ---------------- 54 tt 5 ſ

Doctoribus qui interfuere sacro solemni in sacello scholarum celebrato pro animæ Mri. Petri Affourty requie, die 12° Januarii 1742, distribuit Decanus sexdecim calculos, pro quibus numeravit ---------------- 28.

In Funeribus Mri. Philippi Caron, antiqui Facultatis Decani, die decimo Januarii 1742 suppeditavit Decanus duodecim calculos pro quibus numeravit ---------------- 21.

In sacro solemni pro anima Mri. Philippi Caron, die 20 Januarii 1742 in Scholarum sacello celebrato, distribuit Decanus quindecim calculos, pro quibus numeravit ---------------- 26. 5.

In Funeribus Mri. Petri Maloet in æde Deo sacra sub invocatione Sti. Ludovici in Regio Invalidorum nosocomio celebratis, die 16° Januarii 1742, distribuit Decanus Doctoribus præsentibus et Bidellis viginti octo calculos, pro quibus numeravit ---------------- 49.

Invalido qui ignem accendit, dedit Decanus ---------------- 1. 4.

In sacro solemni pro anima Mri. Petri Maloet requie, in sacello Scholarum celebrato die sabbati 27° Januarii 1742, celebrato, suppeditavit Decanus quindecim Calculos, pro quibus numeravit ---------------- 26. 5.

In Funeribus Mri. Nicolai Andry, antiqui Decani, die lunæ 14° Maii 1742, suppeditavit Decanus quatuordecim Calculos, pro quibus numeravit ---------------- 24. 10.

In solemni sacro, die lunæ 21° Maii 1742, in sacello Facultatis celebrato, pro anima Mri. Nicolai Andry requie, suppeditavit Decanus quindecim calculos, pro quibus numeravit ---------------- 26. 5.

In Funeribus Mri. Joannis Baptistæ Silva, die lunæ 20° Augusti 1742, suppeditavit Decanus unum et triginta Calculos. Itaque numeravit ---------------- 54. 5.

In sacro solemni, die sabbati 1° 7bris 1742 in sacello Facultatis celebrato, pro animæ Mri. Joannis-Baptistæ Silva requie suppeditavit Decanus quindecim Calculos, pro quibus numeravit ---------------- 26. 5.

Pro Funeribus Mri. Ludovici Jacobi Pipereau collegæ nostri, die 4° octobris 1741 celebratis, Decanus, secundum Facultatis decretum, solvit Dno. Frenel, Sti. Sulpicii vicario, die 27° Julii 1742, summam centum quinquaginta quinque librarum cum decem assibus, quorum sumptuum vidua prædicti Mri. Pipereau dimidiam partem solvere debet. ---------------- 155. 10.

Visis Quitanciis [signature]

Summa hujus paginæ est de quatre cent quatre vingt douze livres quatorze sols [signature]

Pro Funeribus Mri Claudii Du Cerf, collegæ nostri, solvit Decanus, secundum Facultatis decretum, Mro Ludovico de Santeul, summam centum libellarum — 100 tt

de hoc articulo jam computatum est pag. 698. — ~~In Funeribus amplissimi Rectoris Joannis Josse, deducendis ad ædem parochialem Sti Stephani de monte, die 30a Aprilis 1742 suppeditavit Decanus Doctoribus præsentibus et Bidellis viginti quinque calculos argenteos; itaque numeravit — — — — 43. 15~~

Caput Xum Expensi pro Facultatis ædibus.

Dicto Humont qui Scholarum tecta resarcire solet, pro annua pensione in ultimum Junii cadente solvit Decanus, die 29 Julii 1742 summam quinquaginta libellarum — — — — — — — — — — 50.

Dicto Bertin, materiario, pro amphitheatri demolitione, solvit Decanus, die 24° Octobris 1742. — 33.

Dicto Lheritier, structori, pro variis structuræ operibus, tum ad latrinas reparandas, tum ad scholas inferiores mundandas, solvit Decanus, die 6° 7bris 1742, summam Ducenarum triginta trium libellarum cum sex assibus et novem denariis — 233. 6s 9d

Dno Barbier de Blignier, Architecto, pro honorario, juxta Facultatis decretum, solvit Decanus die 7°. 7bris 1742, summam ducenarum quadraginta librarum 240.

Dicto Finet, vitrario, pro detergendis vitreis Scholarum laminis, solvit decanus — — — — — — — 14. 9.

Visus Quilamei(?)

Caput iium Expensi ordinarii & extraordinarii.

Dicto la Lande pro affixo scholarum Professorum Programmate, et alio Programmate orationis publicæ Mri Procope Couteaux Physiologiæ Professoris, solvit Decanus — — — — — — — — — — — — — — — — — 9.

Eidem la Lande pro affixo programmate Mri Mery ad celebrandas idiomate gallico Chirurgicas Operationes solvit Decanus sex libras — — — — — — — — — 6.

Eidem la Lande pro affixo Decani mandato, ad chirurgica Opera à Baccalaureis celebranda, solvit decanus sex libras — — — — — — — — — — — — 6.

Eidem la Lande, pro affixo Programmate Mri Henrici-Francisci Bourdelin ad Anatomen celebrandam solvit Decanus sex libras — — — — — — — — — — 6.

Eidem la Lande, pro affixo Decani mandato ad Examen Candidatorum decernendum, solvit Decanus — 6.

Summe hujus paginæ est de sept cent trois livres quinze sols neuf deniers.

Eidem la lande, pro affixo Programmate Mri. Davier de Bréville, Chirurgiæ Professoris, ad chirurgicas operationes celebrandas, solvit Decanus sex libras -------- 6 tt

Eidem la lande, pro affixo Programmate Mri. Besnier, Pharmaciæ Professoris, ad Pharmaceuticas operationes instituendas, solvit Decanus ----- 6.

Eidem la lande, pro affixo Decani Mandato, ad jubilæum aperiendum, solvit Decanus ---- 6.

Viduæ Mri. Fremont Collegæ nostri, pro annuâ pensione á Facultate ipsi concessâ, solvit Decanus die 4° Junii 1742 summam ducenarum librarum 200.

Viduæ Mri. Du cerf collegæ nostri, pro tribus primis mensibus annuæ pensionis à Facultate ipsi concessæ, cadentibus in primum diem Julii 1742, solvit Decanus quinquaginta libras ----- 50.

Eidem viduæ du Cerf, pro 2° trimestri prædictæ pensionis in primum octobris diem cadente, solvit Decanus quinquaginta libellas --------- 50.

Viduæ Andel pro trimestri suæ pensionis in primum diem Januarii 1742 cadente, solvit Decanus octodecim libras cum quindecim assibus ------ 18. 15 ſ

Eidem viduæ Andel, pro trimestri suæ pensionis cadente in primum diem Aprilis 1742, solvit Decanus 18. 15.

Eidem viduæ Andel, pro trimestri suæ pensionis cadente in primum diem Julii 1742, solvit Decanus - 18. 15.

Nota quod hæc pensio viduæ Andel extincta est, quoniam iterum collocata est in matrimonium; hanc enim recipere tantum debebat quandiu viduitatem servaret.

Dicto Autray, horologiorum opifici, pro restaurando et inaurando Scholarum horologio, solvit Decanus, die 2° Martii 1742, trigenta libras --------- 30.

Dicto Sornet, Fabro ferrario, pro duobus claustris ferreis et clavibus, solvit Decanus octo libras --- 8.

Dicto Bajot, Fabro lignario, pro fabricando Abaco, solvit Decanus decem libras ----------- 10.

Eidem Bajot, pro resarciendis scholarum inferiorum scamnis, aliisque novis fabricandis, solvit Decanus, ut patet ex ejus acceptilatione, summam septuaginta octo libellarum ------------------- 78.

Dicto Bret, majori Apparitori, pro pane sacro, à Facultate, die 1° Januarii 1742, in templo parochiali Sti. Stephani de monte, oblato, solvit Decanus summam viginti trium librarum cum duobus assibus, scilicet pro cereis 4tt, pro offertorio 6tt, pro offertorio ad æedituos, vulgo l'oeuvre 3tt, pro Ecclesiæ Bidellis 1tt 7ſ, pro chirotechis 15ſ, pro pane sacro 8tt, quas summa omnes conficiunt ------------- 23. 2.

Eidem Bret pro relatione majorum Facultatis ædium in acta Tabularii dicti de main morte, solvit

Summa hujus paginæ est de cinq cent vingt trois livres sept sols [paraph]

Visis [illegible] Quintaneiis [signature]

Decanus quatuor libras, ut fert acceptilatio, et pro aliis impensis quæ simul conficiunt summam undecim librarum cum sex assibus - - - - - 11 tt 6 s

Eidem Bret pro aulæis obtendendis in scholis inferioribus, diebus Actuum, et muris exterioribus diebus festi Corporis Christi, solvit decanus — octoginta duas libras - - - - - - - - - - - - - - 82.

Eidem Bret, pro recipiendis Facultatis reditibus ab urbis quæstoribus, solvit Decanus, die 26° Junii — 1742, sex libras cum quindecim assibus; item — undecim libras cum sexdecim assibus et sex denariis pro aliis impensis, ut fert ejus acceptilatio; quæ duæ summæ conficiunt summam octodecim librarum cum undecim assibus et sex denariis - - - - - - - - 18. 11 s 6 d

Eidem Bret, pro accensis ignibus in scholis — superioribus, à 4° 9bris 1741 ad mensem Aprilis — 1742, ratione triginta assium quaque vice, solvit decanus viginti quatuor libras - - - - - - - - - 24.

Eidem Bret solvit Decanus pro pane azimo et vino in sacelli missis, sex libras; pro mundatis — scholis et sacello quindecim libras; pro papyro — atramento et plumis quindecim libras; pro mundatis sacelli linteis quindecim libras; pro mundato circuitu scholarum per annum, octodecim libras; pro irrorato eodem circuitu æstatis tempore, tres libras; quæ omnes summæ conficiunt summam septuaginta duarum libellarum, ut fert ejus acceptilatio. - - - 72.

Eidem Bret, pro exscriptis funebribus Morum Preaux, le Tellier et Fourneau; pro Carbone in operibus pharmaceuticis adhibito; pro quatuordecim voluminibus compingendis de Facultatis Ritubus, — aliisque minoribus impensis, solvit Decanus, die 2° 9bris 1742, novemdecim libras cum novem assibus et sex denariis - - - - - - - - - - - - - - - - - - 19. 9 s 6 d

Dicto Quillau, Facultatis Typographo, pro iis omnibus quæ typis mandata sunt à decimo die — novembris 1741, ad diem 27um octobris 1742, solvit Decanus summam ducenarum viginti — quatuor libellarum, ut fert ejus acceptilatio - - - 224.

Domino Buivette, Facultatis Patrono, pro consilio ab ipso petito, super aggregatione Mri Diamante Ulosko in Facultatis gremium, et propter vectigal de industria dictum, Medicis extraneis — impositum, numeravit decanus viginti quatuor lib. 24.

Scribæ prædicti Dni Buivette, pro scriptis solvit decanus quinque libras cum quinque assibus - - - 5. 5 s

Pro itinere Versalias facto cum Mro Martinenq, ad eminentissimum Cardinalem de Fleury consulendum, impendit Decanus viginti tres libras cum sexdecim assibus 23. 16 s

Summa hujus paginæ est de cinq cent quatre livres huit sols

Visi Quitanij[?]

Visis Ruitoneis [illegible]

Accenso cujus ministerium adhibuit Facultas, die decimo nono mensis Octobris 1742, adversus Barbi-Tonsores Chirurgos, quorum Præpositi et Protochirurgi vicarius hoc anno non comparuerunt ad præstandum juramentum et nummum aureum solvendum, dedit Decanus sex libras - - - - - - - - - - - - - - - 6 ₶

Pro anno integro 1740 Capitationis Mri. Nicolai le Tellier, et pro sex primis mensibus anni 1741, solvit Decanus summam quadraginta novem librarum cum decem assibus; sed ipsi Mro. le Tellier debebatur summa trium libellarum pro sex Pastillariis; itaque decanus numeravit tantum - - - - - - - - - - - - - - - 46 · 10 s

Pro Decumano vectigali, propter majorum Facultatis ædium locationem, solvit Decanus Dno. l'Herminier, pro tribus ultimis mensibus anni 1741, quibus incœpit hoc vectigal, et pro anno integro 1742, summam septuaginta quinque libellarum, ut ferunt acceptilationes - - - - - 75 ·

Pro Rhedis quibus usus est Decanus in variis negotiis, numeravit viginti quatuor libras - - - - 24 ·

Pro Caducis impensis, ut moris est, numeravit Decanus sexaginta libellas - - - - - - - - - - - 60 ·

Pro Calculis æreis hisce in Rationibus adhibitis, numeravit Decanus quindecim libellas - - - - - 15 ·

Pro Capitatione Bidellorum, annorum 1740 et 1741, solvit Decanus summam triginta novem libellarum cum duodecim assibus - - - - - - - - - - - - - - - 39 · 12 s

Summa hujus paginæ est dc. deux cent soixante et six livres deux sols.

Summa totius Expensi est dc. douze mil cent quatre vingt huit livres quinze sols.

Summa verò totius Accepti est dc. douze mil neuf cent soixante et dix huit livres un sol.

Ergò summa totius accepti superat summam totius Expensi dc. sept cent quatre vingt neuf livres six sols.

Facultas convocata die Veneris quinto ~~Junii~~ Januarii anni 1744. ut audiret rationes posterioris Anni mil sept cent quarante quatre ut audiret rationes posterioris Anni decanatus M. Eliæ Col Devilars, pro priori decanatu suo, horâ post meridiem tertia, ratas et gratas habuit rationes posterioris Anni priori decanatus M. Eliæ Col Devilars Decani; ipsi quæ propter res ab ipso præclarè gestas decrevit honorarium librarum et quinquaginta librarum, singulis doctoribus præsentibus, Aulicis et Causariis duos calculos argenteos, Decano et Antiquiori magistro duplum; bidellorum vero unicuique Calculum unum. Statuit insuper facultas solvendam esse pro opere extraordinario majori Apparitori summam quinquaginta libellarum, minori autem viginti quinque libras et sic conclusit

Col Devilars, Decanus

[illegible] Procope Couteau

prom. et D.o Bertrand Baron.

Martinenq Lepy

Vernage Germagny Dattier Desbreuilles

peaget pro me et Dño [illegible]

Dionis D. Vasse Faignan

Jacques Malouin Astruc Lingnet

Winslow Choc de Jussieu Chomel

Ferrein De Jussieu Fontaine Bellot

Baudelin Dangé

Belletête De L'Epine Cosnier Cochu

Midy Lalouette Ferret Bayen Bouvart pro me et Dño Bertin aggregante.

De Rabours Baude Delacloy De Larivière

Peaget filius L. De Laurembert Le Monnier

Cantwell Thiez De Vandenesse Busson Baron

La Fourdière Herissant Liger Despreaux


Bergier Macquer + Millet + Vieillard

Gasnier Boutteville

Mrs Burette Dcn
Helvetius Dcn
La vigne Dcn
Les Appariteurs. payé
134 jettons.

Opitulante Deo.

Commentarius Rerum in Saluberrima Facultate et Academia Parisiensi gestarum, cum Tabulis Accepti et Expensi, à die sabbati 3.° Novembris 1742, ad diem Sabbati, Novembris 2.um, 1743. M.^ro Eliâ Col De vilars, Inculismensi, tertium Decano.



Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, die Sabbati tertio mensis Novembris, qui primus erat à Festo omnium Sanctorum Sabbati dies; licet Divo Marcello dicatus; vi tamen Statutorum, à Decano convocati sunt Doctores omnes Medici, hac sequenti schedulâ ab Apparitoribus delatâ.

Convocentur Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, die sabbati tertio mensis Novembris, anni 1742, horâ decimâ matutinâ, post Sacrum, Decanum et Professores; nec-non posterioris anni decanatus nostri Examinatores, electuri. Datum Parisiis, die vigesimo nono mensis Octobris, ejusdem anni. Col De vilars, Decanus.

Congregatis Doctoribus, decanus, depositis, ut moris est, magistratus insignibus, universo ordini gratias agendo, ob collatam sibi Decani dignitatem, Rerum Facultatis faciem et statum exposuit. Mox singuli Professores Emeriti saluberrimo Ordini gratias egerunt. Postea singulorum Doctorum Praesentium nomina in urnam immissa fuerunt, ad eliciendos Decani et Professorum Electores, primò quidem de majori Ordine, à Decano sorte ducti sunt

M.ri Ludovicus-Claudius Bourdelin,
Guillelmus-Josephus de l'Epine,
Joannes-Baptista Du Bois.

Ex

Ex urna pari modo sorte deprompti sunt
ex minori Ordine

Mr. Henricus-Franciscus Bourdelin,
Mr. Ludovicus-Benjamin-Lucas de Laurembert

Hi quinque Electores, præstito solito sacramento, in sacellum recesserunt; et paulo post ad Comitia reduces, Facultati dixerunt quod, si vellet, et nemo reclamaret, in Decanum per biennium adhuc prorogaverint Mrum Eliam Col de Vilars. Mox omnes Doctores plauserunt rogaveruntque Decanum ut pro Facultatis commodo rursus Decanatum susciperet. Is ad saluberrimi Ordinis arbitrium penitus accommodatus, ejusque utilitatem suâmet ipsâ potiorem habens, oblatum honorem accepit, et unanimi consensu in Decanum prorogatus est. Sicque conclusit præsentium Doctorum antiquior Mr. Benignus Winslow.

Post id rursus secesserunt in sacellum Electores, et postquam de Professorum electione inter se consenserunt, ad Comitia regressi nominarunt in Professorem Physiologiæ

De majori Ordine

Mrum Franciscum Mery.

De minori

Mros Ludovicum-Florentium Bellot,
Michaëlem-Philippum Bouvart.

Ludovicus-Florentius Bellot sorte ductus est.

In Professorem Chirurgiæ latinæ appellaverunt

de majori Ordine

Mrum Franciscum-Josephum Hunauld.

De minori

Mos Joannem-Baptistam-Ludovicum Chomel,
Antonium Ferrein.

Mr. Ferrein ex urna sorte depromptus est.

In Professorem Rei herbariæ proposuerunt

de majori Ordine

Mrum Henricum Besnier.

De minori

Mos Ludovicum-Mariam Pousse,
Joannem-Ludovicum Baude de la Cloy.

Mr. Baude de la Cloy sorte ductus est.

In Professorem Pharmaciæ indicarunt

De majori Ordine

Mos Jacobum-Antonium Millet
Joannem-Franciscum Leaulté.

De minori

Mrum Ludovicum-Alexandrum Vieillard.

Mr. Vieillard sorte eductus est.

Item

Item prorogarunt Censorium munus M. Urbano Leaulté, Scholarum antiquiori, Exdecano.

In iisdem Comitiis sorte ducti sunt in Examinatores commentariorum et Rationum posterioris anni Decanatûs nostri de majori Ordine

Mri Ludovicus-Claudius Bourdelin,
Joannes-Franciscus Leaulté,
Ludovicus-Hyeronimus Cosnier.

De minori

Mri Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel,
Michaël-Josephus Majault,
Ludovicus Liger.

Professores autem electi, inter manus Decani, solitum præstiterunt sacramentum.

Eodem die, peractis Electionibus, habita sunt menstrua comitia, de morbis præterito mense grassantibus, qui, referentibus Mris Baron patre, Bertrand, Mounier, Vieillard, malignæ fuerunt febres et variolæ, solitis curatæ remediis. Præterea Mr. Reaget filius Cephalalgias observavit in principio mites, deinde malignas, quibus sanandis præscripsit saphenæ sectiones, cardiaca refrigerantia et stibiata. Mr. Baron filius retulit se observasse febres malignas sub specie Pleuritidis et Peripneumoniæ, quibus venæ sectiones e brachio, apozemata bechica et cardiaca refrigerantia profuerunt.



Quæstiones quodlibetariæ Physiologicæ.

Mr Andreas Cantwel, qui primum licentiæ suæ gradum obtinuerat, ad Regentis gradum promoveri cupiens, disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, die decimo quinto Novembris 1742, qui primus erat dies Jovis post Martinalia, quo prima Thesis quodlibetaria propugnari solet à sextâ ad meridiem; et erat quæstio talis, affirmaté conclusa.

An Sanitas à debito partium tono?

Cui quidem quæstioni respondit M. Franciscus-Salesius-Daniel Poullin, Aurelianus, saluberrimæ Facultatis Baccalaureus.

circa

Circa undecimam horam, ante quam Baccalaurei ad quodlibeta responderent, promulgavit major Apparitor quodlibetariam Thesim proxime propugnandam, sub hoc titulo, An humor perspiraborius sit excrementitius? Deinde, juxta consuetudinem, altâ voce legit quaedam Decreta, in primo quodlibetariae actu recitari solita; moxque nomina et cognomina Doctorum hac sequenti serie.

Sequuntur nomina et cognomina honorandorum Magistrorum nostrorum, in saluberrima Facultate Parisiensi actu Regentium anni R.S.H. 1742.

Mr. Urbanus Leaulté, antiquior scholae magister, Exdecanus, et Academiae Censor.

Mr. Petrus-Joannes Burette, Professor Regius, et e Regia Numismatum Academia.

Mr. Petrus le Tornelier.

Mr. Ludovicus Lemery, Medicus Regis ordinarius, Regiaeque Scientiarum Academiae socius, et in horto Regio Chymiae Professor.

Mr. Raymundus-Jacob Finot.

Mr. Joannes Herment, Medicus Regis ordinarius.

Mr. Antonius Pepin, Regis consiliarius, et in portu-Brestensi Medicus primarius.

Mr. Jacobus-Benignus Winslow, Regiae scientiarum Academiae, Societatisque Regiae Berolinensis socius, Teutonicae linguae Regius Interpres.

Mr. Joannes-Claudius-Adrianus Helvetius, Regi a sanctioribus consiliis, Reginaeque Medicus primarius, et Regiae scientiarum Academiae socius.

Mr. Michaël-Procope Couteaux, Pathologiae Professor.

Mr. Joannes-Baptista Mongin, Medicus Regis ordinarius.

Mr. Joannes-Franciscus Couthier

Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, antiquus Facultatis Decanus.

Mr. Camillus Falconet, salubris consilii Regii socius, et è Regia Inscriptionum ac Numismatum Academia.

Mr. Thomas-Bernardus Bertrand.

Mr. Franciscus Pousse.

Mr. Joannes-Baptista-Thomas Martinenq, omnium et singularum artis partium Professor antiquus.

Mr. Antonius de Jussieu, Regi à secretis, Regiae scientiarum Academiae, Regiarumque societatum Angliae et Prussiae socius, Botanices in horto Regio Parisiensi Professor ac Demonstrator.

Mr. Joannes Besse, Dotariae Hispaniarum Reginae, dum viveret, à consiliis, et Medicus ejusdem primarius.

Mr. Henricus Besnier.

Mr. Elias Col de Vilars Facultatis Decanus, consiliarius-Regis in ejus Castelleto Medicus ordinarius.

Mr. Petrus-Antonius Lepy.

Mr. Claudius-Antonius Renard.

Mr. Michaël Peaget

Mr. Jacobus Antonius Millet.
Mr. Joannes-Franciscus Leaulté.
Mr. Michaël-Ludovicus Vernage, Censor Regius.
Mr. Ludovicus-Claudius Bourdelin, antiquus Facultatis decanus, Regiæ scientiarum Academiæ socius.
Mr. Emmanuël-Mauritius Du verney.
Mr. Ludovicus de Santeul.
Mr. Claudius Brunet.
Mr. Joannes-Damianus Chevalier, Regis consiliarius, Medicus ordinarius in Insula Sti Dominici.
Mr. Claudius de la vigne de Fréeheville, Medicus Regis, et domûs Reginæ, ordinarius.
Mr. Gabriel-Antonius Jacques.
Mr. Josephus de la grive, non Regens.
Mr. Guillelmus de Magny
Mr. Philippus Davier de Breville, Dotariæ Hispaniarum, Reginæ, dum viveret, Medicus ordinarius.
Mr. Thomas-Renatus Gasnier.
Mr. Andreas-Josephus Seron
Mr. David Vasse.
Mr. Nicolaus le Roy de St Aignan.
Mr. Ludovicus-Joannes Le Thieullier, Regis consiliarius in majori Consilio, et in magnâ Regiæ Domûs et Franciæ Præfecturâ medicus ordinarius.
Mr. Ludovicus Hieronymus Cosnier, Rei herbariæ Professor.
Mr. Guillelmus-Josephus de l'Epine.
Mr. Joannes-Baptista Du Bois, Professor Regius.
Mr. Franciscus Mery.
Mr. Bernardus De Jussieu, Regiæ scientiarum Academiæ, Regiæque Societatis Londinensis Socius, et in horto Regio Botanices Prodemonstrator.
Mr. Joannes-Baptista Boyer, consiliarius Regis in supremo Senatu Parisiensi Medicus ordinarius.
Mr. Paulus-Jacobus Malouin, Regiæ scientiarum Academiæ socius, Regiusque librorum chymicorum Censor
Mr. Antonius-Nicolaus Guenault.
Mr. Ludovicus-Petrus Le Hoc, Pharmaciæ Professor.
Mr. Franciscus-Josephus Hunauld, Regiæ scientiarum Academiæ, et Regiæ societatis Londinensis socius, in horto Regio Anatomes et Chirurgiæ Professor.
Mr. Raymundus de la Riviére.
Mr. Antonius Casamajor, censor Regius.
Mr. Ludovicus-Maria Pousse.
Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, Regis exercitibus Medicus ordinarius
Mr. Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel, medicus Regis ordinarius.

Mr. Achilles

Mr. Achilles-Franciscus Fontaine
Mr. Petrus Roussin de Montabourg, consiliarius medicus Regis ordinarius, nec-non urbis Regiæ Regiique nosocomii Sangermani in Laya.
Mr. Robertus-Hubertus Linguet
Mr. Antonius-Joannes Daval.
Mr. Henricus-Franciscus Bourdelin
Mr. Josephus de Jussieu, e Regia scientiarum Academia.
Mr. Joannes De Diest
Mr. Ludovicus-Florentius Bellot, Physiologiæ Professor designatus.
Mr. Franciscus-Fœlicitas Cochu, Physiologiæ Professor.
Mr. Claudius-Carolus de Jean.
Mr. Jacobus-Albertus Hazon.
Mr. Jacobus-Franciscus Vandermonde.
Mr. Gaspardus Cochon du Puy, in Arce maritimâ Rupiforteusi Anatomes et Chirurgiæ Professor Regius.
Mr. Tussanus-Gilbertus Boulland, consiliarius Regis medicus ordinarius in ejus Castelleto.
Mr. Carolus Payen, Chirurgiæ idiomate gallico Professor.
Mr. Bartholomæus Murry, Chirurgiæ latinæ Professor.
Mr. Antonius Ferrein, Chirurgiæ latinæ Professor designatus. e Regia scientiarum Academia, et Professor Regius.
Mr. Michaël-Josephus Majault.
Mr. Michaël-Josephus Bouvart, e Regia scientiarum Academia
Mr. Joannes-Jacobus Belleteste.
Mr. Joannes Midy.
Mr. Laurentius Ferret, Chirurgiæ gallico idiomate Professor designatus.
Mr. Guido-Andreas Garnier, non Regens.
Mr. Gedeon de Rabours.
Mr. Carolus Dionis.
Mr. Joannes-Ludovicus-Livinus Baude de la Cloy, Rei herbariæ Professor designatus.
Mr. Josephus-Exuperius Bertin, supremi Valachiæ et Moldaviæ Principis Medicus ordinarius, et Regiæ scientiarum Academiæ socius.
Mr. Ludovicus-Guillelmus Le Monnier
Mr. Ludovicus-Alexander Vieillard, Pharmaciæ Professor designatus.
Mr. Leander Peaget.
Mr. Benjamin-Ludovicus Lucas de Laurembert.
Mr Andreas Cantwel.
Mr. Theodorus Baron.
Mr. Abrahamus-Franciscus-Leo Coldevilars.
Mr. Urbanus de Vandenesse.
Mr. Petrus Bercher

Mr. Jul.

Mr. Julianus Busson.
Mr. Josephus-Maria-Franciscus de La Sône.
Mr. Petrus-Josephus Macquer.
Mr. Silvester-Antonius le Moine.
Mr. Petrus Lalouette.
Mr. Carolus-Franciscus Boutigny des Preaux.
Mr. Joannes-Franciscus Isez
Mr. Jacobus-Franciscus le Chat de la Sourdiere.
Mr. Antonius Bergier.
Mr. Franciscus-David Herissant.
Mr. Natalis-Maria de Gevigland.
Mr. Carolus-Ludovicus Liger.
Mr. Ludovicus-Renatus Des Bois.



Die sabbati 17° Novembris 1742, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit Mri Poullin responsa de Thesi quodlibetaria quam die Jovis 15° ejusdem mensis propugnaverat.

Die Jovis 22° ejusdem mensis novembris 1742, de quodlibetaria quæstione disputavit extra ordinem, Mr. Theodorus Baron, respondente Mo Francisco-Nicolao Gautier du Rocher, Parisino, Facultatis Baccalaureo; et hæc fuit quæstio negativè conclusa.

An humor Perspiratorius sit excrementitius?

Die sabbati 24° ejusdem mensis, Facultas probavit, in scholis superioribus, Mi Gautier du Rocher responsa.

Die Jovis 29° Novembris 1742, disputavit extra ordinem, de quodlibetaria quæstione, Mr. Abrahamus-Franciscus Leo Col de Vilars, respondente Mo Guillelmo Ruellan, Dinannæo, Facultatis Baccalaureo, et sequens fuit quæstio, affirmatè conclusa. An à vorticoso motu, Sanguinis calor?

Die sabbati 1° decembris ejusdem anni, apertâ in scholis superioribus scrutinii capsâ, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis sexto mensis decembris 1742, Mr. Urbanus De Vandenesse disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, respondente Mo Jacobo Verdelhan des Moles, Nimatensi, Facultatis Baccalaureo. Quæstio autem talis erat affirmante conclusione.
An à globosa sanguinis parte ad cutem appellente, Æthiopum color?

Die sabbati octavo ejusdem mensis, aperto scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 13ª decembris 1742, Mr. Petrus Bercher disputavit extra ordinem, de quodlibetaria quæstione, respondente Mº Dionysio Pouchon, Rhodumnensi, Facultatis Baccalaureo; Hæc verò fuit quæstio, negans.

An à valvulis Intestinorum Chymi progressionis determinatio?

Die Sabbati 15º ejusdem mensis, aperto Scrutinio, Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die veneris 4º mensis Januarii 1743, Mr. Julianus Busson disputavit extra ordinem de quæstione quodlibetaria, respondente Mº Petro-Isaac Poissonnier, Divionæo, Facultatis Baccalaureo. Quæstio autem erat talis, negativè conclusa

An ab origine Monstra?

Die Sabbati 5º ejusdem mensis, aperto in Scholis superioribus Scrutinio, Facultas, ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis decimâ ejusdem mensis Januarii 1743, Mr Josephus-Maria-Franciscus de la Sône, disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, Mº Petro Arcelin, Matisconensi; Facultatis Baccalaureo, respondente. Hujus Theseos hæc fuit quæstio, affirmatè conclusa,

Stare ne potest visio absque cristallino?

Die Sabbati duodecimâ ejusdem mensis, aperto in Scholis Superioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit Baccalaurei responsa.

Die Martis 15º Januarii 1743, Mr. Petrus-Josephus Macquer disputavit extra ordinem, de quodlibetaria quæstione, respondente Mº Ludovico Pathiot, Tricassino, Facultatis Baccalaureo. Quæstio autem erat sequens, affirmans.

An Chylus et Succus nutritius, simili perficiantur mechanismo?

Eodem die, post Thesim, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 17º Januarii 1743, Mr. Sylvester-Antonius Le Moine disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, respondente Mr. Antonio le Camus, Parisino, Facultatis Baccalaureo. Hæc fuit sequens quæstio affirmans,

An obliqui oculorum musculi retinam à crystallino removeant?

Die 19º ejusdem mensis, aperto in Scholis superioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die Martis 22º Januarii 1743, Mr. Petrus Lalouëtte disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, Mº Josepho Lallemant, Lingonæo, Facultatis Baccalaureo, Quæstio autem talis erat, affirmante conclusione,

An nutrimentum tandem detrimenti corporis causa?

Eodem die, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 24º Januarii 1743, Mr. Carolus-Franciscus Boutigny des Preaux, de quodlibetaria quæstione disputavit extra ordinem, respondente Mr. Ludovico-Renato Marteau Parisino, Facultatis Baccalaureo. Quæstio hujusce Theseos

talis

talis erat, affirmante conclusione.

An in qualibet hominis ætate succus idem nutritius?

Die 26° ejusdem mensis Januarii 1743, Facultas, unanimi consensu, probavit, in scholis superioribus, Baccalaurei responsa.

Die Lunæ 28° mensis Januarii 1743, Mr. Joannes-Franciscus Isez, de quodlibetaria quæstione disputavit extra ordinem, respondente Mo. Joanne-Claudio Munier, Laudonensi, Facultatis Baccalaureo. Quæstio hæc fuit, affirmatè conclusa.

An venæ spermaticæ structura, secretioni seminis faveat?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die mercurii 30° Januarii 1743, Mr. Jacobus-Franciscus le Chat de la Sourdiere, disputavit extra ordinem de quæstione quodlibetaria, respondente Mo. Francisco Bernard, Abricensi, Facultatis Baccalaureo; Quæstio fuit talis, negante conclusione.

An ubique corporis sanguis idem?

Eodem die post Thesim, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit Baccalaurei responsa.

Die Martis 5° mensis Februarii 1743, Mr. Antonius Bergier, extra ordinem disputavit de quodlibetaria quæstione, respondente Mo. Claudio Person, Catalaunensi, Facultatis Baccalaureo. Hæc autem fuit quæstio affirmatè conclusa

An Respiratio sit motus sympathico-mechanicus?

Eodem die post Thesim, aperto in Scholis inferioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit et laudavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 7° Februarii 1743, Mr. Franciscus-David Herissant disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, respondente Mr. Francisco Bidault, Parisino, Facultatis Baccalaureo. Hujus actus talis fuit quæstio affirmans,

An secundinæ foetui pulmonum præstent officia?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas, ex majori suffragiorum numero, probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 14° mensis Februarii 1743, Mr. Natalis-Maria de Gevigland, disputavit extra ordinem, de quodlibetaria quæstione, respondente Mo. Petro Chevalier, Rhedoneo, Facultatis Baccalaureo. Quæstio autem talis erat, affirmante conclusione.

An functionum integritas à spiritibus?

Die sabbati 17° ejusdem mensis, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 21° Februarii 1743, Mr. Joannes-Stephanus Guettard, disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, respondente Mo. Joanne le Thieullier Parisiensi, Facultatis Baccalaureo. Hæc verò fuit quæstio, affirmatè conclusa

An nervi, Canales?

Die

Die Sabbati 23° ejusdem mensis Februarii 1743, aperto in Scholis Superioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit prædicti le Thieullier responsa.

Die Jovis decimo septimo Octobris, anni 1743, Mr. Joannes Astruc, Salviensis apud Occitanos, extraordinariè propugnavit Thesim Physiologicam, absque Præside et Baccalaureatûs Clamyde, ab octavâ ad meridiem, pro solemni cooptationis laureâ. +

+ Hujus Theseos quæstio, affirmatè conclusa, talis erat. An Sympathia partium à certâ nervorum positurâ in interno sensorio?

Propugnatâ Thesi, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit, atque multùm laudavit Mri. Joannis Astruc responsa, eumque ad Lauream Doctoralem admisit, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Mox accersito præfato Mro. Astruc, Decanus Facultatis conclusionem ipsi pronuntiavit, eumque postea Doctorali Laureâ donavit.

Die Jovis 24° ejusdem mensis, Mr. Joannes Astruc disputavit extra ordinem de quodlibetaria quæstione, respondente Mº Claudio Bourdier de la Moulière, Borbonico Arcimbaldico, Facultatis Baccalaureo. Quæstio hujusce Theseos hæc fuit, affirmante conclusione.

An ex Anatome subtiliori ars Medica certior?

Die Sabbati 26° ejusdem mensis, aperto in Scholis Superioribus Scrutinio, Facultas, unanimi ferè consensu probavit Baccalaurei responsa.



Quæstiones antiquodlibetariæ vulgò Pastillariæ.

Die Mercurii 14° mensis Novembris anno domini 1742, horâ decimâ matutinâ, Mr. Andreas Cantwel actum Pastillariæ celebravit in Scholis Medicorum, in quo discussa fuit hæc sequens bimembris quæstio.

An Partium tonus { à structura Solidorum?
ab affluxu Humorum? }

Primam propositionem Mr. Cantwel, actus Præses, discutiendam proposuit Mº Poullin Baccalaureo, candidati vices gerenti, in utramque partem prius agitabam; alteram verò similiter examinabam Mr. Malouin solvendam proposuit Mro Chomel juniori Doctori.

Die Mercurii 21° Novembris 1742, Mr. Theodorus Baron actum Pastillariæ celebravit, horâ decimâ matutinâ

matutinâ; in quo examinata fuit sequens quæstio, bipartita,

An ideò instituta Perspiratio { ne Cutis exarescat ? / ut Sanguis expurgetur ? }

Primum membrum Mr Baron, in utramque partem à se exagitatum, solvendum exposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti. Secundum verò, simili modo discussum, antiquior Doctor juniori proposuit enucleandum.

Die Mercurii 28° Novembris 1742, Mr. Abrahamus-Franciscus-Leo Colderilars, actum Pastillariæ celebravit in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, cujus hæc sequens fuit quæstio bimembris,

An cor { Musculorum princeps ? / Liquidorum progressûs author ? }

Actus Præses Mr. Colderilars primam quæstionem, in utramque partem discussam, proposuit enodandam Baccalaureo Candidati vices gerenti. Secundam verò antiquior doctor Collegæ suo juniori, similiter perpensam, solvendam exhibuit.

Die Mercurii 5° decembris 1742, celebrata fuit Pastillaria horâ decimâ matutinâ, Mri Urbani de Vandenesse. Hujus actûs talis fuit quæstio bimembris

An Sanguinis pars princeps { Globulosa ? / Lymphatica ? }

Actûs Præses Mr. de Vandenesse primum quæstionis membrum, in utramque partem à se disquisitum, exposuit resolvendum Baccalaureo, Candidati locum tenenti; secundum verò antiquior doctor Collegæ suo juniori, priùs à se dupliciter examinatum, enodandum proposuit.

Die Mercurii 12° decembris 1742, celebrata fuit Pastillaria Mri Petri Bercher, sub hac duplici quæstione,

An in Duodeno Chymus non indigeat progressionis { Determinatione ? / Interceptione ? }

Mr. Bercher, actûs Præses primum quæstionis membrum, bifariàm discussum, dedit resolvendum Baccalaureo, Candidati vices gerenti; secundum verò, simili modo perpensum antiquior doctor enucleandum obtulit Collegæ suo juniori

Die Mercurii 2° Januarii 1743, Mr. Julianus Busson, Pastillariæ celebravit actum cujus hæc erat duplex quæstio.

Estne portentosæ Monstrorum adunationis sufficiens causa { Materna imaginatio ? / Compressio ? }

Mr. Busson, actûs Præses, bifariam agitavit primam quæstionem, eamque solvendam dedit Baccalaureo respondenti; secundam verò, pariter disquisitam, antiquior Doctor, juniori dirimendam proposuit.

Die Mercurii 9° Januarii 1743, celebrata fuit Pastillaria Mri Josephi-Mariæ-Francisci de la Sône, cujus actûs talis fuit quæstio

An in oculo ferè æqua sit humoris aquosi, corporisque vitrei { Densitas? / vis refringens?

Mr. de la Sône, actûs Præses, primum quæstionis membrum, à se bifariàm perpensum, Mo. Petro Arcelin, Baccalaureo respondenti, proposuit dirimendum; — secundum verò antiquior doctor, à se discussum, solvendum reliquit juniori doctori.

Die Lunæ 14° Januarii 1743, Mr. Petrus-Josephus Macquer actum Pastillariæ celebravit sub hac bimembri quæstione

An æmulentur { Intestina, arteriolæ sanguineæ? / venas lacteas, Lymphaticæ?

Mr. Macquer, actus præses, primam quæstionem, — bifariàm à se agitatam, proposuit solvendam Mo. Ludovico Pathiot, Baccalaureo respondenti; secundam verò antiquior doctor, à se discussam, resolvendam exhibuit Collegæ suo juniori doctori.

Die Mercurii 16° Januarii 1743, Mr. Silvester-Antonius Le Moine suam celebravit Pastillariam cujus bipartita quæstio talis erat

An præcipuum visionis instrumentum { Retina? / Choroeides?

Mr. le Moine, actus Præses, primum quæstionis membrum à se discussum, dirimendum dedit Mo. antonio le Camus — Baccalaureo respondenti. 2um verò antiquior doctor, priùs à se perpensum, juniori doctori Collegæ suo enucleandum obtulit.

Die Lunæ 21° Januarii 1743, acta fuit Pastillaria Mri Petri Lalouette, sub hac duplici quæstione,

An detrimentum Corporis ab { Obstructione? / Particulis ejusdem deperditis?

Mr. Lalouette, actus Præses 1um examinavit quæstionis membrum, et enodandum proposuit Mo. Josepho Lallemant Baccalaureo respondenti. 2um verò pariter agitatum, antiquior doctor, juniori doctori Collegæ suo, solvendum proposuit.

Die Mercurii 23 Januarii 1743, habita fuit Mri Caroli-Francisci Boutigny des Preaux Pastillaria, cujus hæc duplex fuit quæstio

An Hominis generatio { A verme? / Ab ovo?

primum quæstionis membrum Mr. Boutigny des Preaux, actus Præses, bifariàm à se expensum, — solvendum proposuit Mo. Ludovico-Renato Marteau, Baccalaureo respondenti. 2um autem in utramque partem pariter agitatum antiquior doctor juniori — dirimendum obtulit.

Die Sabbati

Die Sabbati 26° Januarii 1743, M^r. Joannes-Franciscus Isez, Pastillariæ suæ celebravit actum, cujus talis erat quæstio,

An peculiaris mechanismus in secretione { Spirituum animalium? / Bilis?

M^r. Isez, actus præses, primum quæstionis membrum, à se bifariam agitatum, enucleandum dedit Joanni Claudio Munier, Baccalaureo respondenti; 2um similiter discussum antiquior actus doctor, juniori collegæ suo enodandum exhibuit.

Die Martis 29°. Januarii 1743, M^r. Jacobus-Franciscus Le Chat de la Sourdiere suam celebravit Pastillariam cujus talis erat bimembris quæstio,

Utrum materia nutritionis sit { Succus nerveus? / Pars gelatinosa Sanguinis?

M^r. Le Chat de la Sourdiere primum quæstionis caput, in utramque partem à se examinatum, explicandum dedit M^o. Francisco [redacted] Bernard, Baccalaureo respondenti. 2um verò, prius bifariam expensum, anti actus Doctor, resolvendum exhibuit juniori Doctori.

Die Lunæ 4°. Februarii 1743, celebrata fuit M^ri. Antonii Bergier Pastillaria sub hac quæstione

An musculi intercostales interni agant { In inspiratione? / In expiratione?

M^r. Bergier primam quæstionis partem, à se perpensam, solvendam dedit m^o. Claudio Person, Baccalaureo; 2^am verò, duplici modo explanatam, proposuit antiquior actûs doctor juniori, ut eam dirimeret.

Die Mercurii 6° Februarii 1743, M^r. Franciscus-David Herissant suam habuit Pastillariam, hanc exponens quæstionem;

An Foetus nutriatur { Per os.? / Per umbilicum?

M^r. Herissant, actus Præses 1um quæstionis caput, à se discussum, proposuit enodandum M^o Francisco Bidault, Baccalaureo; 2um autem dirimendum juniori Doctori antiquior reliquit, prius à se in utramque partem expositum.

Die Mercurii 13° Februarii 1743, habita fuit M^ri. natalis-Mariæ de Gevigland Pastillaria, cujus talis erat quæstio,

An Functiones { A Spiritibus? / A Sanguine?

M^r. de Gevigland 1um quæstionis membrum duplici modo explanatum, proposuit resolvendum M^o. Petro Chevalier, Baccalaureo respondenti. 2um pari modo examinatum antiquior actus Doctor, solvendum exhibuit juniori Collegæ suo.

Die Mercurii 20° Februarii 1743, celebrata fuit M^ri. Joannis-Stephani Guettard Pastillaria cujus talis fuit quæstio, à doctoribus in utramque partem explanata et proposita.

An Nervi ultimi { In fibrillas simplices desinant? / Involvantur meningibus?

Mr. Guettard, actûs Præses, primum quæstionis membrum explanavit et dirimendum proposuit Mro. Joanni Le Thieullier, Baccalaureo; 2um vero antiquior actûs doctor, juniori præbuit solvendum.

Die Mercurii 23° mensis Octobris 1743, Mr. Joannes Astruc actum suæ celebravit Pastillariæ, sub hac sequenti quæstione bipartitâ

An subtilioris Anatomes inquisitio { Theoriæ prosit? Praxi obsit?

Mr. Astruc, actûs Præses 1um quæstionis membrum à se explanatum, proposuit solvendum Mo. Claudio Bourdier, Baccalaureo, candidati vices gerenti; 2um verò pariter discussum, antiquior actûs doctor juniori dirimendum exposuit.



Quæstiones Cardinalitiæ.

Notandum quod in hisce Thesibus non servatus fuit Præsidum Ordo; quoniam nonnulli vel ægrotabant vel parati non erant.

Anno domini 1743, die Jovis 28°. mensis Februarii, Mr. Joannes-Baptista-Ludovicus Chomel Quæstioni cardinalitiæ præfuit, respondente Mo. Antonio Le Camus, Parisino, à sextâ ad meridiem. Hujusce Theseos sequens fuit quæstio, affirmatè conclusa.

An Hygicine, Medicinæ pars utilissima, desertissima?

Die sabbati 2° mensis Martii ejusdem anni, aperto in scholis superioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu probavit Baccalaurei responsa.

Die Martis 5a mensis Martii 1743, propugnata fuit Thesis cardinalitia à Mo Francisco-Salesio-Daniele Poullin, Aureliano, Facultatis Baccalaureo, Præside Mr. Ludovico-Maria Pousse. Quæstio autem talis erat, affirmante conclusione

An Versaliarum salutaris aer?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, unanimi consensu, probavit Facultas Mri Poullin responsa.

Die Jovis 7° Martii 1743, propugnata fuit Thesis cardinalitia, Præside Mr. Antonio Casamajor; respondente Mo. Francisco Bernard, Abrincensi, Facultatis Baccalaureo. Hujus actus talis erat quæstio affirmatè conclusa

An à temporum varietate varii morbi?

Eodem die, unanimi consensu, probavit Facultas Mri Bernard responsa.

Die Jovis 14° Martii 1743, M^r. Paulus-Jacobus — Malouin Cardinalitiæ Thesi præfuit, M^o. Ludovico-Renato Marteau, Parisino, Facultatis Baccalaureo, respondente. Hujus Theseos quæstio talis erat, affirmatè conclusa; An ad Sanitatem Musice?

Die Sabbati 16° ejusdem mensis, aperto in Scholis — superioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu, — probavit M^ri Marteau responsa.

Die Jovis 21° Martii 1743, M^r. Hyacinthus — Theodorus Baron, filius, Thesi Cardinalitiæ præfuit, respondente Francisco-Nicolao Gautier du Rocher, Parisino, Facultatis Baccalaureo. Talis autem erat quæstio, affirmatè conclusa;

An ut sanandis, sic et præcavendis pluribus Morbis Aquæ novæ Minerales Passiacæ?

Die Sabbati 23° ejusdem mensis, aperto in scholis superioribus scrutinio, Facultas, ex majori suffragiorum numero, probavit M^r. Gautier du Rocher responsa.

Die Martis 26^a Martii 1743, M^r. Ludovicus-Petrus Le — Hoc Cardinalitiæ Thesi præfuit, respondente M^r. Petro Arcelin, Matisconensi, Facultatis Baccalaureo. Hæc sequens erat — quæstio, affirmante conclusione

An Aqua vitæ, Aqua mortis?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas - rata et grata habuit M^ri Arcelin responsa.

Die Jovis 28° Martii 1743, M^r. Bernardus de Jussieu, — Cardinalitiæ præfuit quæstioni, respondente M^r. Claudio — Person, Catalaunensi, Facultatis Baccalaureo; Hæc autem — quæstio affirmans talis fuit

An ut in Americâ, sic in hac regione Apalachines potus salubris?

Die Sabbati 30° ejusdem mensis, Facultas rata et grata habuit M^ri Person responsa.

Die Martis 2^a Aprilis 1743, M^r. Antonius-Nicolaus — Guenault Cardinalitiæ Thesi præfuit, respondente M^ro Josepho Lallemant, Lingonæo, Facultatis Baccalaureo; Quæstio affirmans talis erat,

An ut immodicus hebetat, sic moderatus acuit Vini usus, ingenium?

Eodem die Facultas, unanimi consensu rata et grata habuit M^ri Lallemant responsa.

Die Jovis 4° Aprilis 1743, Præside M^ro Francisco — Mery, propugnavit M^r. Petrus Chevalier, Rhedonæus, Facultatis Baccalaureus, Cardinalitiam Thesim, cujus hæc erat quæstio, affirmatè conclusa

An salubrior Sequana?

Die Sabbati 6° Aprilis ejusdem anni, aperto in Scholis — superioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu probavit M^ri Chevalier responsa.

Die Martis nonâ Aprilis 1743, propugnavit Cardinalitiam Thesim Mr. Joannes Le Thieullier, Parisiensis Facultatis Baccalaureas, Præside Mo. ludovico-Joanne le Thieullier. Hujus Theseos hæc fuit quæstio affirmans,

An a victûs simplicitate, viventis Sanitas?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas, unanimi consensu probavit et laudavit Mri. Joannis le Thieullier responsa.

Die Jovis 18a. Aprilis. 1743, Mr. Joannes-Baptista Du Bois Cardinalitiæ Thesi præfuit, respondente mo. Petro-Isaac Poissonnier, Divionæo, Facultatis Baccalaureo Quæstio fuit talis, affirmante conclusione

An gracilibus Pomaceum Vino salubrius?

Die sabbati 20o ejusdem mensis, Facultas, unanimi consensu, probavit mi. Poissonnier responsa

Die Jovis 2a Maii 1743, Mr. guillelmus-Josephus de l'Epine Cardinalitiæ quæstioni præfuit, propugnante Mo. Guillelmo Ruellan, Dinannæo, Facultatis Baccalaureo Hujus Theseos erat sequens quæstio, negante conclusione

An adeo miserè vivit, qui Medicè vivit?

Die sabbati 4o ejusdem mensis Facultas, unanimi consensu, probavit in scholis superioribus Mri. Ruellan responsa.

Die Jovis nono mensis Maii 1743, Mr. nicolaus Le Roy de saint Aignan Cardinalitiæ Thesi præfuit respondente Mo. Ludovico Pathiot, Tricassino, Facultatis Baccalaureo, cujus Theseos hæc fuit quæstio affirmans,

An peregrinatio utilis Medico?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas, ex majori suffragiorum numero, probavit mri. Pathiot responsa.

Die Jovis 16o Maii 1743, Mr. Joannes-Baptista Boyer Cardinalitiæ Thesi præfuit, propugnante Mo. Francisco Bidault, Parisino, Facultatis Baccalaureo. Hujus actus quæstio talis erat, affirmatè conclusa.

An gravidis aquæ potus?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas probavit mri. Bidault responsa.

Die Martis 21a Maii 1743, Mr. Ludovicus-Hyeronimus Cosnier Cardinalitiæ Thesi præfuit, respondente Joanne-Claudio Munier, Laudonensi, Facultatis Baccalaureo, sub hac sequenti quæstione affirmante.

An omni sexui, omni ætati et omni temperamento salubris Caffé potus?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas rata et grata habuit Mri. Munier responsa.

Die Jovis 27o Junii 1743, Mr. Raymundus de la Riviere Cardinalitiæ Thesi præfuit, respondente Mo. Jacobo Verdelhan-Des Moles, Mimatensi, Facultatis Baccalaureo.

Hujus

Hujus Theseos quæstio talis erat affirmans

An Senibus vinum parcius, dilutius?

Eodem die, aperto scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit et laudavit Mri Verdelhan responsa.

Hæce Tesis in scholis superioribus propugnata fuit, propter Amphitheatri reædificationem.

Die Jovis 7° Novembris 1743, Mr. David Vasse Cardinalitiæ quæstioni præfuit, respondente Mr. Claudio Bourdier de la Mouliere, Borbonio Archambaldi, Facultatis Baccalaureo; qui, resumptis die 24° Maii licentiis, quas, ad exercitum in Bavarriam jussu Regis iturus, deserere coactus fuerat, hancce Thesim huc usque non potuerat propugnare.

Quæstio autem talis fuit affirmans

An salubre condimentum, Sinapi?

Eodem die, aperto in scholis inferioribus scrutinio, Facultas probavit Mri Bourdier responsa.



Vesperiæ & Doctoratus

Die Lunæ 5° mensis Novembris 1742, horâ decimâ matutinâ, celebratus est in scholis inferioribus, Actus Vesperiarum Mri Ludovici-Renati Des Bois, Præside Mo. David Vasse, in locum Mi Hyacinthi-Theodori Baron, patris. hoc in Actu discussa fuit à doctoribus in utramque partem sequens quæstio bipartita

An Morbi curatio effectus { Naturæ? / Artis?

Actus Præses primum quæstionis membrum solvendum proposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti. 2um Mr. Casamajor dirimendum exhibuit Mo. Des Bois, Licentiato.

Die Mercurii 7° Novembris 1742, prædictus Mr. Ludovicus-Renatus Des Bois laurea doctorali donatus est, Præside Mo. David Vasse. Quæstio hujusce actus, à proponentibus doctoribus in utramque partem expensa, talis fuit bimembris

An in Tumoribus { Tentanda Resolutio? / Promovenda suppuratio?

Novus Doctor 1am quæstionem enucleandam obtulit Mo. Ferrein; Actûs veró Præses 2am proposuit resolvendam Mo. Casamajor.

Die Martis 20° Novembris 1742, habitæ sunt vesperiæ Mri Joannis-Stephani Guettard, Præside Mo. David Vasse, in locum Mi Mongin. Quæstio hujus actûs talis erat duplex,

An generetur sanguis ut { omnes ex ipso depromantur humores? / ut humoribus rejectis purior fiat?

Actus Præses, discussâ in utramque partem 1â quæstione, eam proposuit resolvendam Baccalaureo Candidati vices gerenti; 2am veró pariter examinatam Mo. Fontaine, in locum Mi. Baron patris, dirimendam dedit Mo. Guettard Licentiato.


Die Veneris 23° Novembris 1742, M.r Joannes-Stephanus Guettard Doctoratûs gradum adeptus est, Præside M.° David Vasse. Hujus actûs quæstio bipartita, à proponentibus Doctoribus bifariam agitata, talis fuit.

An Bradupepsiæ, usus { Frigidæ et quidem Acidulæ?
Pauci cibi pluriès repetiti?

Novus doctor m.° Guettard 1um quæstionis caput enodandum præbuit M.° Dionis, in locum m.i Majault verba facienti. Actus vero Præses 2um proposuit dirimendum M.° Fontaine, vices m.i Baron, patris gerenti.

Anno D.ni 1743, die Jovis decimo septimo mensis Octobris, M.r Joannes Astruc, propugnatâ et probatâ suâ Thesi, ut dictum fuit pag 716, nullis priùs habitis vesperiis, purpurâ ornatus et cappatus, ut moris est, superiorem ascendit cathedram; ibique, præstito solito sacramento, præsentibus omnibus Universitatis Apparitoribus, pro solemni in gremium Facultatis cooptatione, à Decano laureâ doctorali donatus est, juxta decretum die 12° ejusdem mensis latum.

Observandum venit quod et præfati M.i Astruc Examen, et ejus prædicta Thesis et Doctoratus gratuitò habita fuère, nullo à saluberrimâ Facultate honorario decreto.



Oratio publica.

Deo juvante,

M.r Franciscus-Felicitas Cochu,

Doctor Medicus Parisiensis & Scholarum Professor,

Medicinæ Stadium auspicaturus, de Præjudiciis et Erroribus Vulgi disseruit, et dixit quid faciant ad Medicinæ Theoriam et praxim, die Dominico 18° Novembris 1742, horâ post meridiem tertiâ. Magnus interfuit Auditorum omnium ordinum numerus. Solida et comta fuit Oratio, omnibusque rata et grata habita est

In Scholis Medicorum.


Anatomicæ demonstrationes.

Cum Deo.

Mr. Michaël-Procope Couteaux,
Doctor Medicus Parisiensis,
&
Scholarum Professor,

Pro laudabili nec interruptâ saluberrimæ Facultatis consuetudine, Anatomiam in Virili — cadavere exhibuit. Partes secavit, evolvit et demonstravit Antonius-Franciscus Barbeau, Chirurgus peritissimus.
Incepit die Veneris 22° mensis Martii, A. R. S. H. 1743. horâ ipsâ decimâ matutinâ
In scholis Medicorum.

Quoniam verò scholæ inferiores nullo modo sint idoneæ ad demonstrationes anatomicas, opera chirurgica, et galenico-chymica celebranda, hæc intermittere — coacta fuit Facultas, donec Amphitheatrum, quod — sumptibus suis reædificari curat, absolutum fuerit.



Obitus Doctorum.

Die 15° Decembris 1742, horâ 2ª matutinâ, e vivis — decessit Mr. Franciscus-Josephus Hunauld, annos circiter 42 natus, in saluberrima Facultate Parisiensi Doctor et — Professor, Regiæ scientiarum Academiæ, et Regiæ societatis — Londinensis Socius, in horto Regio Anatomes et Chirurgiæ Professor ac Demonstrator. Febre malignâ correptus fuit — cum delirio, et undecimo sui morbi die fato functus est. Vir erat præstantissimus, in rebus anatomicis et chirurgicis — versatissimus, ingenio eximio et sagaci donatus.
Corpus ejus postridie delatum fuit ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti. Pauli, in quâ sepulcro conditum est.
Die sabbati 22° ejusdem mensis, celebratum fuit, in scholarum sacello, solemne sacrum quo ejus animæ — parentavit saluberrimus Ordo.
Mr. Joannes-Franciscus Leaulté, Facultatis Doctor — Regens, Antiquioris scholarum Magistri filius, fato — functus est die Jovis septimo Februarii 1743, horâ primâ

primâ matutinâ, 47 circiter annos natus. vir erat de litteris benemeritus, cum honore et peritia medicinam factitans, et in rebus chirurgicis versatissimus.

Corpus ejus, die sequenti, ad ædem deo sacram sub invocatione S^ti Pauli delatum fuit et in ea inhumatum.

Pro ipsius animæ sempiterna requie, in sacello Facultatis, celebratum fuit solemne sacrum, die sabbati 16° ejusdem mensis.

Meritissimus ille vir à longo tempore urinæ suppressione laborabat

M^r. Joannes-Baptista Mongin, saluberrimæ Facultatis Parisiensis Doctor Regens, nec-non Medicus Regis ordinarius, vitam cum morte mutavit die 27° Februarii 1743, horâ sesquinonâ matutinâ, anno ætatis suæ septuagesimo. Peripneumoniâ occubuit.

Corpus ejus delatum est in ædem deo sacram sub invocatione S^ti Rochi, ubi inhumatum fuit. Funeribus ejus non interfuit Facultas, quia schedæ nullæ fuerunt ipsi missæ, nec ejus mortis satis maturé fuit certior facta.

Die sabbati 9° Martii ejusdem anni, sacro solemni, in scholarum sacello, ipsius animæ parentatum est.

M^r. Urbanus Leaulté, antiquior scholarum magister, Exdecanus et Academiæ Censor, vivere desiit die sabbati sextâ mensis Aprilis 1743, anno ætatis suæ circiter octoginta quatuor. Vir erat urbanissimus ac mitissimus, probitate, morum integritate, doctrinâ et scientiâ maximé commendabilis, statutorum et Rituum saluberrimi Ordinis strenuus assertor.

Corpus ejus postridie delatum fuit in ædem deo sacram sub invocatione divi Pauli, et inhumatum in ossuario ejusdem Ecclesiæ.

Die sabbati 27° ejusdem mensis celebratum fuit in Facultatis sacello, solemne sacrum, quo ejus animæ parentavit saluberrimus ordo.

M^r. Claudius Brunet, saluberrimæ Facultatis doctor Regens, fato functus est die mercurii octavo mensis Maii 1743, annos 99 cum dimidio natus. vir erat probitate, scientiâ et litteris laudabilis, sed à longo tempore caudarius.

Corpus ejus postridie elatum fuit ad ædem deo sacram sub invocatione S^ti Ludovici in Insula, et in Ecclesia sepulcro conditum est.

Pro ejus animæ requie, solemne sacrum, in scholarum sacello, cantatum fuit, die sabbati undecimo ejusdem mensis.

M^r. Abrahamus-Franciscus-Leo Coldesilars, Facultatis Doctor Regens, fratris Decani charissimus filius, die mercurii 29^a mensis Maii 1743, miseré et ex-inopinato fato functus est, non morbo, sed infausto casu; in vico enim Passiaco propé Lutetiam cecidit in puteum, et statim, fracto cranio extinctus est antequam e puteo extrahi potuerit.

Corpus ejus in Ecclesia parochiæ Passiaci postridie inhumatum fuit


Die sabbati 15° Junii ejusdem anni, in sacello Facultatis, ipsius animæ, solemni sacro, parentavit saluberrimus Ordo, pro sempiterna ejus requie.

M^r. Ludovicus.

M^r. Ludovicus Lemery, saluberrimæ Facultatis medicæ Parisiensis Doctor Regens, Medicus Regis ordinarius, Academiæ Regiæ Scientiarum socius, nec non in horto Regio utriusque Pharmaciæ Professor, e vita decessit die dominico nono mensis Junii 1743, leucophlegmatiâ et gangrenâ per sex circiter menses, in cruribus correptus. Præstantissimus ac meritissimus ille vir, et praxi medicâ, et Actis Regiæ Scientiarum Academiæ, et suis in horto Regio lectionibus, quibus ad hominum famam profluxerat, satis fuit notus quam ut elogio indigeat.

Corpus ejus postridie delatum est ad ædem Deo sacram sub invocatione S^ti. Sulpicii, et in Ecclesia inhumatum fuit.

Die sabbati 22° ejusdem mensis, celebratum est in Scholarum sacello, solemne sacrum, pro sempiterna ejus animæ requie.



Acta et Comitia saluberrimi Medicorum Parisiensium Ordinis,

à die sabbati 3° Novembris 1742, ad diem sabbati 2um Novembris 1743. M^o. Eliâ Col de Vilars tertium Decano.

Anno domini 1742, die sabbati decimo Novembris, Facultas nominavit M^os. le Thieullier et Dionis in Examinatores libri cui titulus est, l'art de conserver la beauté des Dens, avec les moyens de remédier à leurs maladies, Par M^r. Mongin, Docteur Regent de la Faculté de medecine de Paris, Conseiller Medecin ordinaire du Roy.

Die Jovis 22° ejusdem mensis, post propugnatam Thesim, Facultas nominavit M. Seron, qui cum Mis. Mongin et Couthier, antea nominatis, Epistolam responsoriam D^ni. M^ri. Andry examinarent, ut Typis mandaretur.

Die Martis 27° mensis Novembris, anni 1742, convocati sunt per Juramentum, Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, de re maximi momenti ad Facultatis jura pertinente, Decanum dicentem audituri.

Actum fuit in his comitiis de libello supplici quem Præpositi et Communitas Chirurgorum supremo Senatui

porrexerunt

porrexerunt die 21° novembris 1742, et quem obsignarunt Gervais, Caumont, Talin, Præpositi, et Morel Procurator; quo libello denuntiarunt se assentiri conclusionibus expositis in libello suplici civili, à Facultate die 17° Februarii 1725, dato, adversus senatûs consultum die 11° Martii 1724 latum; petieruntque ut Facultas et chirurgorum communitas in eodem remanerent statu ac erant ante prædictum senatûs consultum et utraque deinceps sua defenderet jura. Hujus autem libelli hic est tenor:

A nos seig.rs de Parlement en la grand' Chambre.

" Suplient humblement les Prevots et communauté des " maitres en chirurgie de cette ville de Paris, disants qu'un " Arrest de la cour intervenu le 11 mars 1724, au Rapport " de feu M.r labbé Mainguy entre les supliants et les " maitres en Medecine de cette même ville (car c'est ainsi " que les Medecins sont nommez dans les lettres patentes " du mois d'aoust 1331, 22 May 1336, et dans l'Edit du " mois d'aoust 1353) a mis les parties hors de cour sur " plusieurs demandes formées par les Medecins, et entre " autres sur ce qu'ils prétendent que les aspirans à la " chirurgie fussent tenus d'étudier et de s'inscrire tous les " trois mois pendant quatre années sous les Professeurs " de Medecine, aprez quoy ces aspirans seroient examinez " et interrogez par des medecins qui auroient voix deliberative, " et sans le consentement des quels ils ne pourroient êtres " reçus maitres; comme aussi que les aspirans ainsi admis " prêteroient serment entre les mains du doyen des medecins " en présence de l'assemblée des chirurgiens; qu'en consequence " il seroit reservé aux Medecins tous honneurs, superiorité " et preseance dans tous les actes et toutes les assemblées des " chirurgiens, comme étants leurs superieurs et maitres. " Le même arrest, en rejettant ces prétentions des medecins, " a ordonné entre autres choses à l'égard des chirurgiens, que " le lendemain de la feste de s.t Luc leur Prevost iroit toutes " les années à l'Ecole de medecine pour y prêter serment de " bien et fidellement exercer l'art de chirurgie conformement " à leurs statuts, que le même jour ils payeroient aux Medecins " un Ecu d'or, et remettroient au doyen de la faculté un " catalogue des chirurgiens de Paris.

" Le 17 fevrier 1725 les Medecins ont obtenu des lettres en " forme de Requête civile contre toutes les dispositions de " cet arrest. Ils ont demandé l'enterinement de ces lettres par " une Requête du 21 du même mois, et ils y ont conclu à ce que " les parties fussent remises en tel et semblable état qu'elles " étoient avant cet arrest. Les ouvertures de Requête civile " employées par les medecins sont qu'ils n'avoient pas été " valablement deffendus, et que l'arrest etoit contraire à plusieurs " arrets précedens.

" Les medecins ont engagé ensuite le Recteur de l'université " à intervenir dans cette instance, et à former une tierce " opposition à l'arrest de 1724, pour demander par une " Requête du 7 may 1726, que les concordats et arrets intervenus " entre les Medecins et les chirurgiens fussent exécutez.

" En même tems il s'est élevé entre les Medecins et les supliants " une nouvelle contestation au sujet de l'établissement que le " Roy a fait par des lettres patentes en forme d'Edit du mois " de septembre 1724, de cinq Demonstrateurs en chirurgie " dans l'amphitheatre de s.t Cosme: cette nouvelle contestation a été

a été réglée par un arrest d'apointement en droit du 17 fevrier 1730. Le Recteur de l'université est encore intervenu dans cette contestation, et son intervention a été jointe au premier apointement par un arrest du 5. aoust suivant. Enfin les Medecins qui avoient jusqu'alors gardé le silence sur leur Requête civile, ont fait aussi rendre le douze juillet 1731 arrest d'apointement au Conseil sur cette Requête civile, et l'ont fait joindre à l'autre contestation concernant les demonstrateurs en chirurgie cidevant apointée et pendante au Rapport de Monsieur l'abbé le moine, sauf à disjoindre les instances, s'il y avoit lieu.

Les supliants ont obéi à l'arrest d'apointement par des écritures du 25 septembre 1731, suivies de la production de leurs pieces, tant sur la Requête civile, que sur les nouveaux objets de discussion. Les medecins n'ont rien écrit ni produit sur leur Requête civile

Mais depuis les supliants ayant éprouvé de la part des medecins de nouvelles difficultez sur le sens et l'exécution de l'arrest de 1724, et ayant découvert dans leurs archives et les dépots publics plusieurs pieces décisives, qui changent absolument la face sous laquelle leurs differents avec les medecins avoient été presentez à la cour avant l'arrest de 1724, ils ont été conseillez, pour eviter divers embarras depuis formez, et pour mettre la cour en état de régler ces differents avec une plus parfaite connoissance de cause, d'acquiescer à la Requête civile des medecins, et de consentir que toutes les parties fussent remises au même état qu'elles étoient avant l'arrest de 1724; au moyen de cet acquiescement des supliants la tierce opposition du Recteur de l'université demeure sans ~~effet~~ objet, mais il luy sera libre d'intervenir encore sur le fond s'il le juge à propos.

Ce considéré nos seig^rs. il vous plaise ordonner que les parties viendront plaider sur la présente Requête au principal, donner acte aux supliants de ce qu'ils consentent que conformement à la Requête des Doyen et Maitres en Medecine de cette ville de Paris du 25 fevrier 1725, les lettres en forme de Requête civile obtenües par les dits maitres le 17 du même mois contre l'arrest de la cour du 11 mars 1724, soient entérinées, et qu'en consequence toutes les parties soient remises en tel et semblable état qu'elles étoient avant le dit arrest. ce faisant mettre les parties hors de cour sur la Requête du Recteur de l'université du 7 may 1726 en opposition au dit arrest du 11 mars 1724, sauf au d^t. Recteur à se pourvoir et intervenir si bon luy semble ainsi qu'il avisera bon être, le tout sans aucune approbation de la part des supliants des differentes prétentions des ~~medecins~~ dits maitres en medecine portées par leurs lettres en forme de Requête civile et autres actes, et sans préjudice aux suppliants de tous leurs priviléges, prérogatives, droits et actions qu'ils se reservent spécialement, en cas de contestation condamner les contestants aux dépens, et vous ferez bien. signé Gervais, Caumont, Talin, et Morel proc^r. et signifié le 21. 9bre. 1742.

Audito Decano, rogatisque doctorum omnium sententiis, ex majori suffragiorum numero censuit Facultas omnia litis instrumenta recolligenda esse, rogandumque d^num Brivette Facultatis patronum ut causam informare velit; attamen celeberrimos patronos in consilium esse adhibendos; appellavitque M^os Procope, Baron patrem, Ludovicum Claudium Bourdelin, Martineng, de l'Epine et Chomel in deputatos qui cum Decano hanc litem prosequerentur. et sic conclusit CoL de Vilars, Decanus.

Hoc

Hoc decretum obsignarunt prædicti M^ri Procope, Baron, Martinenq, de l'Epine, Chomel.

Postea recollecta fuerunt omnia litis instrumenta quæ apud D^um de Hericourt relicta fuerant.

Die 5° Januarii 1743 petitum fuit et concessum concilium à D^nis de Hericourt, Gillet et Buivette, patronis, qui unanimi consensu existimarunt necessum esse ut Facultas medica libellum supplicem supremo Senatui offerret, quo peteret legitimum testimonium consensûs Barbitonsorum Chirurgorum, ad supplicis libelli civilis, à Facultate, die 25 februarii 1725 oblati, approbationem.

Die 8ª ejusdem mensis convocata fuit Facultas ad audiendam lectionem supplicis libelli Supremo Senatui offerendi, sub hac sequenti formâ.

A nos Seig^rs de Parlement en la grand-Chambre

Supplient humblem^t. les doyen et Docteurs Regens de la Faculté de Medecine de Paris, disants que les Prevots et communauté des maitres Barbiers-Chirurgiens de cette ville de Paris, sont enfin obligez de reconnoitre que l'arrest de la cour du 11 mars 1724 ne sçauroit subsister; et en effet par une Requête que les dits Barbiers Chirurgiens ont fait signifier le 21 novembre present mois, ils ont conclu à ce qu'il leur fût donné acte de ce qu'ils consentoient que conformement à la Requête des supliants du 25 fevrier 1725, les dites lettres en forme de Requête civile fussent entérinées, et qu'en consequence toutes les parties fussent remises au même et semblable état qu'elles étoient avant le dit arrest du 11 mars 1724.

Les suppliants ne releveront les prétentions chimériques annoncées par les Chirurgiens dans leur Requête, que lors qu'il sera question de les examiner, et de décider sur le fond des droits respectifs des parties. les supliants n'auront rien à craindre des tentatives et des efforts des Chirurgiens en se renfermant dans l'exécution des Concordats, arrets et réglemens qu'ils ont en leur faveur. Quant à present il n'est question que de demander acte de l'acquiescement des Chirurgiens aux lettres de Requête civile dont il s'agit. On observera cependant que se desistant des mauvaises contestations qu'ils avoient faites jusqu'à leur derniére Requête sur la Requête civile, ils auroient du offrir les dépens qu'ils ont mal à propos occasionné: mais quoy qu'ils n'ayent point fait d'offres, la condamnation de ces Depens étant une suite necessaire de leur desistement, ils ne peuvent l'éviter sous aucun pretexte.

Ce Considéré Nos Seig^rs, il vous plaise donner acte aux Supliants du consentement des maitres Barbiers-Chirurgiens porté par leur Requête du 21 novembre présent mois, à ce que conformement à la Requête des supliants du 25 fevrier 1725, les lettres en forme de Requête civile par eux obtenuës le 17 du dit mois de fevrier contre l'arrest de la Cour du 11 mars 1724, soient entérinées, et qu'en consequence toutes les parties soient remises au même et semblable état qu'elles étoient avant le dit arrest. En consequence en adjugeant aux supliants les conclusions qu'ils ont ci-devant prises, entériner les dites lettres en forme de Requête civile, remettre les parties au même et semblable état qu'elles étoient avant l'arrest du 11 mars 1724, ordonner que l'amande de 450^tt consignée par les supliants, pour raison

de la d.

de la dite Requête civile, leur sera rendüe, condamner les dits maîtres Barbiers-Chirurgiens en tous les depens faits sur la Requête civile et demande en entérinement d'icelle, même en ceux faits contre le Recteur de l'université à l'occasion de son intervention et tierce opposition; le tout sans aucune approbation de la part des supliants des differentes prétentions des dits maîtres Barbiers-Chirurgiens annoncées par leur Requête et autres actes par eux signifiez, sans préjudice aux supliants de tous leurs privilèges, prérogatives, prééminences, droits et actions, et sauf à eux à prendre sur le fond telles conclusions qu'ils aviseront bon être, et vous ferez bien.

Lecto et audito hoc libello supplici, placuit Facultati eum supremo Senatui offerri.+ et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

+ notandum venit quod loco hujus libelli, supremo Senatui, ex consilio D^ni^ Bruvette, Facultatis patroni, oblatus est alius supplex libellus qui conscriptus est pagina sequenti.

Hanc deliberationem subsignarunt M^ri^ Finot, Martinenq, Chomel, Fontaine, Le Monnier.

Interim D^nus^ La Peyronie, Regis Protochirurgus, consensum quoque suum dedit ad libelli supplicis civilis à Facultate anno 1725 oblati approbationem, sequenti modo.

A nos Seig^rs^ de Parlement en la grand-Chambre.

Supplie humblent François de la Peyronie, seig^r^ de Marigny et autres lieux, conseiller premier chirurgien du Roy, et Nicolas Bourgeois son lieutenant, qu'il vous plaise ordonner que les parties viendront à plaider sur la présente Requête au principal recevoir les supliants par leur intervention dans la cause d'entre les Doyen et maîtres en Medecine de la ville de Paris, et les Prevots et maîtres en chirurgie de la dite ville, donner acte aux supliants de ce que pour moyens dans l'intervention ils employent le contenu en la presente Requête, et faisant droit sur la dite intervention, leur donner pareillement acte de ce qu'ils adhèrent aux conclusions prises par les dits Prevots et maîtres en chirurgie par leur Requête du 21 septembre 1742, en cas de contestation condamner les contestants aux depens, et vous ferez bien. signé de la Guette. signifié le 19 janvier 1743.

Et die 29 Januarii 1743, Placuit Facultati hunc libellum supplicem supremo Senatui offerri, ut legitimum acciperet testimonium consensus praefati D^ni^ La Peyronie et D^ni^ Bourgeois ejus vicarii

A nos Seig^rs^ de Parlement en la grand Chambre.

Suplient humblement les doyen et docteurs Regens de la faculté de medecine de Paris qu'il vous plaise, en venant plaider sur les Requêtes du premier chirurgien du Roy, de son lieutenant Prevôt perpetuel, de la communauté des maîtres Barbiers-Chirurgiens de Paris, et des autres Prevots et communauté des dits m^es^ Barbiers-Chirurgiens des 21 9bre 1742 et 19 du present mois de janvier, ordonner que les parties viendront pareillement plaider sur la presente, ce faisant donner acte aux supliants des déclarations faites par les dits premier chirurgien du Roy, lieutenant, Prevots et communauté des dits m^es^ Barbiers-Chirurgiens par leurs dites Requêtes des 21 9bre dernier et 19 Janvier present mois, qu'ils consentent que conformement à la Requête des supliants du 25 fevrier 1725 les lettres en forme de Requête civile par eux obtenües contre

L'arrest

l'arrest de la cour du 11 mars 1724, soient enterinées et qu'en consequence toutes les parties soient remises en tel et semblable état qu'elles étoient avant le dit arrest du 11 mars 1724. donner pareillement acte aux Suppliants de la déclaration qu'ils font par la presente Requête, qu'ils acceptent lesdits consentemens et acquiescemens, en consequence faisant droit sur la Requête des Supliants du 25 fevrier 1725, enteriner les lettres en forme de Requête civile par eux obtenües en la chancelerie du palais les 17 dudit mois de fevrier contre l'arrest de la cour du 11 mars 1724, et remettre les parties en tel et semblable état qu'elles étoient avant ledit arrest, ordonner que l'amande consignée par les supliants à l'occasion de la Requête civile dont est question, leur sera rendüe, à ce faire le Receveur des amandes de la cour contraint comme depositaire, quoy faisant dechargé, condamner les dits premier Chirurgien, Lieutenant, Prevots et Communauté des d. Maîtres Barbiers-chirurgiens en tous les depens faits à l'occasion de ladite Requête civile, et en ceux de l'incident, même en ceux faits et à faire contre l'université de Paris; le tout sans aucune approbation des qualitez induëment prises, et de celles induëment données aux supliants par les d. pr. Chirurgien, Lieutenant, Prevots et communauté des mes. Barbiers-Chirurgiens dans leurs dites Requêtes des 21. 9bre. dernier et 19 Janvier present mois; pour raison desquelles qualitez les supliants font toutes protestations necessaires, et se reservent à se pourvoir en tems et lieu, ainsi qu'il appartiendra; déclarer l'arrest qui interviendra sur la presente demande commun avec l'université de Paris, et vous ferez bien. signé Thomazon. signifié le 29 Janvier 1743.

Hic conscriptus est alius libellus supplex, qui ex consilio Dni. Buirette, Facultatis patroni, Supremo Senatui oblatus fuit, in locum alterius, paginis 730 et 731 conscripti.

A nos Seigrs. de Parlement en la grand-Chambre.

Supplient humblemt. les Doyen et Docteurs Regens de la faculté de Medecine de Paris, qu'il vous plaise, en venant plaider sur la Requête des Prevôts et communauté des maîtres Barbiers-chirurgiens de cette ville de Paris, du 21. 9bre. 1742, ordonner que les parties viendront pareillement plaider sur la presente, ce faisant donner acte aux supliants de la déclaration faite par les d. Prevôts et communauté des Mes. Barbiers-Chirurgiens par leur de. Requête du 21. 9bre. dernier, qu'ils consentent que conformement à la Requête des supliants du 15 février 1725, les lettres en forme de Requête civile par eux obtenües contre l'arrest du 11 mars 1724, soient enterinées, et qu'en consequence toutes les parties soient remises en tel et semblable état qu'elles étoient avant le d. arrest du 11 mars 1724, donner pareillement acte aux supliants de leur déclaration qu'ils sont prets d'accepter ledit acquiescement et consentement, en rapportant par les ds. Prevots et communauté un pareil consentement et acquiescement

de la

" de la part du premier Chirurgien du Roy et de son Lieutenant
" Prevôt perpetuel de la communauté des d.ts M.es Barbiers-Chirurgiens
" de Paris, à la dite Requête civile et demande en enterinement,
" avec les quels l'arrest du 11 mars 1724 a été rendu, et contre
" les quels la demande en enterinement des dites lettres a été
" formée, en consequence ordonner que dans huit.ne les d.ts Prevôts
" et communauté seront tenus de rapporter les dits consentement
+ " et acquiescement, si non et à faute de ce faire dans le dit tems,
vide etiam libellum supplicem ab universitate oblatum. paginâ 771. " et iceluy passé, ordonner qu'il sera passé outre au jugement
" de la dite Requête en la maniere accoûtumée, et les condamner
" aux depens de l'incident, et vous ferez bien. signé Thomazon
" signifié le 8 janvier 1743. +

Hæc velatu digna visa sunt, ut una serie noscerentur quæ in hoc negotio hucusque peracta fuere. nunc ad alia.

Anno D.ni 1742, die sabbati 1.a mensis Decembris, Facultas per schedulam convocata fuit, horâ decimâ matutinâ post sacrum, instrumenti publici M.o Urbano Leaulté, scholarum antiquiori, Exdecano, et m.o Eliæ Col de Vilars decano, à M.o ludovico de Santeul, collegâ nostro, per Accensum denuntiati, lectionem auditura, et postea deliberatura. Hoc instrumentum contumeliosis in decanum verbis refertum erat.

Congregatis Doctoribus, lecta fuerunt instrumenta duo publica, quorum primum die 26.a Novembris, per Accensum Merlin dictum, denuntiatum fuerat M.o Urbano Leaulté et m.o Col de Vilars decano; alterum vero hodiernâ die matutinâ soli m.o Urbano Leaulté, per eundem Accensum denuntiatum fuit. Horumce instrumentorum, a m.o de Santeul obsignatorum, auditâ lectione, re in deliberationem missâ, rogatisque singulorum doctorum sententiis, censuit Facultas diem dicendum esse à Francisco-ludovico Bret majore Facultatis Apparitore, M.o ludovico de Santeul, ut coram Facultate compareat die lunæ proximo, 3.o decembris, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, et referat saluberrimo ordini supradictorum instrumentorum exemplaria, eaque vel recognoscat vel improbet; et postea Facultas quid sit agendum, illicò deliberet; et sic ex unanimi consensu concludere coactus fuit

Col de Vilars, decanus.

Hoc decretum sequenti modo denuntiatum fuit m.o de Santeul.

Anno D.ni millesimo septingentesimo quadragesimo secundo, die sabbati primâ mensis decembris, Ego infra scriptus Franciscus-ludovicus Bret, Facultatis Apparitor, supradictum Decretum Magistro ludovico de Santeul Doctori medico Parisiensi, jussu Facultatis denuntiavi; ac proinde dictus M.r de Santeul compareat coram Facultate

coram Facultate, die Lunæ tertio decembris, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, ad satisfaciendum supradicto Decreto, cujus quidem decreti, et præsentis actûs exemplum ad servum ejusdem Mi de Santeul, loquendo reliqui, subsignatum Bret.

Post hoc decretum habita sunt menstrua comitia de morbis grassantibus, in quibus comitiis M. Bernier se observasse dixit variolas discretas, tum et colicos dolores, Pictonum colicis doloribus similes. M. Col de Vilars decanus variolas quoque observavit, et præterea diarrhoeas, febres intermittentes, catarrhos et Rheumatismata. M. Peaget pater, mentionem insuper fecit Pleuritidum, nec non variolarum in vultu confluentium: at nulli horumce morborum quid mali moris præbuerunt, solitisque cesserunt remediis ritè administratis.

Die Lunæ 3° decembris 1742, convocati sunt per juramentum Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ tertiâ post meridiem, de re ad Mum Ludovicum de Santeul, collegam nostrum, pertinente, deliberaturi.

Congregatis doctoribus, rogatisque omnium sententiis Facultas ex majori suffragiorum numero decrevit quod M. de Santeul inviseret Decanum excusationis causâ, præsentibus Mris Urbano Leaulté, antiquiore scholarum magistro, et Bourdelin, antiquo Decano; et exemplaria lacerarentur præsentibus iisdem doctoribus; horumque omnium simplex et maximè moderata fieret in commentariis mentio. et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Huic decreto, præsentibus prædictis doctoribus, satisfecit M. Ludovicus de Santeul. In cujus rei testimonium subsignarunt Col de Vilars, decanus, Leaulté, Bourdelin et Ludovicus de Santeul.

Die 7° Decembris 1742, lata fuit sententia in Castelleto, ab urbanæ politiæ Prætore, adversus dictum Belamy, medicinam et Pharmaciam illicitè practicantem, cujus sententiæ hic est tenor

" A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Gabriel
" Jerôme de Bullion, chevalier comte d'Esclimont, seigneur
" de Wideville, Crespiere, Mareil, Montainville et autres lieux,
" Marêchal des camps et armées du Roy, son conseiller en
" ses conseils, Prevôt de Paris; Salut, sçavoir faisons que
" sur la Requête faite en jugement devant nous en l'audience
" de la chambre de Police du Châtelet de Paris, par Me. Jean-
" Paul Belissen, Procureur des Srs Mes et gardes du Corps des
" Marchands Apotiquaires à Paris, saisissans sur le Sr. Edouard
" Belamy, se disant medecin Anglois, faisant en cette qualité
" l'Apotiquairie et Pharmacie, un Mortier de cuivre, son pilon
" un tamis de soye à tambour, un autre motier fermant, son
" pilon, la quantité de deux cent trente sept tant bouteilles,
" bocals, flacons, pots de fayance grands et petits trois petites
" boëtes pleines de drogues simples servans à composer des
" medecines, le tout renfermé dans deux cassettes de bois blanc;

tout

" tout quoy, ensemble un petit tamis de soye à tambour, ont été
" transportez en leur Bureau, Demandeurs en validité de la dite
" saisie et confiscation, tant des drogues que des ustenciles y -
" mentionnez, et à ce que les Statuts, Arrets et Reglemens du
" dit Corps de l'Apotiquairerie fussent executez selon leur forme -
" et teneur; ce faisant que défenses fussent faites au Sr. Belamy
" de plus à l'avenir entreprendre sur le dit Corps, et pour l'avoir
" fait il fût condamné en tels domages interets qu'il plaira à -
" justice, en l'amende et aux depens; que la sentence qui -
" interviendroit fût imprimée, lüe, publiée et affichée partout -
" où besoin seroit, et autres fins y contenuës, avec dépens, suivant
" leur exploit fait par Crespin Huissier à Cheval au Châtelet de -
" Paris, le onze Mars 1741, controllé à Paris le 14 par le Roux,
" et presentée, défendeurs à la Requête verbale d'intervention -
" des Doyen, docteurs Regens de la Faculté de Medecine en l'Université
" de Paris, en date du deux du mois de Mars, demandeurs suivant -
" leurs moyens et repliques du 29 du même mois, défendeurs -
" pareillement aux Moyens signifiez de la part du d. Sr. Belamy -
" le 12 may 1741, pour les quels il a demandé la nullité de la de. -
" saisie et la main levée d'icelle, Demandeurs suivant leurs Repliques
" du 16 du même mois de May, et encore en exécution de la sentence
" du 14 juillet 1741, contre Me. François Brigeon, Procureur du -
" dit Sr. Edouard Belamy, se disant Ecuyer, docteur en Medecine de -
" la Faculté de Londres, défendeur à la dite saisie et demande portée
" par icelle, et demandeur suivant ses Moyens devant datez, et encore
" contre Me. Louis Pinson le jeune, Procureur des d. Srs. docteurs -
" Regens de la Faculté de Medecine en l'Université de Paris, demandeurs
" intervenans suivant leur Requête, par laquelle ils ont conclu que
" les Statuts, Arrêts et Reglemens de la de. Faculté de Medecine
" fussent exécutez; ce faisant que défenses fussent faites au d. Sr. -
" Belamy d'exercer la de. Profession de Medecine, et autres fins -
" y contenuës, avec dommages, interets et dépens: Parties ouïes, -
" sans que les qualitez puissent nuire ni préjudicier, Nous, apres -
" qu'il en a été déliberé sur les pièces et dossiers des parties, recevons
" celles de Pinson le jeune Parties intervenantes: Disons que les -
" Reglemens concernant l'exercice de la Medecine et de l'Apotiquairerie
" seront exécutez selon leur forme et teneur, déclarons la saisie -
" faite par les Parties de Belisten sur celles de Brigeon, bonne et -
" valable; ordonnons que les drogues et préparations de Pharmacie -
" saisies, seront jettées à l'eau en présence du Commissaire Aubert,
" qu'à ce faire commettons, dont sera dressé Procés verbal en la -
" maniere accoutumée, et que les mortiers et autres ustenciles saisis
" seront acquis et confisquez au profit des d. Parties de Belisten, -
" faisons défenses à la dite Partie de Brigeon de plus s'immiscer
" dans l'exercice de la Medecine et de l'Apotiquairerie, la condamnons
" en dix livres d'amende, en trente livres de dommages interets -
" envers les Parties de Pinson, et en vingt livres aussi de dommages -
" interets envers celles de Belisten, à la representation des choses -
saisies

" saisies tous Gardiens et Depositaires contraints, quoy faisant
" dechargez; et seront les scellez apposez sur les d.ts Effets, reconnus,
" levez et ôtez par le Commissaire qui les a apposez; condamnons
" en outre la d.e Partie de Brigeon aux dépens envers toutes les
" Parties; et sera nôtre présente Sentence imprimée, lüe,
" publiée et affichée dans tous les lieux accoutumez et notamment
" aux portes des Ecoles de Medecine et du Bureau des Apotiquaires,
" et ce aux depens de la dite Partie de Brigeon; sur le surplus
" des demandes des Parties, les avons mises hors de cour, ce qui
" sera exécuté nonobstant et sans préjudice de l'Appel; en
" témoin de quoy nous avons fait sceller ces présentes.
" Ce fut fait et Jugé par Messire Claude Henry Feydeau
" de Marville, Chevalier Conseiller du Roy en ses Conseils,
" Maitre des Requêtes ordinaire de son Hôtel, lieutenant general
" de Police au Châtelet de Paris, le vendredy sept Decembre
" mil sept cent quarante deux. Collationné, signé en Chef,
" Cuivet; scellée par Sauvage, controllée par Cheran, et
" signifié le 18 janvier 1743, par Huissier Audiencier.

Die 22.a Decembris 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, post Sacrum, M. Joannem Le Thieullier, Facultatis Baccalaureum, supplicantem audituri; nec-non de aliis rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi.

1.º M.r Le Thieullier, oratione comtâ et politâ supplicavit ut Facultas, pro solitâ suâ benignitate, licentiæ stadium decurrendi potestatem ipsi concederet, et ad examen de omni materia medicinali eum admitteret.

Ejus postulationi annuit ultrò Facultas.

2.º Statuit Saluberrimus Ordo unanimi consensu, ut ad fores Scholarum inferiorum Tabulamentum intùs extans, simplex, ex ligno quercino, cum valvis, quamprimum construeretur; insuper sternerentur Scholæ inferiores, tempore opportuno, pavimentis sectilibus ex lapide albo et marmore nigro confectis. Et super his duobus sic conclusit C. L. devilars, Decanus.

Die Sabbati 29.a mensis decembris 1742, convocati sunt Doctores omnes Medici in Scholas superiores, horâ ipsâ nonâ matutinâ ad meridiem, M. Joannem Le Thieullier, Baccalaureum, de omni materia medicinali interrogaturi, suumque de responsis judicium, per scrutinium laturi.

Hoc examine tentatus fuit prædictus M.r Le Thieullier, et responsis suis ita satisfecit, ut peracto ejus doctrinæ periculo, recognitisque tabellis in scrutinium missis, Facultas unanimi consensu, rata et grata habuerit ipsius responsa, et ita conclusit C. L. devilars, Decanus.

Die Mercurii 2.a Januarii 1743, habita sunt in Scholis superioribus menstrua Comitia, de morbis præterito mense grassantibus

M.r Millet se observasse retulit Peripneumonias et Pleuritides sputo sanguineo vel bilioso stipatas, quæ ope venæ sectionum, Bechicorum, et Kermes mineralis parvâ dosi exhibiti, sanatæ sunt. Animadvertit insuper Febres malignas cum delirio et corporis jactatione, quibus venæ sectio e brachio et pede iterata,

Apozemata

apozemata bechica, nonnunquam stibiata, sæpe cathartica feliciter adhibita fuisse professus est.

Mr. Leaulté filius variolas confluentes et morbillos observavit quæ mitioribus cardiacis sanata fuerunt.

Mr. Le Moine animadvertit Rheumata cum tussi acuta et sicca, spirandi difficultate, pulsu duro et frequenti, quæ venæ sectionibus, Bechicis, potionibus oleosis cum syrupo de althæa et Kermete minerali sanata sunt.

Mr. Isez curandas habuit Febres malignas cum hæmorrhagia narium sinistra, dyspnœa, præcordiorum tensione. missus fuit sanguis e brachio et pede; ptisana emulsionata et Enemata cum cassia adhibita sunt, et ægri die 22° convaluerunt

Mr. Bergier mentionem fecit viginti ægrorum fato functorum, quorum cadavera aperiri curavit. Ex iis quindecim plurimis scatuisse Lumbricis dixit, in intestinis. Multi, dum viverent, tussi laborabant; nonnulli Peripneumoniâ; duo cum Febris malignæ symptomatibus occubuêre. Hæc observata sunt ab initio mensis novembris ad decembris usque finem.

Cæteri Doctores nihil aliud relatu dignum observarunt.

Die 23° Januarii 1743, Facultas convocata fuit per hanc schedulam ab Apparitoribus delatam.

Convocentur Doctores omnes Medici in scholas superiores, die mercurii 23° mensis Januarii, anni 1743, horâ ipsâ decimâ matutina, novam Amphitheatri delineationem inspecturi, et postea deliberaturi. Datum Parisiis die 19° ejusdem mensis et anni. Col de Vilars, decanus.

Congregatis Doctoribus, inspectâ delineatione, rogatisque omnium sententiis, statuit Facultas unanimi consensu, Amphitheatri, præ senio destructi, reædificationi illicò incumbendum esse, secundum ultimam ejus delineationem, ut cùm Philiatrorum, tùm Chirurgorum et Pharmacopœorum solitis lectionibus commodè consuleretur; et ideo decrevit saluberrimus Ordo ut proximi examinis de Anatome honorarium singulis Doctoribus distribuendum, in integrum à Decano retineretur. Præter ea penes fieret Decanum à singulis Doctoribus recipere quidquid ipsis libuerit in publicum scholæ commodum conferre ad reædificationem prædicti Amphitheatri. Insuper voluit Facultas ut ad istius ædificii constructionem mandarentur varii generis artifices, programmatis idiomate gallico, nomine Decani et Doctorum, per urbis compita affigendis, diebus à decano ter indicendis; et ita conclusit Col de Vilars, decanus.

Hoc decretum subsignarunt Mri. Procope, Martineng, de Santeul, Magny, Cosnier, Vasse, de l'Epine, Bourdelin, Boulland, Fontaine, de la Cloy, le Monnier, Peaget filius, devandenesse, Chomel, Vieillard, Macquer, le Moine, Liger, despreaux.

Die Martis 29°. mensis Januarii, anni 1743, iterum convocati sunt Doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ ipsâ post meridiem tertiâ, de Amphitheatri reædificandi delineatione, ultimò probatâ, decanum dicentem audituri, et postea deliberaturi. Re a decano in deliberationem missâ, statuit Facultas standum esse superiori decreto, ita tamen ut

ut liberum foret Facultati seligere quem voluerit artificem ad hanc reædificationem, non obstantibus programmatis affigendis; et ita conclusit. Col de Vilars, Decanus.

Hoc decretum subsignarunt M^ri Procope, Martinenq, De Santeul, Chomel, Bourdelin, Boullaud, le Monnier de l'Epine, Peaget filius, de la Cloy, Murry, Baron, Des Preaux, D. Vasse, Fontaine, de Gevigland.

Vi horumce Decretorum hoc sequens programma per urbis compita fuit affixum.

Amphitheatre

à rebâtir aux Ecoles de la Faculté de Medecine de Paris,

Rüe de la Bucherie, derriere le petit pont de l'hotel-dieu

Excerptum è Decreto saluberrimæ Facultatis Parisiensis in ultimis Comitiis lato, atque confirmato.

Anno Domini septingentesimo quadragesimo tertio supra millesimum, die Mercurii vigesimo tertio Januarii, horâ decimâ matutinâ, convocati pridie in Scholas superiores, per tabellam in omnium et singulorum Regentium ædes ab Apparitoribus delatam, congregati sunt Doctores Medici ut novam Amphitheatri delineationem inspicerent, et super ea deliberarent: auditâ Decani primum expostulatione, novâque Amphitheatri delineatione à singulis penitius recognitâ, Schola medica Parisiensis, non minus publicæ civium salutis, quàm alumnorum suorum institutionis promovendæ, studio ducta, ut commodiùs opportuniùsque tàm Philiatrorum quàm Chirurgorum et Pharmacopæorum lectionibus ac demonstrationibus ordinariis consuleret, novam hanc tandem et ultimam Amphitheatri reædificandi delineationem unanimis probavit, censuitque citò citiùs operi manus esse admovendas; ac proinde programmatis publicè quamprimum affigendis, monendos esse cujuscunque generis artifices, huic reædificando Amphitheatro idoneos, ut ad infimam usque impensarum agendarum decessionem conficiendum opus, juxta solitas Architecturæ leges et consuetudines, de summa expensarum magis ac magis detrahenti adjudicetur; et sic inter alia conclusit

Col de Vilars, Decanus.

Quod quidem decretum die Martis vigesimo nono mensis ejusdem a Facultate legitimè congregatâ, fuit confirmatum.

Ad latus hujus decreti scripta sunt, idiomate gallico, hæc sequentia.

" Les Doyen et docteurs Regens de la Faculté de Medecine
" en l'Université de Paris, ayant l'année derniere été contraints
" de faire abbatre leur Amphitheatre, qui par sa vetusté
" menaçoit d'une ruine prochaine, font à savoir, en vertu
" du decret ci-dessus, que samedi prochain 9 Fevrier 1743,

dix

dix heures du matin, il sera procédé à l'adjudication
" et au rabais de la reconstruction du dit Amphitheatre,
" dans leurs Ecoles, ruë de la Bucherie, près le petit pont
" de l'hotel-dieu, en maçonnerie, charpenterie, couverture,
" plomberie, serrurerie, menuiserie, peinture et vitrerie,
" conjointement ou séparément, suivant le plan et devis
" qui seront communiqués aux Entrepreneurs qui s'y
" trouveront.

De Mandato D.D. Decani et Doctorum
Facultatis Medicæ Parisiensis.

" Publié par moy soussigné grand Appariteur de la
" dite Faculté. Francois-Louis Bret

Die sabbati 2°. Februarii 1743, post solemne sacrum purificationis Beatæ Mariæ, in scholarum sacello celebratum, habita sunt menstrua comitia de morbis grassantibus.

M. Davier se observasse dixit Febres malignas cum exacerbationibus, abdominis tumore et gutturis inflammatione, quæ ad 21.um diem exporrectæ sunt, et quibus curandis phlebotomiam præscripsit e cubito et pede, præsertim ubi superveniebat delirium, deinde potiones emeto-catharticas.

M. Gasnier, Seron et Des Bois idem observarunt.

M. Pousse filius variolas animadvertit in prægnante muliere, quæ sanatæ iterum eruperunt.

M. de Gevigland variolas observavit quas primo præcesserat sanguinis sputum, deinde sopor. Missio sanguinis e pede hæc sedavit symptomata.

Observatæ sunt præterea Pleuritides cum gutturis inflammatione.

Die sabbati 16°. Februarii 1743, convocati sunt doctores omnes medici, in scholas superiores, Baccalaureos super Anatome interrogaturi; quod quidem examen sequente Mandato totius urbis compitis affixo, denuntiatum fuit

De Mandato

M.ri Eliæ Col de Vilars, saluberrimæ Facultatis
Parisiensis Decani
et
M.M. Doctorum Regentium ejusdem Facultatis.

Notum sit omnibus ad quos pertinet, die sabbati decimo sexto mensis Februarii, et diebus dominico, Lunæ, Martis, Mercurii, Veneris et sabbati sequentibus anni 1743, ab horâ post meridiem secundâ ad quintam, Baccalaureos peritiæ suæ in sectionibus et demonstrationibus anatomicis, super muliebri cadavere, propriâ manu exercendis, examine probatorio,

" d'intervention, et y faisant droit, ladite Faculté de Medecine
" fût déclarée non recevable dans sa demande, ou en tout cas,
" elle en fût déboutée et condamnée aux dépens, d'une part;
" et la dite Faculté de Medecine et les dits Maitres Chirurgiens-
" Jurés défendeurs, d'autre; et entre les dits Doyen et Docteurs
" Régens de la Faculté de Medecine de Paris, Demandeurs en
" Requête du 9 Aoust dernier, à ce que sans s'arrêter à la
" demande de Jean Berdolin et autres qui ont subi l'examen
" appellé tentative, sans y avoir appellé le Doyen et deux Docteurs
" de la Faculté de Medecine, dont ils seroient déboutés, les fins et
" conclusions prises par lesd. Doyen et Docteurs de la Faculté de
" Medecine par leur Requête inserée en l'Arrest de notredite
" Cour du 28 Juin dernier, leur fussent adjugées, en consequence

en

" en declarant l'Arrest qui interviendroit, commun avec ledit
" Berdolin et autres, il plût à notredite Cour déclarer nuls et
" de nul effet les examens appellés tentatives par eux subis
" à St. Côme le 29 May dernier et autres jours posterieurs,
" en l'absence du Doyen et de deux Docteurs de la Faculté de
" Medecine; ordonner qu'ils seroient tenus de recommencer
" ces examens en la forme prescrite par les Réglemens, en
" y appellant préalablement en la maniére accoutumée le
" Doyen et deux Docteurs de la Faculté de Medecine, et en ce qui
" est des intervenans qui n'ont point encore subi d'examen,
" ils fussent déclarés purement et simplement non recevables dans
" leur intervention et demandes, et tant les Prevôts et communauté
" des Maitres Chirurgiens, que ledit Berdolin et consors, condamnés
" en tous les dépens faits chacun à leur egard, d'une part; et lesdits
" Prevôts et communauté des Maitres Chirurgiens-Jurés, et ledit
" Berdolin et consors défendeurs, d'autre part, et entre Bonaventure
" Fournier, François Gayat, Pierre Ponsey, François Didier, et autres
" Aspirans en Chirurgie, Demandeurs en Requête du 20 Aoust
" dernier, à ce que, sans avoir égard à la Requête des dits Doyen et
" Docteurs de la Faculté de Medecine du 9 du dit mois d'Aoust,
" dont ils seroient déboutés, les conclusions par eux prises par
" leur Requête du 30 Juillet précédent leur fussent adjugées avec
" depens, d'une part; et les dits Doyen et Docteurs Regent de la
" Faculté de Medecine de Paris, Défendeurs, d'autre part. Aprés
" que Buirette, Avocat des Doyen et Docteurs Regens de la Faculté
" de Medecine; Gueau, avocat des Maitres Chirurgiens, et Duvaudier,
" Avocat de Jean Berdolin et autres ont été oüis pendant quatre
" Audiences; ensemble Joly de Fleury pour notre Procureur
" general: notre dite Cour reçoit les parties de Duvaudier
" parties intervenantes, sans s'arrêter à leur intervention dont
" elle les déboute, ayant égard aux Demandes des parties de
" Buirette, ordonne que les parties de Gueau ne pourront procéder
" à l'examen et reception à la Maitrise d'aucun Aspirant à l'Art
" de Chirurgie, sans auparavant avoir appellé le Doyen de la
" Faculté de Medecine, qui se fera accompagner de deux Docteurs
" de la dite Faculté pour assister aux dits examens et receptions,
" en la forme et en la maniére accoutumée, le tout à peine de
" nullité des dits actes d'examen et réception; declare nuls les
" examens et receptions de Berdolin et autres qui ont été reçus
" le 29 May dernier et jours suivans, en consequence ordonne
" qu'il sera procédé de nouveau à l'examen et réception du dit
" Berdolin et autres dans la forme prescrite par le présent Arrest,
" et que les autres Aspirans non encore reçûs seront tenus de
" se conformer pour leur examen et reception, à ce qui est ordonné
" par le present Arrest sous les peines y portées, condamne
" les parties de Gueau et de Duvaudier aux dépens. Mandons
" mettre le present Arrest à exécution selon sa forme et teneur,
" de ce faire te donnons plein, ~~pouvoir~~ entier et absolu pouvoir,
" sans qu'il soit besoin d'autre commission. Donné en nôtre
" dite Cour de Parlement le quatriéme jour de Septembre
" l'an de grace mil sept cens quarante trois, et de notre Regne
" le vingtneuviéme. Collationné, signé Le Seigneur, et
" plus bas par la Chambre, signé Maupassant.

Dic

Die Sabbati 7° mensis Septembris 1743, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, de rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

1° actum fuit de honorario D.no Buirette, Facultatis Patrono, offerendo. Facultas statuit offerendum esse D.o Buirette marsupium auro et argento intertextum, cum centum calculis argenteis; et insuper ipsi concedendos esse quindecim nummos aureos, id est summam trecentarum sexaginta libellarum, pro adjudicata Facultati causa.

2° memorialium libellorum, pro Facultatis lite compositorum, duo millia typis mandanda esse.

3° Deliberatum fuit utrum M.r Joannes Astruc ad cooptationem in Facultatis gremium admitteretur. Rogatis super hac propositione Doctorum omnium suffragiis, Decrevit Facultas M.um Astruc, ad cooptationem tanquam Doctorem Regentem, honorabiliori modo quamprimum admittendum esse, et in albo collocandum tempore quo Parisiis Medicinam exercendi licentiam obtinuit, id est ab anno 1728, sic consentientibus omnibus Magistris quorum nominibus superascribendus foret. Et super his omnibus ita conclusit

Col de Vilars, Decanus.

Hoc autem decretum de prædictis propositionibus, chirographo suo munierunt M.ri Procope, Martinenq, Boyer, Bernard de Jussieu, Midy, Ferrein, l'alouette, la Sourdiére.

Die Martis 7.a ejusdem mensis Septembris 1743, Facultas per schedulam singulis Doctoribus delatam, convocata fuit in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, de re ultimis comitiis statutâ, Decanum dicentem auditura.

Postquam hisce in Comitiis exposuisset Decanus leges secundum Diploma Regium anni 1696, quibus vir Clarissimus D. Astruc in gremium Facultatis cooptari posset, et quo modo nonnulli antiqui doctores olim aggregati fuerant, statuit Facultas quod Clarissimus vir M.r Astruc in saluberrimi Ordinis gremium cooptaretur ea lege ut duo subiret examina, unum de Theoria, alterum de Praxi medica, et Thesim propugnaret togatus absque Baccalaureatus Clamyde, et Præside; postea doctorali laurea donaretur solito more; deinde præesset extra ordinem quodlibetariæ Thesi, ut Doctor Regens renuntiaretur; ac tandem in albo collocaretur inter doctores, ab anno 1728 receptos; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Hoc decretum subsignarunt M.ri Procope, Martinenq, Wasse, le Thieullier, Chomel, Fontaine, Cochu, Hazon, Boulland, Ferrein, Majault, Bellefeste, Midy, Vieillard, Peaget filius, Cantwel, Baron, Busson, le Moine, l'alouette, liger.

Die Jovis 26.a mensis septembris, anni 1743, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, M.ri Joannis Astruc supplicationem audituri; nec-non Commentariorum et Rationum anni secundi decanatus nostri Examinatorem electuri in locum M.ri Joannis-Francisci Leaulté, fato functi

Congregatis numerosis Doctoribus, M.r Astruc, sedens in Cathedra, togatus absque Clamyde, comtam et elegantem pronuntiavit orationem, ut in Facultatis gremium cooptaretur supplicans. Deinde interrogatus fuit ab antiquiore, de nomine, cognomine, patria

patria et Religione, de quibus Facultati satisfecit. Mox litteras suas testimoniales obtulit, et à Comitiis recessit. Hæ autem litteræ ab Examinatoribus litterarum illicò examinatæ fuerunt. Examinatores verò Facultati retulerunt quòd prædictus Mr. Astruc, Salviensis apud Occitanos, Religionem Catholicam, Apostolicam et Romanam profitetur, ut patet litteris testimonialibus à Dno Languet de Gergy, Ecclesiæ Sti Sulpicii, Parisiis, Pastore, die 25° Septembris 1743 concessis.

Quòd sacris fontibus ablutus est die 19 mensis Martii, anni 1684.

Quòd laureâ Doctorali donatus est in Universitate Monspessulana die 19° mensis Januarii, anni 1703.

Quòd Tolosæ Cathedram obtinuit anno 1712, ubi Medicinam professus est per annos quinque.

Quòd deinde ab Universitate Tolosana evocatus in Universitatem Monspessulanam, ibi professorio munere functus est ab anno 1716 usque ad annum 1728

Quòd Serenissimi Principis Aurelianensium Medicus est ordinarius, ut ferunt ejus litteræ die 26 Januarii 1728 concessæ.

Quòd Professor est Regius, Parisiis, in Collegio Franciæ, jam ab annis quindecim.

Quòd tandem Medicus sit Regius à Salubriori consilio, ab anno 1730.

Auditâ supplicatione Mri Astruc, nec-non Examinatorum relatione, Facultas rata et grata habuit omnia, et ad examen admisit prædictum Mm Astruc de Theoria et praxi medica, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Decanus tandem accersito Mo. Astruc Facultatis Decretum renuntiavit, indixitque ipsi diem Lunæ proximè sequentem horâ decimâ matutinâ, pro examine de Theoria, et diem Mercurii pro examine de Praxi.

In his Comitiis Facultas nominavit Mm de l'Epine et Mm Chomel in Examinatores Commentariorum et Rationum secundi anni Decanatûs nostri; primum quidem in locum Mri Joannis-Francisci Leaulté fato functi; secundum verò ut sextum Examinatorem qui sorte non fuerat ductus.

Die Lunæ 30° Septembris 1743, convocati sunt Doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ Mm Joannem Astruc de Medicinæ Theoria interrogaturi; nec-non de habitatione majoris Apparitoris destruenda, et Pensionibus Magistrorum Viduis ultimò sublatis, deliberaturi.

Eodem die interrogatus fuit Mr. Astruc à Mro Finot, qui ab illo postulavit vellet explanare Respirationis mechanismum.

Iterùm interrogatus fuit à Mro Procope Couteaux, qui ab illo petiit quisnam potus salubrior.

Quòd attinet ad majoris Apparitoris ædificium, unanimi consensu deliberatum fuit et statutum à Facultate illud ædificium fatiscens ævo fessum, diruendum esse, et majori Apparitori habitationem habendam domi dicto Raffignac elocatæ, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Quòd spectat viduarum Pensiones solvi solitas, statuit Facultas

ex

ex majori suffragiorum numero, standum esse Decreto die duodecimo Augusti lato; adeoque propter res Facultatis angustas, hasce supprimendas esse Pensiones; et sic conclusit

Coldevilars, Decanus.

Die Mercurii 2° mensis Octobris ejusdem anni 1743, convocati sunt etiam, per supradictam schedulam, Doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, Mrm Joannem Astruc de Praxi medica interrogaturi, et postea per scrutinium deliberaturi.

In hisce duobus tentaminibus, diebus Lunae et Mercurii peractis, ita apposité, ita docté et perité quaestionibus satisfecit Mr Astruc, ut scrutinio aperto, examinatisque omnibus suffragiorum tabellis, Facultas unanimi consensu, rata et grata habuerit ejus responsa eumque ad suae Theseos propugnationem admisit, sic concludente

Coldevilars, Decanus.

Die Martis 1° mensis Octobris 1743, habita sunt in Scholis Superioribus menstrua Comitia, de morbis grassantibus.

Mr Gasnier memoravit se observasse variolas cum dolore capitis et somnolentia, quibus sanandis venae sectiones e brachio et e pede, ante eruptionem utiliter praescripsit. Praeterea Diarrhoeas observavit, dysenterias et Tenesmos, quibus paregorica profuerunt.

Mr Seron Febres malignas tertianas, in principio mites, curandas habuit, quibus venae sectiones et cathartica utilia fuerunt; sed in posterum nonnullae in continuas periculosas evaserunt, quibus tamen Kinam Kinam cum pulvere Viperarum, felici successu exhibuit

Mr Vasse Diarrhoeas observavit, in quibus emetica se praescripsisse dixit.

Mr le Thieullier Dysenterias retulit grassari, quibus sanandis Enemata emollientia et anodyna cum sebo proficua fuerunt. Quando febris morbum comitabatur, venae sectiones e brachio, et aqua pulli praescriptae sunt. Huicce morbo superveniebat aliquando febris maligna, cui noxiae fuerunt saphenae sectiones. Caeterum cum Mro Gasnier consentit.

Mr de l'Epine febres intermittentes animadvertit, colicos dolores et febres malignas continuas cum purpurea eruptione, quibus Cardiaca stibiata cochleatim exhibita praescripsit. Colicis doloribus nonnunquam accrevit Dysenteria. In usum adhibuit venae sectiones, Enemata anodyna, et aliquando Ipecacuanham ad grana octo ter repetitam. variolas quoque observavit ut Mr Gasnier.

Mr Malouin dysenterias quoque cum Tenesmo, febres intermittentes malignas et Erysipelata se animadvertisse dixit, quos morbos à biliosa colluvie oriri existimat.

Mr Chomel colicos dolores et dysenterias pariter observavit et curavit ut supra; item variolas confluentes cum copiosa narium haemorrhagia in virgine. Die Eruptionis tertio saphenae sectionem praescripsit, et potionem cardiacam cum aqua Oxytriphylli, confectione de hyacintho et syrupo e limonibus. cessavit haemorrhagia et die morbi octavo melius se habuit aegra. Caeteri doctores idem ac supra retulerunt et eadem adhibuerunt remedia.

Die

Die Sabbati 12ª ejusdem mensis Octobris 1743, convocati sunt Doctores omnes Medici in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, post sacrum, de modo quo Facultas Mum Joannem Astruc inter Doctores suos cooptatura est; nec-non de emolumentis absentibus Doctoribus concessis, deliberaturi.

1° statuit Facultas, ex majori suffragiorum numero, ut Doctores in Thesi Mri Astruc disputaturi, extra ordinem à decano nominarentur. Propugnatâ Thesi M. Astruc superiorem ascenderet cathedram, purpurâ ornatus, ut moris est, ibi solitum præstaret sacramentum, præsentibus omnibus Universitatis Apparitoribus, et solemniter à Decano laureâ doctorali donaretur. sicque conclusit

Col de Vilars, Decanus.

2° Facultas, unanimi fere consensu, decrevit ut emolumenta manualia Doctoribus absentibus in posterum denegarentur, propter magnum æs alienum quod contrahere cogitur saluberrimus Ordo. Et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die Veneris 18ª mensis Octobris anni 1743, divo Lucæ ortodoxorum Medicorum Patrono dicatâ, celebratum fuit solitum solemne sacrum in Scholarum sacello, præsente magno Doctorum numero. Celebrato sacro, Doctores, à majore Facultatis Apparitore, viva voce convocati sunt ad comitia, in quibus ambo Bidelli fasces coram Decano deposuerunt, ut moris est, solitumque præstiterunt sacramentum. Mox recesserunt; accersiti vero, eas, annuentibus omnibus Doctoribus, iterum ceperunt.

Deinde ingressi sunt Baccalaurei, qui, appositâ manu super Evangelium, solito se obstrinxerunt juramento.

Die Sabbati 19 ejusdem mensis Octobris 1743, postridie Sti Lucæ, patratum fuit, de more, in Scholarum sacello, pro defunctis Doctoribus, mortuale sacrum cui interfuerunt frequentissimi Doctores.

Post sacrum ad Comitia Doctores accesserunt, juramentum quod Barbi-Tonsorum Chirurgorum Præpositi, unà et Protochirurgi Regis vicarius, quotannis, hoc die, coram Facultate præstare debent, audituri. Verùm non comparuerunt, licet à majori Apparitore die 16° ejusdem mensis moniti fuissent, pro more solito, in hunc modum.

De la part des doyen et Docteurs-Regens de la Faculté de Medecine en l'Université de Paris:

" les Lieutenant de Monsieur le premier Chirurgien du Roy, et
" Prevots et communauté des Maîtres Chirurgiens-Jurez, et
" Barbiers-Chirurgiens de la ville et fauxbourgs de Paris, dans
" toutes les qualitez qu'ils ont et qu'aucuns d'eux peuvent avoir,
" sont avertis de se trouver avec plusieurs de leurs anciens Maîtres,
" samedi prochain dixneuf du present mois d'octobre mil sept
" cens quarante trois, à dix heures précises du matin au Bureau
" des Ecoles de Medecine, afin de prêter le serment, rendre à la
" Faculté les redevances accoutumées, et faire ce que de raison.

Donné

" Donné aux Ecoles de Medecine le Mercredi Seizième du mois
" d'octobre mil sept cens quarante trois.
" Fait et déclaré aux dits Lieutenant du premier Chirurgien —
" du Roy, et Prevots et Communauté des Maitres Chirurgiens-Jurez —
" et Barbiers-Chirurgiens de la ville et fauxbourgs de Paris, dans —
" toutes les qualitez qu'ils ont, et qu'aucuns d'eux peuvent avoir,
" en leur Bureau scis ruë des Cordeliers paroisse St Cosme, parlant
" à leur clerc, par moy Francois-Louis Bret, grand Appariteur —
" de la dite Faculté de Médecine de Paris, y demeurant dans les —
" dites Ecoles, scises ruë de la Bucherie, paroisse St Etienne du Mont,
" le Mercredy Seizième Octobre mil sept cens quarante trois, —
" à ce qu'ils n'en ignorent, et ayent à s'y trouver suivant le —
" mandement ci-dessus, du quel leur a été laissé copie, ensemble
" des présentes.

Invito hoc mandato nec Protochirurgi Regis vicarius, nec —
Chirurgorum Præpositi coram Facultate stiterunt se. Quapropter
Saluberrima Facultas ab Accenso conscribi curavit instrumentum
sequens.


" L'an mil sept cens quarante trois, le dixneuf octobre, dix heures —
" du matin, à la Requête des doyen et Docteurs-Regens de la Faculté
" de Médecine de l'Université de Paris, qui ont élu domicile dans —
" leurs Ecoles superieures scises à Paris ruë de la Bucherie, paroisse —
" St Etienne du Mont, nous Pierre Simon Robinet, huissier aux Requêtes
" du Palais à Paris, demeurant ruë des Gravilliers, paroisse St nicolas —
" des Champs, soussigné, nous sommes transportez aux dites Ecoles superieures
" de la Faculté de Medecine, pour dresser procés verbal de la comparution
" des Lieutenant de Mr le premier Chirurgien du Roy, et Prevots et —
" Communauté des maitres Chirurgiens-Jurez et Barbiers-Chirurgiens —
" de la ville et fauxbourgs de Paris, les quels doivent le dit jour et heure —
" comparoir en l'assemblée de la Faculté, pour, suivant l'usage ordinaire,
" payer à la dite Faculté entre les mains du doyen la redevance annuelle
" d'un Ecu d'or de cent quatorze sols, prêter le serment accoutumé, et
" presenter la liste de leurs maitres signée d'eux; où étant nous avons —
" attendu dans la salle de l'assemblée de la dite Faculté depuis la dite —
" heure de dix heures jusqu'à celle de onze heures sonnées, sans que —
" les dits Lieutenant, Prevôts et Communauté des Maitres Chirurgiens —
" Jurez et Barbiers-Chirurgiens soient comparus, ni personne pour eux;
" quoyque duëment sommez, par l'assignation qui leur a été donnée
" le seize du present mois à la Requête des doyen et Docteurs-Regens —
" de la dite Faculté par Francois-Louis Bret grand Appariteur de la —
" Faculté; pourquoy nous avons, ce requerants les dits doyen et Docteurs —
" Regens, contre eux donné défaut, faute de comparoir, et avons donné
" acte à la dite Faculté des protestations qu'elle fait de se pourvoir —
" ainsi et par les voyes qu'elle avisera bon être, et de repeter contre
" la dite communauté toutes pertes, depens, dommages et interets; dont
" et de ce que dessus nous avons fait et dressé le présent procés verbal
" en l'assemblée et en présence de la dite Faculté, pour luy servir et —
" valoir en tems et lieu, ce que de raison, et a Mr Col de Vilars doyen de —
" la Faculté signé avec nous au présent, du quel nous avons à l'instant
" signifié, baillé et laissé copie aux dits Lieutenant, Prevôts et Communauté
des

" des Maitres Chirurgiens-Jurez et Barbiers-Chirurgiens de la
" ville et fauxbourgs de Paris, dans toutes les qualitez qu'ils
" ont, et qu'aucuns deux peuvent avoir, en leur domicile et
" Bureau de communauté, rüe des Cordeliers paroisse St.
" Cosme, en parlant à leur Clerc qui a refusé de dire son nom
" de ce interpellé, leur réiterant les protestations y portées,
" et leur avons, en parlant comme dessus, laissé copie du present.
signé Colderilars, Robinet. Controllé à Paris le 21 octobre 1743.

His peractis admissi fuerunt Praetoriani Pharmacopaei, ab Apparitore, Facultatis mandato, moniti, ut mos est, solitumque praestiterunt juramentum, apposita super Evangelium manu.

Die Sabbati 2.° mensis Novembris 1743, convocati sunt, per schedulam ab Apparitoribus delatam, Doctores omnes medici, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ post sacrum, Decanum et Professores electuri; nec-non clarissimorum virorum qui commentarios et rationes posterioris anni Decanatûs nostri examinavere, relationem audituri.

Quid inde factum fuit videre est in principio sequentis anni.



Res gestæ in Academia Parisiensi, a die Sabbati 3° Novembris 1742, ad diem Sabbati 2um Novembris 1743. Mo Elia Col de Vilars tertium Decano.

Anno domini 1742, die decimâ Novembris, habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Launaeo; quibus in Comitiis primum consedit Mr Edmundus Tremeau, novus Gallicanæ nationis Procurator.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M.M. n° octo, quibus postulata concessa fuerunt.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Comitiis superioribus acta et statuta.

Anno Dni 1742, die primâ Decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Exrectorem in Launaeo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M.M. n° septem. Audito Prosyndico placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1742, die 14a decembris, habita sunt in Mathurinensi Comitia generalia et supplicatoria Universitatis.

Postquam in Comitio peroravit amplissimus Exrector, postulavit, de more, ut rata et grata haberentur quæ gessit in hoc trimestri magistratu, decernerenturque sibi litteræ commendatitiæ, et Comitatus præberetur viti procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Bartholomæi.

Sapientissimi Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani omni ex parte annuerunt postulationibus amplissimi Exrectoris. Mr Julianus Chabrun, proxime antiquus nationis Gallicanæ Procurator, Procuratoris vices gerens, absente et ægrotante Mo Edmundo Tremeau Procuratore, dixit honorandam nationem, et venerandam improbare quæ gessit amplissimus Exrector, fidelissimam silere, constantissimam autem ea rata et grata habere, et decernere litteras commendatitias.

Tum amplissimus Exrector petiit a Mo Chabrun an conclusionem haberet honorandæ nationis, qua ejus Nationis nomine generatim improbavit. Respondit prædictus Mr Chabrun se non habere, sed habiturum. Tum amplissimus Exrector postulavit dari sibi ab Universitatis scriba interrogationis suæ, ac prædicti Mi Chabrun responsionis actum, quo, tempore et loco utatur.

Postea

Postea amplissimus Rector sic resumpsit, Sapientissimi Decani, Ornatissimi procuratores, Proceres academici, rata et grata habetis quæ gessimus in hoc trimestri magistratu, eoque nomine litteras commendatitias nobis decrevitis, amplissimumque pollicemini comitatum ritè processuris ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Bartholomæi, et ego vobiscum concludo.

Deinde processum est ad prædictam ædem Sti Bartholomæi.

Anno Dni 1743, die quintâ Januarii, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launæo, scilicet amplissimus ipse Rector Jacobus Vallette le Neveu; Mr Franciscus-Michael de Lauveac Digaultray, Theologicæ Facultatis Syndicus, Decani ejusdem Facultatis vices gerens; Mr Joannes Amyot, Jurium, Mr Elias Col de vilars, Medicinæ, Decani; M.M. Edmundus Tremeau, Nationis Gallicanæ; Joannes Quervelle, Picardiæ; Petrus-Jacobus Des Monts, Normannicæ; Joannes Mackensie, Germanicæ, Procuratores: Mr Joanne-Nicolao Lallemand, Syndici vices gerente; Mr Nicolao Piat, scribâ; et Mro Augustino-Claudio Besoigne, Quæstore generali.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. no tres, quibus, audito priùs Prosyndico, placuit postulata concedi.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta.

Lectæ sunt Tabulæ Vectigalis viritim in hunc annum impositi, iisque subscribi placuit.

Die vigesimo nono ejusdem mensis Januarii 1743, mortuus est Issiaci propè Parisios, Eminentissimus Cardinalis Andreas-Hercules De Fleury, Doctor Theologus Universitatis Parisiensis, Sorbonicæ domûs Provisor, Regiæ Navarræ superior, Regni administer.

Die 30o Majores Universitatis officiarii, Cereos, pro more, detulerunt minoribus Magistratibus.

Anno Dni 1743, die 31a Januarii, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis majoribus, omnibusque Apparitoribus, Cereos detulerant singulis supremarum Curiarum Principibus.

Priusquam autem procederetur, habita sunt comitia Deputatorum Universitatis ordinariorum in quibus, pro Facultate Medicinæ, relatu dignum nihil actum fuit.

Anno Dni 1743, die 1a Februarii, amplissimus Rector, decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis majoribus, et Apparitoribus, Versalias se contulerunt, ibique Cereos obtulerunt Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino, et illustrissimo Galliæ Cancellario. Amplissimus Rector ad singulos habuit orationes, dignitatis et elegantiæ plenas, temporis ac publicarum rerum proprias, et singulis personis maximè convenientes. Cum Serenissimus Princeps Aurelianensium Dux inventus non esset, Domi, Cereus Ostiario relictus est. Deinde Universitas sumpsit prandium apud Patres vulgò Recollectos.

Anno Dni 1743, die nonâ Februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launæo.

Supplicarunt

Supplicarunt pro litteris nominationis Jure Magisterii artium et quinquennii M.M. n.i tres. Audito Prosyndico, placuit litteras nominationis concedi præfatis supplicibus, eas tamen non expediri M.o Privat, nisi quamprimum nominis sui errorem emendari curaverit.

Lecta et recognita sunt ea quæ superioribus in comitiis acta et statuta fuerant

Anno D.ni 1743, die 2.a mensis Martii, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunæo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. n.i tres, quibus postulata concessa fuerunt.

Lecta et recognita fuerunt quæ superioribus in comitiis acta et statuta fuerant.

Anno D.ni 1743 die duodecimâ Martii, habita sunt, pro more solito, horâ septimâ matutinâ, in Maturinensi, comitia Universitatis, ad aperiendum Rotulum.

Audito et requirente M.o Joanne-Nicolao Lallemand, Prosyndico, placuit antiquos Academiæ usus servari, et consequenter Nominationum Rotulum in hunc annum aperiri

Ingressi sunt viri Clarissimi M.M. Cotterelle et Grandisle, doctores Sorbonici; cumque locum cepissent ad mensam majorum Universitatis officiariorum, eorum alter M. Cotterelle, oratione latinâ, declaravit à Societate Patrum Sorbonicorum, electum fuisse nuper Eminentissimum Cardinalem de Rohan in domûs Sorbonicæ Provisorem, loco Eminentissimi Cardinalis de Fleury, demortui; simulque prædictæ Societatis nomine rogavit academicum Tribunal, ut pro vetere instituto, se conferre in ædes Sorbonicas, ad confirmandam eam electionem, in id propositâ die hujusce mensis vigesimâ octavâ.

Cum uterque secessisset, re missâ in deliberationem, placuit eligi et assignari diem hujusce mensis 28.um, quo Tribunal academicum in ædes collegii Sorbonici se conferret ad confirmandam electionem prædictam. Tum revocatis præfatis Doctoribus delegatis, amplissimus Rector hæc dixit; Viri Clarissimi, Tribunal academicum, juxta vota Patrum Sorbonicorum elegit diem hujusce mensis 28.um, quo in ædes Collegii Sorbonici se conferret, ad confirmandam electionem à Societate Sorbonica factam, Eminentissimi Cardinalis de Rohan in Sorbonæ Provisorem, loco Eminentissimi Cardinalis de Fleury, demortui.

Anno D.ni 1743, die 15.a mensis Martii, horâ nonâ matutinâ, congregati sunt Universitatis Deputati apud amplissimum Rectorem in Laudunæo, pridie per schedulas extra ordinem convocati, ad eligendum Quæstorem in locum viri clarissimi M.i Augustini-Claudii Besoigne, eo ipso die mortui.

Diu expectatus est amplissimus Rector; cumque circa undecimam horam in ædes suas revertisset, et exposuisset absentiæ suæ et moræ causas, placuit solvi comitia, et electionem Quæstoris in aliam diem differri.

Anno D.ni 1743, die 19.a Martii, habita sunt in Maturinensi comitia centuriata et supplicatoria Universitatis.

Habitâ ab amplissimo Rectore oratione gravi et disertâ, omnes academici Ordines rata et grata habuêre quæ gessit in trimestri suo

magistratu

magistratu, eique litteras commendatitias decrevêre et amplissimum prebuêre comitatum ritè procedenti ad Ædem Deo sacram sub invocatione Stæ Annæ apud Eremitas Sti Augustini ad Sequanam.

Anno Dni 1743, die 28a mensis Martii, habita sunt extra ordinem, comitia Tribunalis academici, ad confirmandam electionem Eminentissimi Cardinalis de Rohan in Sorbonæ Provisorem.

Horâ post meridiem 3a academicum Tribunal convenit in Sorbonæ scholas exteriores, unde paulo post à binis Doctoribus Sorbonicis deductum est ad ipsum Sorbonæ Collegium Peractis peragendis, uti videre est in actis Universitatis, singuli sententiam suam dixerunt, non simpliciter ac nudè, ut fieri solet, sed adjunctis ejusmodi laudationibus, quæ non tam ex ingenii acumine, quam ex intimo pectoris sensu depromi videbantur, et ita variis, ut quamquam idem omnibus esset argumentum, de eo tamen, (quæ fuit materiæ amplitido et gratia!) sine cujusquam audientium fastidio dicerent.

Amplissimus Rector sic resumpsit. Clarissimi utriusque ordinis Proceres, electionem serenissimi Principis et Eminentissimi Cardinalis Armandi-Gastonis-Maximiliani de Rohan in Provisorem collegii Sorbonici, probatis, laudatis et confirmatis; et ego vobiscum concludo. Vallette le Verau, Rector.

Anno Dni 1743, die 6a Aprilis, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Lauduneo

Supplicarunt pro litteris nominationis Magisteri artium et quinquennii jure M. Mi no tres, quibus postulata concessa fuerunt

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1743, die octavâ Aprilis, horâ nonâ matutinâ, habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Lauduneo, ad eligendum Quæstorem.

Inclinaverant omnium animi in Mm Joannem Nicolaum Lallemand, Eloquentiæ Professorem in Marchiano, Germanicæ nationis iterum Procuratorem, virum optimum, in rebus academicis apprimè intelligentem et versatum; sed non licuit quod erat in votis, id suffragiis efficere. Ergo electus est in Quæstorem Universitatis Mr. Ludovicus Nicolaus Durand, Philosophiæ Professor emeritus in Cardinalitio.

Anno Dni 1743, die 23a Aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum academicorum, qui singuli ab Universitatis Scriba appellati sunt.

Anno Dni 1743, die 4a Maii, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Lauduneo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Mi no quinque, quibus placuit sua postulata concedi.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta.

Quod

Quod dictum est, datum esse a Rege Edictum quoddam quo — nova aliqua statuuntur de Chirurgis Parisiensibus, illudque — supremo Senatui oblatum esse, ut in Curiæ Tabulas referatur, placuit rogari amplissimum Rectorem, et sapientissimum Medicinæ Decanum, ut, quid in eo Edicto contineatur, exquirant, simulque — de patronorum consilio videant, et, si fieri potest, obsistant, ne quid injuriæ aut detrimenti Saluberrima Facultas, atque adeo — Universitas ex eo accipiat.

In iis comitiis M. Ludovicus-Nicolaus Durand, novus — Universitatis Quæstor, præstitit sacramentum.

Anno Dni 1743, die 21ª mensis Maii, horis matutinis, habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launaeo, ad excipiendum Magnum Rituum magistrum Dnum Marchionem de Dreux

Cum magnus Rituum magister, solito apparatu advenisset, duo e Tribunali academico Magistri ad currum quo vehebatur, accesserunt, et dictum Magistrum in Conventum deduxerunt. Ibi tradidit litteras — Regias, quas ab amplissimo Rectore resignatas scriba deinde altâ voce legit. Earum porro hic erat tenor.

De par le Roy.

" Très Chers et bien amés, nous avons ordonné un Service solennel
" dans l'église Metropolitaine de nôtre bonne ville de Paris, pour le —
" repos de l'ame de feu nôtre très cher et bien amé cousin le Cardinal —
" de Fleury, ministre d'état; et désirant que cette Ceremonie se fasse —
" avec la décence convenable, nous vous mandons et ordonnons de
" vous y trouver en l'ordre accoûtumé au jour et à l'heure que le —
" grand maitre, ou le maitre des ceremonies vous dira de nôtre part.
" si n'y faites faute, car tel est nôtre plaisir. donné à Versailles le —
" 15 May 1743. Signatum, Louis, et inferius, Phelippeaux.

Erat autem in tergo scriptum, à nos chers et bien amés les Recteur,
" Doyens, Procureurs et supposts de nôtre chere et ainée fille l'Université
" de ~~Paris~~ nôtre bonne ville de Paris

Lectis his litteris, et invitatione ad diem hujus mensis 25am factâ, Discessit magnus Rituum Magister, quem abeuntem quatuor e Tribunali academico Magistri ad currum reduxerunt.

Digresso Rituum Magistro statutum est ut deinceps quatuor e — Tribunali academico Magistri, magnum Rituum Magistrum venientem exciperent, et abeuntem prosequerentur, honoris causâ. Deinde ut Apparitores academici, qui in ejusmodi comitiis deserviunt, clavas — suas gerant. Et ita conclusit amplissimus Rector.

Anno Dni 1743, die 25ª mensis Maii, amplissimus Rector, — Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis et Apparitoribus, horâ circiter decimâ matutinâ, e Scholis Medicis progressi ad Ecclesiam metropolitanam se contulerunt, ut sacris Exequialibus, ad requiem animæ Eminentissimi Cardinalis de Fleury faciendis, interessent. Ibi — locum suum et ordinem tenuit Universitas. Sacrum peregit nobilissimus — Abbas de Harcour, Ecclesiæ Parisiensis Decanus. Orationem funebrem habuit R. P. de Neuville, e Societate vulgò dicta de Jesu.

Anno

Anno D^ni 1743, die 8ª Junii, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launaeo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. n^o tres, quibus placuit sua concedi postulata.

Lecta et recognita sunt quæ superioribus in comitiis acta et statuta fuerant.

Anno D^ni 1743, die 19^a Junii, habita sunt in Mathurinensi comitia centuriata et supplicatoria Universitatis.

Postquam amplissimus Rector peroravit, omnes ordines academici rata et grata habuerunt quæ gessit in trimestri suo magistratu, eoque nomine litteras ei commendatitias decreverunt, ac tandem præbuerunt amplissimum comitatum ritè procedenti ad ædem deo sacram sub invocatione S^ti Jacobi apud Dominicanos magni conventûs.

Anno D^ni 1743, die sextâ Julii habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launaeo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. n^o quinque, quibus sua placuit postulata concedi.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta et statuta.

Ornatissimus Normaniæ Procurator Thomas Viel academico Tribunali præsentavit, nomine Venerandæ Nationis, M^um Joannem-Baptistam-Antonium Cobelle, Presbyterum Constantiensem, licentiatum Theologum, à prædicta veneranda natione designatum ad Curionatum S^ti Germani veteris, in hac urbe Parisiensi vacantem per obitum M^ri Ludovici Jacobi de Rochebouët, ultimi illius possessoris pacifici; petitque eum, cui competit, et quâ solet formâ, ab Universitate præsentari. Qui quidem Mr Cobelle, die 24 ejusdem mensis ab illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi fuerat electus.

Audito prædicto ornatissimo Procuratore; audito pariter clarissimo Prosyndico, visâ conclusione, die 26 Novembris 1738 factâ, quâ constat M^um Claudium Leger à fidelissima Picardorum natione designatum, præsentatum fuisse ab Universitate ad Curionatum S^ti Andreæ ab arcubus; ac proinde ejus designandi in ordine majorum beneficiorum nunc pertinere ad venerandam Normaniæ Nationem, rogatis dictisque sententiis, Placuit præfatum M^um Joannem-Baptistam-Antonium Cobelle, Presbyterum Constantiensem, licentiatum theologum, à veneranda Normanorum Natione designatum, admitti, et ab Universitate præsentari ad Curionatum S^ti Germani veteris, in hac urbe Parisiensi vacantem per obitum M^ri Ludovici-Jacobi de Rochebouët, ultimi illius possessoris pacifici.

Ne autem forma, quam veneranda Natio, hac vice in designando, secuta est, juri Universitatis aliquando noceat, Placuit statui, ut si qui deinceps Ordines academici, in turno, quod aiunt, existentes, eandem sequi formam voluerint, teneantur prius cæterorum Ordinum academicorum habere consensum.

Protinus

Protinus itum est ad Mathurinenses, praeeuntibus omnibus Apparitoribus, ibique praedictus Cotelle in loco majorum, solitum praestitit sacramentum inter amplissimi Rectoris manus. Quo facto soluta sunt Comitia.

Die 19° ejusdem mensis Julii 1743, supremo Senatui supplicem obtulit libellum Universitas, quo petiit legitimum testimonium consensûs Chirurgorum Parisiensium et Dni la Peyronie, ad supplicis libelli civilis, à Facultate medicinae, die 25 februarii 1725 oblati, approbationem. Hic autem libellus talis fuit.

A nos seigrs de Parlement en la grand Chambre.

" Supplient humblement les Recteur, doyens, Procureurs et suppots
" de l'Université de Paris, disant qu'ils avoient estimé devoir former
" opposition à un arrest intervenu en la cour le 11 Mars 1724,
" entre la communauté des Mrs Chirurgiens et la faculté de medecine
" de Paris, contre lequel arrest la dite Faculté avoit obtenu des lettres
" en forme de Requête civile. Cette Requête et l'opposition des
" supplians ont donné lieu à une instance au Rapport de Mr l'abbé
" le moine. Les chirurgiens persuadez qu'ils ne pouvoient soutenir
" leur arrest, ont presenté une Requête le 12. 9bre signifiée le 21, par
" laquelle ils ont consenti que l'opposition des supplians soit receüe,
" et que les parties soient remises au même état qu'elles étoient
" avant l'arrest. Le Sr de la Peyronie premier Chirurgien du Roy, et
" son lieutenant ont adhéré à ces mêmes conclusions par acte du
" 5 du present mois de Juillet. la cour a apointé sur la dte demande
" et joint à l'instance.
" Les supplians demanderont actes de ce desistement, et ils soutiennent
" qu'il emporte necessairement la condamnation des depens qui ont
" été faits. Les chirurgiens sont forcez d'abandonner leur titre; ils
" doivent donc les frais qu'il a falu faire pour parvenir à ce desistement.
" Ce Considéré nos seigrs il vous plaise donner acte aux supplians
" de ce que pour satisfaire à l'arrest de la cour du 5 juillet 1743, ils
" employent pour défenses, ecritures et production sur les demandes
" reglées par led' arrest, le contenu en la presente Requête et ce qu'ils
" ont dit en l'instance, ce faisant, procedant au jugement, leur donner
" acte du désistement porté par la Requête des d' Chirurgiens du 12.
" 9bre 1742, et par celle des Srs de la Peyronie et Bourgeois du 19 Janvier
" 1743, et en consequence recevoir les supplians opposans à l'exécution
" de l'arrest du 11 mars 1724, remettre les parties au même état qu'elles
" étoient avant le dit arrest, et condamner les Chirurgiens en tous les
" dépens, et vous ferez bien. ait acte et en jugeant. Basly.

Thomazon. de la Guette. Morel

M. Le Moine Rapport

le 19 juillet 1743 signifié à Mrs Thomazon, de la Guette et Morel. Bassery.

Anno Dni 1743, die tertiâ mensis Augusti, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunaeo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. no 71. quibus placuit postulata concedi, emendatis quibusdam erroribus emendandis.

Lecta

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1743, die 31a Augusti, habita sunt in antecessum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launæo.

Supplicavit pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii unicus Mr. Michael-Augustinus Thevenon, Diaconus Parisinus, cui postulata placuit concedi.

Anno Dni 1743, die 23, 7bris, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launæo, ad excipiendas rationes Accepti et Expensi à Mo. Augustino-Claudio Besoigne, Universitatis Quæstore, per annum 1742, et ad diem usque quo vitâ decessit.

Hæ rationes redditæ sunt à Mo. Hieronymo Besoigne prædicti Quæstoris fratre, per Mm. Joannem de Chambelou Litterarium Professorem in Collegio Sorbonæ Plessæo.

Auditis probatisque Rationibus, Placuit summam quater mille ducentarum triginta sex libellarum cum 14 assibus et uno denario, quæ ex accepto superesse comperta est, quæque per dictum Mm. de Chambelou fuit repræsentata, et numerata, in arca Universitatis deponi.

Anno Dni 1743, die 4a Octobris, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia et supplicatoria Universitatis, ubi rata et grata habita sunt quæ gessit amplissimus Rector in trimestri suo magistratu; decretæ sunt ipsi litteræ commendatitiæ, eique datus est ab omnibus Ordinibus comitatus ritè procedenti ad Ædem Deo sacram sub invocatione B. Mariæ in Coenobio regali Celestinorum.

Anno Dni 1743, die quintâ Octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launæo.

Supplicavit pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Laurentius-Petrus-Maria-Nicolaus Chabrou du petit Château, Clericus Pictaviensis, cui concessæ fuerunt nominationis Litteræ.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant in comitiis, per menses Augustum et Septembrem habitis, acta et statuta.

Anno Dni 1743, die 30a Octobris, habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launæo.

Quod lectum est Decretum sanctioris consilii, die 24o hujus mensis factum, quo sic pronuntiatur.

" Le Roy étant en son conseil a évoqué et évoque à sa personne
" l'appel comme d'abus interjetté par l'Université de Paris, du
" Decret du 18 juillet 1740, et l'opposition formée à l'enregistrement
" des lettres patentes du même mois de Juillet, circonstances et
" dependances &c. fait au conseil d'état du Roy. S. M. y étant, tenu
" à Fontainebleau le 24 octobre 1743.

Agebatur de unione Capituli Sti Germani cum Capitulo Ecclesiæ metropolitanæ Parisiensis. Placuit rogari amplissimum Rectorem ut adeat ad illustrissimum Galliæ Cancellarium et ad Causæ cognitorem, ab iisque efflagitet amplius temporis spatium, quindecim scilicet dierum, propter Patronorum absentiam, quos consulere juvat.

Anno

Anno Dni 1743, die 2a novembris, habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunaeo.

Quod verba fecit amplissimus Rector, sibi die 30a octobris proximè elapsi, nomine Chirurgorum Juratorum Sodalitii SS. Cosmae et Damiani, secundum juris formulas, denuntiatum fuisse decretum Sanctioris Consilii, die 26a ejusdem mensis Octobris factum, cum eorundem Chirurgorum libello supplici, Regi non ita pridem oblato; cujus quidem libelli supplicis hanc esse summam conclusionem.

" Les Chirurgiens espérent que Sa Majesté voudra bien ordonner, par forme de confirmation, et, en tant que besoin seroit, par forme d'interprétation et de concession nouvelle ....


" Que les premiers Chirurgiens du Roy .... auront le droit exclusif de convoquer les assemblées pour les examens, receptions et actes des Aspirans aux degrez du dit art et science de Chirurgie; et qu'ils ne seront tenus d'appeller que des Chirurgiens aux dites assemblées, sans que nul autre que les Chirurgiens du dit Collége puisse avoir droit d'interroger, approuver, ni même assister aux dits examens, receptions et actes: comme aussi ordonner que les Chirurgiens jouïront de tels et semblables droits et priviléges dont jouissent les Docteurs, Regens et autres membres de l'Université de la dite ville, même du droit de lire, enseigner, dicter et demontrer publiquement l'art et science de Medecine chirurgique, conformement à l'article 65 de leurs statuts; le tout sans aucune charge, condition ni assujettissement envers qui que ce soit, autres que les charges et conditions portées par les Lettres d'octroy du mois de Janvier 1544; ordonner pareillement que les dits Chirurgiens jouïront tant en corps qu'en particulier, de tous les titres, qualitez, degrez et marques de distinction énoncées et portées tant par les dites Lettres patentes et chartes, que par leurs statuts, et ainsi que les dits membres de l'Université, avec défenses à toutes personnes de les y troubler sous telles peines qu'il appartiendra: Decretum autem supradictum sic habere.

" Le Roy étant en son Conseil, a ordonné et ordonne que le dit Memoire en forme de représentations, sera communiqué au Recteur, Doyens des Facultez et suppots de l'Université de Paris, et en particulier au Doyen et Docteurs Regens de la Faculté de Medecine, pour y fournir de réponse par simples mémoires, dans un mois, à compter du jour de la signification du present Arrest, et être tant le dit mémoire en forme de représentations que les réponses qui pourront y être faites, ensemble les titres et pièces qui y seront joints de part et d'autre, remis entre les mains du Sr. Maboul Mr. des Requêtes, que Sa Majesté a commis à cet effet; pour, après qu'il en aura communiqué aux Sieurs d'Ormesson, de Gaumont, Daguesseau et de Villeneuve conseillers d'état, y être, sur leur avis, pourvû par Sa Majesté de tel Réglement qu'elle jugera à propos; à l'effet de quoy les dites parties seront tenuës de fournir tous les écrits, titres et pièces dont elles entendront se servir, dans l'espace de trois mois à compter du jour ci-dessus marqué; et faute par l'une d'icelles d'y satisfaire dans le dit tems, il y sera statué par Sa Majesté par provision ou définitivement ainsi qu'il appartiendra. Fait au

au Conseil d'état du Roy, sa Majesté y étant, tenu à Fontainebleau le 26 Octobre 1743.

Quodque addidit amplissimus Rector, et si per ipsum Decretum non admoneretur, ut rem cum Universitate, seu Universitatis Suppositis, communicet, eam tamen videri sibi tanti momenti, ut ultrò postulet, de ea per sapientissimos Decanos, ornatissimosque Procuratores ad Ordines academicos referri, et ab iisdem Ordinibus delegari viros prudentes ex unoquoque Ordine unum aliquem selectum, quibus consiliariis et autoribus unà cum sapientissimis Decanis, ornatissimisque Procuratoribus, in hoc toto negotio prosequendo, utatur. De ea re, audito Prosyndico, Dictum est, ex ipso rei primo conspectu manifesto videri, postulata Chirurgorum, si locum habeant, non solum in perniciem Medicæ Facultatis, quæ Corporis academici insigne membrum est, vergere; sed etiam totius Universitatis juribus, ipsiusque constitutioni valdè adversari: ejusmodi petitionibus, Majorum more et exemplo, totis viribus resistendum; atque adeo, habitâ ratione postulationis amplissimi Rectoris, consulendos esse Academicos Ordines, ab iisque postulandum, ut viros prudentes nominent ex unoquoque Ordine unum aliquem selectum, qui in hoc toto negotio prosequendo, amplissimo Rectori et academico Tribunali opem, consilium, operamque præstent; et ita conclusit amplissimus Rector.

Vallette le neveu.



Res gestæ apud

Barbi-tonsores Chirurgos Parisienses.
a die Sabbati 3° novembris 1742, ad
diem Sabbati 2um Novembris 1743.
M. Elia Col de Vilars tertium Decano.

A Barbitonsoribus-Chirurgis, solito more monitus fuit Decanus, per schedulas, Protochyrurgi Regis Vicarii, vel unius e Præpositis chirographo munitas, sibique delatas, ut Tyronum Chirurgorum actibus, cum duobus Doctoribus adjunctis adesse sibi placeret; huicque officio satisfecerunt prædicti chirurgi ad 20um usque diem mensis Maii hujusce anni 1743, quo decanum convocare desierunt.

Die 23° mensis Novembris 1742, Dictus Bien primo examine tentatus fuit, præsentibus Decano et duobus doctoribus adjunctis, probantibus.

Die 28° Februarii 1743, filius M^ri Baudot ultimum suum examen expertus est coram Decano et duobus Doctoribus adjunctis approbantibus.

Die 2° Martii ejusdem anni dictus Silvy, pro ultimo suo examine interrogatus fuit coram decano et duobus Doctoribus adjunctis, comprobantibus.

Die 4° ejusdem mensis, prædictus Baudot filius coram Decano et duobus Doctoribus adjunctis, probantibus, interrogatus, artis chirurgicæ Magisterio donatus est.

Die 13° ejusdem mensis Martii, 1743, prædictus Silvy interrogatus fuit, præsentibus Decano et duobus Doctoribus adjunctis, approbantibus, et artis Chirurgicæ Magisterium adeptus est.

Die 26° Aprilis ejusdem anni 1743, dictus Du Fouart coram Decano et duobus Doctoribus adjunctis, probantibus, interrogatus, Artis Chirurgicæ Magisterium consecutus est sub titulo aggregationis.

Die 6° Maii ejusdem anni 1743, dictus Dieuzaise, pro ultimo suo examine interrogatus fuit, Decano et duobus doctoribus adjunctis præsentibus et comprobantibus.

Die 8° ejusdem mensis Maii, dictus La Porte ultimum quoque suum examen expertus est, coram Decano et duobus Doctoribus adjunctis, approbantibus.

Die 10° ejusdem mensis Maii 1743, dictus Du Pont suum pariter ultimum examen expertus est, præsentibus Decano et duobus Doctoribus adjunctis, approbantibus.

Die 13° ejusdem mensis Maii 1743, prædictus Dieuzaise coram Decano et duobus doctoribus adjunctis interrogatus, Artis Chirurgicæ Magisterium consecutus est.

Die 16°

Die 16° ejusdem mensis Maii 1743, prædictus La Porte interrogatus, præsentibus Decano et duobus Doctoribus, adjunctis, approbantibus, artis chirurgicæ Magisterio donatus est.

Die 18° ejusdem mensis Maii, prædictus Du Pont, interrogatus coram Decano et duobus Doctoribus adjunctis, comprobantibus, artis Chirurgicæ Magisterium pariter adeptus est.

Die 20° ejusdem mensis Maii 1743, convocatus fuerat per schedulam, more solito, Decanus, ut interesse sibi placeret cum duobus Doctoribus adjunctis, examini quo dictus Berdolin hoc ipso die tentari debebat. Adivit Decanus ad ædes Chirurgorum, sed eorum servus dixit examen illud in alium diem remissum fuisse. Et re vera factum fuit die 29° ejusdem mensis, nobis absentibus, nec ullâ schedulâ convocatis; ac deinceps nec Protochirurgi Regis Vicarius, nec Chirurgorum Præpositi Decanum cum adjunctis convocarunt, licet plures celebrarint actus quibus Decanus et duo adjuncti interesse debuissent.

Die Jovis 21° mensis Maii 1744 Mr. Camillus Falconet disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica, respondente Petro-Isaac Poissonnier, Divionæo, Facultatis Baccalaureo. Hæc fuit sequens quæstio, affirmans,

An educendo Calculo, cæteris anteferendus Apparatus lateralis?

Die sabbati 23 ejusdem mensis, aperto in scholis superioribus Scrutinio, Facultas probavit Baccalaurei responsa.

Die Mercurii tertio mensis Junii 1744, Mr. Michael

Procope-

Procope-Couteaux disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica, respondente Jacobo Verdelhan Des Moles, Mimatensi, Facultatis Baccalaureo. Quæstio verò talis erat, affirmante conclusione,

An simplicia Pulmonum vulnera acie facta, solis Diætâ et venæ sectione sanentur?

Eodem die, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu, rata et grata habuit, atque laudavit Baccalaurei responsa.

Die Mercurii decimo mensis Junii 1744, Mr. Hyacinthus-Theodorus Baron, antiquus Facultatis Decanus, disputavit in ordine suo de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica, respondente Joanne le Thieullier, Parisiensi, Facultatis Baccalaureo. Quæstio autem, negativè conclusa, hæc erat,

An omnes ante maturitatem Parotides Aperiendæ?

Eodem die, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas, unanimi consensu, probavit et laudavit Baccalaurei responsa.

Die Jovis 18a mensis Junii 1744, Mr. Joannes-Claudius-Adrianus Helvetius, Regi à sanctioribus Consiliis, Reginæque Medicus Primarius, disputavit de quæstione quodlibetaria Medico-Chirurgica, respondente Claudio Bourdier de la Mouliére, Borbonii Arcimbaldici, Facultatis Baccalaureo. Quæstio talis erat, affirmans.

An in Partu difficili, sola manus instrumentum.

Eodem die, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas, rata et grata habuit, unanimi consensu, Baccalaurei responsa.

Die Jovis 25a mensis Junii 1744, Mr. Jacobus-Benignus Winslow, disputavit de quodlibetaria quæstione Medico-Chirurgica, respondente Guillelmo Ruellan, Dinannæo, Facultatis Baccalaureo. Titulus hujus quæstionis talis erat, negante conclusione.

An ad servandam præ fœtu matrem, Obstetricium hamatile minus anceps et æque insons, quam ad servandum cum matre fœtum Sectio Cæsarea?

Eodem die, aperto in Scholis inferioribus Scrutinio, Facultas rata et grata habuit Baccalaurei responsa.



Vesperiæ & Doctoratus.

Die Mercurii 19o mensis Augusti 1744, horâ decimâ matutinâ, celebratus fuit in Scholis inferioribus, Actus Vesperiarum Mri Josephi Lallemant, Licentiati; Præside Mo. David Vasse, qui sequentem bipartitam quæstionem discutiendam dedit.

An dato ad ædificandum Solo, Medici sit domui assignare { situm? supellectilem?

Primum quæstionis membrum, in utramque partem agitatum, Baccalaureo Candidati vices gerenti, solvendum proposuit Actûs Præses; alterum verò, priùs discussum Mr Jacques enodandum exhibuit Mo Lallemant Licentiato.

Die veneris 21a mensis Augusti 1744, Mr Josephus Lallemant Laureâ doctorali donatus est, in Scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, Præside Mo Jacobo-Antonio Millet. Hujus Actus hæc erat bimembris quæstio, à proponentibus Doctoribus in utramque partem examinata,

An ab Apoplexia Paralysi Thermarum Borboniarum { Potus? / Affusio Gallicè La Douche?

Primum quæstionis membrum Novus Doctor dirimendum proposuit Mo Bouvart; secundum verò solvendum exhibuit Actûs Præses Mo Vasse.

Die veneris 28a mensis Augusti 1744, habitæ sunt Vesperiæ Mi Joannis Le Thieullier, in Scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, quibus præfuit Mr Ludovicus-Joannes Le Thieullier, Mi Francisci Pousse vices gerens. Hujus Actûs quæstio hæc fuit, bipartita,

An bene Morati { Lentiùs senescant? / Citiùs convalescant?

Actus Præses, discusso in utramque partem primo quæstionis membro, illud proposuit enucleandum Baccalaureo Candidati vices gerenti; alterum autem, pariter perpensum, Mr Millet resolvendum dedit Mo Joanni Le Thieullier, Licentiato.

Die Sabbati 29a mensis Augusti 1744. celebratæ sunt, in Scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, Vesperiæ Mi Claudii Person, Licentiati, Præside Mo Camillo Falconet. In hocce Actu quæstio duplex à proponentibus Doctoribus hinc indè discussa, talis fuit

An in Diarrhœa { Astringentia? / Purgantia?

Primum quæstionis caput enodandum dedit Actus Præses Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò Mr Franciscus Pousse dirimendum proposuit Mo Person, Licentiato.

Die Lunæ 31a mensis Augusti 1744, Mr Claudius Person Doctoratûs gradum consecutus est, in Scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, Præside Mo Camillo Falconet. Hujus Actûs hæc fuit quæstio bimembris,

An Kermes Minerale { In Morbis Inflammatoriis? / In Affectibus Lymphaticis?

Novus Doctor Mo Person primum quæstionis membrum, in utramque partem à se agitatum, solvendum obtulit Mro Belleteste; Actûs verò Præses secundum à se pariter discussum exhibuit solvendum Mro Francisco Pousse.

Die Martis primo mensis Septembris 1744, Lauream Doctoralem

Doctoralem adeptus est M.rr Joannes Le Thieullier, in scholis inferioribus, horâ decimâ matutina, Præside M.r Ludovico-Joanne le Thieullier. Hujus Actus sequens erat bipartita quæstio

An Cortex Peruvianus { Gangrenæ ? / Hæmoptysi ?

Novus Doctor primum quæstionis membrum, in utramque partem examinatum, proposuit dirimendum M.r Midy. alterum similimodo expensum Actus Præses enodandum exhibuit M.r Millet.

Die veneris 4.o mensis Septembris 1744, celebratus fuit in Scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, Actus Vesperiarum M.ri Francisci-Salesii-Danielis Poullin, licentiati, Præside M.r Joanne-Baptistâ-Thomâ Martineng. Hujus Actûs quæstio talis erat bimembris,

An Chymicorum Principiorum { Demonstratio, Certa ? / cognitio, necessaria ?

Actus Præses primum quæstionis membrum in utramque partem explanavit, proposuitque resolvendum Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò, pariter examinatum, M.ro Falconet licentiato exhibuit enodandum.

Die Mercurii 9.o mensis septembris 1744, M.rr Franciscus-Salesius-Daniel Poullin laureâ Doctorali donatus fuit in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside M.r Joanne-Baptistâ-Thomâ Martineng. Hocce in Actu hinc et inde agitata fuit à proponentibus Doctoribus, duplex quæ sequitur quæstio.

An Morbi { Producantur Naturâ ? / Curentur Arte ?

Novus Doctor M.r Poullin primum quæstionis membrum enodandum proposuit M.o Ferret; secundum verò Actûs Præses resolvendum exhibuit M.o Falconet.

Die veneris 2.o mensis Octobris 1744, habitæ sunt Vesperiæ M.ri Antonii Le Camus, licentiati, horâ decimâ matutinâ in Medicorum Scholis, Præside M.o Claudio-Antonio Renard. Quæsto hujus Actus talis erat bimembris

An in Variolis confluentibus Puerorum Diarrhœa superveniens { Crisis ? / Symptoma ?

Actûs Præses, discusso in utramque partem primo quæstionis membro, illud explanandum proposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti. M.rr verò Martineng secundum membrum priùs a se agitatum, dirimendum reliquit licentiato.

Die Lunæ 5.o mensis Octobris 1744, Lauream doctoralem consecutus est M.rr Antonius Le Camus, in scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, Præside M.o Claudio-Antonio Renard. Hujus Actûs hæc sequens fuit quæstio bipartita,

An Ptyalismo in Variolis confluentibus cessanti { Emetica ? / Cardiaca ?

Novus Doctor M.rr Le Camus primum quæstionis membrum, in utramque partem à se perpensum, dirimendum proposuit M.o de Rabours; secundum verò, pariter agitatum, Actus Præses reliquit solvendum M.o Martineng.

Die Sabbati 10° mensis Octobris 1744, celebratæ sunt vesperiæ Mri Petri Chevalier, Licentiati, horâ decimâ matutinâ, Præside Mro Raymundo-Iacob Finot, in locum Mi Besse. Hujus Actus talis erat, bimembris

An Scorbutus { A Coagulatione sanguinis? / Dissolutione?

Actus Præses primum quæstionis membrum, in utramque partem à se expensum, resolvendum dedit Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum vero Mro Renard, similiter explanatum, dirimendum obtulit Licentiato.

Die 14° mensis Octobris 1744, præfatus Mr Petrus Chevalier Pileo Doctorali donatus est, in scholis inferioribus, horâ decimâ matutinâ, Præside Mro Raymundo Iacob Finot. Hujus Actûs hæc sequens fuit quæstio bipartita

An Simarouba { Dysenteriæ? / Diarrhææ?

Novus Doctor Mr Chevalier primum quæstionis caput, in utramque partem dicendo, enodandum proposuit Mro Dionis; Actus verò Præses secundum à se discussum, dimisit solvendum Mo Renard.

Die Iovis 15° mensis Octobris 1744, habitæ sunt in scholis, horâ decimâ matutinâ, Vesperiæ Mri Ludovici Pathiot, Licentiati Præside Mo Ioanne-Baptistâ-Thomâ Martineng, Mi Claudii de la Vigne de Frecheville vices gerente. Hujus Actûs talis fuit quæstio bimembris,

An inspiratus Aër, cum Sanguine { Misceatur? / Fermentescat?

Actus Præses primum quæstionis membrum, æstimatis iis quæ contradicuntur, enucleandum dedit Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum autem Mro Besse, similiter à se perpensum, proposuit Licentiato dirimendum.

Die Veneris 16° mensis Octobris 1744, celebratæ fuerunt Vesperiæ Mri Francisci-Nicolai Gautier Du Rocher, in scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside Mo Eliâ Col de Vilars, Decano. In hocce Actu talis discussa fuit quæstio bipartita, cujus rationes in utramque partem à proponentibus Doctoribus examinatæ fuerunt,

An Rabies { Contagiosa? / Insanabilis?

Actûs Præses primum quæstionis membrum enodandum proposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò Mro Ioannes-Baptista-Thomas Martineng, in locum Mri de la Vigne de Fréeheville, resolvendum dedit Licentiato.

Die Lunæ 19° mensis Octobris 1744, Mr Ludovicus Pathiot Doctoratûs gradum adeptus est in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside Mro Ioanne-Baptistâ-Thomâ Martineng, Mi Claudii de la Vigne de Fréeheville vices gerente. Hujus Actûs hæc fuit bimembris quæstio in utramque partem expensa,

Num { a Diebus Criticis, / ab Annis Climactericis, } potiùs quàm ab aliis, Metuendum?

Novus Doctor primum quæstionis membrum dirimendum dedit Mro Baude de la Cloy; secundum autem Actûs Præses resolvendum obtulit Mro Besse.

Die Mercurii 21.° mensis Octobris 1744, Mr Franciscus-Nicolaus-Gautier Du Rocher laureâ doctorali donatus est à M.^o Eliâ Col-Devilars, Decano, Præside, in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ.† Hujus Actus talis erat quæstio bimembris,

† in locum M.^ri Joannis-Damiani Chevalier.

An Rabiei { Balneum Maris? / Saphenæ Sectio?

novus doctor primum quæstionis membrum, in utramque partem à se agitatum, solvendum exhibuit M.^o Bertin; secundum, simili modo examinatum Actûs Præses dirimendum proposuit M.^o Martineng, —

Die Jovis 22.^a mensis Octobris 1744, celebratus est Actus vesperiarum M.^ri Joannis-Claudii Munier, in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside M.^o Roberto-Huberto Linguet, in locum M.^ri Ludovici-Claudii Bourdelin. Hujus Actûs hæc fuit quæstio bimembris in utramque partem examinata.

An aër Sanguini misceatur { Per Pulmones? / Per Alimenta?

Actûs Præses primum quæstionis membrum, enodandum dedit Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò Mr Elias Col de vilars resolvendum Licentiato proposuit in locum M.^ri Joannis-Damiani Chevalier.

Die Veneris 23.° mensis Octobris 1744, habitæ sunt Vesperiæ M.^ri Francisci Bernard, in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside M.^o Antonio de Jussieu. Hocce in Actu agitata fuit in utramque partem hæc bipartita quæstio,

An Somni naturalis causa { A relaxatis Fibris? / Ab inspissatis Humoribus?

Actus Præses enodandum dedit primum quæstionis membrum Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò Licentiato proposuit Mr Ludovicus-Claudius Bourdelin.

Die Lunæ 26.° mensis Octobris 1744, Mr Joannes-Claudius-Munier Doctoratus gradum consecutus est, in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside M.^o Roberto-Huberto Linguet, in locum M.^ri Ludovici-Claudii Bourdelin. In hoc actu proposita fuit hæc quæstio bimembris in utramque partem agitata,

An Peripneumoniæ, Venæ Sectio { Pluries repetita? / Emeticum?

novus Doctor primum quæstionis membrum M.^o Le Monnier solvendi curam dedit; secundum Actus Præses dirimendum proposuit M.^o Col de vilars, decano, in locum M.^i Joannis-Damiani Chevalier.

Die Martis 27.° mensis Octobris 1744, Mr Franciscus Bernard Doctoris insignia accepit à M.^ro Antonio de Jussieu Actûs Præside, in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ. Hujus Actûs talis erat quæsto bipartita, in utramque partem exposita.

An in Febribus Malignis sint Signa somni { Lethalis? / Salutaris?

Novus Doctor primum quæstionis membrum, resolvendum proposuit M.^ro Vieillard; secundum verò, Actus Præses enodandum reliquit M.^o Ludovico-Claudio Bourdelin.

Die Jovis 29ª mensis Octobris 1744, celebratæ sunt Vesperiæ Mri Jacobi Verdelhan Des Moles, licentiati, in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside Mro Thoma-Bernardo Bertrand. Hujus Actus talis erat quæstio bimembris, in utramque partem à proponentibus Doctoribus examinata.

An Mammarum { Cum Utero Consensus? / Flacciditas Abortûs Index? }

Actûs Præses primum quæstionis membrum resolvendum proposuit Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum Mr. Antonius de Jussieu dirimendum dedit licentiato

Die Veneris 30ª mensis Octobris 1744, habitæ sunt Vesperiæ Mri Petri Arcelin, licentiati, horâ decimâ matutina, in Scholis Medicorum, Præside Mro David Vasse, Mri Henrici Besnier vices gerente. In hocce Actu agitata fuit à doctoribus in utramque partem hæc duplex quæstio

An Aër Sanguini quolibet modo mistus { Spirituum labes? / Organorum Materiatura? }

Actus Præses primum quæstionis membrum obtulit enucleandum Baccalaureo Candidati vices gerenti; secundum verò Mr Bertrand solvendum proposuit licentiato.

Die Mercurii 4º mensis Novembris 1744, Mr Jacobus Verdelhan Des Moles Doctoris gradum obtinuit in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside Mro Thomâ-Bernardo Bertrand. Hujus Actus hæc sequens fuit quæstio bipartita, in utramque partem à proponentibus Doctoribus examinata.


An Prægnanti { Ultimis mensibus Deambulatio? / Difficilè laboranti Sapphenæ sectio? }

Novus Doctor primum quæstionis membrum enodandum proposuit Mro Peaget filio; secundum verò resolvendum obtulit Actus Præses Mro Antonio De Jussieu.

Die Jovis quinto mensis Novembris 1744, Mr Petrus Arcelin ad Doctoris gradum provectus est, in Scholis Medicorum, horâ decimâ matutinâ, Præside Mro David Vasse, Mri Henrici Besnier vices gerente. Hujusce Actus talis erat quæstio bimembris

An Morbis ab Ichore { Sudorifera? / Cathartica? }

Novus Doctor primum quæstionis membrum, priùs in utramque partem à se examinatum, proposuit ad resolvendum Mro Benjamino-ludovico Lucas de Lauvembert; secundum verò Actus Præses, priùs à se similiter perpensum, Mro Bertrand, ad dirimendum præbuit.



Orationes publicæ

Deo juvante

M. Ludovicus-Florentius Bellot,

Doctor Medicus Parisiensis,

&

Scholarum Professor,

Medicinæ Stadium auspicaturus, publicam habuit orationem, quâ, necessarium Medicinæ cum litteris commercium, demonstrare conatus est, die dominico decimo septimo mensis Novembris anni 1743, horâ post meridiem tertiâ.

In Scholis Medicorum.

Meritissimus ille Professor, hâc Oratione vegetâ et perpolitâ, se virum verè litterarum, et Doctrinis studiisque deditum facilè probavit.

Mr. Ferret publicam quoque habuit orationem, idiomate gallico, sub hoc Programmate per urbis compita affixo.

Dieu aidant

M. Laurent Ferret,

Docteur Régent de la Faculté de Medecine en l'Université de Paris,

&

Professeur de Chirurgie en langue françoise

Fera un Discours public sur les moyens de former de parfaits Chirurgiens, le Dimanche 22 Decembre 1743, à trois heures de relevée.

Aux Ecoles de Medecine.

Hæc Oratio ita elegans, et ita inconcussis rationum momentis fulcita fuit, ut eam typis mandari Facultati placuerit.

Per hunc annum nec Anatomicæ demonstrationes, nec Chirurgica, nec Galenico-Chymica opera celebrari potuerunt, propter Amphitheatri reædificationem.



Obitus Doctorum

Anno Domini 1744, die Jovis 26° mensis Martii, circa meridiem, e vivis excessit Mr. Ludovicus de Santeul, Doctor Regens Facultatis Medicæ Parisiensis. Urinæ suppressione, vesicæ et Abdominis inflammatione correptus fuit, et intra septem dies vitam cum morte mutavit. Is acerrimo et acuto erat ingenio, ~~[illegible]~~, ac innato mentis calore, loquendo plurimum valebat. quinquaginta circiter agebat annos. Corpus ejus postridie delatum fuit in ædem deo sacram sub invocatione sancti Mederici, concomitante magnâ Doctorum Medicorum frequentia. Deinde translatum fuit in Ecclesiam Lupi et Ægidii, ubi sepulcro gentilitio conditum est.

Die Sabbati 18° mensis Aprilis ejusdem anni, horâ nonâ matutinâ, prædicto Mro Ludovico de Santeul, sacro solemni parentatus est saluberrimus Ordo.

Anno Domini 1744, die decimo mensis Julii, Mr. Josephus de la Grive, Facultatis Medicæ Parisiensis Doctor non Regens, fato functus est horâ quartâ matutina. Corpus ejus postridie delatum fuit ad ædem Deo sacram sub invocatione sancti Laurentii, ubi humatum est. De ejus morte haud commonefacta Facultas, ipsius funeribus non interfuit.

Die verò Sabbati primo mensis Augusti ejusdem anni, prædicti Mri Josephi de la Grive animæ, sacro solemni, in sacello scholarum celebrato, saluberrimus Ordo parentavit.



Acta & Comitia
Saluberrimi Medicorum
Parisiensium Ordinis,

A die Sabbati 2ª Novembris 1743,
ad diem Sabbati 7m Novembris 1744.
M. Eliâ Col de Vilars, Inculismensi,
quartùm Decano.

Anno Dni 1743, die 4° Novembris, Decanus, jusse Facultatis, hanc sequentem Epistolam ad Dnum Chicoyneau, Archiatrorum Comitem scripsit.

Monsieur

" Je suis chargé par la Faculté d'avoir l'honneur de vous écrire pour
" vous informer du nouveau procés que nous avons actuellement
" au Conseil d'Etat avec la Communauté de St Côme dont les
" prétentions tendent à l'entier renversement de la Medecine du
" Royaume. la Faculté se flatte que dans une affaire aussi
" essentielle à toutes les Facultés, et aux prérogatives même de la
" place que vous occupés si dignement, vous ne refuserés pas de
" l'appuier de vôtre credit et de vôtre protection. Elle a vu Mr
" avec douleur que vous aviés favorisé la pretenduë Reception de
" Mr la Peyronie dans la Faculté de Reims, et appuyé même la
" Declaration qu'il a obtenuë au mois d'Avril dernier. Il étoit
" difficile qu'elle vît sans quelque peine, que Mr la Peyronie eût
" pû vous engager à de pareilles démarches: mais comme elle ne
" doute point que les nouvelles prétentions de Mr la Peyronie ne vous
" développent ses veritables projets, elle espére que vous voudrés bien
" lui faire l'honneur de vous joindre à elle pour défendre les droits et
" les prérogatives de tous les Medecins du Royaume. C'est l'objet de
" ses désirs. L'estime singuliere qu'elle a pour vôtre mérite luy fait
" souhaitter de n'être plus retenuë dans les têmoignages de sa
" vénération pour vous. J'ay l'honneur d'être avec toute l'estime et
" la considération possible

Mr

A Paris, 4. 9bre 1743.

Vôtre trés humble et
trés obeisst serviteur
Col de Vilars, Doyen de Medecine.

Nullum à Dno Chicoyneau responsum accepit Decanus, sed in comitiis quæ pro Empiricorum privilegiis habita sunt die 29° ejusdem mensis, dixit Decano quod si Facultas libellum memorialem ipsi offerre vellet, in eam officia sua conferre conaretur.

Die 18° mensis Novembris 1743, Decanus cum pluribus Facultatis Doctoribus, concomitantibus Apparitoribus, adivit Dnum de Meaupoul, à Rege ad Senatus principatum evectum, propter Dni Pelletier abdicationem, honorificis eum verbis salutandi causâ. Sic autem affatus est Decanus.

Monsgr.

Monseigneur

La Faculté de Medecine vous vient témoigner la joye qu'elle a du juste choix que le Roy a fait d'un Magistrat aussi généralement estimé, aussi intégre, aussi éclairé que vous, pour l'établir le chef du premier parlement du Royaume. C'est une dignité à laquelle vous êtes arrivé par la seule voye du mérite. Elle vous étoit si legitimement düe que nul concurrent n'a cru devoir vous la disputer.

Les voeux du Public sont donc exaucés. Que ne doit il pas attendre de la justice que vous continuërés de luy rendre dans vôtre auguste Tribunal? Les puissantes sollicitations, les intrigues sécrétes pour tâcher de captiver les suffrages des Juges, n'ébranleront point vôtre integrité. L'art que l'éloquence employe souvent dans le barreau pour repandre des nuages sur la verité, ne l'obscurcira point, ne la voilera point à vos yeux; inaccessible à la surprise et à la prévention, vous serés toûjours le protecteur, le liberateur des opprimés.

Je supprimeray Mousg.r tous les éloges que vous méritês, que vôtre modestie même pourroit entendre, parce que l'adulation ne les dicteroit pas. Un discours borné n'en sauroit permettre le détail. Assez d'autres s'empresseront de relever en vous ces heureuses qualitez que donne la Nature, que confirme l'étude et le travail. Que ne publieront ils pas de cet amour constant du vray, de l'équité, de la justice? de ce fond d'humanité qui vous assure le coeur de tous les ordres; de cette pénetration d'esprit qui dans les affaires les plus difficiles, fera toujours admirer et respecter vos décisions.

Mais nous n'entrons point dans vôtre Palais pour payer à vôtre mérite un tribut de louanges. Nous venons uniquement au nom de nôtre compagnie vous assurer de ses plus profonds respects, vous jurer une éternelle reconnoissance de l'appuy qu'elle a nouvellement éprouvé dans vôtre Cour, et de celuy qu'elle ose espérer de vôtre grandeur contre les entreprises de ses ennemis. Oui, Mousg.r permettés lui de l'espérer. Continuellement occupée à la conservation des citoyens, à l'exacte observation des statuts que vous avés homologuez, de ces loix que vous avez consacrées, et que certains ambitieux ne s'efforcent que trop d'enfreindre, elle a deslors un droit particulier à vôtre protection, à vôtre bienveillance, à vos bontez. Elle vous supplie instamment Mousg.r de les lui accorder. Nous pouvons vous certifier qu'elle n'a rien tant à coeur que de s'en rendre digne de plus en plus, d'entrer dans vos vuës, de se conformer à vos louables intentions en tout ce qui regarde son ministére, et de continuër ses voeux pour la conservation d'une vie aussi prétieuse que la vôtre, d'une santé également necessaire au bien public qu'elle est chére aux sujets du Prince qui vous a confié son autorité.

Illustrissimus ille Senatûs Princeps hanc resumpsit orationem quasi ipsi tradita fuisset. Eleganter, comiter et officiosè respondit, et Facultatem Medicam, quam magni facit, in suam fidem ac praesidium accipere pollicitus est.

Die veneris 29.a mensis Novembris 1743, habita sunt apud Archiatrorum Comitem Comitia, de specificorum remediorum publici juris faciendorum privilegiis, quae plurimi Empirici impetrare cupiebant, deliberandi causâ.

Die 2.a mensis Decembris 1743, habita sunt in scholis superioribus menstrua comitia de morbis grassantibus, qui, referentibus M.ris Finot, de la Rivière, Poulse filio, Ferrein, Bouvart, Midy, fuerunt

Febres

continuæ, quibus Erysipelas phlegmonodes in facie sexto die superveniebat; duobus ab hinc diebus singultus qui catharticis evanuit; insuper Tusses catarrhales pertinaces, absque febre, colici dolores biliosi, sporadici, cum febre inflammatoria, Erysipelate facile delitescente, vomitu et urinæ suppressione; item febres malignæ soporosæ, et Rheumatismi arthritici contumaces, quibus venæ sectiones multoties iteratæ profuerunt. cæteri morbi prædicti solitis auxiliis et remediis sanati sunt.

Die Jovis 12° decembris 1743, convocati sunt Doctores omnes Medici in Scholas superiores, horâ meridianâ, post Thesim, de rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi

In his comitiis exposuit Decanus quod summa viginti millium libellarum, quam nomine Facultatis mutuatus erat, haudquaquam sufficeret ad Amphitheatri reædificandi sumptibus suppeditandum. Quapropter existimabat quod Facultas novam adhuc summam mutuari cogeretur.

Re in deliberationem missâ, statuit Facultas ut Decanus summam decem millium libellarum insuper mutuaretur ad hoc opus insequendum. et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Eodem die post meridiem, ad hanc mutuationem perficiendam, Decano dedit autoritatem Facultas instrumento publico apud Dm Chomel, Tabellionem peracto, quod cum Decano subsignarunt Mri Finot, Procope, Baron pater, Martineng, Besnier, Peaget, de Magny vasse, le Thieullier, de l'Epine, Astruc, Chomel, Hazon, Boullaud, Ferret, de la Cloy, le Monnier, Vieillard, le Moine, le Chat de la Sourdiere, Liger.

Die Sabbati 14° mensis Decembris 1743, Facultas Medica legitimè convocata per juramentum, horâ decimâ matutinâ, (postquam exposuisset Decanus quo in statu essent res et lites Facultatem inter et primum Regis Chirurgum, totamque Chirurgorum Parisiensium communitatem, paucis ab hinc mensibus motæ,) censuit super his omnibus jam memoratis, confirmandos esse Magistros Buirette et Thorel, in supremo senatu parisiensi Patronos, ipsosque rogandos enixè ut Facultati velint esse consilio, ipsamque adversus Chirurgos tueri atque defendere; et quoniam in prædictis litibus plurimæ sunt agitandæ quæstiones coram augustissimo Regis consilio, elegit Magistrum Bontoux, eumque deprecatur ut unâ cum Mris Buirette et Thorel rebus Facultatis velit consulere; nec non et acta atque scripta Facultatis, ad augustissimum Regis Consilium offerenda, chirographo suo munire; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Hisce in comitiis dixit Decanus, die 28° mensis Novembris proximè elapsi, sibi declaratum fuisse per Accensum, nomine Dni Perrot Du Vernay, quod dictus du Vernay Facultati significaret Mm Gaulard se Doctorem in Medicina Facultatis Parisiensis prædicare in Instrumento publico sibi denuntiato, cujus suppeditabat exemplar. Quoniam verò titulus Doctoris Medici Facultatis Parisiensis dicto Gaulard non competit, petiit à Facultate Decanus quomodo velit ut in eum insurgat.

In ea fuit sententia saluberrimus Ordo, unanimi consensu, ut Decanus, instrumento publico à dicto Gaulard hujus tituli retractationem exigeret; et ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die verò 30° mensis Decembris 1743, prædictus Gaulard hanc

retractationem per Accensum denuntiavit.

L'an mil sept cent quarante trois, et le trentiéme jour de Decembre, avant midy, à la Requête de Mr. Jullien Gaulard conseiller Medecin ordinaire du Roy, demeurant à Paris, ruë de la Potterie paroisse St. Merry, où il fait election de domicile, j'ay Simphorien Galissot, huissier ordinaire du Roy en sa chambre des comptes, à Paris, demeurant ruë de la verrerie, place du cimetiére et paroisse St. Jean en Gréve, soussigné, declaré à Messieurs les Medecins de la Faculté de Paris, et pour eux à Mr. Colde Vilars leur doyen, demeurant à Paris ruë du cimetiére St. André des Arcs, en son domicile, parlant à sa personne, que sur ce que le dit Sr. Gaulard a été instruit que dans une signification faite sous le nom et à la requête du d. Sr. Gaulard par Exploit du   au Sr. Perrot du Vernay, demeurant à Paris ruë et paroisse St. Paul, on lui avoit donné sans son aveu et consentement et à son insçu, la qualité de Medecin de la dte. Faculté de Paris, et que le d. Sr. Perrot du Vernay, par une suite de ses procedez odieux, avoit denoncé la dte. signification à la dte. Faculté de Medecine de Paris, le d. Sr. Gaulard, pour éviter et même prévenir toute contestation à ce sujet, reconnoît que c'est par erreur qu'on luy a donné la qualité de Medecin de la Faculté de Paris, et qu'il n'a point entendu ni n'entend la prendre; au moyen de quoy il proteste de nullité de tout ce qui pourroit être fait au préjudice de la presente déclaration, dont acte; et afin que les d. Srs. Medecins de la Faculté de Paris n'en ignorent, je leur ay parlant comme dessus, laissé copie du présent acte signé du d. Sr. Gaulard. signé Gaullard. Gallissot.

Die 2a. Januarii 1744, habita sunt in scholis superioribus menstrua Comitia, de morbis grassantibus deliberandi causâ, qui, juxta relationem Mrorum Procope, Baron, et caeterorum Doctorum praesentium, sunt diarrhoeae cum febre et tenesmo, Tusses, Pleuritides et Erysipelata, quibus curandis usitata adhibita fuerunt remedia cum successu.

Die Sabbati 25a. mensis Januarii 1744, convocati sunt per schedulam ab Apparitoribus delatam, Doctores omnes Medici in scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, post sacrum, Candidatorum Examinatores electuri; nec-non Decanum, de rebus ad Facultatem pertinentibus dicentem, audituri.

Congregatis Doctoribus, praesentium nomina ex majori ordine in urnam missa fuerunt, ex quibus sorte ducti sunt à Decano in Electores Examinatorum.

Mri. Joannes-Franciscus Couthier,
Joannes-Baptista-Thomas Martineq,
Gabriel-Antonius Jacques.

Missis pariter in urnam nominibus Doctorum praesentium minoris ordinis, sorte depromti sunt

Mri. Franciscus-Faelicitas Cochu,
Joannes Midy.

Hi quinque Electores, praestito inter manus Decani solito sacramento, in sacellum recesserunt Examinatorum electioni operam daturi; mox reduces, Mr. Couthier verba faciente, appellaverunt in Examinatores Candidatorum de majori ordine

Mros

Mros Ludovicum-Mariam Pousse,
Hyacinthum-Theodorum Baron filium,
Joannem-Baptistam Boyer.

Sorte ducti sunt
Mri Ludovicus-Maria Pousse,
Joannes-Baptista Boyer.

De minori Ordine proposuerunt
Mros Joannem-Baptistam-Ludovicum Chomel,
Achillem-Franciscum Fontaine,
Gedeonem de Rabours.

Sorte depromti sunt
Mri Fontaine
de Rabours.

Et super hac electione conclusit C. Ldevilars, Decanus.

Hi porro quatuor Examinatores solitum praestiterunt inter manus Decani Sacramentum.

Caeterae res ad Facultatem pertinentes ad alia comitia remissae fuerunt.

Die Jovis 30a Januarii 1744, lata fuit ab ordinariae cognitionis Judice in Castelleto Parisiensi, adversus cognominatum le Mercier, sententia sequens,

Sentence rendue

Par M. le Lieutenant Civil au Châtelet de Paris,
En faveur des Doyen & Docteurs-Regens de la Faculté de Medecine de l'université de Paris,

Qui fait défense au sieur le Mercier, docteur en Medecine de l'université de Reims, d'exercer la Medecine à Paris, et le condamne en cinq cent livres d'amende.

A tous ceux qui ces présentes Lettres verront Gabriel-Jerôme de Buillon, Chevalier Comte d'Esclimont, Seigneur de Vereville, Erespierre, Marol, Montanville et autres lieux, Maréchal des camps et Armées du Roy, son conseiller en tous ses Conseils, et Prevôt de la ville, Prevôté et Vicomté de Paris: Salut sçavoir faisons que sur la Requête faite en jugement devant nous à l'audience du Parc civil du Châtelet de Paris, par Maître Geoffroy Josse, Procureur des Srs Doyen et Docteurs-Régens de la Faculté de Medecine de l'université de Paris, Demandeurs aux fins de l'assignation de Bertrand, Huissier Commissaire Priseur, du trente Octobre dernier, duement controllée et presentée, tendant à ce que les statuts de leur Faculté, et les Edits, Déclarations, Arrêts et Reglemens du Conseil d'Etat et du Parlement, notamment l'Edit du mois de Mars 1707, concernant la dite Faculté, soient exécutés, en consequence qu'il soit fait défense au Sr le Mercier, d'exercer la Médecine à l'avenir en cette ville, et d'envoyer des Ordonnances signées de sa main chez les Apotiquaires de la ville, et pour être contrevenu aux dits Statuts, Edits, Arrêts et Reglemens, qu'il soit condamné en cinq cent livres d'amende, notre Sentence affichée, et autres fins avec depens, Défendeurs à la signification extrajudiciaire de Compagne, Huissier, du 23 Novembre dernier, contenant

contenant entre autres choses declaration de la part du dit sr. le Mercier qu'il a exercé la Medecine, et aux défenses du trois Decembre, et Demandeurs suivant leurs moyens du quatre, le tout tendant aux fins y contenuës, assisté de Mr. Desmoulins leur avocat, contre Maitre Vaultier l'ainé, Procureur du sieur François-Ignace le Mercier, se disant Docteur en Medecine de l'université de Reims, Defendeur et défaillant; oui le dit Maitre Desmoulins en son plaidoyer, ensemble noble homme Monsieur Maitre Moreau Avocat du Roy en cette Cour, en ses conclusions et par vertu du défaut de nous donné contre Vaultier au dit nom, non comparant ni autre pour lui düement appellé, lecture faite des dits Statuts, Edits, Déclarations, Arrêts du Conseil d'Etat et Réglemens de la dite Faculté de Medecine de cette ville, et autres piéces, ensemble de l'avenir à ce jour, nous disons que les statuts, Edits, Déclarations du Roy, Arrêts du Conseil d'Etat et du Parlement, concernant la Faculté de Médecine de l'université de Paris, seront exécutés, donnons lettres aux parties de Desmoulins de ce que la partie defaillante a déclaré par écrit avoir exercé la Médecine, lui faisons défenses de l'exercer à l'avenir, et pour être contrevenu aux dits Statuts, Edits, Declarations du Roy et Arrêts du Conseil d'Etat, le condamnons en cinq cens livres d'amende et en tous les dépens, et sera nôtre présente sentence, luë, publiée et affichée par tout ou besoin sera aux frais de la partie défaillante, ce qui sera executé nonobstant et sans préjudice de l'appel, et soit signifié, en témoin de quoy nous avons fait sceller ces présentes qui furent faites et données par Messire Jerôme Dargouges, Chevalier Seigneur de Fleury et autres lieux, conseiller du Roy en tous ses Conseils, Maitre des Requêtes honoraire de son Hôtel, Lieutenant civil de la ville, Prevoté, et Vicomté de Paris, tenant le siége le Jeudy trente Janvier mil sept cent quarante-quatre.

Collationné signé Cuyret, scellé le trois Fevrier 1744, signé Sauvage, et plus bas est écrit signifié et baillé copie à M. Vaultier l'ainé, Procureur à domicile, le quatre Fevrier 1744, signé Carvot, Huissier audiencier.

Hæc sententia per urbis compita affixa est: sed dictus le Mercier ab urbe egressus est, et nec mulctam nec litis sumptus solvit.

Die Lunæ 3a. mensis Februarii 1744, habita sunt in Scholis superioribus menstrua Comitia super morbis grassantibus.

Mr. Antonius de Jussieu se observasse retulit Diarrhoeas cum colicis doloribus, quas à vino vitiato oriri existimat; præterea Peripneumonias et Pleuritides malignas, Colicos dolores cum vomitu, variolas benignas, Rheumatismos, Podagras, quibus omnibus morbis solita adhibita sunt remedia.

Mr. Cantwel idem observavit, et insuper Febres malignas cum Parotidibus. Radicem è Senega seu Polygalam in uno Pleuritico felicem dixit habuisse successum, sub forma decocti. Dosis ℥ß in aquæ ℔iij ad medias cocta, cujus decocti ℥ij quartâ quaque horâ exhibuit. Rheumatismos etiam universales et arthriticos animadvertit, in quibus venæ sectiones feliciter celebratæ sunt. Dixit quoque cyathum unum vini rubri generosi se ægrotanti exhibuisse, cujus arthritis introgressa ventriculum læserat et convaluit.

Cæteri Doctores idem ac Mr. de Jussieu retulerunt, addideruntque Erysipelata et dysenterias grassari.

Die 5°

Die 5° ejusdem mensis Februarii 1744, promulgatum et totius urbis compitis, valvisque Scholarum et singulorum Doctorum affixum fuit Programma sequens pro futuro Candidatorum Examine.

De Mandato
M. Eliæ Col de Vilars,
saluberrimæ Facultatis Parisiensis Decani,
et
M.M. Doctorum-Regentium ejusdem Facultatis.

Notum sit omnibus quorum interesse potest, Medicinæ Candidatis, hoc anno Millesimo septingentesimo quadragesimo-quarto, habitum iri Examen; quapropter ii, veste talari et pileo quadrato, ut moris est, ornati, sistant se coram Facultate, die Sabbati decimo-quarto mensis Martii, horâ decimâ matutinâ; nullumque aliud aperiendum esse Examen intelligant, nisi post biennium.

Subscripsi et promulgavi die quinto mensis Februarii, anno millesimo septingentesimo quadragesimo-quarto.

Franciscus-Ludovicus Bret, major Facultatis Apparitor et Scriba.

Die Sabbati 22° ejusdem mensis Februarii 1744, Facultas per schedulam convocata in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ post sacrum, statuit quod Decanus numeraret D.no Buirette, Patrono, triginta nummos sive Ludovicos aureos, id est summam septingentarum viginti librarum, pro memoriali libello quem adversus Chirurgos Parisienses confecit; et sic conclusit Col de Vilars Decanus.

Hoc decretum subsignarunt M.ri Finot, Procope, Baron, Astruc, Bourdelin, Payen, Majault.

Die Lunæ 2° mensis Martii 1744, habita sunt de morbis grassantibus menstrua Comitia, in quibus M.r Col de Vilars Decanus dixit se observasse Erysipelata in capite, concomitante febre continuâ, et superveniente delirio, quibus sanandis præscripsit saphenæ sectiones, Emulsiones cum simplices tum stibiatas. Grassatæ sunt præterea febres continuæ cum exacerbationibus et alvi profluvio, quibus, post venæ sectiones, Conserva Mespillorum feliciter adhibita fuit.

M.r Lepy observavit Colicos dolores biliosos, Catarrhos, morbillos, variolas, Erysipelata, alvi profluvia et Dysenterias; qui quidem morbi solitâ methodo curati sunt.

Cæteri Doctores idem retulerunt.

Eodem die Facultas legitimé convocata in Scholas superiores, horâ undecimâ matutinâ, de rebus ad se pertinentibus deliberatura, statuit quod loco summæ decem millium librarum quam Decanus pro Amphitheatri reædificatione mutuari debebat, summam duodecim millium librarum mutuaretur, et ipsi ad hanc mutuationem, hoc præsenti Decreto, fecit potestatem; sicque conclusit Col de Vilars, Decanus.

Hocque decretum subsignarunt M.ri Martineng, Lepy, Peaget, Millet, Macquer, le Moine, Lalouette, Isez, la Sourdiere. verum summam

dumtaxat

duntaxat decem millium librarum mutuatus est Decanus, juxta instrumentum publicum die 12° Decembris 1743, apud Dm. Chomel, Tabellionem actum.

Die Sabbati 7° mensis Martii 1744, et diebus sequentibus, Chirurgica Opera, propriis manibus aggressi sunt Baccalaurei, à Doctoribus interrogati; quod quidem Examen, Programmate, sequenti totius urbis Compitis et Scholarum valvis affixo, promulgatum fuit.

De Mandato
M. Eliæ Col De vilars
saluberrimæ Facultatis Parisiensis Decani,
&
M.M. Doctorum-Regentium ejusdem Facultatis.

Notum sit omnibus ad quos pertinet, die Sabbati 7° mensis Martii, anni 1744, et diebus Dominico, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris sequentibus, ab horâ secundâ post meridiem ad quintam, Baccalaureos peritiæ suæ in Operibus Chirurgicis, super virili Cadavere, propriâ manu exequendis, examine probatorio, coram Facultate, periculum esse facturos.

Subscripsi et promulgavi die Jovis 5° ejusdem mensis et anni.
Franciscus-Ludovicus Bret, Major Facultatis Apparitor.

Convocationis verò Schedula ad singulos Doctores ab Apparitoribus delata, talis erat,

Articulus quartus,

Decreti vigesimo-secundo die Martii 1732 lati, et trinâ convocatione confirmati

Exercitationum Chirurgicarum primo et secundo die in Abdomine conficiantur Operationes; tertio die Operationes in Pectore celebrentur; quarto et quinto die Operationes in Capite perficiantur; sexto et septimo die Artus Chirurgicis Operationibus subjiciantur. De causis, signis, Eventu, et Curatione morborum chirurgicâ, de Medicamentorum applicatione externa, de Instrumentis Chirurgicis interrogentur Baccalaurei, atque Operationis modum, et splenio rum fasciarumque applicandi rationes, Operi manum admovendo, exponant.

vi cujus Decreti

Convocentur Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, die Sabbati septimo mensis Martii, Dominico, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris sequentibus, anni 1744, ab horâ secundâ post meridiem ad quintam, Baccalaureos, Operationes Chirurgicas, super virili Cadavere propriis manibus exercentes; nec non Mrm Claudium Bourdier, de Anatome, interrogaturi. Datum Parisiis die quinto ejusdem mensis et anni. Col de vilars, Decanus.

Die Sabbati 14° mensis Martii 1744, convocati sunt per Schedulam, doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, post Sacrum, suum de Baccalaureis

nuper

nuper examine Chirurgico, supra virili Cadavere, tentatis, judicium per scrutinium laturi; nec-non Candidatorum supplicationem audituri.

Congregatis Doctoribus, et examinatis suffragiorum tabellis, Facultas probavit Baccalaureorum responsa et Chirurgicas Operationes ab iis celebratas.

Probavit quoque Facultas sectiones et demonstrationes anatomicas à M. Claudio Bourdier præstitas

In his Comitiis statuit Facultas, unanimi ferè consensu, quod ex hoc examine Chirurgico summa quinque libellarum cum duodecim assibus et sex denariis Decano relinqueretur pro Amphitheatri reædificatione. huic Decreto annuerunt Doctores omnes præsentes, excepto M. Davier de Breville qui honorarium suum plenè voluit accipere. Cæteri Doctores prædictam lubenter reliquerunt summam.

His peractis introducti sunt Candidati, qui habitu convenienti coram Facultate stiterunt se numero decem, et ex quibus Florentius-Carolus Bellot, Collegæ nostri filius, suo et Collegarum suorum nomine, oratione politâ et modestâ, Facultati supplicavit velit eos ad examen admittere. Auditâ supplicatione, Candidatisque omnibus sigillatim de nomine, cognomine, patria et religione, nec-non de quæstione unica, à doctorum præsentium antiquioribus, breviter interrogatis, moxque recessis, eorum supplicationi annuendum esse censuit Saluberrimus Ordo; hincque accersitis renuntiavit Decanus Facultatis sententiam, indixitque diem lunæ sequentem quo studiorum suorum, ætatis et Magisterii in artibus, aut in alia universitate doctoratus fidem facerent.

Die Lunæ 16° mensis Martii 1744, horâ post meridiem tertiâ, rursùs stiterunt se Candidati in Scholis superioribus, coram Facultate, suasque exhibuerunt testimoniales Litteras, et iis indixit Decanus diem sabbati sequentem, ut adhuc sistant se coram Doctoribus, eodem habitu, horâ undecimâ matutinâ, Saluberrimi Ordinis judicium audituri. mox recesserunt. Tum viva voce, ut moris est, et ex majori suffragiorum numero, ex præsentibus Doctoribus sex electi sunt in prædictarum Litterarum Examinatores, nimirum

de majori Ordine: M. Procope, M. Vasse, M. Cosnier.

De minori: M. Linguet, M. Bouvart, M. Bertin.

Die Sabbati 21° mensis Martii 1744, convocati sunt per Schedulam Doctores omnes Medici in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, post Sacrum, Clarissimorum Virorum qui examinandis Candidatorum Litteris præpositi fuere, relationem audituri, et de ea suum judicium laturi.

In iis Comitiis M. Procope, Examinatorum litterarum antiquior, his verbis Facultatem allocutus est

Vig. Dec. Viri Medici, litteras decem Candidatorum sedulo examinavimus. Ex iis

Natalis-Andreas-Joannes-Baptista Chesneau, Cenomanus, viginti quatuor agit annos. Doctoralem lauream consecutus est in Facultate Medica Rhemensi. Annis 1742 et 1743. Lectiones nostras excepit de Physiologia et Pathologia; lectionesque Pharmaceuticas habuit

habuit à Mro Besnier, de re herbaria à Mro Bertrand, et de Chirurgia à Mro Murry. Itaque nihil ipsi deest.

Stephanus Pourfour du Petit, Parisinus, natus die 17° mensis Octobris 1717. Magisterium adeptus est in artibus Lutetiæ. Testimoniales studiorum litteras exhibuit Mrorum Procope, de Pathologia, anno 1743; Murry, de Chirurgia eodem anno; de la Cloy, de materia medica, anno 1744; et Vieillard, de Pharmacia, eodem tempore. desunt litteræ studiorum in Physiologia.

Antonius Petit Aureliis natus die 23 Julii 1722, Magisterium in artibus Parisiis assecutus est. Testimoniales probavit studiorum litteras de Physiologia et Pathologia à Mro Henrico-Francisco Bourdelin; de Pharmacia à Mro Ludovico-Claudio Bourdelin; de materia medica à Mro Linguet, et de Chirurgia à Mro Davier de Breville. Itaque nihil ipsi deest.

Dionysius-Claudius Doulcet, Parisinus, natus in Parochia Sti Landerici, die 14° Augusti 1722. Magisterium in artibus Parisiis consecutus est. Lectiones de Physiologia et Pathologia excepit à Mro Procope; de Chirurgia à Mro Murry; de Materia medica à Mro Bertrand; de Pharmacia à Mro Besnier. nihil ergo ipsi deest.

Florentius-Carolus Bellot, Abbavillæus, natus die 14° mensis Maii 1724. Magisterio in artibus Parisiis donatus est. Litteras studiorum, (quibus tamen non indiget*, utpote Mri Bellot collegæ nostri filius) exhibuit de Physiologia et Pathologia à Mro Procope; de Chirurgia à Mro Murry; de Pharmacia à Mro Besnier, et de materia medica a Mro Bertrand. omnibus igitur numeris absolutus est.

* per Cortezzâ præsente Patre

Joannes-Franciscus Paris, natus Parisiis in Parochia sancti Germani Antissiodorensis, die 5° Julii 1714. Magisterii in artibus gradum adeptus est Lutetiæ. Lectiones excepit à Mro Procope de Physiologia et Pathologia; à Mro Murry de Chirurgia; à Mro Besnier de Pharmacia; à Mro Bertrand de materia medica. nihil ergo ipsum deficit.

Bartholomæus-Tussanus Le Clerc, Rothomagensis, natus est in Parochia dicta de Tietreville, Decanatûs Valmontii, anno 1717. Testimoniales ejus Baptismatis litteræ authoritate non sunt munitæ. Magisterii gradum in artibus adeptus est in universitate Cadomensi, mense Julii 1735. Lectiones Physiologicas et Pathologicas excepit à Mro Henrico-Francisco Bourdelin, Chirurgicas à Mro Davier de Breville, Pharmaceuticas à Mro Ludovico-Claudio Bourdelin, de materia medica à Mro Linguet

Dionysius Pautier de la Breulhe, Inculismensis, natus est die 17 mensis Maii anni 1722. Doctoratûs gradum consecutus est in Facultate Medica universitatis Rhemensis. nihil igitur ab ipso desideratur.

Jacobus-Laurentius Mauroy, Parisinus, natus in Parochia Sti Germani Altissiodorensis, die 19° Januarii 1719. Magisterii in artibus gradu, Parisiis, donatus, in supremo Senatu Patronus, Lectiones Physiologicas et Pathologicas excepit à Mro Cochu, de materia medica à Mro Cosnier, Pharmaceuticas à Mro Le Hoc, Chirurgicas à Mro Ferrein.

Pascasius Borie, Benearnensis, Laureâ doctorali donatus est in alma Medicinæ Facultate Monspessulana anno 1736, die 12° mensis Aprilis. desunt Litteræ Baptismatis testimoniales.

Auditâ Clarissimorum Examinatorum relatione, rogatisque Doctorum omnium præsentium sententiis, placuit saluberrimæ Facultati Candidatos omnes ad Examen admitti, eâ tamen conditione ut qui testimoniales Baptismatis litteras non exhibuerunt, illas authoritate munitas quamprimum afferrent. et sic conclusit

Col de Vilars, Decanus.

Accersitis verò Candidatis Decanus Facultatis sententiam denuntiavit, indixitque pro Examine diem Lunæ sequentem et cæteros hebdomadis dies.

In his comitiis censuit Facultas ut libellus memorialis à dno. Buirette, Patrono, confectus, hoc ipso die dno. Maboul offeratur à Decano, concomitante Mro. Astruc, quod illicò factum est.

Die Martis 24ª mensis Martii 1744, Facultas, post propugnatam Thesim, congregata, dictam Thesim, cujus conclusio. Ergo Parienti Obstetricis sola manus, improbavit, ut poti quæ verba quædam asperiora continebat. et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Verum ut decretum illud confirmaretur, Facultas die 27ª legitimè convocata, sequens adhuc Decretum tulit typis mandatum.

Anno dni. millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, die veneris vigesimâ septimâ mensis Martii, Facultas abhorrens ab omni injuriâ cuilibet illatâ vel inferendâ, congregata horâ decimâ matutinâ, per schedulam, ut moris est, deliberatura super Decreto, post Thesim die Martis proximè elapsâ propugnatam, lato, cujus talis erat quæstio, An Parienti Obstetricis sola manus? Statuit supprimendam esse Thesim, utpote Facultatis menti minùs congruam, et ex Decani sententiâ à verbis quibusdam asperioribus non emendatam, hocque Decretum scholarum valvis esse affigendum et singulis Doctoribus distribuendum, et ita concludit

Col de Vilars, Decanus.

De mandato Decani et Doctorum Regentium in saluberrima Facultate promulgavi et scholarum valvis affixi, die 28º mensis Martii.

Franciscus-Ludovicus Bret, major Facultatis Apparitor et Scriba.

Notandum tamen prædictam Thesim non fuisse improbatam quoad conclusionem, sed tantùm propter verba quædam asperiora quæ in Thesi continebantur, et quæ juxta Decani sententiam non fuerant emendata.

Die Lunæ 23º mensis Martii 1744, interrogati fuerunt Candidati à Decano et quatuor Examinatoribus, coram Facultate, de Rebus naturalibus, ab horâ secundâ post meridiem ad septimam; die Martis sequenti de Rebus non-naturalibus, per idem tempus tentati sunt. Hoc ipso die verò Mercurii de Rebus contra naturam responderunt. Hoc ipso die post Examen, unicuique Candidatorum propositus, fuit unus Hippocratis Aphorismus, die Veneris sequente explanandus.

Die autem Veneris 27º ejusdem mensis, Facultati se sistentes Candidati, Aphorismum Hippocratis ab Examinatoribus propositum explanaverunt, et singuli argumentis Examinatorum satisfecêre.

Die Sabbati 28º mensis Martii 1744, convocati sunt Doctores omnes in scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, post sacrum, Clarissimorum Examinatorum relationem audituri, et suum de ea judicium per scrutinium laturi.

Congregatâ magnâ Doctorum frequentiâ, auditâ Examinatorum relatione, in ea fuit sententia Facultas ut omnes Candidati ad Principium admitterentur, eâ tamen lege quod + Pascasius Bovie, et ‡ Bartholomæus-Tussanus le Clerc testimoniales Baptismatis Litteras, auctoritate Judicis munitas, quas afferre polliciti sunt, quamprimum exhiberent; sin minùs Baccalaureatûs gradus irritus foret. et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

+ Exhibuit. vide pagin 846.
‡ Exhibuit. vide pag. 846.

Accersitis postea Candidatis, Decanus Saluberrimi Ordinis Decretum renuntiavit; moxque solitum inter manus Decani præstiterunt Sacramentum.

In hisce comitiis deliberatum fuit utrum aliquid ex hujus Examinis honorario, inter manus Decani relinqueretur pro Amphitheatri reædificatione.

In ea fuit sententia Facultas ut ex hoc Candidatorum Examine sex libræ à singulis Doctoribus Decano relinquerentur ad Amphitheatri reædificationem; ita tamen ut cuique Doctori concederetur annuendi libertas. Statuit insuper Saluberrimus Ordo ut honorarium Doctorum absentium quos Examini adesse penes erat, Candidatis, excepto Dno. Bellot, utpote Collegæ filio, si voluerit, non retribueretur, sed ad eundem finem à Decano retineretur; et ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

Accesserunt deinde Baccalaurei Emeriti, suam à Facultate manumissionem postulaturi, Mro Bernard suo et aliorum nomine verba faciente. Eorum postulationi, unanimi consensu, annuit Saluberrimus Ordo, eâ conditione ut Thesibus adhuc propugnandis sedulò adfuerint, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Peractis tandem Comitiis, in Scholas inferiores se contulerunt Candidati, præsentibus Decano et quibusdam Doctoribus in minorem cathedram sigillatim ascenderunt, et à majori Apparitore, altâ voce, renuntiati sunt Saluberrimæ Facultatis Parisiensis Baccalaurei, Suum deinde dixerunt Principium, initiumque docendi fecerunt. Hi autem erant no. Decem, Scilicet

Mr. Florentius-Carolus Bellot, Abbavillæus,
Mr. Stephanus Pourfour du Petit, Parisinus,
Mr. Dionysius-Claudius Doulcet, Parisinus,
Mr. Joannes-Franciscus Paris, Parisinus,
Mr. Pascasius Borie, Benearnensis,
Mr. Jacobus-Laurentius Mauroy, Parisinus,
Mr. Antonius Petit, Aurelius,
Mr. Bartholomæus-Tussanus Le Clerc, Rothomagensis,
Mr. Dionysius Pautier de la Breulhe, Inculismensis,
Mr. Natalis-Andreas-Joannes-Baptista Chesneau, Cenomanus.

Die 1a Aprilis 1744, habita sunt, de morbis grassantibus, menstrua Comitia. In quibus Mri. Jacques, Magny, Davier, Gasnier, Chomel, Herissant, retulerunt se observasse Catarrhos febre stipatos, qui, pro variis quas adoriebantur partibus organicis, varios impertiebantur affectus. Hinc Pleuritides, Peripneumonias, Apoplexias suscitarunt. Mr. Chomel in Pleuritide radicem Polygalæ Virginianæ, cum successu, expertus est sub infusi forma ad ℥ß in aquæ et vini albi ana ℥ viij, pro tribus dosibus. Cæteri Doctores venæ sectiones in principio, Bechica et deinde cathartica præsipserunt.

Mr. Gasnier Erysipelata et colicos dolores; Mr. de la Sourdiere Febres malignas cum delirio; Mr. Liger Anginas nothas, observarunt.

Mr. Bergier in feminis animadvertit vomitus cruentos et Sputa sanguinea, quæ modicis venæ sectionibus cesserunt; sed omissâ accuratâ Diætâ, post quindecim dies revertebantur.

Nullus tamen ex hisce morbis se epidemicum præbuit

Die Sabbati 18a. Aprilis 1744, post solemne Sacrum quo Mro Ludovico de Santeul parentavit Saluberrimus Ordo, deliberatum fuit utrum habitatio cum officina, sub ducentarum

ducentarum libellarum pretio in majoribus Facultatis ædibus minori Apparitori concederetur. Statuit unanimi sententiâ Facultas, minori Apparitori, pro ejus habitatione in prædictis ædibus, concedendas esse dumtaxat centum et viginti libellas. et sic conclusit Col de vilars, Decanus.

In iisdem Comitiis statutum fuit à Facultate testimoniales studiorum litteras denegandas esse Magistris Chirurgis actu Medicinæ studentibus, nisi publico instrumento apud Tabellionem acto, chirurgiæ exercitio se abdicaturos polliceantur; et ita conclusit Col de vilars, Decanus.

In his quoque Comitiis legit Decanus Epistolam sequentem, ad dm Chicoyneau, Archiatrorum Comitem, mittendam, quam probavit Facultas, et quæ ejus jussu postridie missa fuit.

Mr

" La première place que vous occupés dans le corps de la Medecine,
" exige de vous une puissante protection pour tous les Medecins
" du Royaume. Je suis persuadé que vôtre inclination vous portera
" à la leur accorder. vous m'avés même fait l'honneur de me le
" témoigner. J'ose dire de plus que vôtre propre interest doit vous
" y engager. vous n'ignorés pas les prétentions des Chirurgiens
" énoncées dans la Requête qu'ils ont presentée à Sa Majesté au mois
" d'octobre dernier. vous devés encore en être mieux instruit par le
" livre qu'ils ont produit dans le procés que nous avons avec eux,
" sous le titre de Recherches critiques et historiques sur l'origine, les
" divers Etats et les progrés de la Chirurgie en France; livre qu'on
" doit regarder comme un libelle diffamatoire plein de calomnies et
" de faussetés. vous pouvés compter que s'ils venoient à bout de leur
" dessein, la Medecine et la Chirurgie même tomberoient dans une
" entiére decadence, et que le coup rejailliroit sur vous. Affranchis
" de la subordination ils insulteroient depuis le dernier jusqu'au
" premier des Medecins. Ils ne le font déja que trop dans les provinces,
" particuliérement les Lieutenants du premier Chirurgien qui
" reçoivent seuls les Aspirans en Chirurgie et les sages femmes;
" font seuls les Rapports en justice et s'emparent des malades de
" maladies internes, malgré les Edits, Declarations et Arrêts à ce
" contraires. Je suis accablé de lettres de plaintes qu'on m'écrit
" de toutes parts. C'est un brigandage qui ira plus loin qu'on ne
" pense. si le Roy en étoit informé, je ne doute pas qu'il ne mît
" ordre à un dérangement si préjudiciable à ses sujets qui deviendront
" enfin les tristes victimes de ces prétendus Medecins. Vous approchés d'assez
" prés le Throne de S. M. pour lui représenter le danger qu'il y auroit
" de favoriser les entreprises des Chirurgiens. on ne les lui présente que
" sous les apparences du bien public, et personne ne lui fait connoître qu'on
" surprend sa religion. Vous êtes, Monsieur, plus à portée que qui que
" ce soit de détourner ce coup fatal, et d'empêcher que ceux qui vous sont
" subordonnés et qui doivent prêter serment devant vous, ne s'affranchissent
" enfin de toute subordination. Les mémoires que j'ay eu l'honneur de vous
" envoyer par la voye de Mr. Bourdier, vous feront encore mieux connoître la
" verité de ce que j'avance. La Faculté de Medecine espére que vous voudrés
" bien l'aider en cette occasion, et que vous agirés vivement dans une cause
" qu'elle croit commune avec vous, puis qu'elle l'est avec tous les Medecins
" du Royaume que vous êtes obligé par vôtre état de protéger, et qu'elle
" interesse absolument le bien public. J'ay l'honneur d'être &c.

Col de vilars. Doyen de medecine.

A Paris le 19 Avril 1744.

nullum accepit responsum Decanus à D.no Chicoyneau, sed occurrit occasio quâ illum allocutus est. Tunc petiit à Decano brevem libellum memorialem quem Regi porrigere conaretur; promisitque se Facultati opem laturum: Sed fatendum est eum languidè egisse.

Die Sabbati 2.o mensis Maii 1744, habita sunt in Scholis superioribus menstrua Comitia de morbis grassantibus, qui, referentibus M.ris Le Roy, de l'Epine, Vasse, Linguet, Bourdelin junior, Bellot, Cochu, Fontaine, fuerunt Pleuritides, Peripneumoniæ, Febres catarrhales, Dysenteriæ, Morbilli; quibus curandis solita adhibita sunt remedia.

Die Jovis 28.o Maii 1744, M.r Bartholomæus-Tussanus le Clerc, Facultatis Baccalaureus, litteras attulit Baptismatis testimoniales, authoritate Judicis munitas, quibus constat eum sacris fontibus ablutum fuisse in Ecclesia Parochiali dicta de Tietreville, die primo Novembris 1717.

Die Lunæ 1.o mensis Junii 1744, habita sunt in Scholis superioribus menstrua Comitia, de morbis grassantibus agendi causâ. In his comitiis M.r Astruc se observasse retulit Peripneumonias solitis remediis curatas.

M.r Boyer eosdem observavit morbos, et præterea Diarrhœas et colicos dolores.

M.r Malouin Febres tertianas haud mali moris, et Febres catarrhales quibus Theriaca in infuso Papaveris rhœados florum profuit. Animadvertit insuper scorbuticos affectus solito frequentiores.

M.r le Hoc idem retulit de scorbuto; sed præterea Erysipelatum et morborum arthriticorum mentionem fecit.

M.r de la Riviere eosdem morbos ac M.ri Astruc et Boyer se observasse dixit, quemadmodum Febres malignas acutas et inflammatorias, somnolentiâ, Renum dolore et Sputo sanguinis stipatas. Tres ejus ægri, invitis venæ sectionibus et aliis indicatis remediis, intra tres dies fato functi sunt. Tres alii eâdem methodo sanati fuerunt.

M.ri de Jean, Hazon et Vandermonde idem ac cæteri Doctores annotarunt. M.r Payen idem ac M.r Astruc.

Eodem die Facultas decrevit quod Decanus summam septuaginta librarum cum duodecim assibus numeraret D.no Josse, saluberrimi Ordinis in Castelleto Procuratori, pro sumptibus in lite quam vicit adversus D.m le Mercier, medicinam illicitè factitantem. et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Hoc decretum subsignarunt M.ri Astruc et Boyer.

In iisdem Comitiis M.r Pascasius Borie, Benearnensis, Facultatis Baccalaureus, testimoniales Baptismatis litteras attulit, et exhibuit Facultati, quibus constat eum sacris fontibus regeneratum fuisse in Ecclesia Parochiali urbis Pontacq, anno D.ni 1704, die 22.a Maii; quæquidem litteræ authoritate Judicis munitæ sunt.

Die Veneris quinto mensis Junii, anni 1744, convocati sunt per schedulam Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ tertiâ pomeridianâ, posterioris anni primi nostri Decanatûs Rationes audituri.

Hoc ipso die auditæ, examinatæ et probatæ fuerunt à Facultate Rationes posterioris anni primi Decanatûs nostri; et sic cum omnibus conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die Lunæ 8.o mensis Junii 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, et sequentibus ejusdem hebdomadæ

diebus

diebus, ab horâ post meridiem tertiâ ad sextam, novos Baccalaureos de omni materia medicinali interrogaturi.

In hoc Examine à doctoribus interrogati sunt prædicti decem Baccalaurei, paginâ 844 conscripti.

Die Sabbati 13° mensis Junii 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ post Sacrum, suum de novis Baccalaureis, examine Botanico tentatis, judicium per Scrutinium laturi.

Congregatis Doctoribus, aperto Scrutinio, examinatisque tabellis, Facultas probavit Baccalaureorum omnium responsa; et ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

In his Comitiis statuit Facultas quod Professores litteras studiorum testimoniales non concederent Medicinæ Studiosis qui magisterium in Chirurgia adepti sunt, nisi instrumento publico pollicerentur se artem chirurgicam nusquam ampliùs exerciturus; et placuit ut in aliis Comitiis, de aliis rebus ad hoc negotium spectantibus deliberaret saluberrimus Ordo; et sic conclusit

Col de Vilars, Decanus.

obsignarunt hoc decretum Mri Finot, Procope, Couthier, Baron, De Magny, Astruc, Vandermonde, De Rabours, de la Cloy, Herissant.

Die Mercurii 1a mensis Julii 1744, habita fuerunt menstrua comitia de morbis grassantibus, qui secundum Mrorum Poussa filii, Bouvart, Midy, Ferrein relationem erant præterito mense Febres cum Abdominis inflammatione, colico dolore, nauseâ, vomitu; quædam Febres malignæ, Rheumatismi, gutturis phlogoses, Tusses, DiarrhϾ, Peripneumoniæ, sed numero paucæ, et nulli horumce morborum Epidemici; quin omnes solitis curati sunt remediis. Mri Bellebester, Ferret, Majault, nihil aliud novi retulerunt.

Die Martis 7° ejusdem mensis Julii 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, de rebus ad Bibliothecam, Codicem medicamentarium, et litteras studiorum testimoniales Philiatris concedendas, pertinentibus deliberaturi

Congregatis Doctoribus, rogatisque eorum sententiis, 1° statuit Facultas Bibliothecam publici juris faciendam esse, et oratione publicâ, post Martinalia, aperiendam.

2° quod ad Codicem medicamentarium attinet, nominavit insuper saluberrimus Ordo Mos Bouvart, de Rabours, Macquer, Vieillard, qui cum cæteris Doctoribus legatis codicis medicamentarii correctioni et amplificationi operam navarent; sicque conclusit super his duobus articulis Col de Vilars, Decanus.

3° quod spectat litteras studiorum testimoniales Philiatris concedendas, ex majori suffragiorum numero statuit Facultas denegandas esse testimoniales studiorum litteras Philiatris qui Chirurgiam actu exercent, aut magisterium in Chirurgia adepti sunt; et ita conclusit,

Col de Vilars, Decanus.

In his comitiis Mr le Thieullier postulavit à Facultate velit Examinatores tertii tomi consultationum medicarum à se compositi, nominare. Ejus postulationi annuit Facultas, et appellavit in Examinatores prædicti libri Mrm Cosnier, de majori, et Mrm le Moine de minori ordine, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Die Lunæ 20ª mensis Julii 1744, per schedulam convocati sunt Doctores omnes Medici, in scholas superiores, et sequentibus ejusdem hebdomadæ diebus, ab horâ tertiâ pomeridianâ ad sextam, Emeritos Baccalaureos, de Praxi medica, examine tentaturi.

In hoc Examine interrogati sunt septemdecim Baccalaurei, scilicet Mi Arcelin, Ruellan, Bourdier, Marteau, le Camus, Gautier du Rocher, Bernard, Munier, Person, Bidault, Lallemant, Poissonnier, Verdelhan, Pathiot, Poullin, Chevalier, le Thieullier.

Die sabbati 25ª mensis Julii 1744, convocati sunt per schedulam, Doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, suum de Baccalaureorum Emeritorum Examine de Praxi tentatorum responsionibus judicium per scrutinium laturi; nec-non de Jure Rotuli, et aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

Congregatis Doctoribus, et aperto scrutinio, Facultas ex majori suffragiorum numero probavit responsa Baccalaureorum omnium Emeritorum, Examine de Praxi medicâ tentatorum, exceptis Mris Verdelhan, Bourdier, et Bidault, de quibus suum judicium differendum esse censuit.

2º Jus Rotuli omnibus Doctoribus qui per majorem partem aut ad æqualia Thesibus interfuerunt, concessum fuit.

3º Deliberatum fuit utrum Dnæ Azevedo, Collegæ nostri viduæ, pensio concederetur. Statutum est ipsi denegandam esse impræsentiarum pensionem, propter angustissimas Facultatis res.

4º censuit Facultas quindecim Ludovicos aureos Dno Thorel, Patrono, pro lite adversus Chirurgos in sanctiori Consilio injudicatâ, esse offerendos; decem vero Dno Bontoux in hoc consilio Patrono.

5º demum placuit Facultati honoraria manualia quibusdam Doctoribus absentibus concessa, in posterum ipsis esse deneganda, et in Facultatis fiscum referenda; et super his omnibus ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die Jovis 30ª mensis Julii 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, unum ex Doctoribus nostris, in Bibliothecæ Præfectum electuri; nec-non de aliis rebus ad Facultatem pertinentibus deliberaturi.

In his Comitiis placuit Facultati alium in diem differri Bibliothecæ Præfecti electionem, donec saluberrimum Ordinem posset Decanus facere certiorem quid vellet supremi Senatûs Princeps à quo hac de re sibi scriptam pridie acceperat Epistolam. Et illicò Decanus cum Mis Martinenq, Astruc et le Moine, eum invisit, quid exoptaret deposciturus. Dixit Senatûs Princeps consentaneum esse ut Facultas supremæ Curiæ Decreto, die 7ª mensis septembris 1737 lato, pareret antequam hæc fieret Electio, et invisendum esse Catholicum Procuratorem quem ex tempore adivimus. Huic dixit Decanus, quemadmodum supremi Senatûs Principi exposuerat, Facultatem paratam ad omnia descendere; quem in finem Bibliothecæ Præfectum eligendum esse existimaverat. Respondit hic Magistratus supremi Senatûs Principem se allocuturum, ut omnia simul componerent.

Die sabbati 1ª mensis Augusti 1744, habita sunt in scholis superioribus menstrua Comitia de morbis grassantibus, inter quos præsertim observarunt Mi Procope et Couthier, gutturis dolores cum febre continua et cephalalgia, quibus

vena-

venæ sectiones e saphena celeriter celebratæ necessariæ fuerunt. Animadverterunt præterea Febres malignas cum somnolentia, tendinum subsultibus, pulsu parvo et duro, in quibus vesicatoria utiliter præscripta sunt, et venæ sectiones statim atque vegetior et major factus fuit pulsus. cardiaca quoque cathartico-Emetica profuerunt.

Mri Baron, Bertrand, de la Cloy, Bertin se observasse retulerunt — Peripneumonias et Pleuritides, Catarrhos absque et sine febre, — Erysipelata maligna in facie, et Rheumatismos, à læsa transpiratione. quibus curandis morbis venæ sectiones pluries repetitæ præsertim — celebratæ sunt

Mi Dionis et de Rabours colicos dolores observarunt, in quibus — Enemata ex lacte et Theriaca, et narcotica utiliter adhibita sunt. Mr de Rabours potionem præscripsit ex olei Amygdalarum dulcium ℥iiij et aquæ vitæ ℥j pro uno haustu, et felicem habuit eventum.

Die 28a mensis Julii 1744. hæc sequens schedula ab Apparitoribus — ad singulos Doctores Medicos, jussu Decani delata fuit.

Conveniant Doctores Medici omnes, cappati, die Dominico — 2o mensis Augusti, anni 1744, horâ post meridiem tertiâ, in aulam exteriorem Illustrissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Parisiensis, comitatum præbituri Decano, Baccalaureos Emeritos — offerenti Meritissimo Ecclesiæ Parisiensis et Academiæ Cancellario. Datum Parisiis, die 28a Julii ejusdem anni Col de Vilars, Decanus.

Congregatis doctoribus Medicis in prædicta aula, antequam celebraretur Actus, Mri Verdelhan, Bourdier et Bidault, qui — Examine de Praxi medica cum cæteris Baccalaureis tentati fuerant, et pro licentiis deinceps fecerant satis, supplicarunt Facultati ut — suum de eorum responsis judicium ferre sibi placeret, quò meritissimo — cancellario offerri possent. Rogatis Doctorum omnium præsentium sententiis, unanimi consensu probavit Facultas responsa prædictorum M. Verdelhan, Bourdier et Bidault in Examine de Praxi medica, et — cum cæteris Baccalaureis Emeritis Meritissimo Ecclesiæ Parisiensis — cancellario à Decano præsentati sunt, sic concludente

Col de Vilars, Decano.

Septemdecim igitur Baccalaureos Emeritos Meritissimo Cancellario — Dno Thierry obtulit Decanus, et oratione publicâ ipsi exposuit — saluberrimam Facultatem attentè curasse ut alumni sui non solùm Theoriâ et Praxi medica imbuerentur, sed etiam pietate optimisque — moribus præditi essent. Eleganti et comptâ oratione respondit — meritissimus Cancellarius.

Die sabbati 8a mensis Augusti 1744, convocati sunt per schedulam Doctores omnes Medici, et Baccalaurei Emeriti, in scholas superiores, horâ decimâ matutinâ; illi de rebus ad Facultatem pertinentibus — deliberaturi; hi verò Facultatis sententiam audituri.

1o. manu-scriptus liber sub titulo Chymie hydraulique &c. oblatus — fuit Facultati, ut eum examinari sibi placeret. In Examinatores — hujus libri nominavit saluberrimus Ordo Mos Malouin et Berchier — qui cum Decano in istud examen se interponerent.

2o. actum fuit de resarciendis tritis et obsoletis Scholarum Aulæis. Statuit Facultas hæc Aulæa resarcienda esse minori quam fieri — poterit pretio, et propter hanc impensam, irrogandas esse Baccalaureis, — in omnibus Actibus, quindecim libellas, loco duodecim libellarum. et super iis duobus ita conclusit, Col de Vilars, Decanus.

3° quoniam patrius et constans est mos, ab uno ex Emeritis Baccalaureis Donum aliquod accipere pro primo Licentiarum gradu, et nullus ex iis quidquam largiri voluerit, statuit Facultas ex majori suffragiorum numero, ut unusquisque Baccalaureorum, pro primo Licentiarum gradu, suppeditaret summam centum libellarum vel præsenti pecuniâ, vel schedulâ, ante Licentiarum Ordinem; quæ quidem summa per schedulam constituta, ante Doctoratum solveretur; et sic conclusit Col Devilars, Decanus.

Et illicò plures ex prædictis Baccalaureis hanc centum libellarum summam numeraverunt Decano, ut videre est in Tabula accepti Codicis rationarii.

Die Lunæ 10° mensis Augusti, anni 1744, convocati sunt per schedulam Doctores omnes Medici in scholas inferiores, horâ tertiâ pomeridianâ, publicis Paranymphi actionibus interfuturi.

Huic scholarum Celebritati magna interfuit Auditorum omnium Ordinum frequentia. unus ex Baccalaureis Emeritis Mr. Antonius Le Camus, cùm solutâ oratione, tum carmine, Paranymphi partes egit. At quoniam et Paranymphus in suis Encomiis, et redarguentes quidam Baccalaurei, non solum licentiùs, sed etiam idiomate sæpe gallico elocuti sunt, celebrato Actu, convocati sunt à Decano, vivâ voce, Doctores Medici in scholas superiores, de Paranymphi actionibus mox peractis deliberaturi. Congregatis Doctoribus, rogatisque eorum sententiis, hoc sequens Decretum à Facultate, unanimi consensu latum fuit.

Anno Dni 1744, die Lunæ decimo mensis Augusti, post Paranymphi actiones, congregati sunt in scholis superioribus Doctores omnes Medici qui his actionibus interfuerunt, à Decano vivâ voce convocati, ut super Paranymphis mox celebratis deliberarent. Rogatis Doctorum sententiis, omnes, unanimi consensu, improbarunt verba quibus usi sunt quidam Baccalaurei in hoc Actu, utpote parum decentia, et religioni, moribus, ac Facultatis dignitati minus congrua. Præterea statuerunt quod iidem Baccalaurei syngraphâ suâ declararent eadem verba se quoque improbare, et archetypa exemplaria statim inter manus Decani deponerent, ac deinceps actiones Paranymphi idiomate latino, non verò gallico celebrarentur, et ante celebritatem à Decano examinarentur; et sic conclusit

Col Devilars, Decanus.

Hoc autem Decretum obsignarunt Baccalaurei Emeriti.

Die Martis undecimo Mensis Augusti 1744, convenerunt Doctores Medici, horâ septimâ matutinâ, in aulam exteriorem Illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis, cum meritissimo Ecclesiæ et Academiæ Cancellario, de Licentiandorum Ordine judicium suum, per scrutinium, laturi. Examinatis et collectis suffragiorum tabellis, ex majori numero decretus fuit sequens Licentiandorum Ordo.

Ordo Licentiandorum saluberrimæ Facultatis Medicæ Parisiensis, anno 1744.

Mr. Claudius Person, Catalaunensis.
Mr. Jacobus Verdelhan des Moles, Mimatensis
Mr. Joannes le Thieullier, Parisiensis.

Mr. Franciscus-Salesius-Daniel Poullin, Aurelianus.
Mr. Franciscus Bernard, Abricensis.
Mr. Petrus Chevalier, Rhedonæus.
Mr. Petrus Arcelin, Matisconensis.
Mr. Guillelmus Ruellan, Dinannensis.
Mr. Claudius Bourdier, Borbonii Arcimbaldi.
Mr. Antonius le Camus, Parisinus.
Mr. Petrus Poissonnier, Divionæus.
Mr. Josephus Lallemant, Lingonæus.
Mr. Ludovicus-Renatus Marteau, Parisinus.
Mr. Joannes-Claudius Munier, Laudonensis.
Mr. Franciscus Bidault, Parisinus.
Mr. Franciscus-Nicolaus Gautier Du Rocher, Parisinus.
Mr. Ludovicus Pathiot, Tricassinus.

Ita est, Thierry, Cancellarius.

Deinde in sacellum Illustrissimi Archiepiscopi se contulerunt Licentiandi, quibus ingenua prolapsis, Benedictionem Apostolicam, Licentiamque legendi, docendi, Medicinamque faciendi impertitus est Cancellarius; et habitâ Oratione super Medici officio, quæstionem proposuit explanandam Mro Claudio Person cui primus licentiarum gradus obtigit. Quæstio autem talis erat.

Huic quæstioni aptè et eruditè respondit Licentiatus, qui tum pro Vesperiis et Doctoratu supplicavit. Mox ad Beatæ Mariæ sacram ædem se transtulerunt omnes Licentiati, comitatum præbentes Meritissimo Cancellario, Decano et quibusdam Doctoribus, præeuntibus; ibique super Evangelium in altare positum, admotâ dextrâ, solitum et solemne sacramentum præstitêre.

Die Veneris 14° mensis Augusti 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ tertiâ post meridiem Bursarum partitionem definituri.

Hisce in Comitiis definita fuit à Facultate Bursarum partitio.

Die Veneris 21° Augusti 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, quid ex Bursis jamjam distribuendis detrahendum sit pro Amphitheatri reædificatione, et litibus, definituri.

Congregati Doctores, ex majori suffragiorum numero, in ea fuerunt sententia quod ex singulorum Doctorum Bursis, à Decano summa triginta libellarum retineretur; et plurimi hanc concesserunt summam, ut videre est in Tabula Accepti: sed quidam denegarunt.

Eodem die Mri le Thieullier et Poullin, licentiati, Facultati supplicuerunt pro Vesperiis et Doctoratu. Annuit eorum supplicationi saluberrimus Ordo, salvo tamen jure præcedentium licentiatorum, sic concludente Col de Vilars, Decano.

Die Veneris 28° mensis Augusti 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ nonâ matutinâ, Pharmacopæorum Parisiensium Præpositos audituri et postea deliberaturi.

In his comitiis Pharmacopæorum Præpositi Facultati supplicarunt

ut ipsi placeret interesse expositioni Confectionis de Hyacintho et Orvietani, quam in horto suo palàm facere decrevêrunt.

Hac auditâ postulatione, annuit Facultas et nominavit Mros Finot et Procope de majori Ordine, et Mros de La Cloy et Dionis de minori, qui cum Decano et duobus Pharmaciæ Professoribus huic intersint expositioni de Hyacintho et Orvietani; et sic conclusit Colde Vilars Decanus.

Die Mercurii 2° mensis Septembris 1744, habita sunt in Scholis superioribus menstrua Comitia, de morbis grassantibus.

Mr. Antonius de Jussieu se observasse dixit Febres, quæ primo insultu bonæ indolis, malignæ deinde evaserunt, et ad 20m usque diem protractæ sunt cum Abdominis inflatione, Secretionum suppressione, delirio in exacerbationibus. His sanandis adhibitæ sunt venæ sectiones e brachio et e pede, Apozemata diluentia, cathartica, febrifuga tempore remissionis, laxantia cum medulla cassiæ, Tamarindis et Tartaro stibiato.

Mri Martineng, Besnier, Leaget, Lucas, Baron, de Vandermonde, Bercher, nihil aliud retulerunt.

Mr. Colde Vilars, Decanus, easdem attulit observationes de Febribus malignis, pro quibus sanandis feliciter præscripsit, post venæ sectiones, potiones Cardiacas cum syrupo Limonum et granis aliquot Tartari Stibiati, cochleatim exhibendas, et Stibiatas Emulsiones, nec-non sub finem febrifugas.

Mr. Cantwel Dysenterias, Variolas et Morbillos observavit, solito more curandas.

Die Sabbati 12° mensis Septembris 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, de die et Celebritate quibus Saluberrima Facultas Deo Opt. M. suas aget gratias, ob restitutam feliciter Ludovico XV° Sanitatem, deliberaturi.

Statuit Facultas celebrandum esse, die Martis 15° Septembris 1744, horâ ipsâ decimâ matutinâ, in Scholarum Sacello, Solemne Sacrum; quo celebrato Hymnus Te deum cantabitur, ob restitutam feliciter Regi Ludovico XV° Sanitatem; et hujus celebritatis Programma totius urbis Compitis, nec-non Doctorum valvis affigendum esse; sicque conclusit Colde Vilars, Decanus.

Et eodem die moniti sunt Doctores omnes Medici hac sequenti schedulâ.

Sapientissime Magister,

Aderis, si placet, die Martis 15° mensis Septembris, anni 1744, horâ ipsâ decimâ matutinâ, Hymno Te deum, quem post solemne sacrum cantari curabit Saluberrima Facultas, in Sacello suo, propter restitutam feliciter Ludovico XV° Sanitatem. Datum Parisiis die duodecimo ejusdem mensis et anni.

Colde Vilars, Decanus.

Huic celebritati magna interfuit Doctorum frequentia.

Die Sabbati 26° mensis Septembris 1744, Mr. Le Camus, Licentiatus, Facultati supplicuit pro Vesperiis et Doctoratu. Supplicationi ejus annuit Facultas, servato cæterorum Licentiatorum jure, sic concludente Colde Vilars, Decano.

Die Veneris 2° mensis Octobris 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, de Senatûs consulto, trigesimo Septembris

per

per Accensum denuntiato, pro Bibliotheca juris publici faciendâ, Decanum dicentem audituri, et postea deliberaturi.

In his Comitiis exposuit Decanus Facultati, sibi per Accensum die 30° Septembris denuntiatum fuisse Supremi Senatûs Decretum ad Bibliothecam pertinens, cujus is est tenor.

Extrait des Registres du Parlement.

" Vu par la Cour la Requête presentée par le Procureur general du
" Roy, contenant que Mr. François Picoté de Belestre, Docteur en
" Médecine de la Faculté de Paris, décédé le 30 Decembre 1732, ayant
" légué par son testament olographe du 10 Mars 1732, deposé à Gervais
" l'ainé notaire, le dernier decembre suivant, à Claude Joseph Prevost,
" avocat de la Cour, son legataire testamentaire, sa Bibliotheque, pour
" être par luy établie au nom du testateur au service public, dans
" l'université de Paris, la Faculté de Médecine de Paris parut désirer par
" une conclusion du 22 May 1733, d'avoir cette Bibliotheque, pour en
" être fait établissement dans les logemens qui servoient à cet effet
" destinez, le dit Executeur testamentaire a nommé cette Faculté pour
" la recevoir, comme on le voit par une conclusion de cette Faculté
" du 4 Juillet 1733, qui exprime les conditions sous les quelles cette
" Bibliotheque sera au service du public, entr'autres qu'elle sera soumise
" à la visite du Procureur general du Roy, et même à celle du Recteur
" de l'université. D'autres livres ont été joints à cette Bibliotheque,
" savoir par Mme Amelot et par défunt Philippe Hecquet ancien
" Doyen de cette Faculté, qui par son testament reçû par Roussel notaire
" le 24 Mars 1733, dont expedition a été communiquée au Procureur
" général du Roy, et legué pour le même usage cent volumes in folio,
" ce qui a été exécuté et accepté, la Cour, dans la vuë de pourvoir à la
" stabilité de cet établissement, avoit par des Arrets des 29 Aoust 1733, et
" 20 Avril 1734, ordonné que les Requêtes, pièces et mémoires des parties
" seroient remises au Procureur général du Roy pour y être pourvu par
" la cour, sur ses conclusions, la Faculté de Médecine vouloit tenter d'entretenir
" cet etablissement, Elle fit naitre à ce sujet une contestation, Elle y
" succomba par un Arrest contradictoire du 26 May 1733, qui suivant
" les précédens Arrets, ordonne qu'il y seroit pourvû par la cour sur
" les conclusions du Procureur general du Roy, et sur les Requêtes et
" demandes des parties, quoy qu'il y ait dix ans et plus que la Faculté
" de Médecine ait entre les mains cette Bibliotheque destinée au service
" du public, elle ne s'est cependant pas encore mise en état de remplir
" les voeux du Testateur ni ceux de la Cour. Par un arrest du 7 Septembre
" 1737, rendu sur la Requête du Procureur général du Roy, la cour a été
" obligée d'ordonner que le testament du dit Défunt seroit exécuté, et que
" dans le lendemain de la St. Martin la Faculté de Médecine seroit tenuë
" de Rapporter les conclusions faites au sujet des receptions des dits livres,
" aux jours aux quels les livres donnez tant par la dite Amelot que par le dit
" Hecquet ont été remis, et de faire déclaration de la manière en la quelle
" elle entend faire établissement de la dite Bibliotheque pour le service du
" public, pour la dite Déclaration communiquée au Procureur general du Roy,
" être par la Cour ordonné ce qu'il appartiendroit conformément aux
" arrets du 29 Aout 1733, 10 Avril 1734, et 26 Mars 1737. Cet Arrest a été
" signifié le 12 Septembre 1737 à la dite Faculté à la Requête du Procureur
" général du Roy. Cependant il ne paroît pas qu'il y ait eu jusqu'à ces
" derniers jours aucune diligence faite pour son exécution de la part de
ceux

" ceux qui composent cette Faculté de Médecine, pressée par des
" ordres qui luy ont été donnez de la part de la Cour de satisfaire
" à ses arrets, il a été remis au Procureur général du Roy des
" délibérations de 1744: mais par ces délibérations il ne paroît
" pas qu'il ait été satisfait au pouvoir que le défunt Mre. François
" Picoté de Belestre a confié à son Executeur testamentaire, et aux
" intentions qu'a eües la dite Amelot en donnant des livres pour
" augmenter cette Bibliotheque, ni qu'elle ait répondu aux soins
" soit de Toussaint Lâcherie exécuteur du testament de Mr. Philippe
" Hecquet, soit du Recteur de l'université denommé pour avoir
" une inspection sur cette Bibliotheque. Le Procureur du Roy se
" trouve donc obligé d'avoir recours à l'autorité de la Cour pour y
" être pourvû. A CES CAUSES requiert le Procureur général du Roy
" qu'il plaise à la Cour ordonner que les arrets de la Cour seront
" exécutez selon leur forme et teneur, et que conformément à celuy
" du 7 septembre 1737, dans trois jours la Faculté de Médecine de
" cette ville sera tenuë de rapporter les conclusions faites au sujet
" des receptions des livres, tant le 4 Juillet 1733, qu'autres jours auxquels
" les livres donnez par la dite Amelot et Philippe Hecquet ont été
" remis, que les délibérations de 1744, ensemble les autres mentionnées
" en l'arrest du 7 septembre 1737, seront communiquées à l'Exécuteur
" testamentaire du dit Picoté de Belestre, à la dite Amelot et à
" l'exécuteur du testament du dit Philippe Hecquet, qui ont fourni
" les livres pour l'augmentation de la dite Bibliotheque, pour dire
" sur icelles ce qu'ils estimeront le plus convenable au dit établissement,
" et aux Recteur, Doyens, Procureurs des nations de l'université qui
" donneront leur avis sur les moyens de rendre la Bibliotheque publique
" en l'université, et que le Doyen de la dite Faculté donnera un Etat
" des revenus ordinaires et casuels d'icelle, et de sa dépense, pour
" être la dépense nécessaire pour le dit établissement, réglée par la
" Cour ainsi qu'il appartiendra; et cependant qu'en presence de
" l'Exécuteur testamentaire du dit Picoté de Belestre, de la dite Amelot,
" du dit Lâcherie exécuteur du testament du dit Hecquet, et de l'un des
" Substituts du Procureur général du Roy, recolement sera fait tant
" des livres de la dite Bibliotheque du dit Picoté de Belestre, que de
" ceux donnez par la dite Amelot et de ceux leguez par le dit Hecquet,
" par celuy des officiers de la dite Faculté qui en délivre et signe les
" actes. à l'effet de quoy les dits livres seront representez par celuy
" qui en est chargé; La dite Requête signée du Procureur général
" du Roy. Oui le Rapport de Mr. Elie Bochard conseiller, tout
" considéré LA COUR ORDONNE que les Arrets de la Cour seront
" exécutez selon leur forme et teneur, et que conformément à celuy
" du 7 septembre 1737 la Faculté de Médecine de cette ville sera
" tenuë de rapporter dans trois jours les conclusions faites au sujet
" des receptions des livres tant le 4 Juillet 1733, qu'autres jours
" auxquels les livres donnez par la dite Amelot et Philippe Hecquet
" ont été remis, que les déclarations de 1744, ensemble les autres
" mentionnées en l'arrest du 7 septembre 1737 seront communiquées
" à l'exécuteur testamentaire du dit François Picoté de Belestre,
" à la dite Amelot, à l'exécuteur du testament du dit Philippe Hecquet,
" qui ont fourni les dits livres pour l'augmentation de la dite
" Bibliotheque, pour dire sur icelles ce qu'ils estimeront le plus
" convenable au dit établissement, et aux Recteur, Doyens, et Procureurs
" des nations de l'université, qui donneront leur avis sur les moyens
" de rendre la Bibliotheque publique en l'université, et que le Doyen
" de la dite Faculté donnera un état des revenus ordinaires et
" casuels d'icelle, et de la dépense, pour être la depense necessaire
" pour le dit établissement réglée par la Cour, ainsi qu'il appartiendra,
" et cependant qu'en présence de l'exécuteur testamentaire du dit

Picoté

" Picoté de Belestre, de la dite Amelot, du dit Lâcherie executeur testamentaire
" du dit Hecquet, et de l'un des substituts du Procureur general du Roy, recolement
" sera fait tant des livres de la Bibliotheque du dit Picoté de Belestre, que de –
" ceux donnez par la dite Amelot, et de ceux leguez par le dit Hecquet, par –
" celuy des officiers de la Faculté qui en delivre et signe les actes; à l'effet
" de quoy les dits livres seront representez par celuy qui en a été chargé. –
" fait en Parlement le sept septembre mil sept cens quarante quatre.
" collationné Langelé. signé Poisson avec grille et paraphe. Berrin.

L'an mil sept cens quarante quatre le trente septembre, à la Requête
" de Monsieur Le Procureur general du Roy, nous Pierre Peschot, huissier au –
" parlement de Paris, y demeurant rüe des Poitevins paroisse St André des
" arcs, soussigné, avons signifié et laissé la presente copie aux doyen, docteurs et
" Regens de la Faculté de Medecine au domicile du Sr Bret leur greffier
" demeurant aux Ecoles de Medecine scises rüe de la Bucherie, en parlant
" à sa servante qui n'a voulu dire son nom, de ce sommée, de l'arrest de
" la Cour dont copie est ci-dessus et des autres parts, à ce que du contenu
" en iceluy ils n'en ignorent et ayent à y satisfaire dans le tems y porté,
" et luy avons, parlant comme dessus, laissé la presente copie. signé –
" Peschot.

Lecto hoc decreto, censuit Facultas examinandos esse saluberrimi –
Ordinis Codices ad hanc rem pertinentes, ineundum apud Patronos –
consilium, et nominandos antiquos Decanos et Mros Finot, Procope, –
Martineng, Astruc, Chomel in hujus rei examinatores; et ita conclusit

Col de vilars, Decanus.

Iis in Comitiis supplicarunt Facultati Mri Bernard et Chevalier,
Licentiati, pro vesperiis et Doctoratu. Annuit Facultas eorum –
petitioni, salvo cæterorum Licentiatorum jure, sic concludente –

Col de vilars, Decano.

Deinde deliberatum fuit utrùm Decanus cum Adjunctis et duobus
Pharmaciæ Professoribus, nomine Facultatis, interfuturus sit expositioni
Theriacæ quæ hodie, horâ tertiâ post meridiem, in Nosocomio de –
Salpitraria dicto fieri debet.

Censuit Facultas Decanum cum adjunctis et Pharmaciæ Professoribus, –
nomine Facultatis, huic expositioni interesse non debere, quia legitimè
non convocatus erat saluberrimus Ordo. (Etenim simplici Epistolio –
non obsignato monitus fuerat.) et ita conclusit. +

+ vide pagin. 875

Col de vilars, Decanus.

verùm huic expositioni, die 22a mensis Octobris, interfuit Facultas, –
utpotè legitimè convocata. vide pag. 875.

Eodem die 2a mensis Octobris 1744, habita sunt menstrua –
Comitia de morbis grassantibus.

Mri Lepy, Renard, Peaget pater, Millet, Bourdelin natu major, se –
observasse retulerunt Febres continuas malignas cum exacerbationibus,
cephalalgia, stupore, virium prostratione, linguâ siccâ; quibus –
curandis in principio præscripserunt venæ sectiones e brachio, deinde –
e pede et jugulari. sedatâ paulisper febre, potiones cardiacæ, cum –
syrupo Limonum, Emulsiones cum sale sedativo et granis duobus, –
tribus, quatuorve Tartari stibiati, additâ aquæ naphæ drachmâ unâ –
aut alterâ, utiliter adhibitæ fuerunt. nonnunquam Epispastica –
in somnolentia pertinaci applicata fuerunt.

Observatæ sunt quoque Pleuritides nothæ, in febres malignas –
immutatæ; item Erysipelata et quædam variolæ.

Cæteri Doctores easdem retulerunt observationes.

Die Jovis 8°. mensis Octobris, anni 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ decimâ matutinâ, Clarissimum Virum Mrm Joannem Herment, de Candidato dicentem audituri; nec-non de aliis rebus, ad Facultatem pertinentibus, deliberaturi.

Congregatis Doctoribus exposuit Facultati Mr. Herment cognominatum Julianum-Jacobum Hingant, Sambriocensem, virum eruditum et bonis moribus præditum, mense Martii cum cæteris Candidatis, coram Facultate sistere se non potuisse, propter magna rationum momenta quæ retulit. Quapropter enixè postulavit à Saluberrimo Ordine velit in ejus favorem Jubilæum aperire.

Auditâ Mri. Herment postulatione, re in deliberationem à Decano missâ, rogatisque Doctorum omnium sententiis, Facultas ex majori suffragiorum numero, annuit petitioni Mri. Herment, Statuitque quamprimùm aperiendum esse Jubilæum, trinâ convocatione confirmandum, admittendosque ad supplicationem Candidatos qui se se offerent, modo tamen hæc gratia in exemplum non trahatur. et ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

Eodem die Mr. Verdelhan, licentiatus supplicavit pro vesperiis et Doctoratu, et postulavit à Facultate velit tempus sui Doctoratûs ad quindecim dies prorogari præter illud quod à Statutis definitum est. Annuit Facultas ejus postulationi, sic concludente Col de Vilars, Decano.

In iisdem comitiis Mr. Vieillard, Pharmaciæ Professor, retulit Facultati quod, juxta Decretum, die Veneris 28° mensis Augusti 1744 latum, Decanus, uterque Pharmaciæ Professor, et Mri. Finot, Procope, de la Cloy et Dionis, a Facultate delegati, expositioni Confectionis de Hyacintho et Orvietani, quam in horto suo Pharmacopœi Parisienses publicè offerre debebant, interfuerunt, omnia medicamenta hasce compositiones ingredientia, coram Magistratibus examinavêrunt, eaque, utpote ritè selecta et præparata, probarunt.

Hac auditâ relatione censuit Facultas judicium suum ad prædictarum formularum calcem apponendum esse; et sic conclusit Col de Vilars, Decanus.

Die Sabbati decimo mensis Octobris, anni 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, de Jubilæo Examine proximè aperiendo, Mris Herment et Vieillard, collegis nostris clarissimis sic postulantibus, in ultimis comitiis jam concesso, iterum deliberaturi; nec-non die Lunæ sequenti duodecimo ejusdem mensis, horâ ipsâ secundâ pomeridianâ, de eadem re tertiò et ultimò deliberaturi.

Congregatis doctoribus, perrogatis eorum sententiis, Facultas ex majori suffragiorum numero, iterum et secundo annuit petitioni Mrorum Herment et Vieillard; et sic conclusit, absente Decano, Mr. Raymundus-Jacob Finot, Academiæ Censor.

Eodem die Mri Poissonnier, Gautier du Rocher, et Pathiot Facultati supplicuerunt pro vesperiis et Doctoratu. Annuit Facultas eorum postulationi, salvo jure præcedentium licentiatorum; sic concludente, in absentiam Decani, Mro Raymundo-Jacob Finot.

Die Lunæ ejusdem mensis Octobris 12°, 1744, iterum congregati sunt Doctores Medici in Scholis superioribus, horâ secundâ pomeridianâ, per præcedentem schedulam legitimè convocati,

convocati, de Jubilæo Examine proximè aperiendo tertiò et ultimò deliberaturi.

Recollectis Doctorum omnium suffragiis, Facultas, unanimi ferè consensu, concessit Examen Jubilæum, sed absque Programmate publicè affixo; et ita conclusit Col de Vilars, Decanus.

Eodem die supplicavit Mr. le Munier pro Vesperiis et Doctoratu; Facultas annuit ejus supplicationi, salvo præcedentium Licentiatorum jure, sic concludente Col de Vilars Decano.

Die Mercurii 14° mensis octobris, anni 1744, convocati sunt Doctores omnes Medici, in Scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, Candidatorum supplicationem audituri; et postea testimoniales eorum litteras examinaturi, et deliberaturi.

Congregatis Doctoribus, stiterunt se coram Facultate duo Candidati, ipsi supplicantes ut ad Examen eos admittere velit. Auditâ eorum supplicatione, interrogati fuerunt à duobus præsentium doctorum antiquioribus, ut mos est, de Nomine, cognomine, patria, et Religione, factaque fuit illis unica quæstio medica, quibus quæstiunculis cum satisfecerint, a Comitiis recesserunt. Tum perrogatis Doctorum omnium sententiis, statuit Facultas ut prædictorum Candidatorum litteræ testimoniales examinarentur; sicque conclusit Col de Vilars, Decanus.

Accersitis deinde Candidatis denuntiavit Decanus Facultatis Decretum; tuncque suas testimoniales litteras exhibuerunt. Mox in Sacellum secesserunt litterarum Examinatores. Examine harumce litterarum peracto, in Comitia reduces, Mro. Bertrand in locum Mri. Procope absentis, cæterorum nomine verba faciente, retulerunt Facultati

1°. quod Julianus-Jacobus Hingant, Sanbriocensis, unus ex duobus Candidatis, Physiologicas excepit Lectiones à Mro. Michaele Procope Couteaux, lectiones rei herbariæ, à Mro. Bertrand referente, et lectiones Pharmaceuticas à Mro. Bernier, à Martinalibus anni 1741, ad solemnes ferias anni 1742; lectiones verò Pathologicas à Mro. cochu, et lectiones Chirurgicas à Mro. Ferrein, à Martinalibus anni 1743, ad ferias usque solemnes anni 1744.

Magisterium in artibus adeptus est Parisiis.

litteras Baptismatis testimoniales non exhibuit, sed eas se brevi allaturum pollicitus est.

Insuper animadverterunt quod in litteris testimonialibus lectionum Physiologicarum à Mro. Procope Couteaux prædicto Hingant concessis, occurrerent lituræ quædam quæ tamen cum inscriptionibus et commentariis Facultatis nullatenus congruunt.

2°. quod ludovicus Gabriel du Pré, Remensis, candidatus alter, excepit Phisiologicas lectiones à Mro. Bellot, à Martinalibus 1743, ad inducias usque academicas sequentis anni; Pathologicas lectiones à Mro. Procope Couteaux à Martinalibus anni 1742, ad vigiliam S.S. Petri et Pauli anni 1743; lectiones Materiæ medicæ à Mro. Baude de la cloy, à Martinalibus anni 1743, ad inducias anni 1744; lectiones verò utriusque Pharmaciæ à Mro. Vieillard, à Martinalibus anni 1743, usque ad pervigilium S.S. Petri et Pauli 1744.

Desunt ipsi testimoniales litteræ studiorum in Chirurgia; sed Mr.

Coldevilars Decanus scripto testatus est prædictum Du Pré in codice Facultatis bis inscribi pro anno 1742 ad annum 1743 Lectiones excepturum à Mro Procope Pathologiæ Professore, et à Mro Murry Chirurgiæ Professore; proindeque, propter prædicti Mri Muri absentiam, litteras studiorum in Chirurgia testimoniales obtinere non potuit.

natus est 8o die Octobris 1720, agit itaque 24 annos. Sacris fontibus ablutus est die 10o ejusdem mensis in Parochia dicta de Varennes, Diœcesis Remensis, ut ferunt ejus litteræ Baptismatis testimoniales, authoritate Judicis munitæ.

gradum Magisterii in artibus consecutus est in præclara artium Facultate Parisiensi

Auditâ Clarissimorum Examinatorum relatione, ex majori suffragiorum numero placuit Facultati prædictos Candidatos ad Examen admitti, nullâ habitâ ratione Liturarum in litteris testimonialibus Physiologicis, à Mro Michaële Procope Couteaux Juliano-Jacobo Hingant concessis, observatarum, utpotè quæ commentariis et inscriptionibus Facultatis adversentur; eâ tamen lege ut dictus Hingant suas Baptismatis testimoniales litteras Facultati cito citius sit exhibiturus; et ita conclusit Coldevilars, Decanus.

Huic Decreto satisfecit prædictus Hingant die 26o Novembris 1744, quo suas Baptismatis testimoniales Litteras exhibuit, quibus constat eum natum fuisse die 8o Decembris anni 1712, et Sacris fontibus regeneratum esse in Ecclesia parochiali dicta Andel, Diœcesis Sanbriocensis; itaque annos fere agit triginta duos. Hæ litteræ munitæ sunt authoritate Dni Du Bois, vicarii generalis et officialis illustrissimi et reverendissimi Episcopi Sanbriocensis, die undecimo Novembris 1744.

Interim die 15o ejusdem mensis Octobris 1744, Mr Payen Collega noster, huic Candidatorum examini intercessit per instrumentum publicum Decano ab Accenso denuntiatum. At suam deinde remisit intercessionem, et exemplar archetypum Decano protulit

Die Veneris 16o mensis Octobris, anni 1744, convocati sunt per schedulam Doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ ipsâ secundâ pomeridianâ ad quintam, novos Candidatos de Physiologia, Hygieine et Pathologia responsuros, die verò Sabbati sequenti, horâ ipsâ decimâ matutinâ, Aphorismum Hippocratis explanaturos; Clarissimorum tandem Examinatorum relationem audituri, et postea suum judicium per scrutinium laturi

Prædicto die Veneris dicti Hingant et du Pré, Candidati, a Decano et Candidatorum Examinatoribus, coram Facultate, fuerunt interrogati, et post examen utrique propositus fuit unus ex Hippocratis Aphorismis, postridie explanandus.

Die verò Sabbati sequente, congregatis horâ decimâ matutinâ Doctoribus, ambo Candidati sibi propositum explanaverunt Hippocratis Aphorismum, et syllogismo, contra suam conclusionem allato, satisfecerunt. Mox Examinatores à Comitiis in sacellum recesserunt, de Candidatorum responsis inter se deliberaturi. Ad Comitia reduces dixerunt se Candidatorum responsa probare et rata habere, nihilque morari quominus ad Principium admitterentur. Tum scrutinio aperto, suffragiisque collectis, statuit Facultas Baccalaureatus gradum Candidatis Hingant et Du Pré conferendum esse; et ita conclusit

Coldevilars, Decanus.

Introductis deinde Candidatis renuntiavit Decanus Facultatem eorum responsa comprobare, sibique placere ut ad Principium admittantur.

His peractis candidati cum Decano et pluribus Doctoribus, in scholas inferiores se contulerunt, et in minori cathedra sigillatim sedentes, a Majori Scholarum Apparitore Baccalaurei saluberrimæ Facultatis in universitate Parisiensi renuntiati sunt, suumque dixêre Principium.

Anno domini 1744, Die Dominico 18° mensis Octobris, S.to Lucæ, orthodoxorum Medicorum Patrono, dicato, celebratum est, pro more, in scholarum Sacello, Solemne Sacrum, præsente magnâ Doctorum frequentiâ. Post Sacrum Doctores à majori Facultatis Apparitore ad Comitia, vivâ voce convocati sunt, in quibus ambo Apparitores, more solito, fasces deposuerunt; deinde solitum præstiterunt Sacramentum, moxque, annuentibus doctoribus, eas receperunt, lectis antea, ut mos est ab Apparitore quibusdam Decretis.

Intromissi sunt postea Baccalaurei, qui apposita super Evangelium manu, solito se obstrinxerunt Sacramento.

Die Lunæ 19° ejusdem mensis Octobris 1744, postridie divi Lucæ, celebratum fuit, ut solet, in Scholarum Sacello solemne Sacrum pro defunctis Doctoribus, cui magnus Doctorum numerus interfuit.

Post sacrum ad comitia itum est, in quæ convenire debebant primarii Regis Chirurgi vicarius, et Barbitonsorum Chirurgorum Præpositi, solitum præstituri jusjurandum. Verùm licet die 15° ab Apparitore Facultatis, more solito moniti fuissent, non comparuerunt; proinde nec præstiterunt juramentum, nec vectigal quinque libellarum cum quatuordecim assibus, nec Catalogum suum obtulerunt. Quâ-propter Instrumentum sequens ab Accenso conscribi curavit Facultas.

L'an mil sept cents quarante quatre le dixneuf Octobre, dix heures du matin, à la Requête des Doyen et Docteurs-Regens de la Faculté de Medecine de l'université de Paris, qui ont élû leur domicile en leurs Ecoles superieures seises à Paris ruë de la Bucherie paroisse S.t Etienne du Mont, nous Pierre Simon Robinet, huissier aux Requêtes du Palais à Paris, y demeurant ruë des Gravilliers paroisse S.t Nicolas des Champs, soussigné, nous sommes transportez aux dites Ecoles superieures ruë de la Bucherie en l'assemblée de la d.e Faculté lors tenante, pour dresser procés verbal de la comparution du lieutenant du premier Chirurgien du Roy et des quatre Prevôts en charge de la communauté des M.es Chirurgiens Barbiers de Paris, qui doivent ce jourdhuy, pour et au nom de la d.e communauté, se trouver heure présente à l'assemblée de la d.e Faculté, pour payer à la d.e Faculté la redevance annuelle et ordinaire d'un Ecu d'or de la valeur de cinq livres quatorze sols, presenter et remettre la liste des Maitres de leur communauté signée d'eux, et prêter entre les mains de M.r le doyen de la Faculté, le serment ordinaire et accoutumé, où étant et aprés avoir attendu en l'assemblée de la Faculté depuis la d.e heure jusqu'à celle de onze heures sonnées sans que les d.s lieutenant du premier Chirurgien du Roy, et Prevôts en charge de la communauté des M.es Chirurgiens Barbiers de Paris soient comparus ni personne pour eux, quoy qu'ils ayent été sommez de comparoir par acte de le Bret premier Appariteur de la Faculté, du 15 du présent mois, nous avons pour les Doyen et docteurs Regens de la Faculté fait toutes protestations de se pourvoir ainsi et par les voyes qu'ils aviseront, et de répéter contre la d.e communauté des M.es Chirurgiens Barbiers toutes peines, depens, domages et interets, et sur la reserve que fait la d.e Faculté de tous ses droits, aux quels la non comparution des d.s Chirurgiens ne pourra nuire ni préjudicier. De tout ce que dessus avons

avons fait et dressé le present procés verbal en présence et en l'assemblée de la Faculté pour lui servir et valoir ce que de raison et a Mr. Colde vilars, doyen de la dte Faculté signé avec nous au présent, duquel nous avons à l'instant signifié, baillé et laissé copie à la communauté des Mrs Chirurgiens Barbiers de Paris en leur domicile et bureau de communauté, rue des Cordeliers, en parlant au portier, qui a refusé de dire son nom de ce interpellé, leur faisant les protestations y portées, et leur avons, en parlant comme dessus, laissé copie du présent. Signé Robinet. Colde vilars
Controllé à Paris le dixneuf Octobre 1744. Signé Rouvet.

His peractis introducti sunt Prætoriani Pharmacopæi, qui manu super Evangelium appositâ, solitum præstiterunt jusjurandum.

In his Comitiis statutum fuit à Facultate, unanimi consensu, academicas inducias ad quindecim dies provogari, propter restitutam Regi sanitatem, et indicta fuit dies Jovis vigesima sexta Novembris pro primæ Theseos propugnatione, sic concludente Colde vilars, Decano.

Die Sabbati 24a mensis Octobris 1744, convocati sunt per schedulam, Doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ ipsâ decimâ matutinâ, post sacrum, Bibliothecæ Præfectum electuri; nec-non diebus Lunæ et Martis sequentibus, horâ ipsâ post meridiem secundâ ad quintam, novos Baccalaureos de omni materia medicinali interrogaturi.

Quod spectat ad primum articulum latum fuit hoc sequens Decretum.

Anno Dni 1744, die sabbati 24a mensis Octobris, saluberrima Facultas Parisiensis in scholas superiores legitimè convocata, ut obtemperare possit senatus consulto, die 7a mensis Septembris ejusdem anni lato, et Decano die trigesimo per Accensum denuntiato, statuit ex majori suffragiorum numero, eligendum esse per scrutinium, Bibliothecæ Præfectum e suis Doctoribus, ad sex annos prorogandum, sine Prææde; sed singulis duobus annis per novam electionem confirmandum.

Tuncque nomina doctorum præsentium qui ad hoc munus implendum sese obtulerunt, in scrutinium à singulis Doctoribus injecta fuerunt. Aperto scrutinio, computatisque Tabellis, ex majori suffragiorum numero in Bibliothecæ Præfectum electus est meritissimus Mr. Joannes-Ludovicus Baude de la Cloy; et sic conclusit Colde vilars, Decanus.

Diebus Lunæ 26a et Martis 27a ejusdem mensis Octobris 1744, novi Baccalaurei, scilicet Mri Hingant et du Pré, ab horâ post meridiem ~~tertia~~ secundâ ad quintam, interrogati sunt à doctoribus de omni materia medica.

Die verò Jovis 29a ejusdem mensis Octobris, convocati sunt Doctores omnes Medici, in scholas superiores, horâ sesqui-nonâ matutinâ, ante Vesperiarum actum, novorum Baccalaureorum, de omni materia medicinali examine tentatorum, suum judicium per scrutinium, laturi.

Congregatis Doctoribus, et aperto scrutinio, Facultas amborum Baccalaureorum responsa probavit, ita concludente

Colde vilars, Decano.

Iis in Comitiis Mr. Arcelin, Baccalaureus Emeritus supplicavit Facultati ut sibi concedi placeret aliquod tempus ad solvendam requisitam summam pro suo Doctoratu. Annuit Facultas ejus postulationi; et ita conclusit Colde vilars, Decanus.

Die Mercurii 4a mensis Octobris 1744, habita sunt in Scholis superioribus, ordinaria comitia de morbis præterito mense grassantibus, inter quos Mr. Gasnier Erysipelata et quasdam

Febres

Febres malignas observavit, qui quidem morbi solitis curati sunt remediis

Mr. Isez variolas lymphaticas potiùs quàm purulentas animadvertit. de cæteris, cum Dno. Gasnier.

Mr. Bergier eosdem morbos, et prætereà Diarrhæas et dysenterias se observasse dixit.

Mr. Herissant Febres tertianas, et Peripneumonias haud mali moris observavit.

Mri. vasse, Jacques, Magny, Davier, de Geviglaud, liger nihil notatu dignum retulerunt.

Mr. Bertrand morbos catarrhales, dysenterias et diarrhœas, Febres tertianas simplices et duplices, irregulares, grassari notavit, qui morbi solitis remediis sanati sunt.

Mr. de la sourdiere diarrhœas quoque et dysenterias observavit, quas fructuum abusui referendas esse existimat.

Anno Dni 1744, die sabbati 7o. mensis Novembris, Facultas legitimè convocata per schedulam, congregata fuit in scholis superioribus, horâ ipsâ decimâ matutinâ, post sacrum, Decanum et Professores; necnon Rationum et commentariorum prioris anni secundi Decanatûs nostri Examinatores, electura.

Ante omnia placuit Facultati vivâ voce Decanum eligi, priusquàm Professorum Electores sorte ducerentur.


Rogatis igitur Doctorum omnium sententiis, Mr. De l'Epine in Decanum appellatus est ab omnibus Doctoribus, exceptis Mro. Davier, qui se intercedere dixit, Mris. Ludovico-Joanne le Thieullier, et Dionis qui statuta servari, et more solito Decanum eligi volebant, et Mro. Le Moine qui à sententia abstinuit: at deinde, re animo circumspectâ, cum cæteris omnibus censuerunt, huicque accesserunt electioni.

Itaque unanimi consensu, omnibusque plaudentibus Mr. Guillelmus-Josephus de l'Epine in saluberrimi Ordinis Decanum, vivâ voce appellatus et electus est; sicque perlibenter conclusit

Col de vilars, Decanus.

Et illicò Mr. de l'Epine solitum præstitit sacramentum inter manus Decani Magistratu decedentis, à quo Decanatûs accepit insignia.

Cætera prætermittimus, cùm ad Ritus, tum ad Electorum, Professorum, et Commentariorum Examinatorum Electionem pertinentia, ut potè quæ initio Commentariorum sequentis anni academici referri debent.



Res gestæ in Academia Parisiensi, à die Sabbati 2ª Novembris 1743, ad diem Sabbati 7ᵐ Novembris 1744. Mᵒ Elia Col Devilars quartum Decano.

Anno Dⁿⁱ 1743, die nonâ novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Laudunæo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. nᵒ quinque, quibus concedi postulata placuit, traditis à Dⁿᵒ Cumont aliis litteris testimonialibus confecti quinquennii.

Lecta et recognita sunt quæ in superioribus Comitiis acta et statuta fuerant.

Dixerunt sapientissimi Decani et ornatissimi Procuratores se, ut conclusioni factæ die 2ª hujus mensis satisfacerent, retulisse ad Ordines suos de postulatis Chirurgorum juratorum, de Decreto sanctioris Consilii super iis facto die 26ª Octobris proximè elapsi, et de postulatione amplissimi Rectoris, quæ in prædictâ conclusione habetur, omnes censuisse huic gravissimo negotio graviter ac sedulò incumbendum; eam in rem nominatos ac selectos e singulis Ordinibus viros prudentes, qui unà cum amplissimo Rectore et Academico Tribunali, omni ratione licitâ et honestâ, et quacunque viâ juris, obsistant, ne quid detrimenti ex Chirurgorum postulatis, jura, leges, dignitasque Universitatis accipiant; videlicet ex Theologica Facultate Mᵐ Gervaise, magnum Regiæ Navarræ Magistrum: ex Juridica, Mᵐ Bernard, Antecessorem; ex Medica Mᵐ Astruc, Doctorem medicum: ex Natione Gallicana, Mᵐ Tremeau, Exprocuratorem: ex Picardica, Mᵐ Petit, virum Procuratorium: ex Germanica, Mᵐ Poinsart, virum quoque Procuratorium.

Anno Dⁿⁱ 1743, die 14ª novembris, extra ordinem habita sunt apud amplissimum Rectorem in Laudunæo Comitia Deputatorum Universitatis, tum ordinariorum, tum extraordinariorum, ad negotii, à Chirurgis moti, prosecutionem Delegatorum.

Placuit ut primum in urbem redierint tum Illustrissimus franciæ Cancellarius, tum integerrimi Recuperatores consistoriani, in Decreto sanctioris Consilii designati, eos ab amplissimo Rectore, comitantibus Deputatis Universitatis ordinariis, salutari.

Placuit, Patronos Universitatis, simul congregatos, super hoc negotio consuli, iisque adjungi, si fieri poterit, Dᵐ Buirette, qui nuper Medicæ Facultatis causam in supremo Senatu defendit, et Dᵐ Thorel, antehac in Regiis Consiliis Advocatum, nunc in Curia Parlamenti Patronum.

In his comitiis lectus fuit supplex libellus qui ex consilio Patronorum Regi offerendus est, eâ quæ sequitur formâ.

Au Roy

et à nos Seigneurs de son Conseil.

" Sire les Recteur, Doyens, Procureurs et Suppots de vôtre Université
" de Paris, remontrent très-humblement à Votre Mᵗᵉ que quand

ils

ils ont formé opposition à l'enregistrement des Lettres patentes sur le Decret du Sr. Archevêque de Paris, portant union et incorporation du Chapitre de St Germain de l'auxerrois à l'Eglise metropolitaine de Paris, et extinction des prébandes de la même Eglise, et que pour soutenir cette opposition, ils ont interjetté appel comme d'abus de ce Decret, les Supplians n'ont point eu d'autres vües dans ces procédures que de representer à la justice que ce decret ne pouvoit avoir d'effet au préjudice de l'expectative des graduez, et de s'opposer à l'enregistrement au cas que ce decret ne fût pas jugé necessaire, ou pour la plus grande utilité de l'Eglise, en tout ou dans une partie de ses dispositions. Mais V. Mté ayant voulu être instruite par elle même de l'état de cette affaire qui avoit été apointée avec l'université par un arrest contradictoire, et ayant fait connoitre que son intention étoit qu'elle fût terminée le plus promptement qu'il seroit possible, les supplians toûjours prets à donner des preuves de leur parfaite soumission aux ordres de V. Mté, ne peuvent que déclarer qu'ils s'en rapportent à sa sagesse profonde sur la nécessité ou utilité du dit Decret d'union, et au jugement qu'il luy plaira de donner en consequence sur leur opposition et leur appel comme d'abus; renonceants dès àpresent à toutes procédures qui pourroient retarder la décision de cette affaire, de quelque maniere que V. Mté juge à propos de la terminer.

Requéroient à ces causes les suppliants qu'il plaise à V. Mté leur donner acte de la déclaration par eux faite, qu'ils s'en remettent entiérement à la sagesse profonde de V. Mté sur la nécessité ou utilité de l'union et incorporation du Chapitre de St Germain à l'Eglise Métropolitaine, aux clauses et conditions portées par le decret du dit Sr Archevêque et au jugement qu'il plaira à V. Mté de rendre sur leur opposition, et leur appel comme d'abus; comme aussi de ce qu'ils renoncent dès àprésent à faire aucun acte ou procédure qui puisse empêcher ou suspendre l'enregistrement des lettres patentes expédiées sur le dit Decret.

De ea re, audito Mro de la Porte, Prosyndico, placuit adoptari sententiam Patronorum, et consequenter offerri Regi libellum supplicem supra descriptum; et oblatus est ab amplissimo Rectore, Versaliis, die 4o Decembris 1743.

Anno Dni 1743 die 7a decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud amplis. Rectorem in Laudunaeo.

nemo supplicavit pro litteris nominationis.

Lecta et recognita sunt quae superioribus intribus Comitiis, per mensis novembris decursum habitis, acta et statuta fuerant.

Retulit amplissimus Rector consultos fuisse Universitatis Patronos de negotio Chirurgorum; eorum autem hanc fuisse sententiam. Cum Rex voluerit postulata Chirurgorum cum Universitate communicari, eam deberi Regiae Majestati reverentiam, ut aliquid necessario respondeatur. si, quae postulant Chirurgi, ea mente postulant, ut iis extra universitatem fruantur, esse quod Universitas contra postulet, ne titulos, honores, jura ac privilegia, quae universitatis propria sunt, cum aliena societate communicari velit: si, ut intra universitatem; esse quod postulet, ne quid apud se in constitutionis suae perniciem innovetur, eòque exponat ac deducat momenta et rationes, quibus inducta à ducentis ferme annis constanter pugnavit, ut quem gradum in universitate Chirurgi antiquitus habuerunt, in eo se continerent. Cum autem dixisset ampliss. Rector, assumendum esse aliquem qui libellos sive supplices, sive

sive memoriales conficiat, placuit eam in rem deligi virum clarissimum M. Gillet, unum ex Universitatis apud Supremum Senatum Patronis.

Anno Dni 1743, die 13a Decembris, habita sunt Comitia generalia et supplicatoria Universitatis in Maturinensi.

In Comitio ampliss. Rector, habitâ oratione, postulavit ut rata et grata haberentur quæ gessit in trimestri suo magistratu, quod ei cum litteris commendatitiis concessum est. Omnes autem ordines ipsi præbuerunt amplum comitatum ritè procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Germani Senioris.

Anno Dni 1744, die 4a Januarii, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Launæo. Quibus in Comitiis fuerunt ipse amplissimus Rector M. Jacobus Vallette Le neveu, Mr Joannes Tamponnet, Theologiæ Facultatis Syndicus, locum tenens Philippi de Lamet ejusdem Facultatis Decanus; Mr Franciscus-Nicolaus-Augustus Le gendre, Juridicæ; Mr Elias col de vilars, Saluberrimæ Facultatis, Decani; Mr Petrus Seigneur nationis Gallicanæ; Mr Carolus-Atonius-Alexander Quillet, Picardicæ; Mr Thomas Viel, normanicæ; Mr Joannes-Nicolaus Lallemand, Germanicæ, Procuratores, Mo Joanne-Baptista-Blasio de la Porte, Syndici vices gerente; Mo Nicolao Piat, Scribâ; Mro Ludovico-Nicolao Durand, Quæstore generali.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, quatuor Magistri, quibus concedi postulata placuit.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta.

Die 31a Januarii, ampliss. Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis majoribus, omnibusque Apparitoribus, Cereos detulerunt Illustrissimo Franciæ Cancellario, singulisque supremarum Curiarum Principibus.

Die 1a Februarii iidem amplill. Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, Officiariis majoribus, et Apparitoribus Marliacum se contulerunt, ibique Cereos Regi et Reginæ obtulerunt. Ampliss. Rector et Universitatis nomen, et quam ipse sibi jam ante fecerat facundiæ famam, egregiè sistinuit, vel ipso Rege teste et judice, qui postquam eum audivit perorantem ad circumstantes aulicos conversus, dixit, cela est fort beau. Cum Serenissimus Delphinus Marliaco jam discessisset, non potuit ab universitate salutari; neque serenissimus Princeps Dux Aurelianensis, quoniam secesserat in domum Sangenovefianam.

Anno Dni 1744, die 8a Februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplillimum Rectorem in Launæo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii M.Mri Ni novem, quibus postulata concessa fuerunt.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1744, die 14a Februarii, habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum Universitatis apud amplillimum Rectorem in Launæo.

Quod dixit amplill. Rector nonnullas difficultates ex parte Universitatis superesse, quæ judicium supremi Senatûs de approbanda unione Capitulorum B. Mariæ et Sti Germani remorantur; quia nempe Universitas non omnino sese exemerit e numero partium

contendentium

contendentium; de ea re audito Prosyndico, placuit fieri potestatem amplissimo Rectori, ut de consilio Patronorum, viam ineat — convenientem quâ Universitas e numero partium contendentium in eo negotio planè eximatur; et ita conclusit amplissimus — Rector, Vallette le neveu

Anno Dni 1744, die 3a Martii, feriâ tertiâ secundæ in quadragesima hebdomadæ, horâ septimâ matutinâ, habita sunt, pro more antiquo, comitia universitatis in Maturinensi ad aperiendum Rotulum.

Audito et requirente Mo. de la Porte, Prosyndico, placuit retineri — antiquas consuetudines, atque adeo Rotulum nominationum aperiri.

Anno Dni 1744, die 7a Martii, habita sunt comitia ordinaria — Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Launaeo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii, M.Mri No. septem, quibus postulata concessa fuerunt.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta — et statuta.

Placuit, Carolum Michaëlem Basly designari et eligi, qui causas universitatis — in curia Parlamenti procuret, in locum Michaëlis Basly, ejus patris, — nuperis diebus fato functi.

Anno Dni 1744, die 20a Martii, habita sunt Comitia generalia — et supplicatoria Universitatis in Maturinensi.

Supplicarunt in angulo pro litteris nominationis jure Magisterii — artium et Quinquennii, M.Mri No. tres, quibus concessa sunt postulata.

Itum est deinde in Comitium ubi ampliss. Rector eloquentem habuit orationem

Facultas Theologiæ, Jurium et Medicinæ rata et grata habuerunt quæ — gessit ampliss. Rector in trimestri suo Magistratu, eique decreverunt — litteras commendatitias. M. Petrus Seigneur, Galliæ Procurator, verba — faciens pro quatuor nationibus, excepit ea quæ spectant, ut aïebat, — ad litem in curia Parlamenti pendentem, ususque est in dicendo vocibus — quæ plurimis visæ sunt indecoræ, cum præ se ferrent sensum hominis — dubitantis, an verè et sincerè locutus esset amplissimus Rector, dum — verba de Academiæ concordia expetenda faceret.

Mr. Lallemand Germaniæ Procurator, surrexit dixitque nationem — suam, sine exceptione, approbare quæ gessit amplissimus Rector, — eique litteras commendatitias decernere.

Omnes porro Ordines academici amplum comitatum amplissimo — Rectori præbuerunt ad ædem Deo sacram sub invocatione B. Mariæ — apud Cistercienses.

Anno Dni 1744, die undecimâ Aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud ampliss. Rectorem in Laudunæo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et — Quinquennii M.Mri tres, quibus postulata concessa fuerunt.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta — et statuta

Anno Dni 1744, die 14a Aprilis, horâ 7a matutinâ, habita ~~est~~ — in Maturinensi synodus Beneficiatorum academicorum

Anno Dni 1744, die 2a Maii, habita sunt Comitia Deputatorum — universitatis apud ampliss. Rectorem in Laudunæo.

Supplicavit pro litteris nominationis jure Magisterii artium et — Quinquennii, M. Petrus Durrat, Clericus Lugdunaeus, cui concessæ fuerunt litteræ.

Lecta et recognita fuerunt quæ superioribus in Comitiis acta et statuta fuerant.

Anno Dni 1744, die 28a mensis Maii, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis apud amplissimum Exrectorem in Launaeo, ad excipiendas Rationes Accepti et Expensi ab Universitatis Quæstore per annum 1743.

Auditis probatisque Rationibus, compertum est superesse ex Accepto summam ter mille octingentarum triginta libellarum cum quatuordecim assibus et decem denariis; quam summam placuit inter prædicti Quæstoris manus relinqui, in sumptus ordinarios impendendam.

Anno Dni 1744, die 6a Junii, habita sunt comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud ampliss. Exrectorem in Laudunæo.

Supplicarunt pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii M.M. no sex, quibus postulata concessit Tribunal.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta et statuta.

Anno Dni 1744, die 17a Junii, habita sunt Comitia generalia et supplicatoria universitatis in Maturinensi.

Habitâ in Comitiis elegantissimâ Oratione ab amplis. Exrectore, omnes ordines amplum præbuerunt comitatum ipsi ritè procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione Sti Martini in Collegio Sorbonæ Plessæo. Priusquam autem ex Æde sacra Maturinensium excederetur, decantatus est Hymnus solemnis Te Deum.

Anno Dni 1744, die 4a Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud ampliss. Exrectorem in Laudunæo.

Supplicarunt pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii M.Mri no quinque, quibus postulata concessa fuerunt, emendato nominis dicti Salvage de Claviere errore.

Quod fidelissimus Quæstor exhibuit et numeravit quatuor millia libellarum ex ordinariis academiæ reditibus provenientia, placuit eam summam in arcam ærarii in præsentia recondi.

De gravissima controversia quæ die 23 Junii 1742 in præclara Artium Facultate exorta est occasione Quadrumviratus Nationis Gallicanæ, postquam hinc et inde Patroni septies egerunt in Senatu, tandem die 31a Julii 1744, factum est Senatus Consultum, quod legere est in universitatis Commentariis, fol. 11 recto.

Anno Dni 1744, die 8a Augusti, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud ampliss. Exrectorem in Laudunæo.

Supplicarunt pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii M.Mri no 88. audito Prosyndico, placuit, Supplicibus quorum postulationes sunt in legitimâ formâ, indulgeri simpliciter; cæteris verò cum conditione, emendatis scilicet emendandis.

Lecta et recognita sunt quæ diebus 6o Junii et 4o Julii acta et statuta fuerant.

Placuit in his comitiis virum honestum Carolum-Michaelem Basly ad sacramentum admitti, tanquam Universitatis in Supremo Senatu Procuratorem, loco patris ejus fato functi.

Anno Dni 1744, die 14a mensis Augusti, habita sunt in Maturinensi generalia Comitia ordinaria præclaræ artium Facultatis, in quibus, observatis solitis legibus, vir clarissimus Mr. Petrus Fromentin, Eloquentiæ Professor in Mazarinæo, a quatuorviris electus est, unanimi consensu in Universitatis Rectorem

Continuò accessit novus Rector, togâ rubrâ indutus, et præstito ritu antiquo, ab amplissimo Exrectore inauguratus est; ac deinde habitâ

habitâ ad præclaram Facultatem oratiunculâ, deductus fuit ad-
ædes suas Mazarinæas.

Anno D^ni 1744, die 17ª Augusti, horâ 7ª matutinâ, habita sunt in Mazarinensi Comitia Deputatorum Universitatis, a novo Rectore, pro more indicta, ad ipsius sive instructionem, sive confirmationem.

Postquam peroravit clarissimus Exrector, ad latus novi Rectoris sedens, audito M. Lallemand, Prosyndico, omnes dixerunt sibi gratam esse Electionem M^ri Petri Fromentin in Rectorem, eique operam et consilium polliciti sunt. Et ita conclusit amplissimus Rector, ac deinde ab omni academico Tribunali deductus est ad ædes quas elegit in Collegio Dinvillæo.

Anno D^ni 1744, die 29° Augusti, habita sunt in antecessum Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant in superioribus comitiis acta et statuta.

Placuit fieri Decretum quod sequitur.

Decretum Universitatis

Extractum è Commentariis universitatis, 29 Augusti 1744.

Scribendo affuerunt Rector, Decani, Procuratores, Tribunal Academicum, IV Kal. Septemb. M. DCCXLIV. in Mazarinæo.

Quod dixit M. Jacobus Vallette le Neveu, universitatis Syndicus, ac Procurator generalis, contigisse hoc anno non semel in quibusdam hujus urbis regionibus, ut Scholastici, dum ex variis partibus ad Scholas publicas turmatim conveniunt, aut inde redeunt, intereundum tumultuarentur molestiam obviis quibusque facescentes, popello inprimis ac præsertim Pecuariis ac Boariis, dum pecudes, quas illi ad Lanienam ducunt, de industriâ fugant atque etiam strictis gladiis vulnerant, non sine prætereuntium periculo; unde rixæ plurimæ exortæ fuerint, ac deinde querelæ ad Magistratus delatæ. Comprimendam esse quamprimùm ejusmodi licentiam, universitati, si longiùs eam progredi per negligentiam sineret, probrosam, civibus gravem, ipsis adolescentibus multum quandoque periculi atque adeò parentibus multum anxietatis ac sollicitudinis importantem. Porrò id mali, quod in eos solos cadit qui extrà Collegia habitant, inde oriri, quod, dum scholas publicas petunt, partim sibi ipsi permittuntur sine ullo Ductore, partim deducuntur à viris aut minùs attentis, aut minùs severis; maximè autem quod plurimis inter ipsos hoc perperàm usuvenit, ut gladiis accincti, etiam cùm ad Scholas Academicas se conferunt, incedere non vereantur, inscii videlicet quantum id et menti et legibus Universitatis atque etiam supremi Senatus Decretis repugnet.

Enim verò per annos sexcentos ac ampliùs, Universitatem, aut saltem Artium Facultatem, exegisse à suis Scholaribus, ut omnes indiscriminatim, sive Clerici, sive laïci, Ecclesiasticâ veste uterentur: unde in Statutis Reformationis Tutavillææ, anno 1452 factæ, hoc haberi, inhibemus ne permittant ipsi Magistri Scholaribus suis in Festis Nationum, aut aliàs.... habitus indecentes et laïcales deferre. Si per Leges Academicas Scholaribus non liceat habitus Laïcales ne diebus quidem, quibus cum ipsis indulgentiùs agebatur, deferre, quantò minùs enses et arma, quæ cum veste Clericali nusquàm conjungi potuerunt?

Posteà quidem vestis Clericalis usum lapsu temporis abiisse in desuetudinem apud Scholares laïcos, eos præsertim qui neque in Collegiis neque in Pædagogiis vivebant, quos Majores nostri Martinetos appellabant; sed non ideò licitum illis fuisse gladios aliave arma gestare. Quamobrem

anno

anno 1557, cùm ex iis plurimi contra morem Academicum ausi essent armis uti, imò abuti, editum fuisse in illos à Supremo Senatu vehemens Decretum, ipso requirente Procuratore Catholico (Ægidio Bourdin); hic enim cùm inter cætera postulasset, qu'il soit enjoint aux hostes et hostesses où demeurent lesdicts Escoliers Martinets, de les contenir, et ne les laisser sortir de leurs logis avec espées, dagues, ou autres bastons, sic inter cætera decrevisse Curiam; la Cour ... enjoint aux hostes et hostesses desdicts Escoliers de ne permettre qu'ils sortent de leurs maisons avec armes, espées, dagues et bastons offensifs, sur peine de s'en prendre à eux, et de punition corporelle.

Ac ne quis fortè existimet, quia illud Senatûs Consultum occasione gravissimi tumultûs, à Scholaribus excitati, factum sit, inhibitionem illam temporariam fuisse, non ultrà ipsius tumultûs terminos duraturam, ecce aliud Senatûs Consultum, ipso quoque illustrissimo Procuratore catholico (Joanne De la Guesle) requirente, die 13 Augusti 1575, emissum esse, octodecim articulos continens in reformationem Universitatis, quorum quintum sic se habere, Défend aussi à tous Regens, Pédagogues, Escholiers et leurs serviteurs de porter espées, dagues ou autres armes couvertes ou apparentes, offensives ou défensives, par la dite Université et Fauxbourgs, sur peine d'amende arbitraire pour la premiere fois, et de prison pour la seconde.

Neque verò Supremam Curiam ab hac sentiendi ac statuendi ratione abcessisse, cùm anno 1598 jussu Regis Henrici Magni Universitatem reformavit; cùm enim anteà omnem gladiorum armorumque usum Scholaribus interdixisset, in hac reformatione etiam artis gladiatoriæ Magistros a Scholarium commercio removisse, articulo XIX reformationis Artium Facultatis, qui sic habet, nemo gladiatoriam discat: atque ut omnis occasio tollatur Scholasticos à studiis avocandi, aut ad nequitiam adducendi, omnes Gladiatores ab Academiæ finibus migrent, et ultra pontes ablegentur.

Quamquam autem ex illo Statuto, præsertim cum superioribus Curiæ Decretis comparato, rectè colligatur eadem, quæ habetur suprà, armorum interdictio, licet in eo Statuto propriis verbis non expressa sit; tamen ne quis ex illa verborum omissione daretur ambigendi locus, ipsum eumdem Regem Henricum Magnum, cui principem hanc Academiam ad pristinam dignitatem ac disciplinam revocare maximè cordi fuit, Regio Diplomate, seu Declaratione anno 1600, die 3 Februarii factâ, in Tabulas Supremi Senatûs postridie relatâ, disertis verbis vetuisse, ne Scholastici gladios et arma gestarent.

Ex quibus omnibus patere, quantùm et moribus Academicis, et institutis Majorum, et legibus repugnet recens illa, de quâ hodie querela sit, Scholasticorum licentia. Itaque se pro suo munere postulare ac requirere, ut sub pœnis gravissimis jubeantur Scholares Academici, cùm eunt ad Scholas, aut inde redeunt, modestè se inter eundum gerere; vetentur enses aut arma qualibet gestare; moneantur Pædotrophi, seu Pædagogi, ut Discipulos suos, quod facere ex litteris suis tenentur, per se, vel per Submonitores idoneos deducant; denique ut, (quod jam sæpiùs ab Universitate sancitum est) pervicaces ac turbulenti, si qui tales comperientur nec resipiscant, à Scholis Academicis omninò arceantur: De ea re, dictis rogatisque sententiis, Placuit, haberi rationem postulationis meritissimi Syndici, ac statui quæ sequuntur.

I.

Scholastici extrà Collegia habitantes, cùm se ad publicas lectiones conferunt, aut ab iis discedunt, ubique tùm veniendo, tùm redeundo, tùm etiam in ipso adventu, cum illis circà fores Collegii expectandum est donec fiat introeundi potestas, modestiam, qualem esse in ingenuis ac rectè institutis adolescentibus decet, exhibento.

Inter

Inter se ne rixantor; ne tumultuantor. Nemini, sive prætereuntium, sive circumhabitantium, molestiam creanto. Nemini contumeliosum quid neque dicunto, neque faciunto.

II.

Scholasticis ad Collegiorum Academicorum lectiones euntibus, aut inde redeuntibus, gladios aliave arma gestare nefas esto.

III.

Si quis Scholasticus in ea, quæ duobus hisce superioribus articulis continentur, peccaverit, in eum graviter animadvertitor. Si mulctatus non resipuerit, aut contumacem se præbuerit, è Scholâ ejicitor, et collegii aditu prohibetor; ejectus ex uno Collegio in aliud ne recipitor, ac proinde privilegio Scholaritatis excidito.

IV.

Pædotrophi, seu Pædagogi, commissos sibi pueros et adolescentes ipsi deducunto, aut per submonitores idoneos deduci curanto. Euntes ne deserunto donec in ipsam Scholam ingressi fuerint; redeuntes ab ipso Scholæ egressu excipiunto et ad Pædagogium usque sedulò comitantor.

V.

Gymnasiarchæ, Professores, Pædagogi, Institutores sive Præceptores, hæc Statuta observari pro suâ quique parte diligenter curanto.

VI.

Hoc Decretum typis mandator. Ad valvas Collegiorum et ubicunque necesse fuerit affigitor. In singulis Scholis et Pædagogiis, ineunte quoque anno, publicè legitor; atque adeò hujus exempla Gymnasiarchis, Professoribus et Pædagogis traduntor. Si qui illius aliarumve legum Academicarum migrassint, Syndicus anquirito.

Et ita fuit ab amplissimo D. Rectore conclusum.

N. Piat Scriba.

Hoc Decretum lectum, recognitum et confirmatum fuit in Comitiis ordinariis Deputatorum Universitatis, die 3 Octob. 1744, habitis in Mazarinæo.

N. Piat.

Anno Dni 1744, die septimâ Septembris, habita sunt extra ordinem comitia Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

In his comitiis actum fuit de legato à Dno Le Gendre Ecclesiæ Parisiensis Canonico, simulque abbate Monasterii B. Mariæ de Claro-fonte in Diœcesi Carnotensi, ante annos circiter ~~facto~~ duodecim facto, ut præmia Eloquentiæ, Poeseos et Musices instituerentur; cujus legati administrationem et custodiam prædictus le Gendre, testamento suo detulerat Capitulo Ecclesiæ Parisiensis, et eo recusante, Fratribus minoribus magni Conventûs Parisiensis. Verùm utrisque recusantibus, legatum illud Universitati attributum fuit Senatûs Consulto, requirente catholico Procuratore, ut impenderetur in solemnem aliquam et annuam præmiorum distributionem. Senatûs consultum sic se habet.

Extrait des Registres du Parlement.

" Ce Considéré notre dite Cour .... faisant droit à cet egard sur le requisitoire
" de notre Procureur general, ordonne que les Contrats sur l'hôtel de ville de

" de Paris, montant en principal à 58.760 ᵗᵗ, produisant 1469 ᵗᵗ de
" rente, ensemble le contract de constitution de 440 ᵗᵗ de rente
" au principal de 1100 ᵗᵗ sur l'église Collegiale de St. Benoist
" qui ont été remis par le dit Loyau es mains du dt Marchal,
" seront délivrés à l'université de Paris, pour par elle avoir la
" jouissance des dites rentes et en recevoir les arrerages à compter
" du jour du present arrest, à la charge par la dite université
" de payer châcun an sur les dites rentes la somme de 300 ᵗᵗ pour
" les fondations des dits trois Obits, scavoir 100 ᵗᵗ aux dits Cordeliers
" 100 ᵗᵗ aux dits Religieux de la Mercy et 100 ᵗᵗ au Receveur de l'Eglise
" de Paris; comme aussi de payer les droits d'amortissement, si aucuns
" sont dûs pour les dits Obits, et d'employer le surplus des arrerages
" des dites rentes par châcun an à la distribution du prix soit de
" prose, ou poesie, latine ou françoise à des Etudians es arts de la dite
" université; à l'effet de la quelle distribution de prix le Recteur
" de l'université sera tenu dans un mois du jour de la signification
" du present arrest, de donner à notre dite Cour son avis par écrit
" sur la forme et les conditions qu'il trouvera les plus avantageuses
" pour exciter l'émulation des dits Etudians, pour le dit avis communiqué
" à notre Procureur general, être par luy requis, et par notre dite
" Cour ordonné ce que de raison. à la remise des quels Contracts sera
" aussi le dit Marchal contraint comme depositaire, quoy faisant
" déchargé... Donné en notre Cour de Parlement le 1er Juillet
" 1744, et de notre Regne le 29. Signatum Du Franc.

Re in deliberationem missâ, placuit nominari Mm Lallemand Eloquentiæ Professorem in Marchiano, et Mm Piat, virum Rectorium, antiquum et Emeritum Eloquentiæ Professorem in Sorbonæ-Plessæo, qui rem, quantum spectat ad præmiorum institutionem, expendant, ac deinde ad Academicum Tribunal referant; tradi meritissimo Syndico ipsum Senatûs consultum cæteraque instrumenta ad hanc rem pertinentia, ut iis diligenter inspectis et perpensis videat quibus cautionibus præfatum legatum accipiendum sit, ne quid damni rebus Universitatis inde possit, venturis temporibus, emergere. Et ita conclusit amplissimus Rector.

Anno Dni 1744, die Veneris undecimâ Septembris, habita sunt extra ordinem comitia centuriata Universitatis in Maturinensi, ad habendas, quas amplissimus Rector Mandato indixerat Supplicationes Scilicet ob restitutam Regi Ludovico XV. Sanitatem.

In angulo supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii Mri duo, quibus postulata concedi placuit.

Itum est deinde in comitium, ubi amplissimus Rector graviter et facundè peroravit. Inde maximo omnium Ordinum Academicorum comitatu processit ad ædem Deo sacram sub invocatione B. Ludovici in Mazarinæo. Post solemne Sacrum Hymnus Eucharisticus Te Deum, eximio vocum et instrumentorum Symphoniacorum concentu, decantatus est.

Omnes Ordines Academici, quâ pompâ amplissimum Rectorem comitati erant euntem, eâdem prosecuti sunt redeuntem. Priusquàm autem ædem Maturinensium redeundo subirent, singulis omnium Ordinum Magistris sportula ex ærario Academico erogata est, nimirum unicuique asses viginti quatuor; duplo tamen major Deputatis et Majoribus Officiariis ex quibus constat Tribunal Academicum.

Præter has eucharisticas preces, toti Universitati communes, singuli Ordines Academici, sponte suâ, in privatis suis sacellis, solemne Sacrum cum Hymno Te Deum, sequentibus diebus fieri curaverunt; adeò in omnium animis insidebat, et quantam jacturam facturi fuissent, si Ludovicum amisissent, et quam manifesto dei beneficio effectum

effectum esset, ut Rex optimus et charissimus, morti, — si quis unquam, proximus, repente ad vitam, præter — omnium spem, revocaretur.

Anno Dni 1744, die 3a mensis Octobris, habita sunt — comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud — amplissimum Rectorem in Mazarinæo.

Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii — artium et Quinquennii M.Mri no quinque, quibus postulata — concedi placuit.

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in — comitiis acta et statuta, in primis Decretum ad disciplinam Scholasticam pertinens, quod quidem Drctum placuit, — quantum necesse est, confirmari, et quamprimum publicari.


Lectum est Senatûs consultum, postulante ac requirente — Illustrissimo Procuratore Catholico factum, quo jubetur — Universitas sententiam suam expromere de legatâ à viro — clarissimo Mro Picoté de Belestre, Doctore Medico Parisiensi, — Bibliothecâ, ante aliquot annos Medicorum Ordini attributâ. Placuit differri donec super ea re audita fuerit ipsa — saluberrima Facultas.

Dixit amplissimus Rector, se, ex potestate sibi factâ per — conclusionem diei 29 Augusti, provogasse inducias Academicas — ad diem 19m hujusce mensis, dato et promulgato ad id et ad — solemnes Supplicationes, die undecimo Septembris extrà — ordinem habendas, Mandato Rectorio.

Anno Dni 1744, die 20a Octobris, habita sunt Comitia — Centuriata Universitatis in Maturinensi.

In angulo supplicarunt pro litteris nominationis jure — Magisterii artium et Quinquennii M.Mri no quinque, quibus, — audito Syndico, postulata concedi placuit.

Itum est deinde in Comitium, ubi, posthabitam ab amplissimo — Rectore orationem, omnes Ordines Academici rata et grata — habuerunt quæ hactenus gesserat in suo Magistratu, eique — litteras commendatitias decrevêre, et amplissimum Comitatum — præbuêre ritè procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione — Stæ Annæ apud Eremitas Sti Augustini ad Sequanam.



Res quæ geri debuissent apud Barbitonsores Chirurgos Parisienses, à die sabbati 2° Novembris 1743, ad Sabbati diem 7m Novembris 1744.

Mro Eliâ Col de Vilars quartum Decano.

Die Lunæ 19 mensis Octobris 1744, postridie Divi Lucæ, nec primi Regis Chirurgi vicarius, nec Chirurgorum Præpositi, in superioribus Facultatis Scholis comparuerunt; nec ullos Tyrones, vel Expertos prodentibus, vel Herniarios vel Obstetrices, ad Magisterium per hunc annum promovere voluerunt, propter rationes allatas, paginâ 776.

Itaque nulli eorum Actui Decanus et Doctores adjuncti interesse potuerunt.

Die tamen trigesimo mensis Decembris 1743, ab horâ secundâ post meridiem ad septimam, factus est in Nosocomio generali, dicto de la Pitié, concursus vel Examen Tyronum qui in hoc Nosocomio chirurgicam suam opem ægris ministrando, artis chirurgicæ Magisterium consequi exoptabant. Decanus per Schedulam, ut moris est, à Protochirurgi Regis vicario subsignatam, non convocatus fuit, ut huic adesset Examini, juxta Decreta à Sanctiori Consilio lata 25° Julii 1722, et 13° novembris 1734; sed monitus est epistolâ à Dno Reneux, Nosocomii Scribâ, D.D. Administratorum nomine et jussu scriptâ. Idcirco huic interfuit Examini. Tyrones autem, numero sex, à Chirurgorum Præpositis, coram Decano, fuerunt interrogati. Peracto Examine prædicti Præpositi probatorium actum conscripserunt, at nullam de præsentia Decani fecerunt mentionem, addiderunt solummodò ad actûs calcem hæc vel similia verba.

Et est intervenu le doyen de Medecine, sans être appellé ni de nous ni par nous. Pour raison de quoy nous faisons toutes protestations requises et necessaires, tant pour la conservation des droits et privilèges de Mr le premier Chirurgien, que de ceux des maitres Chirurgiens de cette ville.

Nihilominus actum subsignavit Decanus, ut de ejus præsentiâ constaret: sed post Chirographum suum adjecit hanc contestatam denuntiationem, Protestant de nullité de tout ce qui peut être contraire et préjudiciable aux droits et privileges de la dite Faculté.

De hac re in consilium adhibuit Decanus Dm Thorel Patronum, qui existimavit prædictam denuntiationem contra Chirurgorum actum factam, servandis Facultatis juribus sufficere, propter litem in Sanctiori Consilio injudicatam.



Res gestæ apud Pharmacopœos et Aromatarios Parisienses, à die Sabbati 2ª Novembris 1743, ad diem Sabbati 7ᵐ Novembris 1744. Mʳᵒ Eliâ Col de Vilars quartùm Decano.

Anno dⁿⁱ 1744, die Mercurii 12ª mensis Februarii, Philippus — nicolaus Pia Examine tentatus est in ædibus Pharmaceuticis, — et interrogatus fuit à Decano, duobus Pharmaciæ Professoribus, — Pharmacopœorum Præpositis, et Magistris Pharmacopœis ad id — designatis; probatisque ejus responsis, ad Specimen suum admissus — est, utpote Magistri filius.

Die Lunæ 24ª ejusdem mensis Februarii 1744, Joannes-Franciscus — Mayol suum expertus est Examen in ædibus Pharmaceuticis, — interrogatus ut supra, et ad Specimen admissus fuit, utpote Magistri — filius.

Die Sabbati 7ª mensis Martii 1744, Philippus-Nicolaus — Pia, Parisinus, Specimen suum exposuit in ædibus Pharmaceuticis, — priùs à Decano et duobus Pharmaciæ Professoribus comprobatum. Hujus Speciminis Compositiones ex Codice Parisiensi desumptas — perfecit eodem die et diebus Lunæ et Martis sequentibus, coram — iisdem Facultatis Medicæ Deputatis, Magistrisque Pharmacopœis, Ductore Mʳᵒ Barbe. Absoluto opere, et à Facultate Mʳⁱˢque — Pharmacopœis probato, Magisterii gradum consecutus est, præstititque deinde Sacramentum apud urbanæ politiæ Proprætorem, à Mʳᵒ — Ludovico-Alexandro Vieillard, antiquiore Pharmaciæ Professore, — præsentatus, et pacta conventa in hujus Professoris libro obsignavit.

Die Sabbati 14ª Martii 1744, Joannes-Franciscus Mayol, — Parisinus, Specimen suum, à Decano et duobus Pharmaciæ Professoribus — probatum, exposuit in ædibus Pharmaceuticis, et diebus Lunæ et Martis — Compositiones ex Codice depromptas, et die Sabbati inchoatas, perfecit, — coram Saluberrimi Ordinis Deputatis, ductore Mʳᵒ le Maire. Examinatis et probatis ultimo die compositionibus, Mʳ Pharmacopœus renuntiatus — est. Deindè à Mʳᵒ Vieillard, antiquiore Pharmaciæ Professore præsentatus, apud urbanæ politiæ Proprætorem Sacramentum dixit, et se pacta — conventa in Pharmaciæ Professoris libro conscripta servaturum — Syngrapho suo pollicitus est.

Die Lunæ primo Junii 1744, Joannes Petrus Pujo, Maubourgensis, — Diœcesis Tarbiensis, primo Examine tentatus est in ædibus Pharmaceuticis, à Decano, duobus Pharmaciæ Professoribus, Pharmacopœorum Præpositis, et — Magistris designatis interrogatus fuit, ac probatis ejus responsis, ad — Botanicum Examen admissus est

Die Jovis 25ª mensis Junii 1744, Georgius Picard, Meldensis, Botanicum suum Examen expertus est in horto Pharmacopœorum, viâ vulgo de — l'arbalête, et interrogatus ut supra, dignus declaratus fuit qui Specimen — suum in ædibus Pharmaceuticis exponeret.

Die 4ª mensis Julii ejusdem anni 1744, Prædictus Georgius Picard

Specimen

Specimen suum exposuit in ædibus Pharmaceuticis, à Decano et Pharmaciæ Professoribus probatum. Compositiones, die Sabbati inceptas, diebus Lunæ, Martis et Mercurii perficere insecutus est, præsentibus Decano et Pharmaciæ Professoribus, Ductore Mr. Vassal Pharmacopæo, et unanimi consensu Magisterio Donatus est. Die verò Veneris sequenti apud urbanæ politiæ Propretorem præstitit sacramentum, à Mr. Vieillard præsentatus, subsignavitque pacta in libro Pharmaciæ conscripta.

Die Sabbati 19º mensis Septembris 1744, Baltazard Julliot primo Examine tentatus est in ædibus Pharmaceuticis, et interrogatus ut supra, ad botanicum examen admissus fuit.

Die Lunæ 12º mensis Octobris 1744, Joannes-Petrus Pujo botanicum suum subiit examen in horto Pharmacopæorum, et interrogatus ut supra, ad Specimen suum admissus est.

Die Sabbati 17º ejusdem mensis Octobris 1744, Joannes-Petrus Pujo, Maubourgensis, diœcesis Tarbiensis, Specimen suum exposuit in ædibus Pharmaceuticis, à Decano et Pharmaciæ Professoribus approbatum. Hujus Speciminis compositiones, ex Codice Facultatis excerptas, à dicto die Sabbati ad diem Mercurii sequentem perfecit coram Decano et Pharmaciæ Professoribus, Ductore Mr. Couzier. Iis confectis, examinatis et probatis, inter Magistros Pharmacopæos Parisienses unanimi consensu renuntiatus est. Postea pacta in Pharmaciæ Professoris libro contenta obsignavit, et die 27º ejusdem mensis à Mro. Vieillard antiquiore Pharmaciæ Professore præsentatus, apud urbanæ politiæ Curatorem præstitit sacramentum.

Die 29º mensis Octobris 1744, Baltazard Julliot examine botanico tentatus est in horto Pharmacopæorum Parisiensium, et interrogatus ut supra, ad Speciminis sui expositionem admissus est

Die Jovis 3º mensis septembris 1744, Pharmacopæorum Parisiensium Præpositi, in Scholas Facultatis superiores, se cum Accenso contulerunt, priùs per schedulam à majori Apparitore, ut moris est, delatam, moniti; et inde, post jentaculum, concomitati sunt Decanum et ambos Pharmaciæ Professores cum eorum Adjunctis, ad Officinas Pharmacopæorum Parisiensium lustrandas.

Diebus Mercurii 9º et Lunæ 14º ejusdem mensis, Decanus, ambo Pharmaciæ Professores, et doctores adjuncti, lubenter se contulerunt in Pharmacopæorum Parisiensium ædes, et inde, post leve jentaculum, ad cæteras Pharmacopæorum officinas lustrandas processerunt, concomitantibus Pharmacopæis Custodibus.

Iisdem diebus officinarum Pharmacopæorum Regiorum et Prætorianorum facta similiter fuit lustratio, à Decano, Pharmaciæ Professoribus, et doctoribus adjunctis, adstantibus prædictorum Pharmacopæorum Syndicis, et concomitantibus Pharmacopæis Parisiensibus Præpositis.

Diebus verò Martis 22º ejusdem mensis septembris,

Jovis

Jovis 1° et Lunæ 5° octobris 1744, Aromatariorum officinæ à Facultate, ut supra, lustratæ sunt, concomitantibus duntaxat earum Custodibus, cum Accenso. primo Lustrationis die in superiores scholas se contulerunt, ab Apparitore Facultatis per schedulam, ut mos est, moniti, et hinc, post jentaculum, ad officinarum lustrationem processum est.


Die Jovis 22° mensis octobris anni 1744, Decanus, ambo Pharmaciæ Professores, et Mri. Martinenq, dionis et Baude de la Cloy, nomine Facultatis, et à dominis xenodochii generalis, vulgò de salpistraria Administratoribus invitati per Epistolam ab ejusdem xenodochii scribâ ad Decanum scriptam, ut interesse ipsis placeret ponderationi omnium Medicamentorum quæ Theriacam ingrediuntur, in hoc xenodochium se contulerunt, omnia ingredientia examinarunt et probarunt; iisque præsentibus facta fuit ponderatio. Adfuerunt quoque Pharmacopoeorum Parisiensium Præpositi. Pharmacopoeus hujus Domûs, qui hanc Antidotum, Administratorum jussu, componere debebat, curavit ut Medici euntes et redeuntes rhedis veherentur.

notandum est quod die veneris 2° hujus mensis Facultas, utpote non legitimè vogata, uti videre est pag. 855, censuerat Decanum cum doctoribus adjunctis, et Pharmaciæ Professoribus hujus Antidoti expositioni, saluberrimi Ordinis nomine, interesse non debere. verum lectâ prædictâ Epistolâ existimavit Facultatis præsentiam, per suos legatos, non esse denegandam.

Res gestæ apud Pharmacopæos Aulicos qui sub authoritate summi Prætoris Pharmaciam exercent.

Anno Domini 1743, die Jovis 21° mensis Novembris, Trudon, officio Pharmacopoei sub authoritate summi Prætoris donatus, propter sui patris demissionem, Specimen suum, à Decano et ambobus Pharmaciæ Professoribus probatum, exposuit in ædibus suis; Examine tentatus est à prædictis Medicis; Speciminis sui compositiones, ex

ex Codice Parisiensi desumptas à die dicto ad diem Sabbati 23.m sequentem, Ductore D.no Carre, Syndico, perfecit, præsentibus Decano et Professoribus, omnibusque requisitis affabrè satisfecit. Quibus absolutis, Pharmacopœus sub prædicto titulo, à Decano et ambobus Pharmaciæ Professoribus, nomine Facultatis renuntiatus est; Pacta in libro Pharmaciæ Professoris contenta subsignavit, litteræ tandem ipsi concessæ fuerunt parvo Facultatis sigillo munitæ.



Codex Rationarius
Accepti & Expensi
ordinarii & extraordinarii,
à die Sabbati 2° Novembris 1743,
ad diem Sabbati 7m Novembris 1744.
Mr. Eliâ Col Devilars, Inculismensi,
quartùm Decano.

Caput primum Accepti
Ex annuo Facultatis Reditu.

Die 30° Julii 1744, ab urbis Quæstore accepit — Decanus, pro integro anno 1743, majoris Contractûs, — Summam trecentarum quinquaginta librarum. 350 tt

Eodem die, ab urbis Quæstore, pro integro anno 1743, minoris Contractûs, accepit Decanus — Summam quinquaginta quinque libellarum --- 55.

A dicto Raffignac, pro locatione majorum Facultatis ædium, accepit Decanus per hunc - annum, summam quadringentarum septem - libellarum, secundum varias acceptilationes ipsi concessas - - - - - - - - - - - - - - - - - 407.

Computatis verò summis omnibus quas prædictus Raffignac solvit Decano per quatuor decanatûs ejus annos, à Remigialibus, scilicet, anni 1740, ad Remigialia anni 1744, pro eadem locatione, ratione 600 tt pro unoquoque anno, sequitur à dicto Raffignac Decanum accepisse summam 1631 tt, ut videre est in hisce et præcedentibus Rationibus; et quoniam locationis - pretia per quatuor dictos annos summam conficiunt 2400 tt, supererat summa 769 tt à dicto Raffignac - solvenda; quam quidem summam ut solveret, coactus - fuit Decanus ea compensare quæ à Facultate ipsi debebantur ex duobus sequentibus articulis.

1° quidem propter varia structuræ opera quæ in scholis inferioribus, et majoris Facultatis ædibus

Summa hujus paginæ est di[illegible] douze [illegible]

ab ipso peracta fuêre, juxta libellum memorialem, à dno de Blignier, Facultatis Architecto computatum, et juxta pretii et calculi leges redactum, debebatur dicto Raffignac summa 412^{tt}

2° propter partem majorum ædium, cujus locationem dictus Raffignac Facultati retrocessit, ad Apparitorum habitationem, scilicet, pro habitatione majoris Apparitoris à Remigialibus anni 1743, ad Remigialia anni 1744, debebatur summa 192^{tt}, et propter habitationem minoris Apparitoris à Natalibus anni 1743 ad Remigialia 1744, dicto Raffignac pariter debebatur summa 150^{tt} ratione 200^{tt} pro uno quoque anno; ac tandem propter non locatum Horreum majorum Facultatis ædium, per tres menses solidos cadentes in Remigialia anni 1744, ratione 60^{tt}, Facultas ipsi debebat 15^{tt}; ita ut tres ultimæ summæ conficiant summam 357^{tt}; quæ quidem summa 357^{tt} juncta summæ 412^{tt} in primo articulo memoratæ, conficiunt summam 769^{tt} à Facultate ipsi debitam. Quapropter compensando hanc ultimam summam 769^{tt} quæ à Facultate dicto Raffignac debebatur, cum simili summa cujus reliquator erat dictus Raffignac erga Facultatem, usque ad Remigialia 1744, patet à dicto Raffignac nihil ampliùs deberi Facultati usque ad prædictum tempus, nihilque à Facultate usque ad idem tempus dicto Raffignac deberi, secundùm acceptilationes à Decano dicto Raffignac concessas, et alias à dicto Raffignac Decano reciprocè tributas.

Hæc omnia ad memoriam sint adhibita.

Visis rationibus

Caput 2.m Accepti à Baccalaureo in Quæstione Cardinalitia.

A Mro Claudio Bourdier in quæstione cardinalitia die Jovis 7° novembris 1743, accepit Decanus

Pro stipendiis Lectorum et Registro - - - - - 10^{tt}

Pro rebus Academiæ - - - - - - - - - - - 18.

Caput 3.m Accepti à Baccalaureis in Quæstionibus quodlibetariis Pathologicis, pro stipendiis Lectorum et Registro.

A Mro Josepho Lallemant die 14° 9.bris 1743, accepit Decanus quatuor libras cum decem assibus - - - 4^{tt} 10 s

Summa hujus paginæ est de trente deux livres dix sols

A M.° Francisco Bidault, 21 9.^{bris} 1743	4.^{tt}	10 s
A M.° Guillelmo Ruellan 28. 9.^{bris}	4.	10.
A M.° Jacobo verdelhan Des Molles, 3.° x^{bris}	4.	10.
A M.° Claudio Person, 5.° x^{bris}	4.	10.
A M.° Francisco Bernard, 12.° x^{bris}	4.	10.
A M.° Petro Chevalier, 17.° x^{bris}	4.	10.
A M.° Antonio le camus, 19.° x^{bris}	4.	10.
A M.° Joanne-claudio Munier, 23.° x^{bris}	4.	10
A M.° Joanne le Thieullier, 31.° x^{bris}	4.	10.
A M.° Ludovico Pathiot, 2.° Januarii 1744	4.	10.
A M.° Petro Arcelin, 4.° Januarii	4.	10.
A M.° Ludovico-Renato Marteau, 16.° Januarii	4.	10.
Eodem die Baccalaurei decenter vt moris est vestiti, Bedellis comitati post meridiem, vt pridie ipsis postulantibus indixeram, gratulandi causâ Decanum me convenerunt omnes. Elegantissimis verbis Collegarum nomine verba fecit M.er Bellot magnæ spei juvenis Litteratissimi Collegæ nostri filius. hunc et Collegas quam fieri potuit, humanissime vt decebat, exceptos hortatus sum vt communi, mecum, studio ad Scholæ dignitatem tuendam integramq. posteris tradendam, quantum in nobis foret decertarent omnemque amicitiam ac Tutelam rogantibus sincere sum pollicitus.

Eodem die accesserunt ad me Decanum Pharmacopæorum Parisiensium Custodes, sibi (aiebant vrbanissime) et mihi novam dignitatem gratulaturi. Suos non minus certos esse jussi de Sal. facultatis erga eos omnimodâ Benevolentiâ, quam nos de eorum obsequiosâ urbanitate et in Pactis Transactis diligenter observandis intemeratâ fide testimonium perhibere parati essemus. Hanc æternam concordiam sperare nos; nec quantum in me foret, me Decano esse cessaturam atque Salub. facultatis Præsidium ac Columen omnemque meam operam atque benevolentiam quoties-cunque se daret occasio lubens promisi

Nulli hoc anno accesserunt Præpositi Barbitonsorum-Chirurgorum. In tantas nunquam iras illorum adversus nos exarsit odium. Tamque incredibilis furor eorum etiam sapientiorum animos invaserat, ut loquentes, agentes, scribentes temulenti viderentur. Nullum est genus contumeliæ, Postulationis ridiculæ, ne dicam impudentis, probri, conviciorum quibus et totum Ordinem et Ordinis nostri Viros spectatissimos non obruerint. Quod videre est passim in omnibus. Libellis quos summis Regni Administris, Magno Galliarum Cancellario Regni Proceribus et Illustribus viris qui e Regi à consiliis sanctioribus erant impudenter sub titulo Memorialium offerre non Erubuerunt.

adeò acriter defervebat tunc inter nos et illos Rixa quæ brevi in incendium Generale deflagravit! Suscitatis enim omnibus et singulis omnium Provinciarum, urbium, Pagorum Barbitonsoribus-Chirurgis, omnes Universitates, omnia Collegia, omnes et singulos Medicos Regios pari furore adorti coëgerunt ferè invitos in communem Causam nobiscum descendere pariter ac nos pro aris ac focis (quod numquàm huc usque visum fuerat) decertaturos. Verùm non semper illis cessit benè tàm insolens protervia. Libellum cui titulus est Recherches critiques et historiques sur l'origine, sur les divers Etats et sur les Progrès de la Chirurgie en France, neque auctoritate, neque precibus neque sollicitationibus ab ullo è Censoribus Regiis etsi perlectum probari obtinere nequiverunt. Tot et tàm putida in illo Volumine reperiebantur mendacia! Tantâ copiâ in illud opus confluxerant dicteria, convicia, Maledicta, nec nisi impudentioris Patroni Chirurgorum nequitiæ nimiùm indulgentis chirographo munitum potuit in lucem prodire tanquam instrumentum defendendæ causæ necessarium. Alia perplurima Scripta non minùs indecore clandestinis typis fuerunt impressa furtimque et clàm distributa, dùm nos aperto Marte semper, ut decet viros ingenuos ac liberales dimicaremus; omnesque Libellos defendendæ causæ idoneos Decani nomine subsignato palàm auctoraremus.

Quodlibetariæ Quæstiones Physiologicæ

Singulis annis usu receptum est, die Jovis proximè sequenti festum Beati Martini quotannis recurrens die undecimo Novembris, disputatione publicâ Scholarum inferiorum inaugurationem fieri; quam sequitur die dominico proximo publica oratio, a Professore Scholarum habenda qui hoc anno Physiologiam est edocturus. Verùm cum medius in victoriis post plurium munitissimarum urbium et oppugnationes et expugnationes crudeli Fato Metensium oppidum transire non licuisset optimo et Dilectissimo Principi Ludovico decimo-quinto, ubi per integrum fermè mensem mortuo similior quàm ægro spiritum duxit; proptèr ejus ex Orci faucibus felicem reditum exultans Gallia in plausus undequaque erupit. Non omnium ultima saluberrima Facultas cum totâ academiâ Parisiensi lætitiæ communis venit in partem ideòque Decreto 19°. octobr. 1744 lato placuit inducias protrahi per quindecim dies ultrà tempus solitum scilicet ad diem usque secundam Decembris, et Disputationem Publicam Quodlibetariam vulgo propugnari solitam die Jovis primo post festum Beati Martini ad vigesimum sextum usque diem* Novembris hujusce anni protelari.

*qui dies hoc anno recurrebat 12°. Nov.

Itaque disputatione publicâ extrà ordinem pro more Regentiam adeptus est Magister Person die Jovis vigesimo sexto Novembris 1744. à sextâ ad meridiem et erat Quæstio

An vesiculæ felleæ per ductum Cysticum Bilis mittatur?

Et fuit conclusio affirmans. Proponebat Antonius Petit Aurelianus saluberrimæ facultatis Medicæ Baccalaureus.

Horâ ipsâ undecimâ antequàm Baccalaurei ad Quodlibeta responderent promulgavit (ut solet in singulis Thesibus) major Apparitor Quodlibetariam Thesim proximè propugnandam sub hoc titulo. An Temperamenti diversitas à diversâ fibrarum Constitutione? Deindè Juxtà Consuetudinem altâ voce legit quædam Decreta in primo Quodlibetario actu quotannis recitari solita, moxque Nomina et Cognomina honorandorum magistrorum nostrorum in saluberrimâ facultate Parisiensi actu Regentium anno. R.S.H. 1744. –

Sequuntur Nomina et Cognomina
Hon. Magistrorum Nostrorum, tùm
actu Regentium tùm non Regentium.
Hoc Anno **MDCCXLIV.**

Magister Petrus Joannes Burette, Antiquior Scholæ Magister, Professor Regius, et è Regiâ Numismatum academiâ.
Mr. Petrus Le Tonnelier.
Mr. Raymondus Jacob Finot Antiquus academiæ Censor.
Mr. Joannes Herment Medicus Regis ordinarius.
Mr. Antonius Pepin Regis Consiliarius et in Portu Brestensi Medicus Primarius.
Mr. Jacobus Benignus Winslow, Censor Regius, Regiæ Scientiarum Academiæ, Societatisque Regiæ Berolinensis Socius, Teutonicæ Linguæ Regius Interpres, in Horto Regio Anatomes et chirurgiæ Professor ac demonstrator.
Mr. Joannes Claudius Adrianus Helvetius Regi à Sanctioribus Consiliis Reginæque Medicus Primarius et Regiæ Scientiarum Academiæ Socius.
Mr. Michäel Procope Couteaux Chirurgiæ gallico Idiomate docendæ Professor designatus.
Mr. Joannes Franciscus Couthier.
Mr. Hyacinthus Theodorus Baron antiquus Facultatis Decanus.
Mr. Camillus Falconet Salubris Consilii Regii Socius et è Regiâ Inscriptionum et Numismatum Academiâ.
Mr. Thomas Bernardus Bertrand.
Mr. Franciscus Pousse.
Mr. Joannes Baptista Thomas Martinenq, omnium et singulorum artis Partium Professor antiquus.
Mr. Antonius de Jussieu Regi à Secretis, Regiæ Scientiarum academiæ, Regiarumque Societatum Angliæ et Borussiæ Socius, Botanices in horto Regio Parisiensi Professor ac Demonstrator.
Mr. Joannes Besse Dotariæ Hispaniarum dùm viveret Reginæ Medicus Primarius.
Mr. Henricus Besnier.
Mr. Elias Col de Vilars Exdecanus Academiæ Censor.
Mr. Petrus Antonius L'Epy.
Mr. Claudius Antonius Renard.
Mr. Michäel Péaget utriusque Pharmaciæ Professor.
Mr. Jacobus Antonius Millet.
Mr. Michäel Ludovicus Vernage.
Mr. Ludovicus Claudius Bourdelin antiquus Facultatis Decanus Chirurgiæ Latino Idiomate docendæ Professor, Regiæ Scientiarum academiæ Socius, in Horto Regio Chymiæ Professor.
Mr. Emmanuel Mauritius DuVerney.
Mr. Joannes Damianus Chevalier Regis consiliarius Medicus Ordinarius in Insulâ Sancti Dominici.
Mr. Claudius de la Vigne de Frecheville Medicus Regis et Domus Reginæ ordinarius.
Mr. Gabriel Antonius Jacques.
Mr. Guillelmus de Magny.
Mr. Philippus Davier de Bréville Dotariæ Hispaniarum Reginæ dùm viveret medicus ordinarius.
Mr. Thomas Renatus Gasnier.
Mr. Andreas Josephus Seron Regis Consiliarius in Re Tormentariâ Medicus ordinarius.
Mr. David Vasse.
Mr. Nicolaus Le Roy de Saint Aignan.
Mr. Ludovicus Joannes Le Thieullier Regis Consiliarius in majori Consilio et in Magnâ Regiæ Domûs et Franciæ Præfecturâ Medicus ordinarius.
Mr. Ludovicus Hieronymus Cosnier.
Mr. Guillelmus Josephus De L'Epine Saluberrimæ Facultatis Decanus.
Mr. Joannes Baptista Dubois Professor Regius.
Mr. Franciscus Mery Scholarum Professor.

Mr. Joannes Astruc Saluberis Consilii Regii Socius, Regis Poloniarum Augusti Secundi Electoris Saxoniæ dum viveret Medicus Primarius, Sereniss. Aurelianensium Ducis Medicus ordinarius, Professor Regius.
Mr. Bernardus de Jussieu Regiæ Scientiarum Academiæ Regiæque Societatis Londinensis Socius et in Horto Regio Botanices Prodemonstrator.
Mr. Joannes Baptista Boyer Regis Consiliarius-Medicus in Supremo Senatu ac in Præfecturâ Parisiensi, Serenissimæ Principis Cenomanensium Ducissæ Medicus Ordinarius, Censor Regius.
Mr. Paulus Jacobus Malouin Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, Regiusque librorum Chimicorum Censor.
Mr. Antonius Nicolaus Guenault.
Mr. Ludovicus Petrus Le Hoc.
Mr. Raymondus de la Riviere.
Mr. Antonius Casamajor Censor Regius.
Mr. Ludovicus Maria Pousse Censor Regius Chirurgiæ Latinæ Professor designatus.
Mr. Hyacinthus Theodorus Baron.
Mr. Joannes Baptista Chomel Medicus Regis Ordinarius.
Mr. Achilles Franciscus Fontaine Scholarum Professor designatus.
Mr. Petrus Roussin de Montabourg Consiliarius Medicus Regis ordinarius, nec non urbis Regiæ, Regiique Nosocomii San-germani in Layâ.
Mr. Robertus Hubertus Linguet.
Mr. Antonius Joannes Daval.
Mr. Henricus Franciscus Bourdelin Rei Herbariæ Professor.
Mr. Josephus de Jussieu è Regiâ Scientiarum Academiâ.
Mr. Joannes de Diest.
Mr. Ludovicus Florentius Bellot.
Mr. Franciscus Felicitas Cochu Pharmaciæ utriusque Professor designatus.
Mr. Claudius Carolus de Jean
Mr. Jacobus Albertus Hazon
Mr. Jacobus Franciscus Vandermonde
Mr. Gaspardus Cochon Dupuy in Arce maritimâ Rupifortensi Anatomes et Chirurgiæ Professor Regius.
Mr. Tussanus Gilbertus Boulland Consiliarius, Regis Medicus ordinarius in ejus Castelleto.
Mr. Carolus Payen.
Mr. Bartolomæus Murry.
Mr. Antonius Ferrein è Regiâ Scientiarum Academiâ Professor Regius.
Mr. Michaël Josephus Majault.
Mr. Michaël Philippus Bouvard è Regiâ Scientiarum Academiâ.
Mr. Joannes Jacobus Belleteste.
Mr. Joannes Midy.
Mr. Laurentius Ferret, Chirurgiæ Gallico Idiomate Professor.
Mr. Guido Andreas Garnier non Regens.
Mr. Gedeon Delcabbus.
Mr. Carolus Dionis.
Mr. Joannes Ludovicus Levinus Baude de La Cloy Bibliothecæ utriusque tum veteris tum novæ Præfectus.
Mr. Josepho Exuperius Bertin Supremi Valachiæ et Moldaviæ Principis medicus Ordinarius.
Mr. Ludovicus Guillelmus Le Monnier è Regiâ Scientiarum Academiâ materiæ Medicæ Professor designatus.
Mr. Ludovicus Alexander Vieillard.
Mr. Leander Péaget.
Mr. Benjamin Ludovicus Lucas de Lauremberg.
Mr. Andreas Cantwel Regiæ Societatis Londinensis Socius.

Mr. Theodorus Baron.
Mr. Urbanus Vandenesse.
Mr. Petrus Bercher.
Mr. Julianus Busson.
Mr. Joseph Maria de la Sone è Regiâ Scientiarum Academiâ.
Mr. Petrus Joseph Macquer.
Mr. Sylvester Antonius Le Moine.
Mr. Petrus L'allouete.
Mr. Carolus Franciscus Boutigny Des Preaux.
Mr. Joannes Franciscus Isez.
Mr. Jacobus Franciscus Le Chat de la Sourdiere.
Mr. Antonius Bergier.
Mr. Franciscus David Herissant.
Mr. Natalis Maria de Gevigland.
Mr. Joannes Stephanus Guettard è Regiâ Scientiarum Academiâ.
Mr. Carolus Ludovicus Liger.
Mr. Ludovicus Renatus Desbois Non Regens
Mr. Claudius Person.
Mr. Jacobus Verdelhan des Moles.
Mr. Joannes Le Thieullier.
Mr. Franciscus=Salesius Daniel Poullin.
Mr. Franciscus Bernard.
Mr. Petrus Chevalier.
Mr. Petrus Arcelin.
Mr. Guillelmus Ruellan.
Mr. Antonius Le Camus.
Mr. Petrus Poissonier.
Mr. Josephus L'allemant.
Mr. Joannes Claudius Munier Regiæ Invalidorum Domûs ac Militum Basilicæ, Medicus ordinarius, Consiliarius Regis
Mr. Franciscus Nicolaus Gautier Du Rocher.
Mr. Ludovicus Pathiot

Licentiati nondum Coronati.

Mr. Claudius Bourdier de la Mouliere.
Mr. Ludovicus Renatus Marteau.
Mr. Franciscus Bidault.

Die Sabbati vigesimo octavo Novemb. a. 1744. Saluberrima Facultas unanimi Consensu, aperto Scrutinio in Scholis Superioribus, proba=vit Responsa Magistri Petit in Thesi quam propugnaverat Die Jovis 26°. nov. 1744.

Die Martis 22°. Decemb. 1744. de Quodlibetariâ quæstione dis=putavit extrà ordinem Regentiæ adipiscundæ causâ Mr. Jacobus Verdelhan Desmoles et hæc fuit Quæstio

An Temperamenti Diversitas à diversâ Fibra=rum Constitutione?

quam conclusit affirmativè. Hanc propugnavit Pascasius Borie Palensis Doctor Monspeliensis S. F. M. P. Baccalaureus a 6.â ad meridiem. Promulgata fuit eodem die horâ solitâ dispu=tatio proxima.

Apertâ Capsâ illicò Sal. Facultas unanimi consensu probavit Thesim et Responsa Baccalaurei.

Die Jovis 24°. Decembr. 1744 Mr. Joannes Le Thieullier extra ordinem disputavit de Quæstione Quodlibetariâ

An Physiologiæ Basis Mechanice?

et conclusit affirmativè. Proponebat Jacobus Laurentius Mauroy Parisinus

Parisinus in utroque Jure Licentiatus S. f. P. B. à 6.ª ipsâ ad Meridiem

Aperto Scrutinio Die Sabbato Sequenti facultas probavit illius responsa.

Die jovis 31.° Decemb. 1744. M.r franciscus Salesius Daniel Poulin è Regiâ Scientiarum Societate Monspeliensi, Regentiæ adipiscundæ causâ præfuit extra ordinem, à 6.ª ipsâ ad meridiem Quodlibetariæ disputationi cujus Quæstio fuit

An functiones aliæ ab aliis mutuo pendeant?

Affirmativè conclusit. Proponebat florentius Carolus Dellor Abbavillæus.

Die Sabbati Sequenti, in Comitiis Primæ Mensis aperto Scrutinio rata et grata habuit Responsa Baccalaurei Salub.ª Facultas.

Die Jovis 7.° Januarii Anni 1745. M.r franciscus Bernard regentiæ adipiscundæ Causâ præfuit extrà ordinem Quæstioni Quodlibetariæ. Quæstio fuit:

An Frequentissima Temperamentorum Mutatio?

Conclusit affirmativè. Proponebat Natalis Andreas Chesneau Cenomanus Doctor Med. Remensis S. f. M. P. B. a Sextâ ad meridiem.

Die Sabbato Sequenti, Aperto Scrutinio, Rata et grata habita Sunt Baccalaurei responsa

Die Jovis 14.° Januarii 1745. M.r Petrus Chevalier Regentiæ adipiscundæ Causâ præfuit extra ordinem disputationi Quodlibetariæ cujus quæstionem

An quò Accuratior Masticatio, Eò Perfectior Digestio?

affirmativè conclusit. Proposuit M.r Stephanus Pourfour Du Petit Parisinus in Supremo Senatu Parisiensi Patronus, S. f. M. P. Bacc. ab ipsâ Sextâ ad Meridiem.

Notà quod ex Consensu Salub.æ facult. in Catalogo cui inscribi Solent in Capite Nomina Doctoris disputantis et respondentis Baccalaurei, subscribi Nomina Doctorum adstantium manu scriptum fuit interpositum hoc monitum.

Cum in ultimis Comitiis die 9.° Januarii a. 1745 habitis Doctores fermè omnes ad Sustinendum honorem Salub.æ facultatis atque in publicam Utilitatem voluerint libenter concedere decimam partem suorum Jurium omnium tùm Privatorum tùm Communium ne exceptis Juribus Decani Sed exceptis ob Reverentiam, Solis Juribus Honoratissimi Antiquioris Magistri, et Suam de Suo Jure decessionem (ut aliquid ratum fixumque habeatur) deliberatione confirmare, Rogat vos omnes et Singulos Sibi Colendissimos Collegas Decanus vester, ut si quis eorum qui huic Sententiæ suffragati Sunt se hâc lege obligari prorsùs noluerint, velit (ut res sine confusione possit peragi) non in hâc Sed in annexâ Chartâ nomen Suum inscribere. Sic vestri obsequii Semper memor Decanus vester numquam desinet esse vestri observantissimus.

G. J. De L'Epine Sal. fac. Decanus.

Annexæ Chartæ inscriptum fuerat in capite par monitum similiter Subsignatum

Magister unicus annexæ Chartæ nomen apposuit, pignusque integrum et illibatum accepit ut videre est in [illegible] accepti

Vide p. 1009

Post paucos dies nomen suum inter Collegarum nomina in ultimis disputationibus retulit, cùm omni ordine unanimus.

Capsâ die Sabbato Sequenti apertâ unanimi consensu Salub.ª facultas probavit Thesim et Responsa Baccalaurei.

Die Jovis 21.° Januarii A. 1745. M.r Petrus Arcelin Regentiæ adipiscundæ causâ præfuit extra ordinem Quæstioni Quodlibetariæ

An dentur Vasa Absorbentia?

et Conclusit affirmative. Respondit ab ipsâ Sextâ ad Meridiem Dionysius Claudius Doulcet Parisinus S. F. P. Bacc.

Capsâ apertâ sabbato sequenti gratam habuit Thesim Facultas Saluberr.ma et rata Baccalaurei responsa.

Die Mercurii 27.° Jan.i 1745. per Antecessum (ob festum B. Caroli Magni celebrandum in academiâ Parisiensi die postero) disputationi Quodlibetariæ extrà ordinem Regentiæ adipiscendæ causâ præfuit M.r Guillelmus Ruellan Quæstionem

Daturne Status Hominis perfectè Sanus?

affirmativè conclusit.

In Primâ fronte Theseos apposuit stemma æreincisum cum hâc subscriptione

Serenissimo Principi,

Ioanni Bretagne, Carolo Gothofrido

De Tremolliâ.

Touriensium Duci, Principi Tarentino

Lavallensium Comiti, Bar. de Vitræo &c.

Pari Franciæ, Comitiorum Armoricæ

Præsidi Nato.

Dedicat Actûs Moderator.

Proponebat hanc Quæstionem Joannes franciscus Paris Parisinus S. F. M. P. B. à 6.ta ad Meridiem

Sabbato sequenti Capsa aperta non fuit propterea quod eâdem horâ quâ solet aperiri Decanus cum adjuncto comitabatur amplissimum Rectorem oblaturum Cereos Illustrissimo Galliarum Cancellario Principibus Summisque Magistratibus. Itaque Die Martis alterâ februarii quæ est B. Virgini puerperio mundatæ consecrata, post distributionem Candelarum cerearum Cista aperta fuit et omnibus Suffragiis responsa Baccalaurei rata et grata habita sunt

Die Jovis 4.° mensis februarii a. 1745 M.r Claudius Bourdier de la Moulière Regentiæ adipiscundæ Causâ præfuit extrà ordinem quæstioni Quodlibetariæ

An in quacumque Corporis parte Hæmatosis?

affirmativè conclusit. Proposuit Dionysius Pautier de la Breulhe Inculismensis in facultate Remensi Doctor Medicus a 6.ta ad Meridiem

Die Sabbato 6.° ejusdem mensis Capsa aperta est et unanimi Suffragiorum consensu Rata thesis, et grata habita sunt responsa Baccalaurei.

Die Jovis undecimo februarii 1745 Magister Antonius Le Camus Regentiæ adipiscundæ causâ præfuit extrà ordinem disputationi Quodlibetariæ Cujus quæstionem

An pulsationis defectus in venis ab æquabilitate motûs Sanguinis?

affirmativè conclusit. Proponebat a 6.ta ad meridiem M.r Bartolomæus Tussanus Le Clerc Rothomagensis S. f. M. P. Bacc.

Die Jovis 18.a febr.i a. 1745. M.r Petrus Poissonier Regentiam adepturus disputavit extrà ordinem de Quodlibetariâ quæstione

Perfectior-ne Somni tempore Χύλωσις

Conclusit affirmativè: Proponebat Ludovicus Gabriel Dupré Remensis à 6.ta ad meridiem.

Die Sabbati 20.° ejusdem mensis, Capsâ apertâ, probata Thesis et rata habita sunt Responsa Baccalaurei.

Die Jovis 25.° februarii 1745 M.r Josephus L'allemant præfuit extrà ordinem Regentiæ adipiscundæ Causâ Disputatio=

=ni

=ni Quodlibetariæ, cujus quæstionem

An Actio Muscularis à Solis Spiritibus?

affirmativè conclusit. Proponebat ab ipsâ Sextâ ad Meridiem, Mr Julianus Hingant Sanbriocensis

Capsâ apertâ die Sabbato 27.° ejusdem mensis Lata thesis, et probata Baccalaurei responsa fuerunt.

Quæstiones Antiquodlibetariæ. vulgò Pastillariæ.

Die Mercurii 25.° mens. Novemb. a. 1744. horâ x.^a matutinâ Mr Claudius Person actum Pastillariæ celebravit in Scholis inferioribus in quo discussa fuit hæc bimembris Quæstio.

An cysticæ Bilis excretio debeatur { Fibrarum Cystidis Muscularum Contractioni? / Compressioni à partibus vicinis factæ? }

Primum quæstionis membrum in utramque partem agitatum proposuit Mr Claudius Person actûs Præses M.^{ro} Antonio Petit Aureliano Baccalaureo Medico Candidati (cui mos est hanc enodandam proponi quæsti=onem) vices gerenti.

Alterum vero M.^{ro} Belleteste Juniori Doctori dirimendam proposuit Mr Vasse in locum M.^{ri} falconet Antiqui suffectus.

Die Sabbati 19.° Decemb. 1744. horâ x.^a matutinâ Magister Jacobus Verdelhan Des Moles actum Pastillariæ celebravit in Scholis inferioribus, ubi proposita fuit hæc bimembris Quæstio.

An Temperamenti mutationes à mutatâ { Solidorum Constitutione? / Humorum Crasi? }

Primum Quæstionis Membrum utrinque discussum proposuit Solvendum Dictus Mr Verdelhan actûs Præses M.^{ro} Pascasio Borie Pa=lensi, deficiente Candidato qui hunc honorem sibi assumeret.

Alterum verò M.^{ro} Davidi Vasse vices gerenti M.^{ri} Leandri Péaget tradidit enodandum Mr Thomas Bernardus Bertrand.

Die Mercurii 23.° Decemb. a. 1744. horâ x.^a matutinâ Mr Joannes Le Thieullier Pastillariæ præfuit in Scholis inferioribus, ibique propositionem bipartitam exposuit.

An in evolvendis Animalis Oeconomiæ arcanis præcipua fax { Mechanice? / Anatome? }

Primam quæstionem ritè discussam Jacobo Laurentio Mauroy Paris.° Bacc.° Med.° Solvendam proposuit responsuri defectu Candidati actûs Præses Præfatus Mr Joannes Le Thieullier.

Alterum vero quæstionis membrum disertè enucleavit Mr Midy Doctor Junior proponente M.^{ro} Ludov.° Joanne Le Thieullier Doctore Antiquiori.

Die Mercurii 30.° Decemb. a. 1744. horâ x.^a matutinâ in actu suæ Pastillariæ duplicem hanc quæstionem discutiendam tra=didit Mr Franciscus Salesius Daniel Poullin.

An à Functionum integritate { corporis / mentis } Sanitas?

Ipse primam quæstionis partem doctè et eleganter tracta=tam Solvendam reliquit Sagacitati Florentii Caroli Bellot Paris. Bacc.^i Medici defectu Candidati qui responderet.

De alterâ quæstionis parte, quam doctè et dilucidè, ut solet omnia, tractavit Joan. Bapt. Thomas Martineng Sententiam haud inelegan=ter dixit Mr Laurentius Ferret proponente Junior.

Die Martis 5.° Januarii a. 1745. horâ x.^a matutinâ

Mr. Franciscus Bernard Pastillariæ præfuit in Scholis inferioribus ubi de more quæstionem bipartitam in medium protulit. Scilicet

An Temperamentis Medicus { mutationem afferre possit. ? / Se se accommodare debeat. ?

Primam sibi servavit tractandam: Baccalaureo Natali Andreæ Chesneau Cenomano, nullo stante qui responderet Candidato solvendam reliquit. Alteram proponenti Mro David Vasse in locum Mri Antonii de Jussieu suffecto respondit Mr. Alexander Vieillard.

Die Mercurii 13a. Jan. a. 1745. horâ xa. matutinâ Mr. Petrus Chevalier pro Pastillariâ in Scholis inferioribus celebratâ Duplicem hanc dedit quæstionem

Utrum magis Digestioni faveat { Tritus. ? / Fermentatio. ?

Primam eruditè tractatam proposuit solvendam Baccal. defectu Candidati, Mro Stephano Pourfour Du Petit Parisino.
Alteram similiter discussit M. David Vasse in Locum Mri Joannis Besse suffectus. Solvendam proposuit Mro Carolo Dionis.

Die Mercurii 20a. Januar. 1745. horâ xa. matutinâ. Mr. Petrus Arcelin præfuit Pastillariæ in Scholis inferioribus duplicemque hanc proposuit

An frequens Mictio in Balneo aquæ dulcis { ab actione vasorum absorbentium / à pressione Aquæ } dependeat. ?

Primum membrum bipartitæ hujus propositionis solvendum proposuit Actus Præses Dionysio Claudio Doulcet Parisino Bacc. medico
Alterum Mr. David Vasse Mro Lucas de Laurembert suffectus in locum Mri Henrici Besnier.

Die Martis 26a. Jan. A. 1745. horâ xa. matutinâ Mr. Guillelmus Luellan Pastillariam in Scholis Inferioribus de more celebravit. hæc fuit quæstio bipartita

An sanitas { a functionum integritate. ? / ab immunitate doloris. ?

Primam partem discussit ipse actus Præses. Solvit Baccalaureus defectu Candidati qui vellet respondere, Mr. Joannes franciscus Paris Parisinus.
Alteram hinc inde agitatam Mr. Vasse vices gerens Mri Eliæ Col de Vilars resolvendam proposuit Mro Theodoro Baron.

Die mercurii 3a. februar. 1745 horâ xa. matutinâ præfuit Pastillariæ Mr. Claudius Bourdier de la moulière in Scholis inferioribus. Quæstio bipartita fuit hæc.

An totius Corporis motus primùm { a Solidis? / à fluidis. ?

Primam agitavit in utramque partem actus Præses resolvit, defectu Candidati Dionysius Poultier de la Breulhe Bacc. medicus. Alteram similiter discussit Mr. Bourdelin natu minor in locum Mri L'Epy suffectus; cui respondit Mr. urbanus de Vandenesse.

Die Mercurii xa. februarii 1745. horâ xa. matutinâ Pastillariæ actum in scholis inferioribus celebravit Mr. Antonius Le Camus. Quæstio bipartita fuit

An venæ arteriis {continuæ? contiguæ?}

Primam quæstionem proposuit Baccalaureo Bartolomæo Tussano Le Clerc Rothomagæo, deficiente candidato, ipse actûs Præses.

Alteram ritè discussam de more juniori collegæ solvendam m.ro Gedeoni de Labours proposuit M.er Vasse in locum M.ri Claudii Antonii Renard suffectus.

Die mercurii 17.o febr. 1745. horâ x.â matutinâ Pastillariam in Scholis inferioribus de more celebravit M.er Petrus Poissonnier Quæstionem bipartitam proposuit

An a {Stritu Fermento} χύλωσις?

Primum membrum, nullo stante cui proponeret quæstionem candidato solvendum proposuit Ludovico Gabrieli Dupré Remensi Bacc.o Medico.

Alterum agitavit M.er Philippus Davier de Breville vices gerens m.ri Michaelis Léager resolvit M.er Andreas Cantwel.

Die Martis 23.o febr. 1745 horâ x.â matutinâ Pastillariâ quodlibetariæ præluxit in Scholis inferioribus M.er Josephus l'allemant; sic se habuit illius Quæstio bipartita.

An a spiritibus actio {Tonica? Elastica?}

Primam à se discussam eleganter Baccalaureo M.ro Juliano Hingant San=Briocensi solvendam permisit ob candidati qui verba faceret defectum.

Alteram proposuisset M.er Vasse in locum M.ri Jacobi Antonii Miller suffectus M.ro Bouvard Juniori, ut mos est, sed cum hic diu multum frustràque expectatus jam jam indicante meridiem sole semper desideraretur, ne schola sileret, actus que imperfectus aut argueretur aut deficeret, in absentis locum indutâ veste convenienti successi, ipsiusque partes prout ferebat inopina provincia Decanus ego ex tempore pro viribus adimplevi.

Quæstiones Cardinalitiæ.

Die Jovis 4.o mensis Martii 1745. M.er Joannes franciscus Couthier M.ri Andreæ Joseph Seron vices gerens præfuit cardinalitiæ disputationi cujus quæstionem

An Aër et victus Gandavensis Parisiensibus?

affirmative conclusit. Proponebat Dionysius Pautier de la Breuilhe.

Die sabbato 6.o martii scrutinio aperto Sal.a facultas probavit responsa Baccalaurei

Die martis 9.â Martii 1745. Mag.r Thomas Renatus Gasnier præfuit in ordine Cardinalitiæ disputationi cujus quæstionem

An senum valetudini tuendæ Balneum?

negative conclusit. Proposuit à 6.â ad meridiem Joannes franciscus Paris Parisinus, et F. M. P. Bacc.

Finitâ disputatione aperta fuit illicò Capsa in scholis inferioribus: Facultas unanimi consensu probavit responsa Baccalaurei

Die Jovis duodecimo mensis Martii anni 1745. M.er Philippus Davier de Breville Dotariæ Hispaniarum Reginæ dum viveret Consiliarius Medicus perpetuo=ordinarius præfuit

in ordine disputationi Cardinalitiæ cujus quæstionem

An aqua ex Hydrargyro Salubrior?

affirmativè conclusit. Proponebat Pascasius Borie Palensis, ab ipsâ sextâ ad meridiem.

Die Sabbati sequenti, apertâ Capsâ Sal. facultas unanimi consensu probavit responsa Baccalaurei.

Die Martis 16.º Martii 1745. M.ʳ Guillelmus de Magny præfuit in ordine disputationi Cardinalitiæ, cujus quæstionem

An Conchylia marina Salubria?

affirmativè conclusit. Proponebat à 6.ª ad meridiem Julianus Hingant San-briocensis.

Capsâ illicò apertâ post disputationem facultas unanimi consensu probavit responsa Baccalaurei.

Die Jovis 18.º martii a 1745. M.ʳ Gabriel antonius Jacques præfuit in ordine Cardinalitiæ disputationi cujus quæstionem

An äer frigidus et siccus Salubrior?

affirmativè conclusit. Proponebat Ludovicus Gabriel Dupré Remensis à sextâ ad meridiem.

Die Sabbati proximè sequenti, Capsâ apertâ, Facultas Salub.ª probavit responsa Baccalaurei

Die Martis 23.º Martii 1745. Disputavit in ordine M.ʳ Claudius La Vigne de Frecheville Medicus, Regis, Domus Reginæ, et Serenissimæ Delphinæ ordinarius de Cardinalitiâ Quæstione

An quò uberior Transpiratio eò parcior Fluxus Menstruus?

et conclusit affirmativè. Proponebat Bartholomæus Tristanus Le Clerc Rothomagensis à sextâ ad meridiem.

Capsâ illicò apertâ in scholis inferioribus Facultas Sal.ª probavit responsa Baccalaurei

Die Sabbati 27.º martii a 1745. Disputavit in ordine M.ʳ Joannes Damianus Chevalier Consiliarius Medicus Regis ordinarius in Insulâ S.ᵗⁱ Dominici de quæstione Cardinalitiâ

An Vini Potus Salubris?

vices gerente M.ʳᵒ Thomâ Bernardo Bertrand et conclusit affirmativè. Proponebat Dionysius Claudius Doulcet S.F.M. P. Bacc. à 6.ª ad Meridiem.

Capsâ illicò apertâ facultas probavit responsa Baccalaurei.

Die Martis 30. Martii 1745 disputavit in ordine M.ʳ Emmanuel Mauritius Duverney de quæstione Cardinalitiâ

An Panis Furfuraceus ad spissitudinem glutinosam percoctus, Insalubris?

vices gerente M.ʳᵒ antonio Jacques, et conclusit affirmativè. Proponebat Parisiis Natalis Andreas Joannes Baptista Chesneau Cenomanus Doctor Medicus Remensis S.F.M.P.B. à 6.ª ad meridiem

Capsâ illicò apertâ et Fac. probavit responsa Baccal.ⁱ

Die Jovis 1.º Aprilis 1745 disputavit in ordine M.ʳ Ludovicus Claudius Bourdelin Antiquus Saluberrimæ facultatis Decanus Chirurgiæ Professor Regiæ Scientiarum Academiæ Socius.

Socius in horto Regio Chymiæ Professor de Quæstione Cardinalitiâ,

An è Rhumatismo recreatis Pila ϑεοφυλακτικὸν;

et conclusit affirmativè. Proponebat Florentius Carolus Bellot Par.[us] à 6.[â] ad meridiem.

Die Sabbati proximè sequenti 3.° apr. Capsâ apertâ placuisse Facultati responsa Baccalaurei palàm fuit.

Die martis 6.° apr. 1745. disputavit in ordine M.[r] Michael Ludovicus Vernage Regis Consiliarius et in Senatu Parisiensi Medicus Ordinarius de quæstione Cardinalitiâ

An varius Causariis pro diversâ Tempestate victus præscribendus?

et conclusit affirmativè. Proponebat Jacobus Laurentius Mauroy Parisinus et in Supremo Senatu Patronus. a 6.[â] ad duodecimam.

Die mercurii 7.° aprilis 1745. Capsâ apertâ, probata fuisse responsa Baccalaurei Cognitum est, in Comitiis quæ habita sunt inter delegatos ad Contagiosam Luem Boum.

Die Jovis 8.° Aprilis 1745. disputavit in ordine M.[r] Jacobus Antonius Millet de Quæstione Cardinalitiâ.

An Litteratis Vita Cœlebs?

et conclusit affirmativè. Proponebat Antonius Petit Aureli=anus à 6.[â] ad meridiem.

Die Sabb.[i] proximè sequenti x.° Aprilis Capsâ apertâ probata fuere responsa Baccalaurei.

Die Jovis 29.° Aprilis 1745. disputavit in ordine M.[r] Michaël Péaget de Quæstione Cardinalitiâ

An inter edendum Ostrea, Meri Potus?

et conclusit negativè. Proponebat Stephanus Pourfour Du Petit in Supremo Senatu Parisiensi Patronus à 6.[â] ad Meridiem.

Die Sabbati proximè sequenti, Capsâ apertâ, placita et probata esse responsa Baccalaurei facultatis nomine pronuntiari.

Vesperiæ et Doctoratus.

Die Jovis 19.° mensis Novemb. a. 1744. horâ x.[â] matutinâ Celebratus est Actus Vesperiarum M.[ri] Guillelmi Ruellan in Scholis inferioribus Præside M.[ro] Michaele Ludovico Vernage Censore Regio M.[ri] Eliæ Col de Vilars Consiliarii Medici Regis in Castelleto, exdecani vices supplente.

hæc fuit hujusce actûs Quæstio bipartita

an pulmones { permeans sanguis densior fiat? / Aër penetret? }

actûs Præses discussam ex utrâque parte primam propositionem resolvendam reliquit Baccalaureo Candidati vices gerenti

alteram similiter discussam dirimendam tradidit M.[ro] Guillelmo Ruellan Licentiato M.[ri] Vasse in locum M.[ri] Besnier suffectus.

Die veneris 20.° Novemb.[is] 1744. horâ x.[â] mat.[â] habitæ sunt in scholis inferioribus vesperiæ M.[ri] Petri Isaac Poissonnier M.[ro] Philippo Davier de Breville, Dotariæ Hispaniarum Reginæ dum viveret medico ordinario M.[ri] Michäelis Péaget vices gerente Præside. Quæstio Bipartita hæc erat.

an color sanguinis Purpureus in Pulmonibus { ab aëre / à Trituratione }

Primam Quæstionem discussit Præses. Resolvit Baccalaureus defectu Candidati

Alteram M.^ri Vasse supplens M.^rum Vernage Censorem Regium agitavit. Diremit Mr Petrus Isaac Poissonnier Licentiatus.

Die Lunæ 23.° Novemb. 1744. horâ x.^â Matutinâ Doctoratûs Lauream adeptus est in Scholis inferioribus Mr Petrus Isaac Poissonnier, M.^ro Philippo Davier de Bréville Dotariæ hispaniarum Reginæ dùm viveret Medicus ordinarius. Hæc fuit proposita quæstio bipartita:

An febri malignæ { alexipharmaca? / Emeticum? }

Primam quæstionem discussit novus Doctor. reliquit solvendam M.^ro Cantwel

Alteram similiter discussam proposuit Actûs Præses. diremit Mr Vasse in locum M.^ri Besnier suffectus.

Die martis 24.° Novemb. 1744. horâ x.^â matutinâ Laureâ Doctorali redimitus est Mr Guillelmus Ruellan M.^ro Michaële Ludovico Vernage Censore Regio Præside, M.^ri Eliæ Col de Vilars Consiliarii Medici Regis & ex decani vices gerente. hæc erat Quæstio.

An in primo Malignæ febris insultu { repetita Venæ Sectio? / Catharticum? }

Primam de more quæstionem proposuit novus Doctor M.^ro Theodoro Baron.

Alteram Præses M.^ro Davier de Bréville in locum M.^ri Mich. Péaget suffecto.

Die Veneris undecimo Decemb.^s 1744. horâ decimâ matutinâ habitæ sunt de More in Scholis inferioribus Vesperiæ M.^ri Claudii Bourdier de La Mouliere, M.^ro Ludov.° Claudio Bourdelin Antiquo facultatis Decano Regiæ Scientiarum Academiæ Socio in horto Regio Chymiæ Professore M.^ri L'Epy vices gerente, Præside. Fuit agitata hæc quæstio bipartita.

An immodico sanguinis uterini profluvio { astringentia? / attenuantia? }

Primam quæstionem proposuit Præses Baccalaureo

Alteram a M.^ro Davier M.^ri Péaget Patris vicario propositam solvit Mr Bourdier de la Mouliere Licentiatus.

Die martis 15.° Decemb.^s 1744. horâ x.^â mat.^â Doctoratus gradum assecutus est Mr Claudius Bourdier de la Mouliere, M.^ro Lud.° Claud.° Bourdelin Antiquo facultatis Decano, Regiæ Scientiarum Academiæ Socio in horto Regio Chymiæ Professore nec non Chirurgiæ in Scholis Professore, in locum M.^ri L'Epy suffecto, Præside. Quæstio hæc fuit de more bipartita.

An Melancholicis { Equitatio? / Opium? }

A novo Doctore propositam primam quæstionem solvit Mr de Vandenesse.

Secundam à Præside discussam Mr Vasse M.^ri Vernage vicarius.

Die veneris 22.° Januarii A. 1745. horâ x.^â m.^â habitæ sunt in Scholis inferioribus Vesperiæ M.^ri Francisci Bidault M.^ro David Vasse M.^ri A. Emmanuelis Mauritii Duverney vicario, Præside. hæc fuit proposita Quæstio de more bipartita.

An humor perspiratorius { Excrementitius? / Recrementitius? }

Primam quæstionem Baccalaureo proposuit Præses

alteram Licentiato M.^ro Francisco Bidault Mr Bourdelin Alter Magistri l'Epy vicarius.

Die Lunæ 25.° Januarii 1745. horâ x.ª m.ª Doctorali Laureâ coronatus est M.r franciscus Didault M.r David Vasse M.ri Emmanuelis Mauritii Du Verney vices supplente. hæc erat quæstio

An coërcita perspirationis materies sit morbi causa { continens? occasionalis?

Primum quæstionis membrum solvit M.r Guercher à novo Doctore propositum. Alterum à Præside agitatum diremit M.r Bourdelin natu Minor M.ri L'Epy vicarius.

Die Lunæ 22.° mens. Martii A. 1745. habitæ sunt in Scholis inferiorib. vesperiæ M.ri Ludovici Renati Marteau, Præside M.ro Joanne Baptistâ Ludovico Chomel Medico Regis Ordinario, M.ri Joannis Damiani Chevalier Consiliarii medici Regis ordinarii in Insulâ S.ti Dominici, vices gerente. hæc erat Quæstio.

An ad servandam Sanitatem nihil præstantius { Balneis? Exercitatione?

Primam argumenti partem tractavit Actûs Præses; Solvit . . . . Fauveau medicinæ Candidatus.

Alteram Licentiato Ludovico Renato Marteau proposuit M.r Vasse in locum M.ri Emmanuelis Mauritii Du Verney suffectus.

Die Veneris 26.° Martii. 1745. horâ x.ª m.ª Doctorali Pileo donatus est M.r Ludovicus Renatus Marteau M.ro Joanne Bapt.ª Ludovico Chomel medico Regis ordinario M.ri Joannis Damiani Chevalier Consiliarii Medici Regis ordinarii in Insulâ S.ti Dominici partes agente

Hæc fuit agitata quæstio de more bipartita

An auspicanda Icteri Curatio { à Jusculis amaris? à Venæ sectione?

Primum quæstionis membrum agitavit novus Doctor. Solvit M.r Busson.

Alterum proposuit Præses M.r Vasse M.ri Emm. Maur. DuVerney vicario.

Oratio Publica

Pro Scholarum Instauratione Nuntiata fuit Programmate Sequenti.

Deo Juvante.

Mag.r Franciscus Mery,

Doctor Medicus Parisiensis

Scholarum Professor,

Medicinæ stadium auspicaturus publicam habebit orationem quâ, Quid sit Medicina Philiatros edocebit, Die Dominico* vigesimo Nono mensis Novembris A. 1744. horâ post Meridiem tertiâ.

Institutiones Medicas legere incipiet die Martis sequenti horâ undecimâ matutinâ.

In Scholis Medicorum.

Rüe de la Bucherie vis a vis le petit Pont de l'Hotel Dieu

* propter restitutam Dilectissimo Principi Ludovico XV.° valetudinem protractæ solennes Induciæ; dilata Prima Quodlib.ª Disputatio; fuit quoque dilata oratio hæc Inauguralis, pro Scholarum instauratione.

Amœna et elegans hæc oratio fuit multâ cum dignitate pronuntiata. Ita placuit ut petenti Oratori, hanc vulgare typis licuerit facultatis † approbatione munitam.

† vide Comment.t p. 927.

Anatomicæ Demonstrationes; Opera Chirurgica; Et Galenico=Chymica.

Placuit saluberrimo ordini Resurgentis Amphitheatri primitias consecrare celeberrimo qui totiès vetus illustraverat.

*vide comment.a p. 921. 922. 940.

Itaque ex Sal.æ Facultatis jussu,* ex Magistrorum et Scholarium, inquilinorum vel alienigenarum communi voto, urbanè consentiente cujus vices docendi competebant Litteratissimo viro Ludovico florentio Belloc Physiologiæ hoc anno Professore, Venerabili Viro, Jacobo-Benigno Winslow extrà ordinem primùm docendi in novo Amphitheatro, famigeratisque et lectionibus et demonstrationibus, propriâ manu, ut solebat, factis, recens Lycium inaugurandi provincia dělata est et Programmate sequenti publicè nuntiata.

D. A.

Jacques-Benigne Winslow.
Docteur-Regent.
et
Ancien Professeur
de la faculté de Medecine de Paris.

Interprete du Roy en Langue Teutonique dans sa Bibliotheque. des Academies Roïales des Sciences de Paris et de Berlin Professeur en Anatomie et en Chirurgie au Jardin Roïal &c.

Fera pour l'inauguration du nouvel Amphitheatre, des Ecoles de Medecine un cours public d'anatomie en langue françoise, et executera lui-même la dissection et la démonstration des parties du Corps humain sur un Cadavre Masculin, comme il a fait cy-devant dans l'ancien Amphitheatre.

Il commencera Jeudi 18.e fevrier 1745. a 3 heures apres midi précises.
Dans l'Amphitheatre
des
Ecoles de Medecine
rüe de la Bucherie vis a vis le petit pont de l'Hotel-Dieu
Defenses d'entrer avec Cannes et Epées

Hæ lectiones quas ultrà vigesimam quintam indefessus produxit benignissimus ille vir, licet fere octogenarius, tanto audientium et plausu et affluxu exceptæ sunt ut longè multò angustius justo visum fuerit amphitheatrum.

Programmata sequentia fuere valvis Scholarum et per compita urbis de more affixa.

DEO DANTE.

Magister Ludovicus Claudius Bourdelin Regiæ Scientiarum Academiæ Socius, Chymiæ in horto Regio Professor, Doctor Medicus Parisiensis Saluberrimæ Facultatis antiquus Decanus et Chirurgiæ Professor

Operationes Chirurgicas quæ circà Corpus humanum exercentur

-centur in cadavere virili palàm et publicè perficiendas proponet. Quibus exercendis manum industriam præstabit Petrus Sabatier chirurgus Parisiensis peritissimus.

incipiet die sabbati x.° Aprilis, A. R. S. H. 1745 horâ x.ª matut.ª

In Scholis Medicorum.

rüe de la Bucherie vis avis le petit pont de l'Hotel dieu.

D. A.

M.re Joseph Exupere Bertin, Docteur-Regent de la faculté de Medecine de l'academie Royale des sciences &c.

Par Decret de ladite Faculté,

Fera gratuitement, et en langue françoise en faveur des Matrones et Sages-femmes, leurs Aspirantes et eleves un Cours de leçons Anatomiques relatif a l'art des Accouchements.

Il commencera mardi 18 Mai ✱ 1745. à 3 heures précises apres midi et continuera les autres jours à la même heure.

Ce Cours ainsi que les suivants sur la même matiere se fera dans l'amphitheatre des Ecoles de Médecine rue de la Bucherie

L'Entrée n'en sera permise qu'aux seules Sagefemmes et a leurs aspirantes ou Eleves.

✱ Matronæ Obstetrices Juratæ in Castelleto Parisiensi pridie, scilicet 17.° Maii 1745. libellum supplicem à se et pluribus aliis Obstetricibus subsignatum Saluberrimo ordini porrexerant quo, inter cætera postulabant ut Sal. facultas, illas et anatomiam et artem obstetriciam docere non dedignaretur. Secesserunt parumper ut deliberationi locum darent. Lectis omnibus suffragiis, revocatis Matronis Juratis respondit Decanus nomine facultatis coram ipsâmet. Congregatâ ita sibi cordi esse utilitatem publicam cujus plurimum intererat illarum postulatio, ut jusserit ex tempore, ex duobus è suis Doctoribus, præsentibus unus Anatomiam illis demonstraret, atque crastinâ die nullâ datâ morâ inciperet; alter finitis lectionibus Anatomicis et demonstrationibus suam de Arte obstetriciâ continuaret, mihique mandavit curarem ut aliæ Obstetrices omnes illicò per Programmata in dies per urbem affixa monerentur. cui mandato parui protinùs

G. J. De L'Epine Decanus.

✱ v. p. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960.

D. A.

M.re Jean Astruc Docteur-Regent de la faculté de Medecine en l'université de Paris Medecin consultant du Roi, Professeur Roial en Medecine &c.

Fera gratuitement, et en françois en faveur des Matrones et Sagesfemes leurs aspirantes et Eleves des leçons sur l'art d'accoucher et sur les accidents qui arrivent dans les accouchements; Conformément au Decret de la faculté.

Il commencera lundi prochain 14.e Juin 1745. a dix heures précises et continuera les jours suivants a la même heure

Dans l'amphitheatre des Ecoles de Medecine

L'Entrée n'en sera permise qu'aux seules sages femes et a leurs aspirantes ou Eleves.

Cum Deo

M.er Michaël Peaget Doctor Medicus Parisiensis et Pharmaciæ utriusque Professor.

Præmissis chymiæ principiis selectas è Pharmaciâ et Chymiâ operationes explicare aggredietur, quibus perficiendis manum industriam artificiosamque operam præstabit Anthelmus Genand Pharmacopœus Parisiensis peritissimus.

Incipiet die Jovis quinto Augusti Anno R. S. H. 1745. horâ post meridiem tertiâ, pergetque sequentibus cujusque Hebdomadæ Mercurii et Sabbati Diebus

In Scholis Medicorum

rüe de la bucherie vis a vis le petit pont de l'Hotel=dieu

D. A.

Mre. Joseph Exupere Bertin Docteur-Regent de la faculté de Medecine en l'université de Paris, de l'academie Royale des Sciences, Cy-devant Premier Médecin du Prince de Moldavie et de Valachie

Par Decret de la ditte faculté;

Fera gratuitement, et en langue françoise en faveur des Matrônes et Sagesfemmes, leurs aspirantes et Eleves un Cours de leçons anatomiques relatif a l'art des accouchements; et traittera particulierement des accouchements qui ont plus de rapport à l'anatomie.

Il commencera lundi 11e octobre 1745 a 3 heures précises apresmidi et continuera les autres jours a la même heure.

Ce cours ainsi que les suivants sur la même matiere se fera dans l'amphitheatre des Ecoles de Medecine rüe de la Bucherie.

L'entrée n'en sera permise qu'aux seules sagesfemmes et a leurs aspirantes ou Eleves.

Obitus.

Die Dominico 23° Maii 1745, vitam cum morte commutavit Mr. franciscus-salesius Daniel Poullin Aurelianus.

Sacris fontibus ablutus Die Sabb. 23° augusti 1704 in Ecclesiâ SS. Donatiani et Rogatiani, Doctoratum adeptus erat in facultate Monspeliensi S. aug. 1741* Itaque vivere desiit Annum aetatis agens quadragesimum supra menses novem.

* p. 659.

Vir fuit summâ eruditione, pari Modestiâ Commendabilis Editionem hippocratis Romani (Celsi) parabat, quae ab amicis quibuscum suas communicaverat Lucubrationes summoperè desiderabatur, cum proe-maturo fato, febre malignâ Correptus, intra septem dies, extinctus est.

Postero die Lunae scilicet, summo manè tumulo conditum fuit ejus Corpus insciâ nec Commonefactâ fac. salub.ª in Parochiâ S.ti Germani Altissiodorensis.

Sacro solenni in Sacello Scholarum Celebrato ipsi bene precati sumus Die Sabbati 29° ejusdem Mensis Maii 1745.

Acta et Comitia Salub.mi ordinis Medicorum Parisiensium à Die Sabb.° 7.° Nov. a. 1744. ad diem Sabb. 6.um a. 1745. Mro. Guillelmo Joseph De L'Epine Parisino Decano.

Die Martis decimo Novemb. a. 1744 Facultas legitimè per Schedulam* convocata, congregata fuit in Scholas Superiores horâ xª matutinâ auditura lectionem instrumenti supradicti nomine MM. Couthier, Le Thieullier, Vasse, Payen, Dionis et de Lauremberg denuntiati.

* vide p. 904.

Re in Deliberationem missâ, lectisque omnium qui frequentissimi convenerant Doctorum sententiis, Censuit Salub.ª facultas ferè unanimi suffragiorum Consensu, et ad mentem Collegae Clarissimi Mri. Le Thieullier unius ex iis qui intercesserant, qui primus Pacis et Concordiae causâ hanc sententiam aperuit; Exemplar Originale praefati instrumenti Doctorum superiùs appellatorum nomine denuntiati quamprimum esse reponendum in manus Decani, ut illius Discessionis memoria deleatur; de caetero valere, atque ratam habendam esse et in quantum opus foret firmandam electionem Professorum ultimis in Comitiis factam et in posterum Statuta in Electione cùm Electorum tùm Professorum ad Litteram esse Scrupulosius servanda et sic Conclusi Die mense et anno supradictis.

G. J. De L'Epine [paraphe] Decanus

Sicque Rediit Pax optata.

Post unum aut alterum diem supradicti quinque Magistri Couthier, Vasse, Payen, Dionis, et Lucas de Lauremberg (quoniam ab his defecerat in ipsis ultimis Comitiis M.r Ludovicus Joan. Le Thieullier) alio instrumento mihi Decano denuntiaverunt se non morari quin Professores Electi in Comitiis diei 7.a Nov. suo munere et gauderent et fungerentur ideoque in sententiam communem, pacis causâ, libenter descendere modo res non traheretur deinceps in exemplum et sarta tectaque servarentur in posterum statuta ut ultimo decreto sancitum fuerat. hisce conditionibus à suâ intercessione absistere, sin minus in eâ se perseverare; sicque maluerunt ad communem opinionem redire quàm (ut ipsis injunctum fuerat ultimis in Comitiis et ipsi promiserant) reddere exemplar instrumenti originale.

Verùm rem sopitam noluit Decanus noluit iterum suscitare et sufficienter decreto satisfactum fuisse arbitratus est.

Iisdem in Comitiis monuit Decanus saluberrimum ordinem ultimis in Comitiis, vel fortuitâ oblivione, vel prae negotiorum, quae plurima sanè fuerant illo die, multitudine, vel quia res ferè tam usu recepto quàm expressâ deliberatione decerni solet, omissum fuisse ab Electoribus renuntiare in Censorem academiae M.m Eliam Col de Vilars Decanatûs officio abscedentem, cumque petiisset Decanus num placeret facultati illud omissum hodie reparare, confestim unâ voce acclamavit omnis astantium vivâ voce esse proclamandum illicò, et sic ex omnium voto conclusi G. H. De L'Epine Decanus.

Die Martis 17.o Nov. a. 1744. Decanus et Censor Sal.ae fac. pridie à Rectore moniti, Ampl. Rectorem M.m Fromentin comitati sunt Regi gratulaturum victorias, convalescentiam, felicem reditum in Palatium vulgò (Les Thuileries) ubi a die Veneris 13.o Nov. in urbem redux commorabatur indè posterâ die Versalias reversurus unà cum Augustissimâ Reginâ Delphino serenissimo et filiabus. Audivit oratiunculam Rectoris concinnam valdè horâ ipsâ quintâ vespertinâ. Rectorem reduximus in Mazarinaeum unde profecti eramus horâ ipsâ post meridiem secundâ.

Die Mercurii 18.o Nov. 1744. Celebrata fuit de more Missa pro M.ro de Lusson horâ 7.a mat.a ipsissimâ.

Die Sabb.o 28.o Nov. 1744. facultas fuit congregata per schedulam ut moris est de quinque articulis deliberatura:

1.o de novo Illustrissimi Collegae Nostri M.ri Winslow erga facultatem benevolentiae testimonio

2.o de litibus

3.o de Sacello, ac Bibliothecâ

4.o de statutis, ritibus, consuetudinibus salub. ordinis denuò in lucem edendis.

5.o de decenti in scholis cùm superioribus cùm inferiorib. vestitu in perpetuum statuendo et de aliis rebus quod visum fuerit decretura.

Decanus de primo articulo sic Salub.m Ordinem allocutus est

Mirum, opinor, Viri Medici nemini vestrum videretur, si hodiernâ die, pro tam multiplici tamque vario genere beneficiorum quae toties in nostrum ordinem, verè Benignus amantissimè contulit Ill. Collega noster M.er de Winslow, amplissimas ipsi decernendas gratias proponerem. Verum nova res agitur hodie Collegae amantissimi, neque locum neque tempus bene memori nostrum omnium animo testificando relinquit benefaciendo indefessus nova et gratissima, ni fallor, vobis offert munera.

Non viderat sine dolore tristes veteris amphitheatri ruinas jacere ingloriùs, in quo Riolani, Littrii, et ipsemet toties, indigenarum et exterorum plausus ingeminatos audierant. Parùm abfuit quin vereretur ne sic quoque luctuosè jacerent et exercitia simul et gloria scholae Parisiensis. At vix ex isto ruderum pulvere novum alterum amphitheatrum nulli alteri in Europâ nec simile nec secundum vidit resurgere pulchrius, tunc altiores sumens animos quasi ipse redivivus,

ac veluti Spiritu anatomico, sic fas sit loqui, correptus, me teste juravit si per Sal. vestrum ordinem sibi liceret, libentissimè cursu anatomiæ publico propriâ manu celebrando, vestri nascentis Amphitheatri Sub=sellia se auspicaturum; quod felix, faustum, fortunatumque sit opto valdè ac deprecor. Non sic forsitan inauguratum vellent Sal.ᵃ vestræ academiæ Zoïli et obtrectatores malevoli. Paucis igitur abhinc diebus rediit in mentem (quod ex eâ numquam exciderat) solenne illud promissum tam digni Magistri cujus ego discipulus fuisse etsi ultimus gestio tamèn et glorior. Monente discipulo polliciti non sine lætitiâ recordatus est dilectus Præceptor: nec meminisse piguit novâ se mecum ovans iterùm obligatione astrinxit; unâ tamen sub lege quâ vetait (nihil vos celandum) et vetat ne ulla, de sibi proponendo, nedum decernendo pro laboribus insumptis honorario fiat vel minima mentio. Vultis accipere legem, Collegæ Clarissimi. Eâ tantum conditione potestis esse tam magnificenter oblati muneris compotes. Addam potuisse lædi unum è nostris Collegis cui ex ordine Scholarum contingebat inau=gurandi tam elegantis amphitheatri præclara provincia. Sed quanta est veræ virtutis apud viros probos et honestos vis ac Potentia. Littera=tissimus et Eruditissimus Coll. noster Mʳ. Bellot à tanto honore sibi sic prærepto sponte nec invitus, Libensque decedit, nulli nisi Winslowio se=cundus.

Suprà secundo articulo tres exposuit pendere lites sub judice.

Primam maximi momenti quâ pro aris et focis acritèr dimicaremus adversùs Chirurgos=barbitonsores, e re facultatis ac totius Reipublicæ fore ut supèr urgenti Cadaverum distributione, quæ Chirurgi a facultate petere nuper adhùc solebant, et de appellandis ad examen tironum Chirurgo=rum (qui nulli interim recipiebantur) doctoribus Medicis Judicium ut vocant Provisorium, obtineretur in Consilio Regio, quoniam Coràm ipso Rege res pendebat; tametsi Senatus=placito celeberrimo ac Solenni, si unquam fuit, Die 4°. Sept. 1743. lato, res præjudicata jam, et irrefragabiliter Statuta fuisset, nec ab isto Senatus=placito provocare ausi fuissent Chirurgi, quorum tirones examina jam facta, absentibus medicis nec invitatis, et ideò denuò coràm Decano et duobus doctoribus iterare jussi essent.

Berard Secundam Litem haberi contrà Chirurgum quemdam San-cos=mianum nomine Berard propterea quod medicinam factitasset ut testabantur duæ Receptæ quas in manibus habebamus. has apposito quidem chirographo subsignaverat dictus Berard, sed omiserat diem et annum, nec ullam mentionem fecerat ægrotantium quibus destinarentur. Causâ nostrâ nos cecidisse Coram D.° D'argouges rerum civilium Prætore ad cujus Tribunal hujusmodi Lites deferri solent, qui plurimum illi Berard suo, et Chirurgo et plerumque Medico favebat. Sed nostrum Procuratorem in Castelleto, et plurimos Collegas Decano auctores esse ut a præfati Judicis sententiâ totius facultatis nomine provocaret. At nihil istius=modi ~~me~~ inconsultâ facultate voluisse suscipere

Tertiam tandem Litem esse Contrà quendam Chirurgum legati Regis Lusitaniæ, qui ut ab ægrâ pecuniam (quam magnam sibi postula=bat) reciperet, litem sibi intentandam curaverat a Pharmacopæo Parisiensi dicto Daillier, ob medicamenta a se divendita dicto Chirurgo dùm curaret D.ᵃᵐᵃ D'Empus, quod cùm fortuitò comperisset Cl. Exdec. Mʳ. Elias Col de Vilars hujusce summæ persolutioni intercesserat Cautio. quâ de Causâ rem instructam prorsùs esse, ac diem tantummodo superesse postulandum a Judice, quo rem sententiâ latâ finiret.

Suprà Tertio articulo exposuit Decanus statutorum

ac libelli in quo scribuntur Ritus, usus, et Consuetudines Sal.ae facultatis Exemplaria esse rara jam nec nisi pauca in manibus superesse Doctorum unde vel ignorarent plerique Jura et leges Salub.s ordinis vel negligerent. Novam utriusque Libri Editionem esse praelo committendam sed priùs non alienum fore, si facultas eligeret viros sagaces et laudabilium Consuetudinum facultatis peritos qui, quod obscurum Elucidarent, quod obsoletum delerent, quod omissum restaurarent atque resarcirent, quod utile (ut sunt Examina, Theses, Juramenta si quae sint nova et plurima alia Decretis jam instituta ut magis auctorentur) Senatusconsulto solenni confirmandum curarent.

Super Quarto articulo M.r Ludovicus Baude de la Cloy qui pro Libris Bibliothecae Sponsorem se dederat ac fidejussorem ergà facultatem Bibliothecae ipse praefectus exposuit non esse tutum nec se fore securum quandiù Communi loco et Libri et res sacrae uterentur. aut igitur aliò transferenda sacra, aut arctiùs Condendos esse libros atque ad id operis quasdam esse illi concedendas impensas. non deesse in utrâque agendi ratione incommoda et impensas faciendas; minores tamèn in hâc ultimâ.

Super Quinto tandem Articulo Monuit Dec.us se animadvertisse negligentiam quamdam tùm in Scholis inferioribus tùm in Superioribus in induendâ veste talari, in Colli amictu reponendo, aut in humerali gestando Coccineo, hocque non sine aliquo dignitatis medicae detrimento fieri se metuere. non enim esse spernenda ea ornamenta, in quibus etsi vera non stet Medici Dignitas nisi ex opinione vulgi tamen ob reverentiam Communis Opinionis vulgi ipsius, cujus plurimùm interest venerari Medicos, cum omni curâ esse retinenda

Re igitur in Deliberationem missâ Saluberrima Facultas censuit

Super Primum articulum gratias quàm amplissimas esse à Decano facultatis nomine agendas dignissimo Coll. nostro M.ro Benigno Winslow pro ipsius indefessâ ergà suam matrem benevolentiâ in universam medicinam munificentiâ ac Liberalitate atque orationem Decani super novâ tam Illustrati Doctoris beneficentiâ Saluberrimum ordinem allocuti Commentariis inserendam et sic Inaugurationem novi nostri Amphitheatri cursu Anatomicae publico propriis manibus celebrando ut jàm ipse pluriès in veteri fecerat, a Dicto Sap.o M.ro Winslow esse faciendam. Insuper non omittendum esse testificari ejusdem Salub.s ordinis nomine Doctissimo et Litteratissimo Viro M.ro Ludovico florentio Bellot Sodali nostro quantum ipsi deberet pro tam obsequiosâ modestiâ quâ de Jure suo (erat enim hoc anno Professor Primarius, id est Physiologiae) decessisset tam facilè in gratiam reverendi senis quem colimus, amamus, ac veneramur omnes, sed cui jure suo non contingebat tam nobilis Provincia et sic conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Quoad Secundum articulum censuit Sal. fac. causam adversus Berard Chirurgum=barbitonsorem Parisiensem quâ ceciderāmus coràm Propraetore rerum Civilium cujus Propraetoris iste Barbitonsor erat Chirurgus ordinarius provocatione festinâ defferretur ad curiam supremi Senatûs.

Alteram causam adversus quemdam La Roche se medicum Legati Regis Lusitaniae professo, diligenter esse prosequendam.

Et quoad tertiam famosamque litem quâ concertabamus adversus Chirurgos=barbitonsores, quam primum adeundum esse Magnum Regni franciæ Cancellarium, atque enixè rogandum ut Provisionem adversùs Chirurgos petendi daretur Venia, quæ Litteris annulo Regio Signatis ex Gallobelgiâ missis denegata fuerat adusque Reditum Regis hodiè à quindecim diebus jam Reducis et sic Conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Quoad Tertium articulum censuit Sal.ª facultas armamentaria clausa, ac serris, Pessulisque munita quæ sub hastâ sæpiùs veneunt nostris libris tutiùs recondendis apta quamprimum emenda esse queis securitas daretur Bibliothecæ Præfecto vigilantissimo M.ʳᵒ de la Cloy. de Cætero Sacelli Altare non esse loco movendum; sed maximo Petasmate Sanctuarium integrum esse ab oculorum conspectu amovendum, ni strictiori Claustro, velint Magistratus Altare separari ab Aulâ Communi; sicque tunc Cratem ferream ~~quæ~~ à D.ᵒ Fagon dono datam in limine sacelli nunc positam translatum iri ante faciem Altaris et spatia Lateralia vacua vel chlatris ferreis, vel compage ligneâ ob pretii minoris impensam fore terminanda; donec felicioribus temporibus detur magnificentiùs agendi Potestas. et sic conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Quoad Quartum articulum auditis rationibus à Decano expositis, Censuit Salub.ª facultas antequàm prælo denuò committerentur Statuta, Decreta, Ritus, usus et Consuetudines &c, esse revisenda Sedulò, ut obsoleta reviviscant, mendosa corrigantur, inutilia deleantur, quæ bona; sed validiori indigent confirmatione sicub autoritatis Legiæ, et furiæ potestatis tutelâ collocentur et ut id fieret facilius, Judicavit ad id operis exequendum nominandos esse sex doctores tres scilicet Majoris, totidemque minoris ordinis qui unà cum Decano et exdecano, per Biennale Stadium quo id opus faciliùs perficeretur singulis in actibus tum superioris tum inferioris Scholæ cum intus, tùm foris quid Halula boni consulerent, quidque singulis in occasionibus dignum animadversione reperiatur inquirerent, annotarentque et posteà de observationibus suis fideliter referrent coram saluberrimo toto Ordine ad id expressè convocato, qui de Statuendis tandem certò Statueret atque definiret. Nominavitque de Majori Ordine M.ʳᵒˢ Finot, Martineng, Astruc, de Minori M.ʳᵒˢ Bellot Baron J.ᵘᵐ et Bouvard cum tribus antiquis Decanis M.ʳᵒ Baron Patre M.ʳᵒ Col de Vilars, et Bourdelin Majore natu laborum consortibus et sic conclusi.

G. J. De L'Epine Decanus.

Tandem supra Quinto articulo Salub. Ordo annuit petitioni Decani quâ postulabat ut Articulus octavus novorum Statutorum servaretur ad litteram, honoris et Reverentiæ Scholarum gratiâ et ideo singulis Doctoribus, peculiari Chartâ exaratus mitteretur ad refricandam laudabilium Ordinis Consuetudinum memoriam et sic conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Et decreto morem gessi formulâ sequenti

De Mandato Saluberrimæ Facultatis Parisiensis.

Doctor Sapientissime.

Quam multis abhinc sæculis tàm constanter et incorruptè retinuit, atque vel in minimis, fideliter huc usque servavit, disciplinam verita enervari ac consenescere Saluberrima facultas Medica Parisiensis

per schedulam, ut moris est, ad id convocata in Scholas superiores et con=
=gregata solenni Decreto ultimis Comitiis Die 28.° novemb. 1744 habitis lato
Jussit articulum octavum novorum statutorum inviolatum servari. at ne quis
ejus tenorem (ut aiunt) ignoratum praetexat, sine morâ integrum typis man=
=dari atque singulis doctoribus me curante quamprimum distribui et sic
ex unanimi omnium et singulorum voto conclusi: cui legi ut obtemperem
hunc articulum totidem verbis expressum è statutorum nostrorum Libro
propriâ manu excerpsi

Articulus 8.us Novorum statutorum
Curiae Placito A. 1696 firmatorum.

Doctoribus cum veste talari et manicatâ, Pileo Quadrato humerali Coccino et modesto qualis est togatorum Colli amictu interiores inferiorum Scholarum Cancelli duntaxat pateant atque hoc ornatu Baccalaureorum actibus sedentes immorentur de eorum Eruditione judicium laturi, ibidemque oblato Catalogo datâ subscriptione praesentiae suae testimonium exhibe=
=ant: alioquin, si in diebus actuum extra laudatos aulae interioris limites inscribendae syngraphes Copiam a Bidellis obtinuisse constet, illi Jure suffragii priventur: hi verò plectentur pecuniae summâ ad arbitri=
=um facultatis.

Et tibi reddendum curavi Tui siquis unquam fuit observantissimus.

G. J. De L'Epine Decanus.

Eâdem die 28.° novemb. 1744. aperta est Capsa in quam congestae fuerant tesserae, quibus Judicium ferretur de Capacitate aut insufficientiâ D. Petit Baccalaurei, qui primus responderat hoc anno de Quodlibetariâ quaestione; sed ob protractas convalescentiae Reginae causâ solennes inducias suam Thesim non propugnaverat nisi die 26.° Novemb. 1744. id est post quindecim dies, solito tardius. Rata et grata habita sunt illius responsa

Facta deinceps est mentio de Instrumento quo ex dictis sex Doctoribus qui intercesserant Electioni penultimis in Comitiis Quinquedica=
=bantur à suâ intercessione destitisse. Et super hoc M. Lucas de Lauremberg asseruit; verè se ab intercessione suâ in ultimis Comitiis destitisse et nunc iterum desistere propriis et conceptis verbis quae ipse coram facultate congregatâ pronuntiaverat; non verò illo hodierno instrum=
=ento cujus factus numquam fuerat particeps

Legi etiam Epistolam D. Le Thieullier in totum ordinem reverentiae et benevolentiae plenam quâ asserebat in instrumento inter=
=cessionis Originali suum se Chirographum numquam apposuisse. Ejus nomine abusum M.rum Dionis; se tamen M.ri Dionis in chartâ vulgari nec autenticâ posteà Chirografi fecisse copiam ne turpissimae falsitatis crimen incurreret. Dictus M.r Dionis sed in ultimis Comitiis ab inter=
=cessione suâ verè ac bonâ fide decessisse libentem sub conditione De=
=creti eâdem die decimâ novemb. lati et nunc perseverare in suâ deces=
=sione.

Quamvis facultati salub.ae non placuerit ille agendi modus M.ri Dionis et Consortium attamen rem relinquendam censuit. et sic conclusi.

G. J. De L'Epine Decanus.

Dein postulavit Clar.mus M.r Dominus Le Camus novus Noster Collega Liceret sibi Poëma quod confecerat ad Inaugurationem amphi=
=theatri 500 circiter Versuum, Die inaugurationis in ipso Amphitheatro recitare. Antequàm super hoc statueret salub.a facultas censuit Legendum traderet Dominis Procope, Bertrand, Bouvart, et Astruc et sic conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Die Dominico 29.° Novemb.' 1744 habita est in Scholis inferi=
=oribus Oratio Publica à M.ro francisco Mery horâ sesquitertiâ
pomeridianâ.

Die 3.° Decemb. 1744. habita sunt de More Comitia menstrua dicta

Vide p. 939

Eodem Die Jovis 3.° decemb.' 1744. habita est in Sorbonæ Scholis
exterioribus Oratio Panægyrica Ludovici XV.i propter recentes victorias
et nuperrimè restitutam ejus valetudinem a M.ro Carolo Le Beau In
Grassinæo Professore, quondam Commilitone meo dum audiebamus in Sor=
=bonæ-Plessæo M.rum Minet in secundâ docentem.

Omnes doctorum virorum ordines ad hanc orationem audiendam
invitati fuerunt: Augustissimus Senatus cum Principibus Infulatis et aliis
Principibus: Omnes Cœterarum Curiarum Principes et Magistratus, Regis
Ministri et Principes Ecclesiæ Præsules, qui plurimi tunc degebant Pari=
=siis et utriusque Academiæ Litterati: omnes viri Emunctæ Naris. Frequen=
=tissimus fuit omnium ordinum concursus. Totum Tribunal Academicum
cum adjunctis, à dextris et Sinistris Oratoris partibus, in altiori Suggestu
ad majorem pompam in magnificentiori vestitu adesse debebant.

Dum expectaretur Augusti Senatûs Princeps; Interea nos
vestiebamur in Interioribus Scholarum Sorbonæ atriis. Præsules qui huc
convenerant audituri Panegyrim, quæsiverunt quem Primum compellaturus
erat honoris gratiâ M.r Le Beau, orationis Suæ initio. Respondit M.r
Piat Universitatis Scriba, vir Sapiens qui Rectorio munere olim functus erat,
et alii viri ex-Rectorii, non posse oratorem quin et Curiam Integram et Augus=
=tissimum Senatus Principem, cum Principibus Infulatis qui invitati simul fuerant
(utpote qui Potestatem regiam gererent) non Compellare: Dein honestioribus
quam liceret verbis Compellaturum Summos Ecclesiæ Præsules. Renuerunt
se his Conditionibus adesse posse; Proposuit illis M.r Piat vir Sagaci inge=
=nio, ex propriâ auctoritate, Curiam et Ecclesiasticos Præsules hisce
verbis compellare, quæ Neutris Primatum tribuerent utrisque honorem
et Reverentiam exhiberent. Utriusque Ordinis Illustrissimi
Principes. Sic res posse componi videbatur et ferè Episcopis placuerat cum
unus ex illis et alter posteà dixerunt inter se forsan Nondum etiam hoc Satis
futurum visum iri absentibus Episcopis qui de Suo Jure detractum fuisse arbitra=
=rentur, Si Speciali et unicâ Compellatione non fuissent Salutati Priores: ac proinde
quod multo plus justo ipsis oblatum fuerat recusarent; cumque etiam compellati=
=onum Societatem ipsis perhonorificam etiamnum fastidirent Superciliosè. Abe=
=untes non retinere placuit. Forsan si placuisset hæc temperantia verborum
non arrisisset Curiæ, sed Nodum Solvit nimium sibi arrogantium Præsulum
invictum fastidium. Aulam quamvis Spatiosam accedentes jam non ad=
=mittere et Consedisse Augustum qui cum Illustrissimo Suo Principe ac Princi=
=pibus infulatis aliisque Præsidibus convenerat, Senatum, Certior facta
Academia Parisiensis, præeunte a Rectoris Latere Oratore ex interioribus
Sorbonæ Scholis, cum omni Pompâ migravit in Exteriores.

Oratio Compta, tersa, Sublimis ita audientium omnium animos
rapuit, ut Spirare vix licuerit; adeò attentis auribus Oratoris verba excipie=
=bant ut metuerent, ne quid ex dictis fugeret, Silentes vix inter mille, paulo=
=minùs audientes Credibili Verbis, finitâ oratione: effusissimis ac perhonorificentissimis
Se plurimùm placuisse Cognovit Orator. huic academia in Scholas Sorbonæ interi=
=ores redux uno ore plausit ovans, usque dum deinceps convenientius gratula=
=retur

Eodem Die 3.° Decemb.' 1744. adiveram manè Illustr. Galli:
Cancellarium Comitatus Clar. Exdecano M.ro Eliâ Col de Vilars et M.ris Poulle
Patre et filio, horâ nonâ, pridie nobis indictâ, et quàm brevissimâ potui
laudatum Oratiunculâ, rogavi ipsius tutelam, nosque in Suam dignaretur
accipere Clientelam. Dixit nostram nunc Litem esse persequendam; Certare
jam à Rege reduce, prohibitionem ab eo factam Litteris Sigillo Regio
munitis quas ex flandro=belgiâ miserat, quibus vetaret ne de Lite inter
nos et Chirurgos motâ, Judicium ferretur neque provisorium (ut aiunt) neque
definitivum prosequendam igitur esse non ad provisionem quæ à possessione
et titulis, Scilicet Pactis Conventis, transactis, legibus, Senatusconsultis,

Curiæ Placitis, Edictis Regiis, aliisque Diplomatibus proficiscitur obtinendam, sed de utilitate quæ ex postulatis nostris in Rempublicam redundaret unicè agendum, quo fieri posset in perpetuum ordinatio quæ omnibus tandem controversiis aliquando finem imponeret.

Die Veneris 4.° Decemb.' 1744. haberi cœpta sunt in Scholis Superioribus Comitia pro Codice Pharmaceutico denuò in lucem edendo. Visum fuit Editionem ultimam quamvis multo et longo labore à Doctissimis Viris elucubratam ab integrâ facultate recognitam, Correctionibus tamen quibusdam emendare, novis additionibus locupletare; ad id Operis exequendum a Salub.° ordine appellati fuerant Antiqui Decani, scilicet M.ri Baron P.r Bourdelin Col. ea Vilars. M.ri Joan. Bapt.a Thomas Martineng; M.ri de Jussieu uterque M.ri Joan. Ludov.' Livinus Baude de la Cloy Bibliothecæ Præfectus M.ri Ludov.' Guillelmus Le Monnier, in locum Magistrorum Lemery et Pipereau fato functorum suffecti, actu Pharmaciæ Professores M.ri Le Hoc et Vieillard, M.ri Cosnier, M.ri Malouin, M.ri Bellot, M.ri Bouvard, M.ri Rabours M.ri Macquer.

Placuit in hisce comitiis 1.° Rem integram a Primordiis suscipere et revisionem, reformationemque à primâ receptâ ordiri, 2.° quod deinceps Bis unâquâque hebdomadâ Congregaremur in eodem loco, huic labori operam daturi, diebus scilicet Lunæ et Jovis, nisi festi dies opus interrumperent, quo in Casu, in diem sequentem remitteretur labor, nisi aliter die Congregationis diem festum Antecedentis in Eligendo altero die Statueretur

Die Sabbati 5.° Decembr. 1744. Comitia menstrua habita sunt in Mazarinæo apud Ampl. Rectorem Petrum Fromentin.

Die mercurii 9.° mens. Dec.' 1744. Convocati sunt Doctores omnes medici, in scholas Superiores horâ ipsâ sesqui-decimâ Matutinâ Clar. Coll. nostrum M.rum franciscum Mery Scholarum Professorem audituri et de Ordine thesium Statuendo, aliisque de rebus deliberaturi, per schedulam à Bidellis delatam die 5.° eorumdem mensis et anni.

Facultas igitur dicto die Congregata audivit postulationem M.ri fr. Mery qui amicorum consilio ductus, orationem publicam*, quam 29.° Novemb. 1744. nuper in instauratione scholarum habuerat, nolebat nisi ex Consensu Salub. ordinis et sub ejus auspiciis, imò nisi facultatis approbatione a Decano ejus nomine subsignatâ munitam prodire in lucem atque Typis evulgari. De Reliquo sumptus omnes in se recipiebat; Quo audito Annuit Unanimi Consensu totus ordo Saluberrimus petitioni Clar.' Coll.æ et quibus ille amicis scilicet M.ri Miller, Bouvard, et Theod.° Baron jam relegendam tradiderat suam orationem, iisdem ultrò Contulit Salub.a facultas munus Censorium quo hanc orationem maximo omnium applausu jam publicè exceptam, Examini rursum subjectam unà cum decano singuli reviserent; et post absolutam ab illis recognitionem Decanus facultatis Nomine ex eorumdem Examinatorum Consensu posset adprobare. Et sic Conclusum

*v.p. 917.

G. J. De L'Epine Decanus.

Dein Exposuit Decanus quamvis hoc anno propter Christianiss.' Regis Convalescentiam resque ab eo prosperè gestas, Induciæ per quindecim Dies ultrà solitum tempus fuissent protractæ ac proin singuli novi Doctores angustiarum temporis causam in procrastinandis Thesibus jure ac merito nequiverint prætexere; attamen a Primâ disputatione (cui præfuit cum laude Clar.' Collega M.r Person) jam periisse tres hebdomadas per quas totidem ad minimum Doctores seu Novi seu Antiquiores potuissent de quodlibetâ disputare, summo cum honore nostræ academiæ, Secundum in ordine Novum Præsidem jam bis spem fefellisse, totamque sic disputationum per singulas hebdomadas habendarum seriem Cohiberi summo cum Scholæ detrimento, dicere non ausus est dedecore, sicque brevi omnia pessum esse ruitura. Petiit, vellet ut facultas huic serpenti malo, ne in exemplum traheretur, quamprimum mederi. Quo audito,

Primò Censuit unanimi Consensu Salub.a facultas artic Statutorum diligenter ac fideliter esse servandum, nec ullâ de Causâ ab eo esse recedendum. Secundo quoniam Statuta caducum à Regentiâ Judicant quicumque Baccalaurei copiam sibi datam neglexerit, sed quamdiù distrahi atque retardari, disputatio posset non definierunt præcisè, placuit hodiernâ die singulis novis Doctoribus suum diem dici, quo in scholis inferioribus se sistant de quodlibetariâ

Quaestione disputaturi.

3°. hunc ordinem ne variari posse (sic requirente Decano qui noluit hoc Juris penès se remanere) ab antiquioribus utriusque ordinis, illico apposito Chirographo esse subsignandum.

4°. Ultra praefixum unicuique, in hoc ordine diem nullam admittendam esse Disputationem omissam nisi Consulto priùs toto ordine Salub. ad id expressè Convocato, à quo Solo de Jure Regentiae per Negligentiam suam decidens novus Doctor, novâ Supplicatione veniam obtinere poterit resumendi Solutis Solvendis, nec non nisi adimpleto Jure illius aut illorum qui dignitatis Scholae Sustinendae gratiâ desertam Provinciam occupaverint.

5°. Jus illud prioritatis Praesidentiae vacuum ac desertum devolvi 1°. ad novum Doctorem, si ipsi Arriserit, in ordine Sequentem, et hoc abnuente, Singulis Sequentibus, ad ultimum usque progrediendo, offerendum; donec oblato munere fungi quis in se susceperit, ità ut qui naturali Licentiarum ordine legitimam sperare non poterat nisi Elapso uno integro anno Regentiam (quâ enim ad priorem usque suam Disputationem ex solâ facultatis gratiâ fruuntur novi Doctores, Precaria Regentia ea est.), idem novus ille Doctor possit (derelicto Die ad disputationem Constituto) eam sibi Jure acquirere et sic ad magistratus Scholae et magna Emolumenta quae nisi post tres plerumque annos et fortasse plures non consecuturus erat pervenire post duos. 2°. Si recusaverint omnes aut plures hâc improvisâ gratiâ potiri, a Decano, Doctoribus antiquis scilicet Doctoribus (ut aiunt) in Turno Provinciam a novis Doctoribus derelictam esse denuntiandam, et hoc Solo in Casu ab illis antiquis Doctoribus nihil tale expectantibus et forte fortunâ imparatis Antiquam Thesim quae jam facultati placuerit a ipsis poste Die indicto propugnandam.

6°. Ac ne quis existimet, impunè sibi Spernendum fore hoc Decretum Statuit eadem Salub.ª facultas, Quicumque novus Doctor Suae Theseos Exemplar Suis numeris omnibus absolutum, et ita elaboratum, ut illaesâ Scholae dignitate possit illicò praelo Committi, Decano non Exhibuerit quindecim diebus ante diem a facultate Disputationi destinatum, eum à suâ Regentiâ Casurum illo ipso Die, ut tutò possit Decanus intrà reliquos quatuordecim dies, juxtà 4.um et 5.um articulum hujus Decreti de alterâ providere disputatione et securus alteri Doctori Sive Novo Sive antiquiori ad mentem praesentis Deliberationis Jus disputandi Irrevocabile transferre et sic Jubente facultate Conclusi Die et Anno Supradictis

G.J. De L'Epine Decanus.

Sic Se habebat ordo cui Nomine facultatis Chirographum apposuerunt Doctores infrà Scripti

Ordo Praesidum

Qui hoc Anno Academico 1744. extrà ordinem disputaturi sunt de Quaestione Quodlibetariâ.

D.ni Doctores	Baccalaurei		
		A. 1744.	
M.r Person	M.r Petit	26	Novemb.
M.r Verdelhan	M.r Borie	17	Decemb.
M.r Le Thieullier	M.r Mauroy	24	Decemb.
M.r Poullin	M.r Belloc	31	Decemb.
M.r Bernard	M.r Chesneau — A. 1745.	7	Januarii
M.r Chevalier	M.r Dupetit	14	Janv.
M.r Arcelin	M.r Doulcet	21	Janv.
M.r Ruellan	M.r Paris	27	Janv.
M.r Bourdier	M.r La Breulhe	4	Februarii
M.r Le Camus	M.r Le Clerc	11	Febr.
M.r Poitiavier	M.r Dupré	18	Febr.
M.r L'allemant	M.r Hingant	25	Febr.

Signatum Magistris Col de Vilars, Davier de Bréville, Jacques, Belloc, Payen, Vieillard, et sic conclusi Die Nonâ Decembris A. 1744. G.J. De L'Epine Decanus.

Die Sabbati 12.° Decembris A. 1744. adivimus Illustrissimum Galliarum Cancellarium, Ego et Magistri Col de Vilars, Martineng, Astruc et de La Cloy, comite M.re Bontoux nostro in Regio Consilio Patrono, hunc quia volebat Spreto Cancellarii aut consilio aut Jussu* nos a Rege Provisionem petere

* vide. p. 926. 3.° Dec. 1744

pridiè rogaveram nobiscum accederet ad prædictum Cancellarium cui notum
esse hunc Patronum et placere certò sciebamus, ut ipse necessitatem postu=
=landæ et Judicandæ Provisionis evinceret, obtineretque ut Illustr.^mus Cancell.^us
nostræ Causæ Cognitori D.^o Maboul de eâ referre injungeret. At oravimus,
non exoravimus. Quamvis enim longam, etsi allatâ omni diligentiâ quam
possemus et perlongam fore Litem atque magnum intereà pati detrimentum
Rempublicam, ità demonstraverimus, ut contrà hiscere nequiverit Cancel
-larius, victusque rationum momentis nostræ petitioni haud prorsus renuere
visus fuerit, Semper tamen ab Illâ die integram litem instrueremus et nostro
Cognitori D.^o Maboul et nobis pertinaciter inhibuit. Quod nobis apertè Dictus
D.^nus Maboul posterâ die significavit cum de Responso Cancellarii allocuturis.
Intereà quamvis neque Medicis quibus Jure competebat, neque Chir-
=urgis etsi omni gratiâ et favore præpollentibus concederetur Provisio; Illâ ta-
-men mihi non sine magno dolore perfrui videbantur. Duobus enim super articulis
Judicio provideri, libello Supplice Regi porrecto postulaveramus. 1.º non admit-
=terent ad examina nec ad magisterium promoverent quemquam nisi prius nos
vocassent. 2.º quotiescunque pro Demonstrationibus, vel publicis, vel privatis
indigerent Cadavere, illud peterent à Decano, libello supplice ipsi de more porrecto.
Reverâ a Senatusconsulto lato 4.º Sept. 1743. quo Curia jusserat ut
Berdolin et Consortes, perperàm insciâ facultate Celebratos actus tanquam nul-
-los iterarent; tirones nullos examinaverant, nec ad Magisterium publicè
quemquam admiserant. Verùm, clàm, sciebamus, indulgeri omnibus quicun-
-que vellent Parisiis Chirurgiam exercere, dummodo solvenda pro Magisterio
consignarent apud Quæstorem San-cosmianum. Nec illos omnes sigilla-
-tim persequi fas erat; Tùm quia majoribus negotiis districti huic parvarum
Litium Myriadi, vacare non potuissemus; Tùm quia, Tanta erat Multitudo!
non sine infinitis sumptibus hosce singulos et innumeros aggressi essemus.
Prœtereà effluebant (nescio unde) Cadavera undequaque apud Chir-
-urgos, ità ut dùm nos nisi magnis curis, maximo sumptu et frequentissimis solli=
=citationibus, nostris exercitationibus et Publicis et privatis necessaria vix obti=
=neremus, Illi regurgitarent superfluis. Unde Programmatis ubique per
compita affixis discebamus in Sancosmiano Amphitheatro dissectum iri,
modo Corpus humanum Virile, modo Cadaver fœmineum. Unde Illa Cadavera
educerent, non erat admodum scitu difficile. Nostri Collegæ qui Nosocomiis aut
Ptochotrophæis aut Xenodochiis inserviunt, interiore domu non inhabitant nec
ibi commorantur: Contrà, Commensalis semper inest Chirurgus in illis hospitiis
cum pluribus administris qui, cum bonâ veniâ Magistratuum de eorum fraude nihil
suspicantium, lucri faciundi Causâ vacant Anatomiæ. Hi Cadavera omnia occu=
=pant, exercendorum (aiunt) hospitii Tironum Chirurgorum gratiâ, sed reverâ extra=
=neorum qui pretium magnum persolvunt. Hinc usu non Jure ad arbitrium
cadaveribus potiuntur Chirurgi. Non sinere tamen debuissent efferri aliò illa
Cadavera, sine Decani facultatis consensu: Sed quotiès ipsi etsi oculatissimi, Judi=
=ces non decipiuntur specie utilitatis Publicæ.? Latebat ^nos ferè a Viginti annis
deliberationem in Consilio Communi octo hospitiorum vulgò Le Bureau de l'hopital
General, fuisse factam, cui interfuerant omnes summi Magistratus,* Senatûs Prin-
=ceps, Cameræ Computorum Proto Præses, Procurator Catholicus Archiepiscopus * v. p. 930
Parisiensis, et urbanæ Politiæ Proprætor, quâ concessum fuerat Chirurgis
San-cosmianis, ut quotièscunque Cadaveribus indigerent, tollerent ea certis qui=
=busdam conditionibus circiter viginti Libellarum dispendio. Inter illas conditio-
-nes nulla facta fuerat mentio de Consensu manuscripto Decani. hoc Privilegio
rarò usi fuerant, aut saltem ut ignoratum, diù nos lateret, non destiterant
sivè pro demonstrationibus Publicis, sibi pro exercitationibus quæ nos celari non
possent, nobis libellum supplicem porrigere quo liceret illis a magistratibus cadavera
postulare. Novissimis hisce temporibus rogaveramus Magistratus, ne illis ulla
Cadavera erogarent nisi à Decano Concessa de More. Itaque ad Privilegium
sibi concessum recurrere oportuit. Certioribus factis hâc viâ illos obtinere
Cadavera, mens fuit nobis, hunc illis præcludere aditum, et sic aut illos cogere
ut postularent à Facultate Salub.^â Cadavera, aut abstinerent à demonstrationibus
publicis, quod utrumque illis multùm doluisset. Igitur aut vi eripienda fuissent
cadavera quotièscunque domi habuissent chirurgi; (Sed ea non fuit consultorum
sententia: Neque Mr Chorel neque Mr Bontoux auctores fuerunt rei faciendæ
legitimæ quidem et fortunatioribus temporibus non negligendæ Sed utpotè nullius
hodiernâ die utilitatis

hodiernâ die utilitatis, et forsan à Judicibus nostris non animadversuris quidem male tamen accipiendæ) aut Cöercenda erat Magistratuum auctoritate effrenis illa Cadaverum absque veniâ Decani auferendorum Libertas. hæc ultima placuit agendi ratio. Itaque duobus interjectis diebus post Solemnes Supplicationes Uni=versitatis, quæ, Die Lunæ 14° decemb. 1744. ritè processit ad ædem Deo Sacram Sub invocatione S.^tæ Ursulæ in Sorbonâ, Scilicet 17.° Decr 1744. me contuli ad D.^um Reneux Scribam hospitii Generalis qui habitabat in Orphanotrophæo dicto (La Pitié) oraturus ut die quo Solent Domus administri convenire de negotiis Pauperum acturi, vellet dictos Administros rogare nostro Nomine ne in malam partem acciperent, Si ex consilio Jure=consultorum Significaremus illis Senatûs placita quibus Vetitum esset ne Cadavera petentibus Chirurgis aut aliis quibuscumq. irrogarent, nisi concessâ priùs à Decano facultatis veniâ. Promisit humanissimè se statim atque se daret occasio de nostrâ postulatione coram meritissimis Administris esse relaturum

Hâc de Causâ Singulos adivimus. et allocuti plurimos quos domi inve=nimus et hâc in re nobis faverent precati, Illis obtulimus primum memorialem nostrum libellum unà cum Libello Supplici REGI porrecto. hoc postulabamus à Rege, antici=pato Judicio provideret Super cadaveribus Sinè facultatis veniâ non Erogandis, et Super nostrâ Compellatione ad magisteria novorum Chirurgorum, ne quid pateretur detri=menti res publica ex cessatione demonstrationum publicarum atque ex Chirurgorum retardatis magisteriis. his duobus libellis edocti nostra Jura, nostrosque usus antiquos, facilè poterant nostræ petitionis æquitatem cognoscere

Forte fortunâ evenit ut post aliquot dies hanc acciperem Epistolam

Monsieur

J'ai l'honneur de vous inviter de la part de Messieurs Les admi=nistrateurs de l'Hopital general, a assister au meslange qui se fera mardi prochain vingt deux de ce mois, deux heures de relevée des drogues qui doivent entrer dans la Composition de la Theriaque. Ce sera dans la maison de la Salpetriere, ou vous trouverez plusieurs de ces Messieurs prevenus, de ce que vous m'avez fait l'honneur de me dire hier, et dont vous devez leur parler.

Je Suis avec respect

Monsieur

a la Pitié ce 18.° dec.^r 1744.

Votre tres humble et tres obeissant serviteur Signé

Reneux f.

Inscribebatur

A Monsieur

Monsieur De L'Epine Doyen
dela faculté de Medecine

rüe de Clery.

Itaque die martis 22.° decembris A. 1744. hujusce invitationis datâ vel arreptâ occasione in aulam in quâ consilium inire Solent Administri, ascendi Comitatus Collegis omnibus tùm legatis, tùm invitatis et cæteris quicumque adfuerunt prædictæ Operationi Pharmaceuticæ. Ibi, humanissime exceptum et perhonorificè Juxtà ignem (quia frigus urebat acre) cum Sociis collocatum attentâ aure audiverunt. Oravi 1.° ne Cadavera secanda Chirurgis ulla concederent, nisi ex consensu Nostri Decani, Salub.^æ facultatis Sigillo Munito. 2.° non in malam partem detorquerent, Si illis Senatusconsulta id Juris nobis irrogantia, per Accensum publicum Significaremus. Promiserunt comitèr non vanam fore nostram petitionem quam Majo=
v. p. 929 ribus Administris Sive honorariis essent quamprimum communicaturi. Intereà illos cito citiùs invisere, nobis auctores fuerunt, idem sanè polliciturus.

Die Mercurii 23.° dec.^r A. 1744. Statìm à Pastillariâ M.^ri Le Thieullier Convenimus illustrissimum Senatus Principem D.^um de Maupeou eique exposuimus, quòd Patroni quorum Consilio res nostræ gerebantur nobis auctores fuerant, Senatuscons.^a ad rem nostram facientia, cum intercessione Nosocomiorum administris Significatâ nota facere. Quod consilium noluisse nos nisi veniâ priùs ab ipso impetratâ amplecti. Unde postulabamus ab eo vetare vellet ne cadavera è dictis Ptochodochiis efferrentur a Chirur=gis aut aliis nisi ex Consensu Decani Salub.^r ordinis, ab eo, more solito, et petito et impe=trato. alioquin sequeretur quòd provisione quamvis ipsis a Regis Consistorio denegatâ gauderent tamen, Si dùm ipsis Vetitum foret, quidquam sibi arrogare pendente Lite,

præpostera præfatorum Administrorum indulgentiâ, copiam haberent Cadaverum et impunè per Plateas et urbis compita, Programmata spargere auderent quibus in Cadavere humano se Operationes Chirurgicas et anatomen Celebraturos publicè renuntiarent. Quibus Auditis respondit Ill. ProtoPræses non esse significanda illa S. C. fierique posse ut illa agendi Ratio in nostrum damnum verteret tum quia Consistoriani Judices ausum illud pendente Lite temerarium Judicarent, tum quia non decebat sic interpellare prædictos Administros, quos se inconsulto deinceps, super hac re nihil acturos autumabat. Innuere præterea videbatur, fore ut displiceret Senatui si sic incerta redderetur et dubii eventus S. C.tum auctoritas dum res ageretur coram Judicibus alienis a Rege commissis. Nec tamen ab auxilio nobis præstando alienus visus fuit. De cætero addidit cum Procuratore Catholico rem nobis esse amicè Componendam.

Hunc itaque postero die adivimus.

Eâdem die 23.o dec. 1744. M.ri Procope, Bertrand, Astruc, Bouvart decreto lato die 28.o Novemb. 1744, commissi omnes ad Examen Poëmatis à cl.mo Coll.a M.ro Le Camus super recens extructo amphitheatro conditi retulerunt etsi opus illud amœnum et plurimis in locis fulgeret, nondum tamen tersum esse satis atque perpolitum quod in lucem nomine Salub.æ Facultatis prodiret. Censuerunt itaque, auctori remitterem denuo reddendum incudi juxta flacci monitum, per aliquod tempus premendum, dein ita Castigandum ut præsectum ad unguem expoliretur. et sic Conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Eodem die 23.o Decemb. 1744. me domi convenit Universitatis Parisiensis Syndicus necnon idem ExRector D.nus Le Neveu qui me certiorem fecit quatuor Chirurgos Parisienses qui se Commentariis nostris inscribi curaverant et per biennium lectiones Professorum Scholarum nostrarum scriptis et auribus (aiebat) assidui exceperant, nec tamen litteras auditionis Testimoniales impetrare à Professoribus potuerant, se coram ipso Sibille, et de me Decano deque meo Prædecessore valdè conquestos ab illo petiisse an non ipsis licitum futurum esset nos Coram Universâ academiâ Vel Tribunali academico Compellare super tam iniquâ denegatione responsuros. Addidit se de hac querimoniâ nos monitos voluisse: et reverâ quem colorem essemus dicturi? Quâ de causâ eodem Jure naturali ac communi, non gauderent Chirurgi ac Cæteri homines? Cui respondi fraudulenter se illos non tanquam Chirurgos, sed nihil de arte suâ ac Professione indicantes inter cæteros Scholasticos immiscuisse, et cum essent hoc tempore in facultatem Rebelles atque perduelles, esse omni gratiâ indignos, nisi vellent se inter discipulos medicos inserendo, instrumento publico profiteri ac Jurare, certum esse sibi a Chirurgiâ Deinceps exercendâ in perpetuum abstinere. Nec morari me ullo modo, quin querelas ad Tribunal academicum perferrent, si modo placeret Academiæ illos audire: meque sperare Illorum argumenta facile me esse confutaturum.

Destiterunt scilicet à proposito illi Chirurgi, nec in ullâ Tribunalis Academici Sessione quibus omnibus per biennium sedulus interfui ulla de his mentio amplius facta est.

Die Jovis 24.a Decembris a. 1744. Celebratâ Quodlibetariâ cui extrà ordinem præfuit M.r Joannes le Thieullier supplicuit pro Vesperiis et pro Doctoratu M.r Franciscus Bidault. Facultas annuit hujus petitioni solutis solvendis salvo suo et alieno Jure.

Vespere ejusdem diei, horâ quintâ, adivimus Illustr. Procuratorem Catholicum Ego et M.ri Martineng, Col de Vilars, et de la Cloy. Postulavimus ut vetaret ab Administris hospitiorum publicorum erogarentur Cadavera, sine petito prius Decani saluberrimæ facultatis consensu M.S.o ut Jubent omnia S. C. super hac re pronuntiata. Petiimus insuper an suaderet, judicaretve utile atque opportunum illa S. C.a significaremus universo Administrorum Pauperum ordini.

Respondit ille Jam a viginti circiter annis deliberatione habitâ supradictos Administros erogasse semper cadavera petentibus Chirurgis aliisque quamplurimis, nullâ disquisitione factâ an in usus publicos, an in privatos illa destinarent, sed quibusdam conditionibus in deliberatione requisitis ac recensitis quæ ad nos nostraque Jura nullatenus spectarent. usum hunc huc usque invaluisse; nec nos intereà tantum mussitasse; Novum Proinde hodie nostrum Postulatum esse tamen attentu dignum, ac super eo deliberaturum

esse proximis in Comitiis hospitiorum Generale Consilium. Interim se nobis auctorem esse ut supplici Libello seu potius memoriali tantum singulis Magistratibus ac praesulibus hocce Consilium componentibus offerendo, rationes nostras exponeremus unà cum annexis senatus consultis postulata nostra firmantibus. quâ de Causâ suadere Illos omnes Conveniremus, alloqueremur. Quod jam ex parte factum esse consultò siluimus.

Reposuimus tantùm latuisse nos Deliberationem de quâ nos alloqueretur propterea quod numquam destitissent in usus publicos destinata Cadavera supplici Libello de more porrecto facultatis Decano postulare, destiisse tantum ultimis hisce diebus; Nunc tantùm (ipso Docente) nobis patere quâ viâ effluxissent Cadavera demonstrationibus Publicis destinata; non Credidisse nos Illos audere palàm exponere furtim effossa Cadavera quae ad summum privatis exercitationibus et Clandestinis demonstrationibus destinari possent; de Caetero sapienti et prudentiae pleno illius Consilio nos morem esse gesturos.

Eodem die 24.° Decemb. a. 1744 invisimus D.um Maboul Causae Nostrae cognitorem qui dilucidè nobis exposuit quod frustra aut inconsulto peteremus Provisionem non paratâ Causâ funditùs dirimendâ; quoniam cum declinaremus de Lite integrâ Judicandâ, forte fieret ut Chirurgi hoc scientes ad declinandum vicissim Provisionis judicium simulaturi essent quod omnia à se exhibenda exhibuissent ut meritò nobis denegaretur Provisio. Utrumque jam denegari, Provisionem nobis; propterea quod per Chirurgos ad omnia paratos (ut aiebant) non staret quin Tota Res simul et definitivo Judicio conficeretur. Rem integram chirurgis; quia nos suprà reimparatos, (nondum enim Libellus M.ri Thorel de utilitate Publicâ, quam solam agi volebat Cancellarius, Memoire sur Le Bien Public ou 2.e memoire signé G. J. De L'Epine et Bontoux, confecturus erat.) nos confiteremur.

Die Dominico 27.° Decembris A. 1744. adivi Clariss. Collegam M.rum Du Verney virum Pium et Religiosissimae Conscientiae qui recusabat in ordine Doctoratui praeesse D.ni Bidault et quemquam nomine suo sufficere qui praeesset huic actui nisi priùs D.us Bidault ejuraret Decretum quoddam. De hâc novâ et inusitatâ requisitione post meridiem commonefactus à Dicto M.ro Bidault Licentiato sic rem composui Cum praedicto Pio Viro M.ro Du Verney. Pactus sum 1.° Illum de suo Jure, pro hâc vice tantùm decedere, cùm Praesidendi, tùm aliquem in suum locum sufficiendi. 2.° de Honorario quod prorsus pro hâc vice tantùm abnuit itidem; et sic rem meam, meceque Conscientiae periculo omnem fere: sicque amicus ab amico, re ut ipsi et mihi videbatur, bellè Compositâ discessi.

Die Jovis 31.° Dec.is A. 1744 Comitia deputatorum Salub.mae Facultatis habita sunt horâ post meridiem quartâ in Scholis superioribus ad audiendam lectionem libelli supplicis quem omnibus hospitiorum Administris offerendum suaserant Illustrissimi Senatus Princeps et Procurator Catholicus, quo peteret facultas ne rogantibus Chirurgis concederentur Cadavera nisi oblato priùs Decano facultatis libello supplice. Lucidus concinnus et maximè (quod summum est) Energiae visus est praesentibus M.ris Baron Patri antiquo Decano, Eliae Col de Vilars Exdecano De la Cloy Bibliothecae Praefecto mihique et aliis qui adfuerunt. Cujus operis condendi Provinciam in se susceperat nostrae historiae siquis unquam fuit scientissimus, et nostrûm omnium studiosissimus M.r Joannes B.ta Thomas Martinenq. Non minus placuit toti ordini Congregato Die 9.° Januarii sequenti quo lectus est coram facultate.

1745 Die Sabbati alterâ mensis Januarii anni 1745. horâ decimâ matutinâ, habita sunt Comitia de more Menstrua in Scholis Superioribus*. Vespere apud Ampl.m Rectorem similiter.

*p. 990

Cum plurimo aere alieno Jam gravata facultas, ob nuper Constructum amphitheatrum, Litem adversùs Chirurgos et impressionem Libellorum ad Causam in Senatu defensam inservientium, vellet secum computare et quo in statu essent suae facultatis cognoscere, nec propter angustias temporis potuisset Vigilantissimus exDecanus res gestas ultimi sui Decanatûs in Commentarios facultatis referre

referre, placuit ut sex viri in Examinatores Rationum hujusce Deca=
=natus renuntiati non historiam ut mos est Examinarent sed ipsas ratio=
=nes audirent, et de illis ad facultatem referrent, ut sciret saluberrimus
Ordo quid valerent suæ vires, quid ferre recusarent: Itaque.

Die Veneris 8° Januarii 1745. Congregatis apud M.rum Eliam Col de Vilars ExDecanum antiquioribus Decanis M.ris Baron Patre et Ludovico Claudio Bourdelin et sex Examinatoribus M.ris Bezonier, Davier et Vasse, Le Monnier, Herissant, et Verdelhan, suas rationes a 3° mensis Novemb. 1742. ad Ejusdem mensis 1744. diem quintum. quorum Comparatione factâ, facile innotuit quid deberet facultati non quid superesset.

Die Sabbati Nono mensis Jan. a. 1745. Saluberrima fac. per Juramentum legitimè ut moris est convocata in Scholas superiores et congregata post sacrum horâ decimâ matutinâ auditura 1° Lectionem Libelli supplicis a Clariss.° Coll.a M.ro Martineng elucubrati, Nosocomiorum Administris offerendi. 2° Relationem Examinatorum libri Illustrissimi Viri Comitis de la Garaye, M.M. Eliæ Col de Vilars Exdecani, Malouin et Berchez 3° relationem Clarissimorum virorum qui examinandis rationibus accepti et expensi ultimi Decanatus M.ri Eliæ Col de Vilars exdecani præpositi fuerant, 4° de modo Comparandæ pecuniæ operis solvendis impendendæ et de aliis rebus deliberatura Statuit quæ sequuntur.

Primò Libellum supplicem quo, dum penderet lis nostra in supremo Regis Consistorio, et recusarent ad id committi Judices provisionem, ut aiunt concedere chirurgis petentibus ut liceret sibi Cadavera postulare et impetrare à Magistratibus, non oblato priùs facultati seu ejus Decano libello supplice, reverâ tamen et de facto, per administrorum Nosocomiorum nimis obsequiosam indulgentiam chirurgos utrinque denegatam Provisionem arrogare sibi luce Meridianâ Clariùs demonstrabat supralaudatus Magister Martineng, avidis hauserunt auribus quotquot affuerunt Collegæ omnes: nihilque in eo addendum, neque ex eo detrahendum esse quidquam judicaverunt, probatissimumque sibi cum sincerâ ejus autorem gratulatione quamprimum typis mandari et Magistratibus ac præfatis administris Saluberr. ordinis nomine offerri decreverunt.

Secundò audito M.ro Eliâ Col de Vilars Exdecano qui Colle=garum nomine et suo testatus est non sine maximo Voluptatis sensu per=lectum sibi fuisse Librum Illustris Viri Comitis de La Garaye cui Titulus est
* v. p. 849. 8. aout 1744. Chymie Hydraulique &c.* multaque in illo Libro inesse nova, jucunda et utilissima sibi et Sociis placuisse admodum; omnia universæ Medicinæ perhonorifica, ac proinde facultatis approbatione dignissima Censuit Sal.a facultas Librum laudatum cui Titulus est Chymie hydraulique &c approbatione Decani facultatis, Saluberrimi ordinis nomine, munitum cum laude et gratulatione prædicto illustri viro Comiti de la Garaye autori ocius esse reddendum, ut typis cum ipsi libuerit quod cito citius Exoptat fieri Sal.a facultas, mandari possit.

Tertiò ex relatione Examinatorum rationum M.ri Eliæ Col de Vilars apud quem pridiè convenerant, constitit operas 42343.tt acce=pisse 30000.tt fuisse mutuò acceptam summam pro litibus facultatis 5619.tt circiter fuisse expensas et omnibus acceptis diductis ex impensis superare summam circiter 3000.tt quas meritissimo Exdecano deberet Salub.a facultas quod ad Redditionem rationum accepti et expensi coram Congregatâ totâ facultate reddendarum scrupulosiùs examinandum remissum est.

Quartò super propositione factâ à Decano pecuniæ mutuò accipiendæ Censuit facultas Saluberrima

1° Licitum fore Decano duodecim millia librarum mutuò accipere Saluberrimæ facultatis nomine vel ab uno Creditore vel a pluribus.

2° transigere pro Reditu annuo vel durante vitâ Creditoris gallicè aiunt, a vie vel perpetuò ratione Vicenâ (au denier vingt) posit ut ponendis et iisdem conditionibus quæ ratæ fuerant tempore M.ri Col de Vilars exdecani

3° omnes summas à biscentum libris ad usque tria millia librarum licitum fore Decano schedulâ simplici datâ a se et a meritissimo Exde=cano tantùm facultatis nomine subsignatâ accipere fructum annuum reddendo ratione Vicenâ, nec subductâ decimâ et promittendo, instrumento publico debitum confirmare cum libuerit creditori.

Quod ad secundum modum comparandæ pecuniæ a Decano propositum salub.a facultas confirmavit Decretum latum Die Veneris 21o mens. augusti a. 1744. M.ro Ilâ Col de Vilars Decano quo ex Majori Suffragiorum numero sancitum est vz ex singulorum Doctorum Bursis triginta libellarum summa retineretur à Decano quam summam ex facultatis Voto, collegæ tres suprà dimidiam partem Doctorum jam persolverant; reliqui adhuc hærebant.

Quoad Tertiam habendæ rei rationem scilicet tollendo deinceps (adinstar Decumani Vectigalis Regii quod nunc tollitur super omnia prædia et super omnis generis possessiones) decumam partem omnium Jurium tàm Communium tùm privatorum ne excepto quidem Decano Verum excepto uno propter reverentiam Antiquiore Scholæ Magistro reque ad suum arbitrium ipsi relictâ, censuit esse presenti Decreto instituendum hoc Vectigal sed eâ Conditione vz si cui durior hæc Lex esse videatur, liceat ipsi Jus suum integrum à Decano privatim vel palam repetere. cui petitioni satis fiet à Decano absque ullâ discussione aut morâ.

Tandem quartum modum, Quattuor enim proposuerat Decanus, scilicet proximè futuri Examinis chirurgici dimidium jus relinquere Fisco convenientem judicavit Salub.ris Facultas et ita conclusi super omnib. articulis quibus chirographum apposuerunt M.tri Winslow, Martineng, Léaget filius, Busson, Payen, Poullin, Verdelhan, Bourdier, J. J. De L'Epine Decanus

Die x.o Januarii 1745. per compita urbis affixerunt Barbitonsores Chirurgi hoc Programma insolens.

Dieu Aidant.

Du Regne de Louis XV.

sous les auspices.

De Messire françois La Peyronie Ecuyer Conseiller Premier Chirurgien et Medecin Consultant du Roy Chef de la Chirurgie du Royaume &c.

Cesar Verdier, Maitre en Chirurgie et Demonstrateur Royal, fera gratuitement en faveur des Eleves en Chirurgie, un Cours Public d'Anatomie, sur le Cadavre d'une femme, conformément aux Lettres Patentes accordées par Sa majesté

Il Commencera Dimanche 10 Janvier 1745 a 3 heures précises de relevée

aux Ecoles de Chirurgie rüe des Cordeliers.

Defenses sont faites d'entrer avec Cannes ny Epées.

Permis d'imprimer et afficher. ce 8 janv. 1745 Marville.

unde patet plurimum nostrâ referre ut nosocomiorum administratores nos pro suis viribus Juvare velint, cùm penes illos sit irrita reddere Sanctiora nostra Privilegia quotiescumque ipsis placuerit.

Die Mercurii 13o Jan. 1745. Pastillariam Celebravit in scholis inferioribus M.r Petrus Chevalier. Interlocutores huic actui adfuere M.r Vasse, et M.r Dionis qui Primi Decumam partem honorarii, in hoc actu sibi debiti prælibari et in usus facultatis Juxta Illiud Decretum retineri libentes exempli gratiâ passi sunt et loco summæ de 3.tt 4.s sibi debitæ acceperunt tantummodo summam de 2.tt 17. 6. d

Sicque deinceps in gratiam boni exempli facilè et sine cujusquam improbatione perceptum est illud tributum ab hoc die adusque

Vide Comment. 5. apr. 1746. T. xxj. Diem 5.nam April 1746.

Die Veneris 15o Jan. 1745 adivimus Illustr.um Procuratorem Catholicum quem pridiè domi non inveneramus eique prout Nosocomiorum administro supplicem præfatum obtulimus Libellum quem ejus consilio scripseramus.

Die Sabbati 16o Januarii 1745. me convenit in scholas superiores M.r Durand Quæstor Universitatis, præmoniturus de comitatu quem præstare debebamus Rectori cum Cæteris academiæ deputatis cereos illustrissimo Galliarum Cancellario, Principibus Parisiis Commorantibus, Illustr.mo Senatus Principi aliisque Magistratibus die Sabbati

trigesimo Januarii 1745. et perendinâ die Regi, Reginæ Serenissˢ. Delphino Serenissimæ Delphinæ; aliisque Principibus Versaliis degentibus oblaturo

Die Lunæ 18°. Jan 1745 Illustrᵘᵐ. Senatus Principem apud quem frustrà nempè absentem pluriès jàm me contuleram tandem conveni eique et Memorialem Libellum Nosocomiorum administris quorum est Princeps inscriptum et supplicem alium libellum Regi exporrectum ad provisionem ut aiunt obtinendam quem utrumque summâ adhibitâ attentione lectarum se promisit.

Die Mercurii 20°. Jan. 1745. adivi eâdem de causâ Reverendissimum In deo Patrem Parisiensem Archiepiscopum comitatus Clarissimo Collegâ Mᵒ Martineng et meritissimo Viro Mᵒ Boyer archiepiscopi Medico Ordinario, qui benigne acceptos (ut solebat omnia) humanius dimisit.

Die Martis 26°. Jan. 1745. Ego et Mʳⁱ Martineng et Bergier ornati ut decet nos contulimus manè apud Illustres viros urbanæ Politiæ Proprætorem Dᵘᵐ de Marville qui nos semper redamavit, Dᵘᵐ Le Camus Curiæ Subsidiorum Proto Præsidem Dⁿᵘᵐ de Bernage Mercatorum Præfectum et Dⁿᵘᵐ de Nicolaï Cameræ Computorum dignissimum Proto Præsidem. ambos priores tantùm Domi reppērimus qui nos benignè ac comiter exceptos revertentes Comitati, et ad usque Cortem nolentes cum omni humanitatis et benevolentiæ significatione reduxerunt.

Domino de Nicolaï quem non inveneramus se causam nostram esse commendaturum promisit Mᵉˢ Renard Collega noster ejus medicus.

Post meridiem reversi Scholae unà cum Doctoribus ad facultatis negotia capessenda delegatis pro ultimâ vice relegimus quinque Conclusionum Articulos quos volebat ratos firosque habere Mᵉˢ Thorel antequàm de singulis ageret in secundo quem de Bono Publico ad mentem Illustrissimi Cancellarii componebat libello memoriali.

Vespere Rerum Civilium meritissimum Proprætorem adivimus: utrumque Præfatum libellum supplicem Illi nomine facultatis oblaturi. Pro more suo benignè affabiliterque nos Excepit Dⁿˢ D'aguesseau et revertentes Comitatus se tempore et loco memorem fore promisit.

Die Jovis. 28°. Jan. 1745. Nova et insolita in societatibus qualis est Nostra, numquàm sine periculo fieri nisi cautiones admodum multæ adhibeantur, fidem faciet quam hic loci condendam esse notationem existimo.

Viderant fortassè et non sine invidiâ deinceps non sine aliquâ spe (quid enim non sperat stulta sui opinio) plurimi qui per urbem semiclàm semi-apertè medicinam factitabant, Saluberrimam facultatem veræ virtutis ubicumque nata sit, undequàque adveniat Patronam atque fautricem, Joannem Astruc, multis titulis et de orbe litterario, et de Republicâ bene meritum, in gremium suum mediocri præmisso Exercitationum apparatu et condonatis ferè omnibus qui tunc fieri solebant sumptibus anno proximè elapso, cooptavisse; Inde quidam Luscus cæteris audacior (nomen prætermitto) ex Ardelionum genere, cornua extulit. Apud unum è nostris Collegis toti ordini Commendatissimum, nostræque Disciplinæ vindicem acerrimum obsequiosâ sedulitate irrepsit, officiorum, quorum in nostrum Collegam haud parcus erat, ratus minimam fore sibi mercedem, si sorti Joannis Astruc similem fortunam obtineret; Tantum effecit pedibus manibusque (quibus plurimùm valebat) ut vir Ille probus ingrati animi vitium seu potiùs crimen fugiens terme convenerit supèr hâc re allocuturus. Ut est ingeniosissimus ille Vir suprà modum amabilis, non defuerunt illi diversa rationum momenta quibus suaderet rem non esse indecoram neque fore pœnitendam. Multis Luscum extulit laudibus, præsertim quod Medicinam à viginti quinque annis et ampliùs in Populosissimâ civitate factitaret; scilicet Parisiis. Nos gravissimis usuris premi; magno et gravi ære alieno obstringi brevi illo obruendos

=endos ob lites ob Constructiones ædificiorum, ob Viduae quibus opitulari mos erat, ob Bibliothecam instituendam aliquam pecuniam inde redituram quæ nos onere levet. Respondi sapientissimo Collegæ fore nos semper Divites satis, si satis probatæ et vir=tutis et Doctrinæ Collegas haberemus. Non ita arctis nos premi nunc angustiis ut quæ huc usque Labori et Scientiæ cum Probitate Conjunctæ patuisset apud nos via, nunc modicæ Pecuniæ, nullo facto Eruditionis periculo, nullâ morum factâ prius disquisitione, pateret. Praxeos Medicæ viginti quinque annos, per quos silente et despiciente facultate prævaricatus fuerat Parisiis, vilescere hominem nedum totidem titulos ad mentem Edicti Regii a. 1707. Legitimos afferret. hos annos quibus in facul=tatem fuisset perfidiosus jactare cumulum esse impudentiæ; neque Decano numquam de tali homine, et similis farinæ Medicastris aures facultatis esse obtundendas.

Alii bene multi non minus altos conceperant ~~animos~~ spiritus, minore forsan stultitiâ, sed non potiori jure: inter quos vir quidem amari dignus et quem optassemus Collegam si nostrum omnium vestigiis insistendo voluisset tritam à Magnis Viris viam sequi. Verum Officio Regali munitus, et majori negotiorum numero Districtus, tam longæ exercitationum Periodo quanta est nostra, vacare non potuit, legitimoque titulo Contentus Legitimam, Legitime sæpe nos testes advocando Medicinam factitat.

Hæc quamvis meæ domus interioris silentio peracta sint fidem Commen=tariorum nostrorum celare non debere me arbitratus sum. Præ pudore enim nomina coram facultate constanter tacui et Tacebo; tum ne pudeat facultatem tam ambi=tiosos spiritus gerere tam viles homines, tum ne tales vel nominari superbiant.

Sed ne in posterum temere talis concedatur gratia qualis concessa merito fuit Clar.° M.ro Astruc collegæ nostro, et merito semper concedetur Paribus sciant necesse mihi visum est Posteri quam periculi plenum sit et aleæ illud exemplum.

Die 29.° Januarii a. 1745. Jamjam exiturum comite Clar.° Coll.â nostro M.ro Martinenq ut reliquos Nosocomiorum Administratores omnes et singulos inviserem=mus; (Qui enim inter illos sunt, Magistratus tantum adiveramus) me convenit D.nus Farelly hybernus vir bonus nec indoctus qui de Causâ, ob factitatam ab ipso sine legitimo titulo Medicinam et postulatum ab illo in foro honorarium, ceciderat coram Judicibus Castelleti, rogaturus ut remitterem ei aliquid ex sumptibus litisquibus damnatus fuerat. Respondi nihil me posse in hoc Negotio quidquam in illius gratiam facere inconsulto salub.° ordine, quod Nolui. Maluit omnia liquido persolvere nostro Procuratori: promititque se proximo anno stiturum coram Sal.â facultate ab ipsâ interrogandum, ut admitteretur; et pro=missis omnibus satisfecit tempore et loco.

Illo dimisso, veste communi non Togâ induti convenimus omnes præfatos administros, inter quos Proprætor rerum Capitalium nos admonuit bonâ fide se quottidie Cadavera concedere petentibus Chirurgis non oblatâ Decani Sal.æ fac.' veniâ. se jam de hoc confabulatum esse pluries cum Procuratore Regio sed D.m de la Peyronie Proto Chirurgum=barbitonsorem (quotiescumque hujusce defectus causâ denegatum fuisset cadaver) furibundum accurrisse, petentem num tot ambages tantasque diffi=cultates pati deberet Commodum Publicum; ac sic cessisse clamoribus importunis istius hominis, ac proinde nobis esse auctorem qui videremus Procuratorem Regium, atque cum illo rem nostram disponeremus. Illum enixe rogavimus ne deinceps vellet talem licentiam contra Leges concedere. Cæteri omnes quos plurimos inve=nimus humane, Comiter, et cum reverentiâ si fas est dicere nos et exceperunt et ad Cortes usque suas comitati sunt abeuntes.

Die sabbato 30.° Jan.' 1745. non aperta fuit Capsâ pro more propterea quod peracto Sacro antequam Convenissent Doctores Pauperibus ægris operam et consilia daturi, mihi adeundum fuit cum adjuncto ad Ædes Mazarinæas comitatus faciundi Causâ Ampl.° Rectori qui Cereos hac die esset oblaturus.

N.â quod Archiepiscopum neque Rector, neque nos, adivimus hoc anno sed tantum Cancellarium tres Proto Præsides. Majores universitatis officiarii nomine illius obtulerunt Cereos archiepiscopo Pro Prætoribus aliisque, quos Academia hoc dignatur honore.

Die Lunæ 1.° februarii a. 1745 versalias unà cum Universi=tate Parisiensi petiimus, more solito, cereorum Regi Reginæ &c offerendorum causâ.

Die Martis qui fuit 2.us febr. 1745. peractis de more Sacris solennibus in Sacello distributæ sunt Candelæ cereæ binæ singulis Docto=ribus præsentibus, et Baccalaureis singulis singulæ; et apertâ quæ ob causas prædictas sabbato anteriori aperiri nequiverat capsâ, probata fuit Thesis Magistri Ruellan et rata ac grata habita fuere responsa M.ri francisci Paris Baccalaurei.

Die Mercurii 3.° febr. 1745. Dilata ob causas suprà memoratas, comitia menstrua habita sunt. Dein celebrata fuit Pastillaria M.i Bourdier

Eodem die Litteras Domini Giraudot, Principi senatus a secretis accepi quâ Illustrissimum hunc Magistratum nos alloqui velle commonebat.

Hic fuit Illarum tenor.

Monsieur.

Monseigneur Le Premier President m'ordonne de vous marquer d'avoir la bonté de passer a l'hotel aujourdhui ou demain sur le midi, à votre commodité, pour vous declarer ses intentions au sujet de l'affaire de la faculté avec Mr. Prevôt avocat.

J'ai l'honneur d'etre tres parfaitement
Monsieur

Votre tres humble et
tres obeissant serviteur
Signé Girault.

Ce mercredi 3e fevr. 1745.

Itaque sequenti die, Jovis, 4° febr. A. 1745. Ego et Mri de Vilars, Procope, Martineng, Le Moyne, et La Cloy apud Illustrissm. Senatus Protopræsidem, ivimus horâ videlicet meridianâ. Agebatur de Bibliothecâ. Instigabat eum Mr. Prevôt Clar. in senatu Patronus qui testamento delegatam sibi à D°. Belêtre Collegâ nostro Bibliothecam, ut in universitate collocaretur nobis dono dederat. Volueras quidem lubens, hoc munere sed nudo nobis gratificari, sed cupiebat ut impensas huic ordinandæ collocandæ, servandæ, et in usum publicum instituendæ necessarias nostro ære faceremus. Non doluisset eum si aulam, Tabellas, armaria eleganter, ut decebat concinnassemus, dein Custodis et Subcustode ministrorum officia instruxissemus, ita ut nihil nisi in diversa adimplenda munera viros dignos compellare superfuisset. Sic paratis omnibus Bibliothecæ Præfectum et in hâc re gerendâ ministros quos obtulisset de ordine nostro Vir bene meritus, haud facile fuisset non admittere, recusare fuisset turpius. At ratione se gessit inversâ saluberrima facultas. Dixit Illustrissimus Senatûs Princeps constituendum esse, qui responderet D.no Prevôt, Procuratorem in Curiâ cujus operâ et ministerio res judiciali jure peragerentur. Secùs Bibliothecæ Negotium infinitum fore. Promisimus extemplò nos esse facturos satis. Mutato sermone nuntiavit Benignissimus ille Magistratus die sabbato proximè sequenti habenda esse generalia pro Nosocomiis Comitia; (aiunt, qu'on tiendroit le grand Bureau) ibique super nostrâ expostulatione deliberandum; bonamque spem nos habere jussit.

Itaque vespere ejusdem Diei duodecim administros Magni Nosocomii, et ex Consilio Mri. Negre Propretoris Criminalis, Procuratorem Regium in Castelleto quos nondum ~~invite~~ramus allocuti omnes, invisimus, Ego et Mr. Martineng. et postero

Die Veneris 5° febr. 1745. adivi D.num Thomason Procuratorem facultatis, et de Bibliothecæ Doni perfectione prosequendâ cum M.ro Prevôt colloqueretur rogavi, et ad id specialiter juxta præscriptum illustriss. Senatûs Principis constitui Die Martis sequenti 9° febr. 1745.

Die Dominico 7° febr. 1745. accepi Epistolam a M.ro Thorel celeberr.° in Senatu Paris. Patrono (qui tùnc memoriale nostrum super utilitate publicâ conficiebat) quâ conquerebatur acerbè quod dum nostris rebus insudaret, diù noctuque illis invigilaret, nos intereà D.m Daillié amicum unius è suis familiaribus sibi arctissimâ necessitudine conjuncti ferro et igni persequeremur. Rogare se ut quamprimum huic malo occurram &c. respondi falli certè illum. Istius hominis quem tam acerbè persequeres ex quo essem Decanus nomen me ne protulisse quidem neque audivisse; reverâ non mihi prorsus ignotum esse illud negotium; brevique me hanc litem fuisse prosecuturum, sed quoniam Illum suum Clientem faceret me super hâc re consultarum esse saluberrimam facultatem, responsumque me illi nostro Defensori ocyùs esse redditurum Die scilicet 13° ejusdem mensis post Meridiem.

Die Mercurii x° februarii A. 1745. dùm in scolis celebrabatur Pastillaria D.ni Le Camus, relictâ togâ, in Basilicam Regiam vulgò les Thuileries, me contuleram paucos ante dies Epistolâ commonitus, ab illustriss.° archiatrorum Comite D.no de Chycoineau mihi scriptâ ut ibi cum illo et Celeberrimis viris assessoribus M.ris Vernage et Malouin judicaremus de arcanis remediis quæ agyrtæ et circumforanei vendere ut sibi liceat postulant. Tria sunt admissa quorum compositionem et vires sibi notissimas esse asseveravit Dignissimus Præses M.r Chycoineau scilicet unum pro strumosis ulceribus et canceris leniendis alterum pro Glaucomatis Dicti Boucher, Tertium stomachicum Dicti Pastourelle.

Notandum quod in hisce Comitiis hoc Die D.nus Bounid Doctor Medicus à secretis D.ni Chycoineau munus cognitoris (de rapporteur) adimpleverit, deque examinatis à se Libellis omnibus supplicibus illorum agyrtarum et illorum

medicaminibus retulisse coram nobis. has partes suscipere solere ad hunc usque
diem D.num Geoffroy Pharmacopœum qui sic, imperium ità obtinuerat in illâ Pro=
=vinciâ ut per illum tanquam per Deum jurarent omnes qui Privilegia concedi
sibi postularent; Novam igitur ex illo die formam acquisivit illud comitium.
tardiùs solito scilicet post undecimam elapsam ^accessit^ D.us Geoffroy; sivè quod nullus
ad illum à Primario Medico missus fuerat Agyrta et doleret se jam
ferè nullum esse in hâc Administratione, sive quod negotiis suis distentus
fuisset, per modum Confabulationis tamen post salutes acceptas ac redditas
strictim aliquid dictum est de iis super quibus Conclusionem pronuntiarat
Prœses D.nus chycoineau ante illius et D.i Malaval qui etiam seriùs adve=
nerat, adventum.

Conclusum fuit post maturam deliberationem in hoc comitio
Privilegia quæcumque habent aut concessiones aut permissa agyrtæ
ea illos omnes ante proxima Comitia esse relaturos.

Secundò non concedenda fore deinceps ulla Privilegia nisi
testis curarum (gratuitò quidem advocatus fuisset medicus comitiorum
assessor. Tertiò tandem rogaretur Illustriss. Comes de Maurepas
Regni Administer, quem spectant res civitatis juberet urbanæ Politiæ
Proprætorem, omnes quotquot antidotos vendunt, programmatis nuntiam
ad se accersere, et ad Comitium (la Commission) remittere velit.

Die sabbato 13.o febr. 1745. Salub.a fac. medica Parisiensis
Legitimè ut moris est per schedulam in domos singulorum Doctorum per
Bidellos delatam convocata in scholas superiores, et ibi Congregata post
sacrum horâ decimâ ipsâ Matutinâ, Decanum de Litteris Commenda-
titiis Clar.i viri D.ni Thorel in supremâ Curiâ Patroni et de Bibliothecâ
aliisque rebus dicentem auditura atque posteà deliberatura, appel=
=latis singulorum Doctorum Nominibus decrevit et statuit ea quæ
sequuntur. Super Primo Articulo, Lis erat inter nobilem fœminam
Marchionissam d'Empus, Dictum Daillié Pharmacopœum Parisiensem
et quemdam dictum de La Roche se jactantem Chirurgum Legati Regis
Lusitaniæ; in hanc litem per intercessionem descenderat S.a Facultas,
adversùm prœfatum Daillié Pharmacopœum qui petiebat a D.na March.a
D'Empus summam de 522.tt 10.s schedulâ memoriali quam Castelleti
Judicum jussu Contraxerat alter Pharmacopœus percelebris D.nus Geoffroy
ad summam de 174.tt 16.s pro medicaminibus quæ (aiebat) jussu D.ni
de la Roche suppeditaverat. Notandum quod hic Nebulo ut dictam
fœminam emungeret finxerat se a dicto Pharmacopœo in jus trahi
propter medicamenta quæ ipse de la Roche prœfatæ Marchionissæ
propinaverat, ut è scorbuto liberaret. se premi ac proinde cogi ipsam
Marchionissam in jus vicissim trahere. Ludus non profuit. admonita
facultas præmissis præmittendis, suum jam tenebat utrumque Reum,
et imminenti Justo Judicio, jam jam plectendus uterque, poenam instan=
=tem effugere Neuter valebat, cum D.us de la suze Præfectus Generalis
omnium Negotiorum Ducis d'antin amicus M.ri Thorel oravit amicum
nostrum tunc defensorem ac Patronum vellet rogare nos hanc litem
componere aut potiùs prorsùs dimittere. Itaque saluberrima facultas
nostrum Patronum propter perpetuas moras parùm benè de nobis meritum
conciliare volens at de bene merituro plurimùm sperans, atque per anticipa=
=tionem bene mereri volens justa odia condonavit. Itaque
Super hoc primò articulo Censuit rem integram esse ad arbitrium
D.ri Thorel permittendam, ut est æquissimus rerum æstimator necnon
idem sagacissimus, ita rem ad arbitrium suum temperet ut neque ex
concessis hodiernâ die, aut concedendis abutantur aut abuti possint in
posterùm Dicti de la Roche et Daillié aut alii. Prœtereà litem ità
componat ut suprà laudata nobilis fœmina Marchionissa d'Empus
non illiberaliter et indecorè a salub.â facultate derelictam se esse conque=
=ratur. ~~su~~ Super secundo articulo salub.a facultas ratum et gratum
habuit juxtà præscriptum ab Illustriss.o senatus Principe specialiter
constituisse Dominum Thomason Procuratorem, qui super Bibliothecâ

responderet Clariss.o viro M.ro Prevôt Celeberr.o Patrono, et hoc negotium tandem post ferme quindecim annos ad optatum finem perducat. Et sic super hisce duobus articulis conclusi G. J. De L'Epine Decanus.

Eodem die supplicavit in iisdem comitiis M.r Carolus Payen* quas operationes chirurgicas omiserat annis 1642 et 1643, liceret illi hoc anno 1745 celebrare. Placuit assignare dicto Collegæ M.ro Payen mensem Octobrem labentis anni, quo posset operationes chirurgicas si vellet in Amphitheatro celebrare, nec moram ultrà mensem prædictum traheret, ne concurreret cum aliis Professoribus quibus hoc tempore elapso amphitheatro est opus et sic ex unanimi suffragiorum consensu cum saluberrimâ facultate conclusi G. J. De L'Epine Decanus.

* vide p. 640. 748. 792. 793.

Eodem die rogavi facultatem vellet ut octoginta libras quotannis concedere minori nostro Apparitori Paullé qui hasce 80# persolvebat in nostris mei ædibus dicto et assignat integræ domûs conductori ultra pretium centum libellarum quas facultas ipsi concesserat ut habitationem sibi commodaret in viciniâ, quo tempore dirutæ parvæ nostræ domus ruinæ novo fecerant locum amphitheatro. Occupabat nunc parvam aulam cum officinâ continuâ in antiquâ majori (nunc solâ) nostrâ domu.

Placuit facultati indulgere postulatum et sic conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Eodem die Sabbato 13.o febr. a. 1745. apertâ capsâ probata sunt responsa M.ri Le Clerc Baccalaurei unanimi suffragiorum ut optime merebatur consensu et sic conclusi G. J. De L'Epine Decanus.

Eodem die antequam solverentur Comitia retuli quam humaniter nos excepissent et verbis et amicitiæ quibuscumque testimoniis omnes tum nosocomiorum, tum Xenodochiorum administri et Illustrissimi Magistratus qui illis præsunt quod gratissimum fuit celeberrimo ordini. Nuntiavi præterea eâdem horâ quâ facultatem alloquerer apud illos nostram rem agi, quod mihi notum factum fuerat ab honestissimo et maxime urbano viro D.ino Reneux magni Nosocomiorum Consilii scribæ fidelissimo. Omittere inter plurima non debeo cum poposci ab illo ordinem administratorum et ubi habitarent respondisse ultro et summâ humanitate se, deferendos, si vellemus nostros libellos ad ædes singulorum esse curaturum.

Die 15.o februarii a. 1745. misit ad me Epistolam Illustriss.us archiatrorum Comes quâ rogabat vellem adesse experimentis ad curandam luem Veneream quæ suffumigiis et Ptisanâ quâdam me coram non tentare (jam enim a longo tempore expertus erat) sed me teste probare volebat quidam dictus de la Rivoire, ut ex meo testimonio in proximo comitio verius judicium proferre possemus. hoc officium æqui bonique consulens suscepi, et per mensem integrum ter aut quater visitando in unâ quâque hebdomade, duorum ægrorum maris et fœminæ curationem hunc hominem ad sanationem perduxisse vidi.

Quamvis ab omnibus generatim Agyrtis jure ac merito abhorreamus tamen cum hanc methodum quæ parum differt a methodo amborum Mattot Pauli, et Alexandri Petri collegarum olim industrium non omnino inefficacem sæpius expertus fuerim ac proinde societati sæpissime commoditatis et facilitatis (quæ maxima est in eâ curandi ratione) causâ perutilem. aliunde chirurgis qui hanc utpote parum sibi proficuam detestantur, subtrahere plures prædas quas nec redderent, nec retineremus non alienum ab utilitate publicâ et a facultatis commodo esse duxi, si me Decano Salub.æ facultatis approbante Privilegium hosce morbos suâ methodo quam arcanam dicit etsi ab omnibus medicis ex supradictis cognoscendam, curandi potestas illi concederetur.

Hæc sint dicta satis, ut sciam posteriores Decani quomodo hoc durante meo Decanatu se res habuerint in Comitio dicto La Commission quod huc usque legibus fluctuavit incertis. Ex illo die omnes ægroti curandi hujuscemodi Remediis, omnes qui curationes obtinendi Privilegii causâ similes tentare volebant a Primario Medico Illustriss.o Viro D.no Chycoineau ad Decanum missi sunt solum, qui inviseret ægros, curationes, remedia, compositionem medicamentorum audiret, probaret, de iis in comitiis

referret

referret et Programmata ac schedulas, quæ typis mandari optare scripto et chirografo apposito auctorarem, antequam urbanæ Politiæ Proprætor prælo vulgari pateretur

De similibus Litteris quæ plurimæ ne dicam innumeræ labente meo Decanatu allatæ sunt ad me Verbum non ampliùs addam.

Eodem die 15.° februarii 1745. adivi Dominum Reneux qui nos causam vicisse unanimi voce die Sabbato ultimè Elapso gratulatus promisit intrà paucos dies penès me fore Extractum deliberationis.

Die 18.° februarii a. 1745. peractâ in Scholis inferioribus disputatione extrà ordinem, M.ri Poillonier debitas Illustriss.° Senatus Principi gratias egimus in Illius Palatio. Mihi Comites aderant M.ri Procope, Col de Vilars, Martineng, Linguet, Rabours, Poillonier, Bourdier, ac ne pœniteret Meritiss.os administros nobis insciis et non rogatis nemini fecisse copiam Cadaverum in suâ ultimâ deliberatione videventque curare nos ac consulere ne quid ex illo nostro Privilegio vel potius ex illâ sapienti lege detrimenti Caperet Respublica, obtulimus honoris gratiâ, duo Programmatis M.ri Winslow exemplaria renascentis hodie Medici Amphitheatri Primitias. his Judicavit facile cum gallico idiomate fieri deberent, tum lectiones, tum demonstrationes, illustre illud quod non sine magnis sumptibus extruximus Monumentum, Vigiliasque nostras non solis Philiatris sed etiam Tironibus Chirurgis aliisque quibusvis Artis ministris nos Consecrare. Gratulantes urbanâ quâ solet amœnitate gratulatus est utrumque; et quod impetraveramus, et quod faciebamus.

Inauguratio Amphitheatri A M.ro Winslow. 18.° Febr.i 1745.

Horam paulisper antè tertiam post meridiem ejusdem diei 18.i febr. 1745. ingressus est amphitheatrum, longo Illum sequente Doctorum togatorum ordine Magnus Winslow. Capita tantum non subsellia videbantur. Magna ex alto impendebat capiti Corona assidentium quasi pendentium in Aere. Susurrum levem atque Reverentiæ plenum lætitiæ communis dum ingrederetur indicem statim consecutum est altum silentium. Vastam solitudinem diceres.

Sua est ingenuitati peculiaris Eloquentia. Lectiones suas brevi oratione sed ingenuitatis singularitate, et Candore Commendabilis, Genealogiam si fas sit loqui anatomicam deduxit ab illustribus utrisque Riolanis. Ab illis recto ad se tramite descendisse disciplinam anatomicam demonstravit. Riolani fuerat Discipulus Simon Pauli: Percelebrem famâ illum Simonem Pauli audiverat Illustris Steno nostri Winslow avunculus. Stenoni magistro quis nescit Bartholini deberi famam. Per illos Ego Riolani sum nepos ultimus exclamat venerandus Ille senex. Sic addidit, Cor sanguinem per infinitos vasorum Mæandros mittit ad extremas usque Microcosmi partes. Sic Academia Medica parisiensis quæ est Cor, Principium, Centrum veræ omnis Medicinæ ac præsertim germanæ et genuinæ anatomiæ, mittit per totum orbem terrarum discipulos qui cognitiones Medicas et Anatomicas ab illâ deferunt in remotissimas orbis terrarum extremitates, indè per illorum nepotes, ad Saluberr.am Facultatem tanquam ad centrum undè emerserunt, reversuras. Desiit vota faciendo ut longo tempore pergat, nec desinat unquam similes Periodos seu circulos producere alma Mater Saluberr.a Facultas Medica Parisiensis. Tranquillâ pace, a primo ingressu ad ultimam usque Sylla=bam hujusce Venerandi Senis, potiti sumus. Nec tirones Chirurgos qui plurimi aderant nisi veste dispari, a sapientioribus Philiatris discernere quisquam potuisset. Tantum valet in discipulos, magistri virtus et dignitas!

Sedilium quattuor interiores ordines fuerant maximâ curâ asservati, post illos sedebant admissi sesquihorâ scilicet ante alios Philiatri, donec paterent cuilibet fores ambæ exteriores, satellitio armato defensæ ut et interiores. Credo pacem et tranquilli=tatem quæ fuit maxima ante, per, et post, opinioni quam habuerunt, ingressuri latere in multitudine speculatores a ministerio Publico delegatos et inter illos Lictorem (un Exempt) quem sciebant me postulasse pridiè ab urbanæ Politiæ Proprætore D.no de Marville cujus jussu (D.ns guillot) assiduus Lectiones quotquot fuerunt M.ri Winslow nullo facultatis impendio ad finem usque frequentavit.

Die 20.° febr. a. 1745. Sabbato accepi epistolam cujus sequitur tenor à Domino Reneux administrationis Nosocomiorum scribâ cum hâc superscriptione.

A Monsieur
Monsieur De l'Epine Doyen de la
faculté de medecine rüe de Clery.

Monsieur
J'ai l'honneur de Vous envoier ce que vous m'avéz
demandé
Et d'etre avec Respect
Monsieur

Votre tres humble et
tres obeissant serviteur
Signé Reneux f.

ce 20 fevrier 1745

In alterâ Papiro quæ fuerat juxtà meam postulationem inclusa in præcedenti Epistolâ sic habebatur

Par Deliberation du Bureau de l'Hopital general, du Samedi 13e. Fevr. 1745. à l'Archeveschè.

Il à eté arreté qu'il ne sera plus delivré de Cadavres aux Maitres Chirurgiens, qu'ils n'aient, conformement aux Arrets du Parlement, presente Requête au Doyen de la Faculté et n'en aient obtenu par ecrit la permission de les enlever

Delivré par moi Greffier du Bureau Soussigné
Signé Reneux f.

Die Lunæ 22°. februarii a. 1745. dum audirem lectionem M.ri Winslow (quater ille solebat singulis hebdomadis docere. Exceperat scilicet dies Mercurii et Sabbati Scientiarum Academiæ dicatos et diem Dominicum) accepi Mandatum ab Ampliss.° Rectore, Fromentin quo die sequenti, Martis scilicet, ad diem usque Mercurii hebdomadis sequentis qui erat dies Cinerum jubebat vacare scholas, propter Nuptias Serenissimi Delphini Ludovici Borbonii cum Augusti Regis Polonorum filiâ. Paruimus huic mandato, ut ferebant res præsentes. Fideliter siluerunt Professores per totum illud Tempus. Lectiones anatomicæ, quia per Cadavera non datur mora, perseverarunt; Pastillariæ, Theses ipsæ, propter multitudinem exercitiorum nostrorum quæ geniales dies non agnoscunt et à solis diebus festis retardantur, de more locum habuere diebus sibi assignatis.

Die Jovis 25° februarii a. 1745. recepi a Domino Josse in Castelleto Procuratore duas lites integras scilicet unam adversus Dallier imperfectam quam ex jussu facultatis (vide Comm.a p. 938. 13.° febr. 1745.) M.ro Thorel qui eam suo Arbitrio componeret, remiseram; alteram adversus Berard Chirurgum-barbitonsorem Proprætoris Civilis. hoc sub judice causâ nostrâ cecideramus et Decreto 28.° Novemb. 1744. lato jusserat Salub.a facultas de istâ sententiâ provocari et ideo hanc litem D.no Thomason nostro in supremâ Curiâ Procuratori tradidi, qui provocationem legitimam institueret atque prosequeretur.

Integros dies 26.um et 27.um febr. a. 1745. exegimus in invisendis grati et benememoris animi testificandi gratiâ omnibus, tùm Magistratibus, tùm administris (ut aiunt inferioris ordinis). Apud Magistratus plures me reverentiæ et dignitatis Causâ comitati sunt Doctores. Apud coeteros Administros eunti solus adfuit Magister Martineng. Ille Vir mei amantissimus ubique fuit comes indefessus, atque perutilis, utpote qui rerum nostrarum unus ante omnes scientissimus, facultatis Bono devotus, Leni animo, ac temperatis moribus maximè commendabilis. Facili fuit et perspicaci ingenio atque prudentiæ pleno. Hoc Duce, hoc Comite, hoc Præceptore, securus ac fidens me conferebam quocumque res facultatis postularet. Consilium semper erat ad manum.

Apud Illustriss.um Senatûs Principem repperivimus M.rum Prévôt cui Natura concessit maximam in dicendo Libertatem. De Bibliothecâ nimirùm verba fecit. obscurè innuere visus est Universitatem esse illiciendam ut sumptus Bibliothecæ participaret: sed clare addidit oportere nos per Universitatis [illegible] demari. cui proposito si adhæsissemus liquet, cujus sub autoritate futura fuisset [illegible] Bibliotheca; Parùm moratus hæc Verba quasi non audita, iterùm gratulatus [illegible] Ill. Sen. Princeps nostrarum Postulationum successus prosperos Clientelamque suam promisit atque amicitiam.

Illustriss.æ Cameræ Computorum Proto Præses D.nus de Nicolai urbanissimè in penitius Cubiculum exceptis dixit nihil nisi justa nobis fuisse et petita et concessa.

Eadem humanissima Verba reddidit Dominus Le Camus curiæ Subsidiorum Proto Præses, cum omnimodâ amicitiæ et urbanitatis in reducendis nobis significatione.

Proprætorem Rerum Capitalium Togati hâc vice, administro simùl et Magistratui gratias acturi invisimus. utrumque nostrum Postulatum censuit æquissimum. Gratulatus est quod nostra vota secundassent administri: Quod ad se Proprætorem spectaret bonâ fide invigilaturum ne quid præteritis simile committeretur, ac ne quod Cadaver per dolum aut fraudem posset ab illo elici suadere ut in libellis etiam nostris, quos porrigere solebant olim Archidiaconi nunc Apparitores, Decanus nomen apponeret, ne fraus illi (Proprætori) fieret. Quod quidem per reliquum Decanatûs mei tempus non feci, propterea quod omnia quibus opus fuit Cadavera eaque non pauca multo minori sumptu è nosocomiis habui.

Coeteri omnes administri quos plerosque domi invenimus collætari nobiscum valdè gaudere se quod felicem ac debitum rem tam æquam, tamque Justam nobis concessam fuisse: habuisset exitum nostra spes.

Inter illos M.rs Denyau Celebris Patronus de genere medicorum nostræ causæ, ut decebat filium Illustris Parentis Parisiensis Doctoris celeberrimi, addictissimus narravit Illustriss.m Senatus Principem D.num de Maupeou in Comitio 13.° februarii nitidè, perspicuè, et graviter nostram causam egisse. Non minori fortitudine aut perspicuitate locutum esse D.num de Nicolaï. Laconicè quidem sed generosè firmiter et nitidè ante alios omnes D.num de Marville Politiæ Propræt.m nostra Jura sustinuisse: solum Dominum Arrault (Patronum) unum contra omnes (tandem post effutita ineptè plurima Verba per horam fermè integram solum relictum) contradixisse sed suo prorsùs cum dedecore atque omnium improbatione.

Die 1.° Martii a. 1745. scilicet Lunæ habita sunt de more Comitia Menstrua.

V. p. 992

Die Sabbato 6.° Martii. a. 1745. habita sunt Comitia apud Amp. Rectorem Menstrua.

Die Dominico 7.° Martii. a. 1745. Congregati sumus M.er Bourdelin Antiquus Decanus, M.er Davier, M.er Vasse, et M.er Verdelhan, Cæteris rationum Examinatoribus similiter advocatis quamvis absentibus, apud M.rum Etiam Col de Vilars meritissimum Exdecanum lecturi Commentarios tertii anni illius Decanatûs in quibus nihil desiderari visum est omniaque ad accuratissimam Veritatem exacta nobis visa sunt.

Cum vererer ne Professoribus scholarum sive Anatomiam sive Chirurgiam in suo stadio edocturis deficeret, ex improvisò, manus exercitio demonstrationibus assueta, rumorque sic serem habituram esse, ad meas aures delatus esset non possum silentio prætermittere, atque hic loci non commemorare quo animo me exceperint meritissimi, ad quos me contuli, Collegæ cum illis super hâc difficultate collaturus.

Die Lunæ 8.° Martii a. 1745. adeo Clar. Coll. M.rum Bertin huic expono quod pro magnis simultatibus atque dissidiis quæ intersunt, nos inter et Chirurgos, posset fieri,

ut dum Clar. Coll. noster D.us Winslow extraordinario cursui totus intentus est eoque se defatigat plurimum benignissimus ille senex, sibi fingere Chirurgos totam cum illo defunctam esse apud Medicos anatomiam extinctamque prorsus Chirurgiam nec quemquam esse in Sal.a fac.e superstitem Gourmelinis Courtinis et sexcentis aliis Doctoribus medicis Parisiensibus eorum Præceptoribus atque Magistris. Quod si (proh Nefas) vel levissima suspicione posset nostrorum concivium mentem occupare, utinam unà cum veteris Amphitheatri ruinis consepulti jaceremus, nec quisquam nostrûm tanto dedecori superstes spiraret inglorius. At quoniam longè melius magisque faustum de re nostrâ academicâ ominarer, illo (M.ro Bertin) vivo ac superstite, nihil tale infamiæ nostro ordini pertimescendum esse reri me: ac proinde ad ipsum me contulisse postulaturum num in casu defectionis absolutæ Barbit. Chir.orum quo recusarent prorsus ministrum tum in operationibus tum in anatomiis celebrandis ut debent, et legibus tenentur nobis suppeditare postulantibus, vellet manum operi admovere, operationesque Chirurgicas suâ manu coram Philiatris palamque peragere. Gratissimo ille animo atque ergà facultatem benevolentiæ pleno propositum accepit, honori sibi maximo esse ducens, tantam mihi ac facultati esse de illo existimationem, dum viverent plures qui optimè et cum maximo facultatis emolumento atque honore, necnon suo possent gauderentque hoc munere, sibi tam honorificè oblato defungi; promisitque quotiescumque vellem ac placeret se fore paratum: sciremque nihil in ejus vitâ unquam ipsi evenire posse jucundius quàm occasionem invenire, omnemque arripere de Sal.a fac.e bene merendi eique suum amorem suamque reverentiam testificandi.

Quem eodem die lunæ domo jam egressum non inveneram D.um Ferrein illustrem alium Collegam qui in anatomicis consenuerat repperi summo mane Die martis 9.o Martii 1745. Eique (D.o Ferrein) idem exposui (ac pridie M.ro Bertin) eademque rationum momenta. Quæ non minori excepta voluptatis sensu responsum non minus urbanum atque benevolum procuraverunt.

Ultrò quoque se obtulit alius Collega meritissimus etsi juvenis M.r de l'Allouette operationes Chirurgicas propriâ manu, si mihi in hac rerum medicarum perturbatione, chirurgorumque perduellione opus foret celebraturum. Ultrà non quæsivi qui vellet manum tempore et loco admoveri operi. Hi tres satis superque fuerant, et fuerunt. Chirurgi enim sive non ausi fuerint sive subodorati fuerint me cavisse ab illorum insidiis ac fraudemque, dolos, et omnia eorum deliramenta in eorum versura opprobrium Demonstratores quotiescumque opus fuit mittere et delegare non recusaverunt.

Exagitabat nos sine fine M.r Prevôt super negotio Bibliothecæ.

Die Jovis undecimo Martii invitatus ad disputationem cui præfuit M.r Davier illius amicus et familiaris, visitatis quæ illi honoris causâ ostendimus Amphitheatro, Scholis & ceteris locis, quandò devenit ad sacellum in quo conditi adhuc tamen sine ordine asservabantur libri, altare volebat loco moveri, hancque aulam quâ non habemus majorem præter scholas inferiores ubi nec salubriter nec decenter institueretur sacellum, Bibliothecæ uni contendebat esse conservandam. De Rectore in id negotium trahendo sub spe alicujus auxilii ab Universitate accipiendi, semper loquebatur. Ipse rem procuraret hortati, paravimus.

Die Sabbati 13.o Martii 1745. horâ X.a matutinâ post sacrum Sal.a facultas per Bidellos de more in scholas superiores per juramentum convocata fuit et congregata auditura relationem Clariss. virorum qui examinandis rationibus Tertii Decanatûs M.ri Eliæ Col de Vilars Exdecani præpositi fuerant 2.o de litteris testimonialibus Studiosorum Medicinæ 3.o de aliis rebus deliberatura.

Quoad primum Articulum Sal.a fac. auditâ relatione Clariss. virorum qui examinandis commentariis et rationibus Tertii Decanatûs Meritissimi viri M.ri Eliæ Col de Vilars Exdecani præpositi fuerant. Censuit uno ore rata et grata habenda esse illa Commentaria ideòque cæteris Salub.æ facultatis addenda, ibique quamprimum scripto exaranda et sic conclusi Die 13.o martii a. 1745.

G. J. De L'Epine Decanus.

Chirographum apposuerunt ad calcem hujus artic.i
M.ri Baron antiquus facultatis Decanus, Martineng, Cosnier,
Jussieu 2.us Bourdelin, l'Allouette, Busson, Macquer, Le Moine
Bernard, Person, La Sourdiere, Verdelhan, Bidault, Ruellan.

Quoad 2.um articul. decrevit unanimi consensu Celeberrimus ordo requirendas esse tantùm à medicinæ studiosis, antequàm nomen suum inscribant in Commentariis Sal.æ facultatis, in hac Medicis studiis operam daturi litteras testimoniales, quibus compertum habeatur eos in aliquâ universitate Philosophiæ per biennium vacasse, nec intelligere facultatem ab iis qui hasce litteras attulerint litteras Magisterii artium esse petendas.

Quod spectat ad Chirurgos qui volent medicinæ studiosis interscribi decrevit Salub.a facultas postulandum esse ab illis (antequàm inscribantur) instrumentum publicum quo Chirurgiæ opus manuale (mercedis causâ in posterum exercendæ) sine fraude prorsus ejurent, firmatque in quantum indigent decreta eosdem Chirurgos spectantia, lata die Sabbati 13.o Junii 1744. item die martis 7.o Jul. ejusdem a. 1744. et die Mercurii 1.o april. 1744.* sive jure privilegii, sive jure jurati illam exercuerint exerceantve.

*p. 845 et 847.

Et sic conclusi Die Sabb.o 13.o martii 1745 G. J. De L'Epine Decanus.

Exposui posteà Magistros Lud. flor. Bellot Pathologiæ Professorem et Ludov. Claud. Bourdelin Chirurgiæ Latinæ Professorem nihil morari quin lectiones suas singuli publicis demonstrationibus subjicerent oculis: deesse chirurgos: nullos ut solebant olim, hunc honorem ambire: vidisse se neminem: Quid agerent? Rem jam in deliberationem missurus eram cum plures simul exortæ voces quæsierunt an repulsi fuissent Professores nostri à quibusdam chirurgis qui detrectarent opus. Donec repulsam passi essent, non esse deliberandum Cum viderem eam esse omnium fermè communem sententiam sicque censere antiquiores suffragia non collegi nec super hac re quidquam conclusi. Et reipsâ non defuerunt Chirurgi utrique Professori.

Eodem die 13.o Martii 1745 accepi litteram sequentem olographam

A Paris ce 13 mars 1745

Je vous prie Monsieur d'avoir la bonté de passer chéz moi demain Dimanche dans la Matinée si vos occupations vous le permettent

Je suis tres parfaitement Monsieur votre tres humble et tres obeissant serviteur Signé Joly de fleury.

M.r del'Epine Doyen de la fac. de méd.e rue de clery

Super involucrum scriptum erat . . . . . A Monsieur

Monsieur de L'Epine Doyen de la Faculté de medecine

a Paris, rüe de Clery

Contresigné Joly de fleury

Die postero Dominico scilicet 14.o martii a. 1745. invisi D.m Joly de fleury filium Patronum Cathol. qui paulo post fuit Procurator Cathol. Mihi scripserat ut resciret quâ virtute pollerent apud nos litteræ Doctoratûs in medicinâ avenionenses, an valerent aliquid in Sal.a fac. Paris. Promisi me consulturum seniores, Commentarios, antiquitates eique omnia quæ possem ante quatuor aut quinque dies, nisi res urgeret, collecturum et allaturum.

Die Lunæ 15. Martii a. 1745. horâ 2.a pomerid.a Interfui Examini seu Tentativæ D.i Boulduc Pharmacopæi Doctore D.o Geoffroy accepi honorarium solitum de 6.lt

Die Martis 16.o Martii, a. 1745 habitum fuit Comitium pro conficiendo Rotulo in Mathurinæo horâ 7.a matutinâ

Die eodem 16.o martii illicò a Thesi Cardinalitiâ cui præfuit M.r Guillelm. de Magny ascendimus in scholas super. ibi capsâ apertâ ex unanimi suffragiorum consensu probata sunt responsa Juliani Hingant Baccalaurei. occasione datâ supplicavi pro Vesperiis et Doctoratu M.ri Marteau Licentiatus.

Die Veneris 19.o Martii a. 1745. supplicationes Universitatis ad Ædem Des Sacrani sub invocatione SS. Cosmæ et Damiani.

Eodem die reversus sum apud integerrimum advocatum Generalem D.m de fleury. Extracta quædam è nostris commentariis quæ illi promiseram attuli. Inter alia litteras avenionenses Clariss.o nostro Collegæ Camillo falconet pro litteris magisterii artium in almâ universitate Paris. quæ requiruntur antè quadriennium obtentæ, habitas. Item litteras avenionenses, quarum ope quidam Medicus Oppidi (Niort) obtinuerat Provisionem Officii Medici Regii quæ fuerat Registrata. Contrarium ostendi in disquisitionibus curiosis Riolani, in quibus videre est tres Doctores Avenionenses Cathedras Regias quas obtinuerant occupare non potuisse, quin novos gradus in Universitate Gallicanâ resumerent, nec nisi denuò celebratis ad id actibus necessariis, provisiones (ut aiunt) habuisse. Nescio ad quem usum postulaverit hæc omnia integerrimus ille Magistratus.

Die Lunæ 22.o Martii a. 1745. Duæ Juratæ in Castelleto Matronæ, sive obstetrices D.na Capitaine et D.na Jonès (quamvis enim quatuor sint officia Juratarum singulæ binis gaudent officiis quarum una filiam, altera veterem sagam la Marc duplicato muneri obeundo substituerat) me convenerunt post meridiem ægre ferentes quod à duobus annis et plusquàm sex mensibus 1.o Chirurgi indulgent (acceptâ procul dubio pecuniâ) pluribus obstetricibus quarum doctrinæ periculum nullum factum est, iisque dant tacitè veniam exercendæ artis obstetriciæ; unde fraudantur ipsæ Juratæ suis emolumentis. 2.o quod alias obstetrices novas quæ impensas solitas consignarunt, et examine probari admittique expostulant constanter et sine fine procrastinentur, magno illarum detrimento; quæ proindè Tantaleo more pecuniam sibi destinatam vident, non tangunt: dum interea mulieribus quibuslibet per totam impunè liceret, artem obstetriciam exercere magno artis dedecore et opprobrio, nec sine magno legitimarum obstetricum damno. Item acerbè dolebant et graviter conquerebantur quod à viginti et ampliùs annis nulla patuisset ipsis demonstratio anatomica in Amphitheatro San-cosmiano; quamvis legibus et Edictis quæ attulerant secum sancitum fuisset Chirurgis, ut illas in secandis cadaveribus fæmineis compellarent. Quâ super querimoniâ auctor fui ut de tam justis querelis Illustrissimum Galliæ Cancellarium certiorem facerent, justitiam ab ipso peterent. in nobis non fore quin optata obtinerent. eò tendere litem quam nunc prosequebamur contrà Chirurgos. de cætero persuasum haberent, quidquid penès facultatem futurum esset, numquàm illis esse defuturum, et ab eâ omne præsidium ac tutamen esse sperandum. Causamque illarum me viriliter acturum, cum primum aditurus essem Illustrissimum Galliæ Cancellarium.

Historia Contagiosæ Böum Luic, Anni 1745. Dictæ in Germaniâ La Murie. Parisiis La Maladie des Vaches.

Luæ Totam Europam, vastatis illius celerrimè omnibus Provinciis, horrendâ Pecudum strage per plures annos depopulata est.

Eodem, Die 22.° Martii 1745. accepi Epistolam ab Illustrissimo Senatûs Parisiensis Principe, ipsius manu conscriptam integram. Luce Posterâ, horam ipsam undecimam matutinam interminabat quâ illum adirem; clàmque illud fieri præsertim commendabat. Sic erat illius Tenor.

A Paris le 22.me Mars 1745.

Il est de la derniere consequence Monsieur, que je vous parle demain matin; Donnéz vous la peine de vous rendre a l'hotel du Bailliage, un peu devant onze heures. Il y aura Ordre a ma porte, de vous laisser entrer et de vous conduire dans mon Cabinet. Je vous recommande de garder le secret sur le Rendéz-vous que je vous donne Je suis Monsieur, tres parfaitement a vous signé de Maupeou.

Sic inscribebatur Epistola

A Monsieur

Monsieur De L'Epine Doyen de
La faculté de Medecine

A Paris. Contresigné Maupeou

Die igitùr postero 23.° Martii 1745. egressus antè undecimam horam è Scholis (ubi disputabat de Thesi Cardinalitiâ M.r Michaël de La Vigne Medicus Reginæ &c. M.ro Le Clerc Bacc. respondente) apud Illustriss.m Senatûs Principem me contuli. A Janitore Helvetio, ex dominico jussu admissum me duxit in Secretius Amplissimi Magistratûs cubiculum illius Domûs Præfectus nec diù Herum mihi expectandum esse asseveravit. Reverâ non longâ adhibitâ morâ reversus est è foro verendissimus ProtoPræses. Vix ante Prunas consederamus uterque, Nuntiatum est adventare Urbanæ Politiæ ProPrætorem. Paulò post supervenit Procurator Catholicus.

Agebatur de Lue Böum pestilentiali et Contagiosâ quam à quindecim ad summum diebus audiebant, non sinè horrore, per urbem et ejus Pomœria rapidissimè cum immani strage grassari. Per brevissimum illud tempus vix quarta aut ad summum Tertiâ pars urbis et Pomœriorum se immunem et inviolatam servaverat ab hâc peste. In uno eodemque stabulo in Pomœrio Montis Martyrum, ad lœvam in Planitie versùs agrum dictum la grande Pinte ou la petite Pologne, haud procul a Cryptâ novâ D.i Turgot mercatorum Illustris Præfecti ex vigintiquinque vaccis lactentibus, iisque ante mensem sanissimis duæ jàm supererant tantùm stabuli Magistro. 23.ae aurâ pestilentiali correptæ intrà dies octo perierant. Ambabus reliquis fatum imminebat consimile. Pari sævitiâ aut parum absimili cœteras urbis regiones depopulabatur formidabilis illa tabes, nec in dies gliscenti malo frœnum injici poterat adeò celeritèr et latè spargebatur incendium!

Jam à Mensibus aliquot Provincias hâc tetrâ lue infectas fuisse ferebatur. Et a Regiis Prætoribus Provinciarum Litteras acceperant quibus certiores fierent, ibi ad internecionem ferè extinctum fuisse genus Bovinum. habebant præ manibus ex hisce litteris plurimas cum dissertationibus supèr hoc malo, super-que remediis incassum adhibitis. Quasdam ipsis præsentibus legi, præsertim quæ ad diagnosim et Prognosim spectabant, ut morbum (si idem esset) recognoscerem. Plurima ob angustias temporis prætermisi. Cum constantèr in illis litteris prius jam attentè perlectis, nihil contineri animadvertissem quod in Curatione prosperum habuisset exitum; agitatum fuit quid in tàm miserabili Casu, tàmque urgenti Calamitate, agendum quæ adhibendæ essent Cautelæ. Nondùm mihi satis liquere de malo dixi; itaque super hisce abstinere me nùnc de dicendâ Sententiâ. Rem, ut optabant, me quantâ possem diligentiâ examinaturum, et de eâ apud illos vespere me, quæ accepissem autopsiâ fideliter esse relaturum et tunc quod æqui bonique consulerem, genuinè, ingenuè, et candidè dicturum. Quibus auditis deliberatione ad Vesperam remissâ rem integram mihi permiserunt et quidquid inter visitandum è re et utilitate publicâ esse ducerem fieri juberem, et curarem; illudque omne ratum et gratum se esse habituros. Præsto fore qui mandata exequerentur et qui exequenda curarent. Extemplò vocati sunt in Conclave (in quo Confabulati eramus) Jurati Lanii priùs hâc de Causâ accersiti, quibus injunctum fuit ab Illustriss.o Proto Præside ut in diversa urbis loca hâc peste infecta me ducerent comites assidui, mihique cuncta perlustranti monstranda omnia curarent. nec quidquam me celatum paterentur, mihique in omnibus obtemperandum curæ haberent.

Idem ab urbanæ Politiæ Proprætore vigilantissimo injunctum fuit Optimo ac verendæ apud popellum viro D.º Josse Politiæ Ministro (Exemt). Jussi me cum Rhedâ conveniret ocyùs: ante horam domi me futurum. Jam ab horâ inclinabat meridies, cum ab hoc Illustri Magistratuum cœtu discessi. Vixdùm elapsâ alterâ horâ domum advenere præfati ambo Jurati Lanii unà cum D.º Josse et uno aut altero è lictoribus Prætoris Politiæ, qui currum equis vecti, duces itineris præibant.

Diversa hâc die visitavi loca scilicet, à la ville l'eveque apud Dictum Vincent et alios Vicinos, a la rüe poissoniere et au faux bourg de Gloire trans ædem S.^{ti} Lazari. Cujus visitationis nonnisi post octavam horam derelictæ, rationem ipsâ die reddidi Illustriss.^{mis} Magistratib.' qui mihi à Septimâ Vespertinâ quâ adfuturum me promiseram apud Illustriss.^m Senatûs Principem præstolabantur. Inter alia moram fecerat apertura Cadaveris unius vaccæ, quæ me adventante extremum duxerat Spiritum, ineunte vico dicto la rüe des Poissonieres, post urbis aggeres arboribus consitos, haud procul à Portâ San-dionysiacâ.

Nolueram reverti inermis arripuique unicam quæ se hâc die mihi præbuit occa=sionem (Superfuerunt enim in posterum) unde daretur quid dicerem reversus ad Palatium.

In Organis Respirationis, quæ frequenter deinceps vitiata undequaque invenimus ipsi pulmones (sanis Larynge et cœteris partibus vicinis) aliquatenùs laborare visi sunt: Sanguinea Vasa quæ in illorum Superficie perreptant, atro Cruore turgebant. Intus latebant hydatides quæ Crassitudinem nucis Juglandis æquabant, quibus ruptis exsiliit protinùs aqua limpidissima. Vesicula fellea; Solito Dupla, sine ullo inflammationis vestigio, bile subfusco-viridi eâque fluidissimâ regurgitabat. Omasum seu primus Ventriculus (quatuor enim Ventriculis gaudent ista animantia, quod Commune habent cum Ruminantibus) omasum inquam quod est omnium amplissimus quasi Cœterorum Atrium seu Vestibulum tantâ fuit saburrâ infarctum, ut illâ tres mensuræ seu Modioli (Boisseaux) impleri facilè potuissent. in longum scissa duobus in locis intestina quamdam speciem inflammationis in Striis Longitudinalibus Membranæ interioris seu Mucosæ præ se tulerunt. Reliquas partes quas eâ quâ potui diligentiâ, utpote Cui deerant plurima; tempus, Instrumenta, usus artium Magister, perscrutatus; quas deinceps pessimè affectas in plurimis inveni, in hâc Bestiâ sanas repperivi, si exceperis piam menyngem quæ sanguine nimis turgida visa est, et Substantiam Cerebri Callosam quæ transversim secta punctim stillare sanguinem apparuit. Unà cum pelle, quam prius detractam voluisset Vaccæ Dominus, Cadaver in fossâ quatuor pedes profundâ, relicto tecto sepeliri Jussi, donec aliter decerneretur: Idque Securitati publicæ debere me reputavi. Cautionem probarunt laudaveruntque Magistratus: Quâ in re tamen posteà nimio utilitatis publicæ studio in Commodum publicum deliquisse reverâ nos cognovimus. Etenim quamvis summotâ hâc Contagii occasione, Contagium serpsit nihilominùs nec nisi deficiente pabulo, desœviit. Abundè enim superque aliundè grassabatur dira lues. Præterea variis in Provinciis pertæsi detrimentum tot Coriorum quæ cum Cadaveribus catervatim tumulabantur peribantque simul et Dominis et Provinciæ Commercio, Sapientiores dicamne an audaciores facti, pelles reservarunt. Leve quidem at saltem nonnullum in tantâ Jacturâ Solatium! Nec majus inde damnum perceperunt.

Valdè serus discessi, his enarratis, et datâ fide crastinâ die hanc spartam iterùm me confecturum, Harpocratemque etiamnum futurum me, (ut optabat Vene=rabile illud Concilium) promisi

Posteà Die Mercurii 24.º Martii 1745. eâdem horâ cum iisdem ducibus itineris, viæ me commisi, nova loca, novos horrores inspecturus. Par ubique desolatio! Planctus ubique! Hic sex amiserat, Ille decem, quidam viginti peremptas deflebant. Paucas superstites brevi reliquis Contumulandas, Patrimonii relliquias non sine Ejulatibus ac desperatione expectabant. Me Contuli ad locum dictum Le faux bourg de Gloire ultrà urbis Pomœria secundum Sandionysiacam viam Citrà Pagum dictum La chapelle indè ad locum dictum la Haute Borne: ultra Pomœria urbis Juxtà iter quo itur ad montem dictum Belleville ad dextram itineris. Ibi Cadaver noctu demortuæ asservatum (pridie enim quotquot morerentur intacta mihi asservanda Jusseram) aperui. Exta eâdem diligentiâ quàm hesternâ inspexeram, consului. Nec præsaga mali futuri, sed præsentis malè conscia pestis repperi. Dies jam ibat in noctem. Nolebam pestiferæ tabis seminarium mediâ ipsâ in urbe mihi indicatum, videndum omittere. Nomen erat La Grange St Eloy.

Vasta est et perantiqua Domus seu potiùs tuguriorum Congeries propè ædem Deo Sacram sub invocatione B. Pauli apostoli. Ingressus patet per eamdem viam cui fanum adjacet. Intùs Pagum crederes. Plures habitant Coloni. Ingredientis oculos movit suffi=mentum quo in unâ ex cortibus quæ habitationem dividunt Vacca persufendebatur.

Ex Viginti suprà sex quæ dicti Dubocage erant, sexdecim, quarum erat una quæ suffi=ebatur, morientibus similiores videbantur quàm ægrotantibus. Tres nocte perierant quinque superstites adhuc sanæ (aspectu) melioris parvam spem sortis relinquebant Domino. adeò celeriter grassabatur hoc Malum et adeò Citò stabula integra depopulabatur! Exemplum fatale pridiè videram apud dictum Vincent, cui ex viginti suprà duas, nulla jam supererat. Non feliciùs multò vicini et vicinæ se habebant. Hâc enim in solâ domû Centum paulominus pascebantur pecudes. Tres demortuas singulatim dissecui et quoniam nova multa in earum sectione repperi, aliaque benè multa, deinceps, in prioribus sectis inevisa, placet brevitatis gratiâ, omnia hujus infamis morbi diversa quæ toto Contagii tempore, multi=plicatis à singulis nostrûm Centies ac Centies sectionibus innotuere Symptomata in unam quasi tabulam colligere, ità ut primo aspectu pateat, quidquid ubique visum est quamvis non omnia singulis evenerint, sed ex omnibus plura singulis.

Sesqui=Septimâ lamentabile illud spectaculum reliqui et ad illust. Magistratus in integerrimi senatus Principis Prætorios me dudum expectantes reversus obtuli 1.º Commen=tarium eorum quæ pridiè videram meâ exaratum manu deìn ea quæ illa die nimis lugen=da videram enarravi, bene conscius majus esse malum quàm expectare poterant nedum sciens remedii quod tanto malo afferri posset.

Ad Diagnosim aut ad summum ad Prognosim spectabant ea quæ feceram hactenùs. Sed hisce tantùm immorari, et quiescere non decebat. Verùm opus superabat vires unius. Itaque, post diversas agitatas quæstiones, diversas cautiones perpensas, dixit Illustr. senatus Princeps, rem jam non posse taceri diutiùs: Deliberatione Hesternâ sancitum fuisse decretum quod nunc sub Prælo, aurorâ sequenti per compita urbis super hâc re promul=gandum: Collegarum auxilio, me esse sublevandum. Eligerem quos vellem. Respondi

non defuturos fuisse, si postulavissem, nec esse, simul ac requirerem. Noluisse alios testes meum ducere arcani commissi relligiosum observatorem; habiturum me socios laborum sequenti Die, quandò liceret jàm, quamvìs quos et quales nunc non possem dicere propterea quod jàm decies a meridie sonum ediderant Campanæ omnes viciniæ, sed pro certò tenerent, me habiturum, et partitis urbis regionibus intèr nos de commodo et incommodo ubique nos inquisituros, fideliterque, ut postulabas, de nocte posterâ ipsis relaturos; donec saluberrima facultas novos laborum comites sociare potuisset.

Alterâ ergò luce quæ erat dies Jovis 25.ta Martii 1745. Mariæ Virgini Dicata hora ipsâ quam efflagitaveram meridianâ brevi epistolâ invitati accesserunt domum Coll.^{æ} amantissimi Magistri Cosnier, Malouin, Bouvard, Cochu et Bertin. Sicque statìm à Prandio, trifariam inter nos partitâ urbe, cùm suis suburbiis, bini in Rhedis conductitiis, quas Prætor Urbanus horâ à me indictâ ad domos nostras mittere solebat. Profecti sumus singuli in Nostram Provinciam, indictâ reditûs communis apud Illustrissim.^{m} Senatûs Principem horâ 8.ª vespertinâ, è nostrâ singuli Provinciâ reduces ad Palatium convenimus, ubi, postquàm fuimus congregati omnes, de adventu Nostrûm omnium Certior factus Integ.^{us} Senatûs Princeps cum illustri suo Comitatu, Jussit illicò fores aperiri conclavis interioris in quo Procurator Cathol.^{cus} Tres Regis Causarum Patroni Generales, aliique summi Magistratus nobis constanter præstolabantur. Contagioso etsi non indecoro pulvere sordidi augustum qui obviàm humanissimè venit salutavimus cœtum, et postquàm Collegas omnes qui sua, Negotiis publicis, tàm generosè postposuerant, appellato uniuscujusque Nomine notos feci rationemque Eheu nimis infaustæ Villicationis quàm brevissimè fieri potuit reddidimus, ità tamen ut ex unâquâque legatione unus tantùm isque senior Collegarum nomine verba faceret, post Decanum unusquisque suo ordine. Secuta nos erat in illud interius Conclave magna astantium Multitudo rei et novitate et gravitate allecta et nos audiendi Cupidissima. oblatoque Illustrissimo Proto Præsidi diei Præcedentis Commentariolo meo discessimus, inque domos nostras singuli reducti fuimus fide datâ nos in Crastinum simili horâ eodem loci esse Conventuros.

Sic fermè se res habuit quotidiè iisdemque et ratione et ordine ità ut Quottidiè ex trinâ legatione, et narrationem audirent eorum quæ acta aut visa fuerant in die et commentario triplici manuscripto legatorumque Chirographo munito acciperent quæ hesternâ gesta fuerant. Incredibilis admodùm fuit tot Illustrium Virorum in nobis audiendis Patientia, horâ mehercules insolitâ: sæpissimè enim ab horâ 8.ª ultrà X.^{am} interdùm ad undecimam usque vespertinam indefessam præbebant aurem, et non rarò nostrum expectabant reditum numquàm expectabantur quamvìs matutino et vespertino labore sæpissimè maximoperè defatigati.

Cæterùm res mihi visa est majoris momenti quæ diutiùs facultatem lateret. hanc igitur perendino die 27.º Martii a. 1745. per schedulam convocari Jussi. quæ gesseram exposui. Quos urgente Casu die Jovis legatos appellaveram Magistros Colendissimos Cosnier, Malouin, Bouvart, Cochu, et Bertin, quibus duos alios M.^{um} Chomel et Le Moyne die Veneris sequenti consociaveram, probavit Sac. Sal.^{a} proque suis habuit. Ac ne fortè negotiis aliquorum desereretur opus, septem præfatis quattuor novos adjunxit scilicet M.^{orum} Lud. Joan. le Thieullier M.^{um} Ferrein M.^{um} Procope, et M.^{um} Le Monnier, qui unà mecum ex voto saluberr. ordinis saluti publicæ operam sociam darent et sic Conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Munus, si præclarum, non facile certè neque expeditum collatum fuerat. Morbus erat debellandus atrox celeritate, sævitiâ, Contagio. Quatuor jàm ab annis Europam infestabat. Ubique detestatus, omnes Provincias incredibili velocitate peragraverat. pestifero halitu omnia contaminans stabula, cædibus cumulatis vastitatem, solitudinem faciens adeoque ferociens superbiùs, atque truculentiùs desæviens quod nullibi locorum Nedùm victus, ne cicuratus quidèm fuerat.

Originem fertur habuisse in Bohemiâ ubi propter bellum quod huc intuleramus. (urbem enim Prag, Caput Regni tenebamus) factâ magnâ propter copiam Equitatûs, Pabulorum inopiâ, fraudata cibo armenta foliis arborum deciduis semi-putridis vesci Coacta sunt; unde in morbos inciderunt graves, brevique contagiosos ac pestilentes. Per Noricum (qui continuus est) tractum morbus brevi Boiorum (la Baviere) Regionem invasit; inde per Italiam, sibi fertur iter aperuisse inter alpes usque in Gallo=Provinciam, ex quâ Comitatu Burgundiæ devastato Luxemburgicum Agrum petiit et per Picardorum fines ad nos usque pervolavit.

Quæ enim apud dictum Vincent Juxtà pedem Montis Martyrum plurimæ perierant (hoc nobis Certo Certiùs nota sunt) Emptæ fuerant in Emporio quodà paucis scilicet quinque aut sex circiter annis, creavit aut formavit in loco dicto La Plaine des Sablons (ut fert maximorum sæpè Eventuum fortuna) fortuitus quorumdam mercatorum circumforaneorum cum totidem scilicet Emptoribus concursus. undè quod forte fortunâ initium habuerat mediocre, facto deinceps majori et venditorum et Emptorum ex Consulto venientium conventu, locupletiori celebre factum est Commercio. Hic loci etiàm, Ex viginti suprà sex quas eâdem lue absumptas amisit dictus Du Bocage a la grange St Eloy Novem=decim coëmerat à Venditore Picardo, sanas crediderat scilicet Venditor. At verosimile est nefandâ quæ apud gentiles suos facta fuerat clade territum, nihil antiquius habuisse quàm citò citiùs proficisci, et dùm sanæ adhuc=dum erant, aut saltem videbantur, statìm divendere.

Non igitur Intemperiei Nostri Aëris Tribuenda est illius Morbi origo

Difficile admodum foret accuratam hujus morbi historiam scribere, certamque Diagnosim condere, sapientem et veram instituere Prognosim. Quamvis enim Medicis à facultate Legatis, pronum et facile foret primo aspectu boves ægrotas agnoscere, et minima sæpe atque levissima Symptomata, morbum non tantum esse in procinctu sed interdum intus serpere expertis prænuntiarent, atque portenderent; fuerunt attamen boves (paucæ quidem sed nonnullæ) quibus Symptomata gravia apparuerunt quas brevi contagiosâ lue occubituras existimavimus, quæ tamen (morbo aliquo alio, sporadico scilicet læsæ) post paucos dies convaluerunt, dum aliæ accidentibus (quæ levia alias viderentur) correptæ intrà duos tresve dies quædam eodem ipso die, tabefactis horrendâ putredine intestinis, perierint. Ità ut interdum levissime laborantes promptissimâ morte occubuerint; non semper quæ sævissimis torqueri videbantur Symptomatis manifestiora et funestiora intestinæ putrefactionis signa exhibuerint. Communia tamen quæ plerumque et sæpiùs videre erat signa tùm Diagnostica, tùm Prognostica, hic exponemus.

Signa Leviora quæ morbum dictum La Murie Juxtà vetus Idioma Comitatûs Burgundiæ (La franche-Comté) aut imminere tantummodò, aut nondùm ad Summum pervenisse Nuntiant, sed brevi perventurum esse portendunt.

quæ tamen nihili faciebant Pecorum magistri fermè omnes.

1°. Molliùs, si fas ità loqui, negligentiùsque teneram depascuntur herbam; fastidiosiùs proindè aut siccam aut alia minùs grata Pabula

2°. Assumpta ruminare desinunt prorsùs quamvis aliquem cibum deglutire videantur.

3°. Sinè ullâ Causâ manifestâ minuitur copia Lactis quæ mulctrâ solet Educi.

4°. Tristiores sunt consueto, nèc lætæ ut solent ad Januam reflexo Capite intrantes aspectabant.

5°. In Plurimis dolosæ Tussiculæ gravis suberat morbus.

Quædam his signis correptæ duorum aut trium dierum Diætâ aut simplici Venæ sectione meliùs habere visæ sunt, sed paucæ, quas sciverim, post unam aut alteram hebdomadem evaserunt morbum eò scilicet [illegible] atque funestiorem quod per falsam atque, ut Credere fas est, fucatam Convalescentiam altiores malum egisset Radices.

Sequentibus Symptomatis Correptæ, graviter laborare confitebantur Domini Pecudum, et reverâ si ad summum duodecim excipias in Toto agro Parisiensi, Nullæ Boves his affectæ Evaserunt.

Signa Gravia et Lethalia.

1°. A diluculo primo ad Vesperam, aut à vespertinâ Mulctrâ ad matutinam Sequentis diei mulctram, Lac sæpè spem mulgentis protinùs sefellit, prorsùsque Evanuerat numquam reversurum.

2°. Fastidiebant ex improviso adeò ut neque cibum caperent ullum neque ruminarent ullatenùs.

3°. Paroxysmi febrium ità intermittentium similes erant, ut satis insigni frigore tentarentur aures, Cornua, et Ungulæ pedum totum denique corpus; Tremorque manifestus interdùm universas partes, quandoque femora tantùm occupabat. Excipiebat rigores et frigus earumdem partium calor intensissimus.

4°. Laboriosa erat et suspiriosa, gemitibusque intercissa Respiratio.

5°. Effluxit plerumquè è Naribus mucus albicans muco Narium humanarum haud multùm absimilis, nec manifesto odore notabilis.

6°. Quandòque collachrymantur oculi.

7°. Crebra potiùs ac frequens et sicca fuit Tussis quàm Vehemens.

8°. Fimum difficultèr sæpè nullum, aut si quem dejiciebant, is erat pinguis humano stercori incipientem diarrhæam referente similis admodùm, mucosus prætereà et sanguine respersus. Raro oppidò in primis visitationum nostrarum diebus, obviàm se dedit hoc signum. Urinæ pauciores erant quià minùs bibebant (scilicèt minus quoque sitiebant). Si Morti propinquiores erant, tunc fœtebant ultrà modùm dejectiones aqueæ prorsus. Cessabant Urinæ.

9°. Quamvis Tristitiam mœroremque luminibus humi defixis præ se ferrent hæc Animantia, nullâ tamen oculos nube fuscatos nisi forsàn in ipso limine Mortis habuerunt.

10°. Fuerunt (nec paucæ) quibus aëre, nescio quo pacto, sub cute effuso Totum Corpus Emphysemate universo ità intumuerat præsertim secundùm Dorsi longitudinem, ut sub palpantibus digitis, tota Cutis Crepitaret, tanquàm si Membranæ pergamenæ admodùm siccæ in sacco tenuis texturæ contentæ, curiosâ manu Comprimerentur. Communius fuit hoc signum sub finem grassantis Epidemiæ quam in Primordiis. Finem morbi funestum semper et proximum nuntiabat.

11°. Itum reditumque ingeminant Ilia, fortiùsque ac frequentiùs æstuante febrili paroxysmo qui tùm calore oris et aurium insolito, tùm etiàm interpositâ antrorsùm palmâ, costas inter genuinas et humerum sinistrum; Illic ingeminata repetitis ictibus cordis pulsatio facillimè persentiscitur.

12°. Vulvæ Labia prodigiosè tumebant. Cruenta prominebant interiora uteri sanguineumque et tabificum indè stillabat Virus. Iis ubera vulgò maculis obscurè purpurascentibus livebant.

Notandum est quod ansam errori præbuerit sæpè ultimum hoc signum, eo quod hæ pecudes naturâ suâ nonnumquàm Menstruatæ esse videantur, quod Pastoribus notum est vocantque gallicè etre en Chasse, ou, des autres animaux en chaleur en rût. Tunc marem fortiter appetunt. Sique denegetur Coïtus, languere videntur, cibos respuunt ægrotantque aut saltèm minùs benè se habent. Indè Confisi, illi altores, hoc incommodum diù non esse duraturum genus quodcumque auxilii aspernabantur; imò reformidabant: Ex pecudum morte agnitus ac demonstratus Error jam erat immedicabilis.

Cadaverum Extispicia.

Uno contextu hic adnectere Juvat plera que signa interiora quæ apertis sectisque Cadaveribus patuere. Constabat 1°. Organa digestioni alimentorum dicata vitiari. Itaque prima omnium curiosâ indagine conquisita. Quatuor Ventriculis gaudent Ruminantia. Primus omnium est saccus peramplus, qui in Bobus duos tresve modios (Boisseaux) circitèr continere potest. In hunc citò devolvunt pabula raptìm comesta sive sicca, sive virentia. Est quasi cæterorum vestibulum. Sempèr refertus erat Crudis adhucdùm Pabulis; et qualia, ni differret odor fœdissimus,

vorata erant, quamvis interdum tamen a quinque, Sex, nonnumquam ab octo diebus integris nihil Cibi Sumpsissent. Ex illo quem Marsupium quidam Vocant, Gallicè la Panse ventriculo cibos integros, Solent revocare in os et mansos remandere ad arbitrium Suo facto de novo deglu=tiunt bene confectos demittuntque per eamdem Fistulam (gulam Scilicet) quae transversim percurrit latus Prioris Ventriculi. Toto quam longum est hoc Itinere dehiscit in priorem Ventriculum longissima Rima quae (musculus est orbicularis qualis labiorum oris humani) cum dilatatur, ore amplissimo in priorem Ventriculum vorata effundit, praecipitanter; haec Rima musculo Orbiculari Munita qui tumore labrorum Rimae manifestus est Sponte aut ad nutum Ruminantis Stringitur; Sicque ruminati Cibi recto tramite et Salutato in Suo decursu praefato Marsupio pergunt in alium Ventriculum qui Secundus est in ordine et diversa Sortitur nomina. Omasus apud Latinos audit, Seu Liber, apud Gallos le feuillet, le bonnet, le Pseautier, Les quatrevingt feuillets &c. Caput Papaveris intus foliaceum Sat belle repraesentat; Crassi=tudine Caput hominis adulti aequat; Inter folia illa innumera quae papillis innumerabilibus conspersae Sunt, premenda concreditur Tritura Ex ore demissa. Haec folia omnia ita Gan=graenâ putruerant ut haud difficilius discerperentur quam Papirus Seu Charta Vulgaris et Simplex aquâ madefacta. Alimenta verò in illis Contenta et inter illa folia retenta in Massam abierant Scobi quernae vulgò du Tan ità Similem, ut nihil magis. et placentae ex illorum foliorum intercapedinibus educebantur, quae colore, compactione fragilitate, et Siccitate omninò referebant placentas illas igni fovendo habiles quae è Scobe quercinâ formantur, Gallicè mottes à brûler. Veniebat et plerumque unâ foliorum Epidermis.

Ex Illo Secundo Ventriculo per orificium idem per quod patet ingressus, itur in tertium indeque in quartum latiorem qui est ostium Intestinorum. Hi Ventriculi omnes Gangraenâ livebant aut Universâ, aut hinc et inde Sparsâ Saepius purpurascebant. Ex ventriculis Sectione reseratis vaporabat odor Subtilis, foetidissimus et ad Nauseam usque ineluctabilem intolera=bilis. Remotis Solis Communibus Integumentis abdominis aut Thoracis, Interanea multum aberat quin eamdem exhalarent Mephitim quamvis respersa confertis magnisque pustulis, hydatidibusque Gangraenosis, quae Splenem (qui tanquam Splenium Seu Soleâ, Piscis, permagna marsupio apponitur) Hepar praecipue, pulmones et intestina occupabant: dummodò tamen non laederentur Ventriculi aut intestina. Inter Illas Pustulae Gangraenosae aliae Superficiei visceris Supereminebant, Eaeque tantumdem radice in altum immergebantur: aliae maculam tantummodò exteriori visceris parti inusserant. Inter has Nonnullae Superficie tenus inhaerebant longè plures detestabilem Subtus celabant putredinem. Verum etiamsi pauca apparerent exte=riora Symptomata praecipuum virus latitabat in interioribus praecipuè in pulmonibus, Corde ubi maculae purpureae erant altius inustae, et Hepate ac pulmonibus. In utroque hoc ultimo Viscere ferè Semper Hydatides, Saepe Pus, Semper Gangraena aderant. Sed hoc praesertim Considerandum fuit; et hoc nulli visum aliter, quod in hepaticâ Cystide Bilis quae oleosa, Spissa, fusca et è luteo viridis esse Solet, In omnibus (et plusquam Centum et Viginti propriâ manu ut Solebant mei Collegae, Secui reperta est aquata prorsus et limpida urinamque humanam referens, interdum debiliter Subvirescens. Uteri horumce Symptomatum non expertes fuere Communemque Subiere Sortem. Non Evasit ~~in uteris~~ commune malum in uteris hâc peste absumtae Matris conclusus Vitulus, quem Sanguine copiosissimo quasi Suffocatum invenimus vitio eodem contaminatum infectis pendentem Cotyledonibus. Osseâ Cerebrum non Tutius arce fuit: Rarae quidem altae Gangraenae, Sed contraxerant Saepè Vitium Meninges. Larynx, Pharynx, Radix linguae, Interiora Tracheae et Gulae, respersa maculis ut reliquae partes Erant. Nares Earumque Sinus Interdum Pure, Muco plerumque Sanioso Scatebant.

Prognosis

Quod Spectat ad Prognosim: haud difficilis fuit (Expertis). Nulli enim, Si duodecim circiter boves excipias quae nescio quo fato, Se Letho Subripuerunt, pepercit Libitina. Omnes itaque Capite damnare; (nec quisquam Temeritatis aut Erroris redarguere nos potuisset) penès nos Erat. At fefellit ingrassantis morbi Primordiis immeritò praeconcepta Spes quasdam boves esse evasuras; ex eò quod Symptomatis quibusdam correptae non nullae Supra=dictis post observatam per aliquot dies Diaetam aut paucissimis adhibitis remediis salvae aut factae aut Visae fuerant. Sed non diu duravit Error. Post paucas hebdomades immitius Saeviit Latens pestis Easque omnes ad Internecionem Sustulit.

Illud unum potuimus observare quod quae Boves ex hâc Internecione evaserunt, non incolumes, (quae enim Sanae videbantur Laniorum qui Vili pretio illas coemebant Praeda fuere) sed ex morbo convalescentes, Eruptioni Pustularum minimarum per universam Cutem Conspicuae, Salutem Suam debuerunt Macilentae ut credere est ultrà modum factae.

Fatendum quidem quòd pecorum aut dominis aut Magistris qui medicos et Medicinam Sibi ipsis creata fuisse non autumant, nedum Suis pecudibus, minus etiam in horumce animantium usum applicabant. Veterinaria Ars Si quae est apud hujusmodi Rusticos non dicam homines non Solum rudis est et Manca, Sed absurda prorsus atque Superstitionibus omnis generis plena. Verum non est etiam diffitendum veram Medicinam hoc in casu, Sive ob Magnitudinem morbi, Sive quod nobis Satis non nota Sit temperies Pecorum quibus Saepè antidotus eximia, quod praesens Naturae humanae foret venenum prorsus defecisse ac plane pax Sit Verbo Coecutiisse. Unde habet quidem Saluberr.ª Facultas quod doleat nondum repertum esse remedium ad Sanandum hunc Morbum efficax sed non habet quod Eru=bescat se huc usque latuisse tam preciosam Panacaeam, cum ubique gentium, in Germaniâ, in Italiâ, in Hispaniis, et apud Belgas Anglosque et alios Populos inultè vastando omnia impunèque, etsi ubique expectata peregrinata fuerit haec Lues.

Curatio

Nihil intentatum aut reliquimus aut vidimus. Nihil adeò Stolidum absurdumque potuit humana imaginatio Concipere, quod non tentaverit aut Cupiditas aut animi delirium. Pulchrum fuit videre innocuas et Sine Crimine vitae Boves Pileo hippocratico, Vittis et fasciis Circa Tempora revinctas femoralibus et indusiis indutas, Unguento tandem Neapolitano cum Quadruplo Mercurio instar turpium foedâ lue Laborantium Scortorum delibutas Salivati=one Stupente Barbitonsore quam praevenit Ridicula Mors operam dare. verum, nostro Judicio, ridicula minus Sed non magis proficua risit pariter et Elusit indomitus vincique Nescius hic morbus.

Fuerunt è Nostris qui febriles Paroxysmos intermittentium aemulos rati esse ejusdem familiae, Centaurii minoris, Gentianae, Corticis Peruviani cum Sale

ammoniaco

ammoniaco, aliisque febrifugis decocta propinaverunt. Non defuerunt qui in Cathar-ticis solis per os et per Anum immissis Spem omnem posuere. Erant qui ad San-guinis missionem tanquam ad Sacram anchoram Confugerent, eamque ad deliquium usque Celebrandam curaverunt, Inflammationis quae certè incredibilis fuit arcendae studio. Non magis profuit Hydroticorum et Sudoriferorum usus. ad Uncias per plures dies repetitas Exhibitus fuit Sanguis Ibicinus cum Caminorum salinâ et Crustaceâ fuligine Gallicè la Suye, Camphorâ, Sale ammoniaco &c. Quaedam Boves in fimo Calido Prorsùs sepultae sunt, solo Capite relicto Libero.

Non licuit per Magistratus Balneo Uti; sed in Balnei Locum quaedam pernocta-vere sub Dio nec meliùs habuere noctibus adhuc gelidis. Forsàn hoc remedium caeteris non antecelluisset, sed aegrè ferebamus illo fuisse interdictum Pecori. verùm metu-ebant Providi Magistratus ne contaminatis hâc lue aquis Contagium transiret ad homines.

Palearia ferro ignito (non Candenti) tribus aut quatuor pertusa foraminibus fuere per quae setacea Basilico aut simplici aut cum Cantharidibus permixto delibuta trajecta fuere, undè tumores enascerentur Venenum intestinum secum abducturi. at rarò in tumores se attollebant loca usta, et si qui fortè nascerentur brevì subsidebant. Qui tamen assurrexere, pauci quidem, aliquod levamen sed parùm durabile et breve attulisse Visi sunt. Perrarò accessit suppuratio: Eaeque boves solae qui hoc boni Evenit, arti nostrae suam salutem debuerunt. Admotae quoque species cauterii Potentialis quas gallicè Vocant des Orties. ubi desinunt Palearia, Cutis scinditur inter brachia duo. hinc et inde Spathâ diducitur utrinque Cutis a Sterno, ità ut efformetur parva fovea in quam immittitur intrò radix hellebori Nigri, inaequalis ut esse et Solet; Reliquum spatium adimpletur Cannabe unguento Basilico imbutâ et prorsùs obturatur. Post 24 horas aut Triginta enascebatur plerumque tumor sed pari fortunâ quae praedictis. Basilico solo curatur hoc Vulnusculum additis interdum si tumor Collabatur Euphorbio, Canth-aridibus et similibus. verùm Nihil Profuit. Quae non fuerunt usurpata remedia?

Medici, Agyrtae, Veterinarii, Chirurgi, Pharmacopaei, Ardaliones et Circumforanei Soli, nobis testibus, diversa experti fuere. Omnia accuratè examinavimus; nihil despeximus; hortabamur spe laudis et mercedis condignae nec sors nec ars quidquam Juvit.

Cautelae.

Quis crederet? ne tutae quidem adversùs hunc morbum Cautiones. Praeclaras Pingues, laetas, et alacres, nobis à contagio servandas immunes, magno pretio coemptas 27.° Martii 1745. commisit urbanae Politiae Propraetor. Locum aptum, purum, eligi mandaveramus Viro qui nobiscum raro aut numquam communicaret.

In claustro SS. Martini et Marcelli Praesepe fuit altum, Nitidum. Contrà Cors grandis ac Coelo aperto et quaquaversùm conspicuo Patens. Domus haud rustica habi-tatoribus, ut videbatur, honestis frequens. Pastores appositi qui cum aliis stabulariis nullum haberent commercium. Imminuta fuit gradatìm vivendi ratio: ità tamen ut Tandem duae Tertiae partes soliti Cibi concederentur. A Limine tantùm illas quottidiè salutabamus, ne, queis sanitatem servare nostri Muneris Erat, intempestâ et nimium Curiosâ sollicitudine, perniciem ipsimet intulisse, jure ac merito argueremur. Illas procul eductas è stabulo nobis ostendi, compellato altiori voce stabulario Jubebamus Eminùs. et ab illâ salutatione, nondùm, ut credebamus illâ die Contaminati, nostrarum visitationum sumebamus Exordium. Verùm, quàm vana et saepe et inanis in humanis rebus homi-num Prudentia! Quas in tuto quantum valet humana mens Collocasse existimabamus Bucculas, in locum omnium perniciosissimum ipsimet Inscii deduxeramus. Loci Dominus (nonnisi mense elapso et ultrà hoc rescivimus) erat Plaustrorum Publicorum redemptor. Pleraque sua Plaustra (sex aut septem ad minimum habebat) quae per diem neque circà fores neque in Corte aspectabantur, conduxerat per hanc calamitosam temp-estatem, ad deferenda è stabulis, extrà urbem omnia Cadavera Bestiarum quae perie-rant in praesepibus. Curaveramus enim excavari hìc et Illìc in Agris, fossas altitudine decem circiter aut duodecim pedum secundùm omnem dimensionem. et cum Cadavera secta per partes altitudinem quatuor pedum attigerant tota utcunquè poterat reponeba-turterra undè sub altitudine ad minimum octo pedum Cubicorum Terrae, tumulabantur. Eò Loci igitùr à peste servandas immunes Juvencas deductae fuerant ubi regnabat ~~ipsa~~ tacitè ipsa pestis. Quamvìs enim Equi mediâ in ipsâ lue ubiquè Constanter Illaesi Viderentur, dubium inest Nullum secum (vel in setis aut Crinibus) hausisse venenum et hinc et inde respersisse; quemadmodum homines quos nullatenùs laesit Contagium tùm in suis vestibus, tùm in toto artuum et ipsius Corporis habitu ferale virus quaecunque Circumtulisse Constat.

Si qui igitùr Circa urbem (iique perrari fuerunt) communi Calamitati se subri-puere Pagi; Illud potiùs tribuendum fuit solitudini deviae aut Inviae loci ab omni Publicâ Viâ dissiti, et quicùm parcè communicaret Vicinia quàm alteri Prophylactico cuicunque.

Quandiù superstites remansere aliquot pecudes superstes quoque exultavit Mor-bus. Totâ gente Bovinâ ad internecionem fermè extinctâ in Pomoeriis aut Intrà Pomoeria, funebris Cessavit illius Triumphus. facilè enim crediderim ex ferè quinque millibus Boum quae Lutetiae, et ad duo Millia ab Urbe nutriuntur non Effugisse morbum aut ab illo Evasisse bis centùm quae post sex menses viverent.

Pericula Hujus Morbi; vera et falsa Incommoda.

Atrox certè ~~fuit~~ per se fuit Illud Divinae Providentiae flagellum. Terrore ac metu factum est adhùc atrocius.

Lac intereà non defuit in urbe, quià solis reservatum lactentibus infantulis, naturali civium horrore ab hoc cibo; quamvìs ideò innocuum illud altâ voce praedicavissemus, quod vaccas morbo vel levissimè tentatas Lac deserere. Sed non sinè magno vendentium detrimento numquam enim tam vili pretio Venìit. Ità ut hujusmodi pecoris altrices non minimam indè perceperint Jacturam. Reverâ ità innoxium fuit ut nemini quem sciverimus nocuerit,

coctionem, intemeratum (etiàm ægrotantium) super prunas passum fuerit semper. Imò
Carnes non tantùm certò scimus impunè Comestas fuisse, sed pro certo affirmare audemus
per totam urbem apud Lanios (nihil obstante attentissimorum Magistratuum vigilantiâ)
cæsa fuisse Millia plura böum ægrotantium quarum Carnes pro sanis venditæ cuilibet
obvio, mihi ipsi pluriès nullus dubito, nemini vel levissimam noxam intulerunt.

Magnum præterea fuit detrimentum Coriorum quæ, nisi terror fuisset justo
major, potuissent in designatum comportata asservari et aliquâ arte ità parari ut non
omnia prorsùs infelicibus illis Altoribus periissent. Verùm à primâ Mortuâ quam præ metu
majoris periculi et securitatis gratiâ cum Cute sepeliendam esse existimaveram, atque ideò
ex auctoritate Illustriss. senatûs Principis sepeliendam esse jusseram, tam rapido Vortice
omnia ferebantur aut potiùs abripiebantur, ut citiùs integra Böum Prosapia fuerit extincta
quàm Lex ferri potuisset. Magnum fuit certè illud damnum quod anteivisse fertur
solers et audax Albion. Primò enim per totam Angliam cœdi Boves jusserunt, via
micante Morbo, Carnesque saliri voluerunt. 2°. Coria etiam Virû tabifico infectarum
reservaverunt. Sic morbi Radices præciderunt; Damnumque longè levius tulere.

Karitatem tamèn (summæ Vigilantissimorum Magistratuum curæ et industriæ
gratias) annonæ vitalinæ, Bovinæ, butyraceæ, Caseariæ, quæ non pauca per annum
tantæ competit Civitati, non sensit urbs, nec cariori pretio hæ omnes mercimoniæ venierunt,
neque per totum anni reliquum neque annis insequentibus, quamvis plures annos
continuos duraverit hic morbus, sed minori sævitiâ, Contagioque facto debiliori; ita ut
si dominos pecorum exceperis, nullus fermè Civium tantæ Jacturæ senserit incommodum.

Longa forsàn alicui videbitur atque supervacanea hæc disquisitio
neque eventu adeò præclaro felix quæ nostræ academiæ fastis ascribatur. At
Præterquam quòd non sic senserunt Illustrissimi Magistratus qui luctuosæ nostræ pro=
=vinciæ rationes in ultimis temporibus audiendo summoperè laudaverunt Facult. Saluberr.æ
indefessum in rem publicam studium, alacritatemque summam quam tuendæ Urbis
et civium salubritati, reverâ haud mediocrem attuleramus. Etsi enim (aiebant) debellando
truculentiori malo non profuerat noster labor, docuerat tamen frustrà alias quæsitum iri auxi-
=lia, si non tulisset Saluberr.a Fac.s Parisiensis. Alia me movit Ratio ut hæc scriberem
ut primum ad hunc morbum curandum animum appulimus, hosce Commentarios pervolvi=
=mus. Doluimus nihil quidquam invenisse quod incertos viæ regeret. Malè igitur de
Posteris nostris nos esse meritaros duximus, si datâ occasione non uteremur. nec rem Illis ingra=
=tam nos esse facturos arbitrati sumus si res quas videramus, pròut se nostrâ ætate habuissent
transmitteremus. Verùm suis non se gloriosiùs Jactabit fastis Anglia, non hollandia, non
Germania. non denique clade pari insignis quamvis doctorum Virorum ferax, Italia.

Per Juramentum

Die Jovis Primo Aprilis, A. 1745. convocata fuit Saluberr.a facultas in Scholas
superiores, horâ x.a Matutinâ, Clarissimos Collegas morbi per Vaccas grassantis occasione
à facultate deputatos de Re gravissimâ ad facultatis honorem et Reipublicæ salutem pertinente
conquerentes et eorum nomine Decanum dicentem auditura, et comitia Primamensis habitura * * v. p. 992.

Conquerebatur Tota Legatio, quæ Boburæ ægris opem latura, missa fuerat
in Partem Urbis seu potiùs suburbanitatis quæ Occidenti Civitatis et Septemtrionibus inter=
=jacet de Collegâ quodam quem die trigesimo Martii, 1745, resciverant per omnes et singulas
domos quas visitare singulis diebus (morbi grassantis Causâ) Consueverant, se ex composito
contulisse, et passim dictitasse, Perperàm atque præposterè celebratas fuisse venæ
sectiones; Incertam planè esse curationem à facultate susceptam morbi gras=
=santis utpote nullatenus ipsi cognitam! Huc usque Medicamenta temerè fuisse
propinata! pleraque animantia non ægrotare! quamvis pro ægris haberentur et Cura=
=rentur! Pastores seu ut Vocant gallicè les Nourrisseurs meliùs callere morbos Böum
quàm ipsi legationis Medici Parisienses; Suorum Pecorum esse veros et unicos dominos
Illos Pastores. atque ideò penès illos solos, non penès Medicos (quibus morbus ignotus est)
ut Dominium, ità esse et jus Curandi illa animantia: Se medicum ità se gesturum
ut cum Legatione apud illos Conveniret. Se esse omnium (de Tous, aiebat). hâc
de Causâ accessisse apud illos: Intereà uterentur Orvietano dicto de Contugy.
(quod etiamnùm venit in parte urbis Meridionali Contra ingressum Pontis dicti Novi et
maximam fidem habet apud Rusticos). Hæc omnia Quinque facultatis Legati, M.ri
Le Thieullier, Chomel, Ferrein, Le Moyne, Gevigland, sibi per totum visitationis
decursum uno ore passim et ubique audita scripto αὐθεντικῶς consignaverant et non
tantum Relationi suæ Chirographum apposuerant, sed Testimonia narrantium nomine
apposito munita annexuerant. Citò citiùs et severè certè, et Carcere ad minimum in
Autorem tanti facinoris, fuisset ab augustissimo senatu animadversum, nisi ex condicto Celato
Rei nomine, quem è nostris esse audierant, summi Magistratus penès nos reliquissent Illius
Judicium. Hoc, die pridianum antecedenti, jam audieram vespere apud Illustriss.m Senatûs
Principem, quo singulis diebus, sub noctem, è diversis singulis provinciis conveniebamus: et
Pridiano, in Comitiis extraordinariis quæ hâc de Causâ habita sunt in Scholis superioribus
uno ore decretum est rem tanti momenti non posse sileri, ideòque ad facultatem integram
esse deferendam. Illam igitur Convocari jusseram horâ superiùs dictâ.

Re priùs summatìm à Decano Expositâ sed à legatis particulatim narratâ et à
nonnullis aliis Collegis qui Testes fuerant abundè Confirmatâ postea in deliberationem
missâ revelato quod ampliùs Celare supervacaneum erat Rei Nomine (illoque in suâ
defensione audito et posteà Egresso, dein revocato) præsentibus Legatis omnibus
et singulis de mandato facultatis hoc illi Judicium pronuntiavit Decanus.

Per me Magister. . . . . . Saluberrima Facultas Jubet fate=
=aris te deliquisse, Veniam petas supplex, et pollicearis quod
in posterum nihil quidquam tale committes et sic concluseram.

obtemperavit Illicò atque hæc verba clarè distinctèque G. J. De L'Epine [illegible] Decanus
pronuntiavit: Vigil. Dec. Cens. Integerr. coll.æ clariss. Peccavi Inscius, Delicti me
poenitet

pœnitet: in posterum nihil tale audietis

Hoc Judicio omnium quæ diversæ habitæ sunt opinionum mitissimo res abso-
-luta fuit et Magistratibus qui severius plectere ipsum potuissent probata.

Eodem Die Comitia Prima mensis dicta eodem in loco fuere de more celebrata.

Eodem Die Congregati sunt suprà dicti legati de libello quem postulaverat Illustris
Magistratuum Cœtus, conficiendo deliberaturi. Res erat perardua. agebatur methodum
curativam Boum in morbo indicare quæ non tantum in Civitate posset adhiberi sed et
quæ Provinciis utenda proponeretur. Huic incubuere operi plures nostrûm at deficiente
prospero, quem optabamus potius quam sperare audebamus, curarum nostrarum Eventu
dilatum prudenter opus, quandoque ex parte communicatum nunquam oblatum pro
absoluto Cate suppressimus.

Die Mercurii 14.º april. a. 1745. Congregati sunt medici omnes in Scholas
Superiores horâ sesqui=decimâ Matutinâ, de locandâ ædium recens constructarum parte
deliberaturi, et Virum Expertum cujus operâ Constaret de Justo legitimoque pretio iis
persolvendo, qui reædificando Amphitheatro operam dederunt designaturi.

Statuit Saluberr.ª facultas super 1.º articulo quod penès Decanum erit conducere
cellas vinarias sub amphitheatro excavatas item et cellulas adjacentes Dicto Roger
Cauponi pretio ducenarum suprà sexaginta libellarum per singulos annos pro tribus
annis insequentibus tantum.

Super 2.º articulo Decrevit ut commentarios artificum traderet Decanus
in manus D.ⁱ Barbier de Bligniere architecti qui reædificando Amphitheatro
præfuerat, ut unà cum D.º de L'Epée (quem rebamur etiam architectum) mensa
remetiretur et pretia statueret et sic Conclusi. G.J. De L'Epine Decanus.

Hoc decretum chirographo apposito subsignarunt M.ʳⁱ Baron Pater
Col de Vilars exdecanus et Censor, Boyer, Cosnier, Cochu, Payen, Busson
Péaget Filius, De La Cloy, Ligér, Vasse, Louis Claude Bourdelin, Jacques
Le Camus, Bourdier et Marteau.

Eodem Die 14.º april. 1745. proposuit Decanus vellet ut Saluberr.ª
facultas novos duos collegas adjungere duodecim aliis jam à facultate legatis
ad inviserdas Boves, atque ex Ill.ᵐ Magistratuum voto curandas, quia cum legati
in tres urbis regiones se quaternos distribuendos esse majoris commoditatis gratiâ
Judicavissent Comitatus Decani se desertum inveniebat, discessu Decani qui
præsens esse debebat Baccalaureorum examini anatomico, secessione M.ʳⁱ Bertin
qui eidem examini adfuturus erat de more, defectione Meritiss.ⁱ Coll.ª M.ʳⁱ Malouin
quem Negotia maximi momenti aliò distraxerant. Ita ut onus integrum uni
et soli collegæ M.ʳᵒ Cosnier incumberet, quem jam defatigatum assiduo labore nec
à tribus hebdomadis ullo die interrupto posset jam deficere Valetudo et reverâ
jam inclinabat, ac proinde requirebat Decanus, Saluberr.º ordini placitum foret da=
-rentur hujusce comitatus tam multiplici desertione laborantis comites (iisdem ho=
-noribus ac titulis potituri ac ii qui jam fuerant appellati) meritissimi collegæ
M.ʳᵉˢ Péaget filius et M.ʳ Baudé de La Cloy Bibliothecæ Præfectus qui re jam
assidui Comites fuerant præfati Comitatus, et observationibus ac visitationibus
bis unoquoque die repetitis, Legatis hujus provinciæ perutiles fuerant. Cui
petitioni cum annuisset Saluberr.ª facultas uno ore sic conclusi

G.J. De L'Epine Decanus.

Eodem Die Mercurii 14.º april. 1745. horâ post meridiem secundâ cœperunt
interrogari Baccalaurei super anatomiâ quam propriis manibus exercuerunt super cada=
-vere muliebri ad Quintam ne dicam sextam.

Die 24.º Aprilis sabbato a. 1745. Saluberr.ª facultas legitimè congregata et
ut moris est convocata in Scholas Superiores horâ ipsâ x.ª matutinâ post sacrum suum
de Baccalaureis nuper anatomico examine super muliebri Cadavere tentatis scrutinio
Judicium latura, et de faciendâ illico honorarii distributione deliberatura, cum audivis=
-set à Decano responsum D.ⁱ de Blignière nostri Architecti qui grata et rata habebat
ea omnia quæcumque ultimis in comitiis lato decreto statuerat Saluberr.ª facultas et
ex voto facultatis omnia se facturum promiserat, observaverat tamen duplicem esse rati=
-onem conficiendi illius (de quo actum fuerat) negotii: Unam remetiendo omnia confecta
opera unà et cum præsente D.º de Blignière, atque remensa et suo quæque æstimata pre=
-tio utrinque subsignando; Alteram quâ D.ᵘˢ Blignière primum solus opus omne conficeret
mensuras et pretia, minio, commentariorum marginibus asciberet; Dein D.ᵘˢ del'Epée
reddita sibi commentaria opificum unà cum codicibus secretis (les desseins, Patrons,
modeles, plans de terre, coupes &c.) qui sibi communicarentur a D.º de Blignière,
(quibus opera tecta nec apparentia, aut humo condita posset recognoscere) revisoret:
Salvo jure ubi postulabit occasio, simul de rebus dubiis colloquendi. Sic rem longè
faciliori Negotio esse peragendam, longè celerius et multò minori Saluberrimæ facult.ⁱˢ
sumptu: Dein seorsim facta, coràm collata, inter se colloquendo definituros. Placuit
hæc ultima agendi ratio et sic conclusi G.J. De l'Epine Decanus.

Quoad Primum articulum in Schedulâ Contentum grata et rata habuit Sal.ª fac.
Responsa Baccalaureorum qui, ut (19.º april. 1745) testatus fuerat Confabulans o...
Ill... Magistratibus, apud augustum Senatûs Principem, ampla nec dubitanda sua in
anatomicis peritiæ testimonia perhibuerant.

Quoad 2.ᵘᵐ Articulum cum quidam Doctores variis diebus hebdomadis quâ
celebratum fuerat examen Anatomicum conquesti fuissent se solos impensis amphi=
-theatri suum contulisse symbolum concedendo summam triginta libellarum tollendam è
summâ Licentiarum sibi recipiendâ: nec æquum esse eos qui parem non contulissent
summam septem librarum cum quatuor assibus hodiè pro nupero examine distribu=
-endam unicuique Doctorum recipere, Proposuit Decanus hac super re Doctorum suffragia
colligere. Re igitur in deliberationem missâ et multifariam agitatâ Conclusum est
si non iniquum, indecorum saltem fore hunc agendi modum: ac proindè solvendam esse
illicò singulis præsentium quibus debebatur, summam de 7.ᵗᵗ 4.ˢ nihilominus tamen summam
illam de 30.ᵗᵗ ab iis qui nondum eam persolverant fore persolutam et sic Conclusi

G.J. De L'Epine Decanus.

Eodem die 24.° april. 1745. retulit Decanus de Dicto Roger Caupone qui Cellas vinarias sub amphitheatro excavatas, locandas postulaverat, et quando responsum Decretumque Saluberr.æ facultatis à me ipsi relata fuissent jam stare promissis abnuisse. Statuit igitur Sal.ª fac.ª (ne quid ipsa detrimenti posteà simili morâ caperet) Decanum in hoc Negotio, rem facultatis quàm optimè posse tanquàm suam gesturum atque sufficienter præsenti deliberatione consultâ facultate, statim atque opportuna se daret occasio tùm Cellas vinarias tùm Exiles vicinas Ædes ex æquo et bono esse conducturum et Ita Conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Eodem die astiti decanus ~~in Regia~~ Luparâ apud illustriss.m archiatrorum Comitem D.m de Chycoineau Comitiis quæ habita fuere pro Examinandis Arcanis Circumforaneorum et Privilegiis Inquirendis, aut Concedendis, priùs Epistolâ laudati archiatri Invitatus.

Vespere Illust. Senatûs Principem de more adivimus de Boum morbo relaturi.

Die Martis 27.° april. a. 1745. audivi a D.º Piat antiquo Rectore nunc almæ Parisiensis universitatis Scribâ dotatum fuisse olim et instructum Collegium Magistri Gervasii in Viciniâ Maturinensium in angulo Vicorum Bout de Brie, et du foin ad educandos Medicinæ Studiosos; atque quasi aliud simulans à me quærebat an et quomodò posset quis se gerere ad Instituendum unoquoque Biennio, vel quadriennio in nostrâ facultate Doctorem de quibus rebus cum pluries hunc deinceps interpellaverim, balbutientem ac ferme oblitum dicti reperi. Nec quicquam esse sperandum ex hac re asseruit. Hic non omittendam notulam istam censui; quia cum omnes Societates gaudeant Jure Pupillorum; et aliundè verosimile sit M.rum Gervasium qui è Nostris fuerat, atque de nostrâ arte benemeritus, in ejus amatores ac Studiosos fuisse beneficum, posset fortassè in posterùm aliquod Jus aut Neglectum aut interruptum seu amissum in illud Collegium recuperari. At in præsentiâ, nimis seriò et attentè adversùs Chirurgos occupabamur ut tot res simul (incerti Eventûs præsertìm) moveremus. *

* v. p. 950.

Die Mercurii 28.° Aprilis a. 1745 Sacra peracta sunt pro Michaële de Coloniâ Cantore et Canonico Ecclesiæ Parisiensis, antiquo facultatis Decano, scilicet duos dies solito seriùs; debuerant enim Celebrari die lunæ qui Erat dicatus Divo Marco: et die Martis habebatur in Maturinæo Synodus horâ eâdem videlicet sesqui sextâ matutinâ.

Eâdem Die tradidi D.º de Vlignies Architecto Commentarios opificum tredecim quos examinaret scrupulosiùs.

Die Jovis 29.° April. 1745. Cum legerentur (in Comitiis Particularibus Legatorum ad procuranda facultatis Negotia cum Decano, pendente adversùs Chirurgos Lite,) ultimi articuli libelli a M.ro Thorel confecti de utilitate publicâ supervenit facultatis collega studiosissimus M.r Linguet; Certiores nos fecit Chirurgos quibus omne iter Cadaverum præclusisse aut præcidisse sperabamus, nunc quâ nos alloqueretur horâ, Cadaver habere domi San-cosmianæ. Quod ut intellexi, volebam armatâ manu, et antiquis senatûs placitis munitus, illud palàm et vi apertâ rapere, inque scholas nostras publicè deferre. Itaque extemplò apud dictum Patronum Thorel me contuli, fido Comitatus Collegâ M.ro Martineng: Eundo vidimus Programmata valvis domûs affixa, ante ædes Procuratoris Catholici, quibus Notum fiebat, demonstrationes in virili Cadavere esse peragendas hac ipsâ die. Magis ac Magis æstuare Bilis circa Præcordia. verùm Præfatus Patronus vir Prudens et boni Consilii nobis non fuit auctor sic nos gerendi; Consilium sumentes in arenâ hanc epistolam illicò scripsimus Procuratori Catholico.

Monseigneur

Je crois devoir vous avertir, qu'au mepris des Arrêts les plus solemnels de la Cour et specialement de celui du 4.e Mars, 1672. et de beaucoup d'autres Enoncéz dans notre Memoire à M.rs Les administrateurs, auquel vous avéz eu la bonté de faire droit, Les Chirurgiens ont aujourdhui dans leur amphitheatre un Cadavre qu'ils ne peuvent avoir enlevé sans violer toutes les Regles; et qu'ils ont annoncé leur cours d'operations par des affiches; qu'il y en a deux a la porte du S.r Sorbet en face de la porte de Votre hotel. Nous avons recours a Votre autorité Monseigneur pour qu'il vous plaise d'empecher ce des ordre

Je suis avec Respect

Monseigneur,

Votre tres humble et tres obeissant Serviteur G. J. De L'Epine Doyen de la fac.é de Med.e ~~en l'Université~~ de Paris.

a Paris ce Jeudi 29.e avril 1745.

Intereà non mediocriter animum angebat potuisse Chirurgos dolo certè non virtute patrasse facinus tam incredibile. Adivimus Procuratorem Regis in Castelleto Parisiensi. Rem narravimus; Ille non valdè mirari quasi sibi haud incognitam. Ait fuisse in Ergastulis Sceleronem quemdam, Meloduno propter appellationem à Judicio missum Parisios. Reum secutos esse Judices unà cum Procuratore Regio Melodunensi, qui appellationem arguerent, et convellerent. Confirmatum Judicium iterùm hic pronuntiasse ut aiunt, Prevôtalement, atque ideò veniam illis Concessam fuisse Carnifici Parisiensi, torquendum atque ultimo supplicio afficiendum (quod postulaverant priùs ipsi) tradere. Undè Cadaver petitum videlicet clàm ab illo Procuratore Regio Melodunensi, quem penès esset illius concedendi Potestas et quem latebant nostra Privilegia, obtinuerant.

Interjecto Die sequenti 30.ª april. 1745. quo pedibus eunti mihi occurrit in itinere vir Clar.s D.us Prevôt, et de Bibliothecâ vehementer exarsit, quia publici Juris nondum facta fuerat, nondùm inaugurali Oratione publicè nuntiata, adivi Illustrem Magistratuum Conventum solitâ horâ apud augusti Senatûs Principem. Mentione factâ quomodo violentas exarserat in Iras laudatus Patronus, vir alioquin in nos maxime propensus ac beneficus, riserunt; Rem non tam ocyus urgere; nos non posse vacare simul et morbo Epidemio, et Litibus quas nostras, non ignorabant, et pluribus gravissimis quibus sciebant nos nunc distineri Negotiis; bonum animum haberemus; et omnia in tempore facilè esse componenda.

Quoad Cadaver Sceleronis à Barbitonsoribus vafrè ac subdolè correptum, Placuerat Epistola quam scripseram monitoria; non minùs enim quam nos erant solliciti unde tulissent Chirurgi Cadaver. Sed postquam receiverunt quæ Narrasset Procurator Regis in Castelleto, mirati versutiam, Contra nos nihil ex isto singulari nec unquam fortasse renovando exemplo, mali posse emergere unquam, aut redundare, urbanè admodum Polliciti sunt.

*p. 993. *Die sabbato Primo mensis Maii a. 1745. habita sunt de more comitia super morbis grassantibus, pari die, singulis mensibus haberi solita. In his Comitiis Medicinae Doctor in re litterariâ commendatissimus de hâc Nostrâ academiâ in Diariis, quibus, Jussu Cancellarii operam navabat haud ignobilem, semper benemeritus, mihi libellum obtulit super nimium praecipiti extinctorum humatione, ac de ratione, quâ malo huic frequenti nimis posset iri obviam. hunc Bibliothecae Praefecto ex autoris dono servandum tradidi. Optabat vir ille probissimus (D.us Bruhier) in iis quae ad securitatem publicam proponebat ipsi faveret Sal. Fac.!

Die Jovis 6.° Maii 1745. convocati sunt Doctores omnes medici in scholas superiores horâ ipsâ post meridiem tertiâ Rationes Prioris anni Decanatûs M.ri El. Col de Vilars 3.ii decani audituri. 2.° Electuri illicò Examinatores Commentariorum et rationum posterioris anni ejusdem Decanatûs nec non Patronum facultatis in supremo senatu appellatari.

Congregatis Doctoribus, rebus in deliberationem missis.

Quoad primum articulum Salub.a fac. rata ac grata habet ea omnia quae gessit Meritiss.s M.r Elias Col de Vilars in Tertio suo Decanatu et ei pro rebus bene gestis et omnibus quae plurima fuerunt ergâ facultatem benemeritis gratias quam potest amplissimas simul et honorarium solitum de 150.tt Item decernit unicuique Doctori praesenti aulicis et causariis duos Calculos argenteos, Bidellis summam solitam.

Quoad secundum Articulum, In Examinatores Rationum ultimi Decanatûs M.ri Eliae Col de Vilars, sorte ducti de Majori ordine Doctorum Praesentium hyacinthus Theod. Baron antiquus Decanus, Antonius de Jussieu, Jacobus antonius Millet, E minori ordine Ludovicus florentius Bellot, Petrus Bercher, Julianus Buston.

Quoad Tertium Articulum è tribus Clarissimis Patronis quorum nomina fuerunt prolata M.r Des Gravieres, vir inter suos Collegas insignis, et plurimi factus pauca obtinuit suffragia. Plura tulit M.r Bercher, qui in foro jam clarescebat amantissimi nostri Collegae frater. Pleraque rapuit alterius alterius dignissimi Collegae M.ri Cochu frater D.us Cochu. Par Nobile fratrum quorum alter non minùs ingenii acumine doctrinâ Judicio exquisito atque integerrimis moribus se commendabilem probatum in foro quam noster in academiâ Parisiensi. Sicque praevalente suffragiorum numero M.rum Cochu in Sal.ae facultatis Patronum unanimi consensu renuntiavi et ita conclusi.

G. J. De L'Epine Decanus.

Tanta est vis verae virtutis ut inter Pares et aemulos ejusdem dignitatis sciant invicem honorem eumdem ambire, non invidere collatum alteri.

Eodem die 6.° Maii 1745. mihi missus est a Rectore Parochiae S.ti Sulpitii in suburbio San-germano hujusce civitatis Libellus quidam cujus ni fallor autor ipse erat. Sedulus enim interfuerat, ferè singulis diebus apud augustum senatûs Principem quâ Illum conveniebamus horâ, et loquentium ab ore pendebat, totis auribus inhians. Petebat ut hunc libellum meâ munirem approbatione. Sed cum iste libellus ageret nominatim de iis quae curam Bovum aegrotantium spectarent de quibus postulasset Illustrissimi Magistratus sententiam; quam neque ex utilitate publicâ neque ex Nostri ordinis dignitate ac prudentiâ ferendam esse duxeramus, Nolui subscribere. Inficetus planè mihi visus est, et stylo et doctrinâ. auctor fui posterâ die apud Illustriss. senatus Principem, Clandestinam libelli istius typis mandandi peteret veniam a D.° de Marville qui eâdem ac nos horâ venturus erat. me illi non contradicturum neque de Illo conquesturum.

Eodem Die audivimus, morbum Epidemium Boum cui a meridie meta fuerat vicus Palatio aurelianensi Dicto Luxembourg aut potiùs hortis Palatii et Carthusianorum Eremitarum conterminus, dictus rue d'enfer quo desinit in agros, hanc viam transilivisse, et illibatum hactenùs, incipere afflari contagio, atque violari suburbium San-germanicum. Lectos è nostris duos ad hanc Provinciam legavimus qui de rei veritate cognoscerent testes oculati, et ad nos referrent. Sed Illud heu satis superque Testatum fuit.

Vespere ejusdem diei conquerebatur mecum per Epistolam quam reversus domum accepi, unus è legatis Epidemici Morbi Clar. M.r Le Thieullier circumferri studiosè per domos typis recens mandatam sententiam quam tulerat olim de libro, quem ipse conscripserat, medico, saluberrima facultas eo sane animo ut aegritudinem inde caperet atque molestiam. Respondi, quod optaret me facere, juberet; cras mane sive te conventuros in scholas, inibi super hâc re collocuturos.

Posterâ die quae erat Veneris postulavit a me Comitia super hâc re haberem quamprimum. Indixi crastinâ die scilicet sabbato eaque per Juramentum

Per Juramentum igitur

Die sabbato 8.° mensis Maii 1745 facultas per schedulam legitimè convocata in scholas superiores, et inibi congregata M.rum Ludovicum Joan. Le Thieullier nostrum Collegam de re gravi conquerentem auditura, audito Dicto Collegâ M.ro Le Thieullier conquerente quod interpretatio Decreti adversus unum ex suis libris lati a. 1732, nuperrimè gallico idiomate typis mandata absque Regio Privilegio aut approbatione neque censorum Regiorum neque Magistratuum permissu munita publici Juris facta quotidiè distribuatur; Audito dein Decano, Re in deliberationem missâ censuit Saluberr.a facultas.

Stante supradicto Decreto lato a. 1732 Die merc. 5.° Nov. h.â post meridiem 3.â cui hodierno decreto nullatenùs derogatum vult aut intelligit, dictam interpretationem de quâ conqueritur Praedictus M.r Le Thieullier esse unà cum interprete improbandam; Improbare valdè se praeterea quod se insciâ dicta Interpretatio gallica fuerit typis mandata, ac distributa: se si interpres aliquandò è nostro gremio esse compertiatur, sibi reservare jus in illum prout ex re et honore facultatis erit animadvertendi et ità conclusi die et anno praedictis G. J. De L'Epine Decanus.

Illud decretum Jussu facultatis subsignarunt M.r Finot et M.r Baron antiquus Decanus, et Illius copiam Illicò feci ex consensu Saluberr.ae facultatis

Dicto Clarissimo Collegæ M.ro Le Thieullier meomunitam Chirographo ubi opus
foret utendam

Die Mercurii 12.o maii A. 1745. Domina Capitaine, et Domina Jones
Juratæ in Castelleto Matronæ, quæ ambæ, quatuor, (quæ instituta sunt) officiorum
inter se dominium habent; sed duo alia quæ non possunt simul perse exercere officia
adimplere curant duabus Vicariis D.a Le maire et D.cella Thibout nepte D.æ Capitaine me
adivere Domi libellumque tradidere supplicem quo petebant à Saluberr.a facultate
1.o favere vellet iis Saluberr.us ordo, ut liceret illis, alumnas ad magisterium artis
obstetriciæ perducere: quod artibus, dolis, et Nequitiâ Proto Chirurgi Barbitonsoris
De la Peyronie cohibitum huc usque fuerat. 2.o placeret Saluberr.æ facultati
dare illis Doctores qui demonstrarent organa et fabricam partium Muliebrium
generationi et Partui inservientium, artisque obstetriciæ Præcepta doceri valdè cu=
=pientibus traderent. Inauditum esse nefas, quæ artem tàm necessariam atque tanti
in Republicâ momenti exercerent, in crassissimâ inscitiâ invitas detineri Mal=
=itiâ Chirurgorum qui quamvis legibus et statutis cogerentur vel potius tenerentur,
eas ad demonstrationes anatomicas Muliebrium compellare, tamen a Viginti duobus
annis et ampliùs hoc officium omiserant. Sperare se tàm æquis postulatis ini=
=quam non futuram esse facultatem. Promisi eum Saluberr.o ordine quampri=
=mùm a me communicatum iri Supplicem illarum Libellum.

Intereà ferebatur Rumor decem officia Chirurgorum jamjam
esse creanda in locum unius Muneris Syndici, ad mentem cujusdam Edicti quo bene=
=placitus Rex noster Similia in omnibus sodalitiis Artificum constituerat, ut ex
horum Venditione munerum collecta pecunia rebus Imperii tuendis impenderetur;
Verebamur ne sub Titulo muneris Edicto Regio Creati, hisce officiis instructi ab omni
lege immunes se contenderent, ac proinde agnoscere nostra Jura recusarent. his de
causis Patronos Consulere visum est, ac præsertim M.rum Thorel cui sollicitudinis no=
=stræ Causas proposuimus Die 14.o Maii 1745. Hic non fuit autor nunc supremum
Fisci Præfectum, (Le Controlleur General) adiremus. Quandò fieret in Societate
Chirurgorum aliqua mutatio, tunc novis litteris Regiis nuntiatum iri; tunc deferendas
esse has litteras in Commentarios Curiæ cæteris de more interscribendas. Tunc Inter=
* V. p. 963. =cederemus ne Inscriberentur nisi salvo facultatis Jure*

Per Juramentum.

Die Lunæ 17.o Maii 1745. Saluberrima Facultas
legitimè ut moris est per Schedulam in Scholas Superiores et horâ ipsâ
decimâ Matutinâ, ut schedulâ indictum fuerat congregata eò loci, de re quæ
Totius Reipublicæ interest magnoperè Decanum dicentem auditura ac posteà
deliberatura, postquàm Decanus exposuit Die 12.o hujusce mensis ad se accessisse
Matronas et obstetrices Juratas hujusce urbis quæ acerbè conquererentur:

Primò de Impedimentis quæ duobus abhinc annis attulit Regis
Barbitonsor Chirurgus de la Peyronie, ne more solito reciperentur Obstetrices novæ
necnon de Nequitiâ Præpositorum Sancosmianæ Communitatis Barbitonsorum=
=Chirurgorum qui similes moras perperàm et de industriâ ipsis necterent sociamque
operam dicto Regio Barbitonsori=Chirurgo De la Peyronie in idem facinus adjungerent

Secundò quod impunè per urbem vexilla fenestris appenderent,
Nuptæ pariter, innuptæque Mulieres aut Virgines ignotæ moribus nonnullæ perdi=
=tissimis, quæ Nullo Doctrinæ prius coràm vobis neque Coràm seipsis Juratis facto
periculo, neque solutis solvendis, se obstetrices legitimas cuivis obvio Impudentissimè
renuntiarent atque Jurarent

Tertiò quod si in illis, quid agerent? quomodò ad artem pervenissent
inquireretur, Illicò reponerent, per se non stare quin Examine probatorio doctrinæ
et peritiæ suæ Specimen Ederent, sicque in Legitimarum obstetricum Sodalitatem
reciperentur Quamdiu per prædictum de la Peyronie Impedimenta quotidiè nova
afferrentur.

Prætereà demùm Jussas pluribus Senatusconsultis, anatomicas parti=
=um genitalium Muliebrium partui inservientium demonstrationes diù sibi promissas
diù à Chirurgis fuisse constantèr ab iis à plusquàm viginti duobus annis pertinaciter
aut Elusas, aut pertinaciter denegatas . . : Ideò Postularent Supplices à Saluberr.o
Ordine sibi vellet indulgere Professorem qui doceret illas Idiomate sibi noto quæ
scire Illas opus esset, qui ab illis cognoscenda monstraret, quo duce peritiores in
arte suâ factæ, Circà prægnantes, Puerperas atque parturientes peccent minùs
et si res ex voto prosperè aliquando non cesserint, se neque negligentiâ neque inscitiâ
peccavisse suam possint testem habere conscientiam.

His expositis Decanus legit Coràm Libellum ab illis obstetricibus por=
=rectum non multùm absimilem ab illo quem earum Majores olim facultati porre=
=xerant Decano M.ro Guillemeau Die sabb.o 27.o Januarii 1735. vide Tom.m XII.um
Fol.o 399. &c.

Sic autèm se habebat libellus iste Hodiernus

A Messieurs Les Doyen
Docteurs=Regents de la Faculté de Medecine
Supplient humblement Les Matrones et Jurées Sagesfemes
de la Ville et Fauxbourg de Paris, Disant que la situation ou Elles se

trouvent ne leur permet pas de differer plus longtems, de vous demander des secours et des instructions qu'elles ont lieu d'attendre d'une faculté dont les connoissances et les veilles n'ont pour principal objet que la conservation de la vie et de la santé des hommes.

Depuis plus de deux ans la reception des aspirantes a la Maitrise de sagefemme de la ville de Paris est suspendüe. Ce n'est point aux supplianles à vous representer les suittes dangereuses d'une pareille cessation. Vous en sentirez Messieurs, les consequences mieux qu'elles, quand elles vous auront exposé ce qui s'est passé, et ce qui se passe tous les jours sous leurs yeux depuis cette Epoque.

Elles sont en Etat de justifier qu'un grand nombre d'aspirantes se sont presentées et ont consigné les deniers necessaires, pour parvenir à l'Examen qui doit preceder la reception des Maitresses sages-femmes de la ville de Paris, mais ces aspirantes n'ayant pû y parvenir, plusieurs d'entre elles ont desja retiré leurs Consignations, et un grand nombre se sont presentées au Public comme assez instruites pour exercer la partie de la chirurgie, qui regarde les accouchements.

En vain les Jurées sages-femmes preposées principalement pour faire observer les Reglemens et Statuts qui les concernent ont fait oter les Tableaux que plusieurs aspirantes avoient fait mettre; Ces Tableaux ont etez remis, et la Reponse des aspirantes sur les plaintes des Jurées a eté qu'il ne dependoit pas d'elles d'etre reçües: que s'etant fait instruire et ayant consigné les droits, il falloit qu'elles Jeussent de l'Etat qu'elles avoient embrassé.

Mais si ces Contraventions aux Reglements meritent attention, Il est encor plus important d'observer qu'outre les aspirantes qui ont consigné, Et qu'on doit présumer avoir reçû quelqu' instruction, il se trouve un grand nombre de femmes* et de filles inconnües qui sur le fondement qu'on ne reçoit plus de sages=femmes pour la ville de Paris, s'ingerent maintenant d'accoucher. Si on les en veut empecher Elles offres de consigner les frais de reception; en sorte qu'il n'est pas permis de douter que la vie des femmes qui s'addressent aux aspirantes qui ont ou n'ont consigné, ne soit souvent dans un danger Evident.

* Leurs noms sont cy=après

Un autre objet Messieurs, qui n'est pas moins digne du bien Public, que vous vous proposez donne encor lieu aux suppliantes de vous exposer le besoin qu'elles ont d'etre instruites sur la partie de la chirurgie qu'elles exercent. Les accidens qui souvent précedent et accompagnent les accouchemens, leur font sentir non seulement la Necessité ou Elles sont d'avoir la connoissance des parties servantes à la generation, mais des autres parties du Corps qui influent sur cette operation de la Nature.

Les Instructions qu'elles vous demandent sont moins l'Effet d'une vaine Curiosité que du desir qu'elles ont d'Etre plus en Etat d'aider les femmes qui ont recours à elles lors de leur accouchement: Il ne faut pour etre persuadé; (Si vous voulez leur accorder ce qu'elles vous demandent), du bien que vous leur procurerez et encore plus au Public, que vous représenter l'Embarras ou les sages=femmes se trouvent lors des accouchemens difficiles. Incertaines souvent, quand elles doivent demander du se=cours, les trop de securité ou d'inquietude forme deux extremitez egalement prejudiciables: Les unes se reposant trop sur l'experience qu'elles croient avoir acquise, attribüent les accidens qu'elles voyent a la situation ou une femme peut etre avant ou apres etre accouchées tandis que les accidents ont souvent une autre Cause. Les autres trop défiantes, s'alarment des moindres Evenements qui leurs sont inconnus et allar=ment avec plus de raison les femmes aupres de qui elles sont par le secours qu'elles demandent hors de Necessité.

Ce sont Messieurs des raisons si puissantes, qui les font vous supplier de leur accorder des demonstrations anatomiques, tant pour elles que pour leurs aspirantes des parties du Corps de la femme qui ont trait aux accouchemens et qui peuvent les rendre plus difficiles afin qu'elles puissent connoitre avec quelque Certitude quand elles doivent demander les secours qu'elles ne peuvent donner. Elles ont d'autant plus lieu d'esperer que vous Ecouterez favorablement leur demande qu'elles ne font en cela qu'imiter les sages=femmes qui les ont precedées, qui dans le Cours du dernier siecle s'addresserent a votre faculté pour puiser dans des sources si abondantes les connoissances dont elles ont besoin.

Ce Considéré Messieurs, Il vous Plaise sur le premier objet que les sagesfemmes viennent d'avoir l'honneur de vous exposer prendre le parti que votre Prudence vous suggerera. Et sur le second, nommer quelques Docteurs de votre faculté pour leur donner les Instructions dont elles ont besoin en les admettant et leurs Eleves aux anatomies des femmes dans les tems et aux heures qui leurs seront indiquées. Signé Jonet, Capitaine, Thiboust, De La Mare, Lafond, Heuze, Le Boursier; J.M. Chardont, Mabille, Dessolles, Coste, Boullenois, Le Noir, Fleureau, f. Littret; ⊗, De Marest, Le Roux, Joly, La lane, Claude Dominée, Pidieu, Le Clerc, Dannelle, Gaucherot rüe tictone, Dernier; Le fort,* Watrigan ca. Marlette, femme Thierry, Dresse, Gosset, Bossu, Subtil, Mié, de Gatagale, Gravell, Josse, Guidamour, Regnault.
*Pillon.

Noms des Aspirantes a la Maitrise de sages femmes Qui ont consigné à S.t Côme pour leurs Receptions dont Plusieurs ont fait mettre leurs Tableaux.

Mademoiselle Jones
Avec — M.elle Vallery femme de M. Regnier
Enseigne.. M.e Du Guoy
Enseigne.. M.e Fusiller
Enseigne.. M.e Gillet fille de M.e Duclos
M.e Coron
M.e Noiseux fem. de François Laignierz
Enseigne.. M.e Cartier
M.e Sauvage
M.elle Roussel.
Enseigne.. M.e Bouché
Enseigne.. M.e Guillemardet

Madame Le moyne
Enseigne. M.e Villedieu.
M.e Normandin
M.elle Pillon
M.e D'Albert
Enseigne.. M.e Cochart
M.e Le Febvre
Enseigne.. M.e Cath.e Gauvrai f.e de Jean Coly rüe de Tournon
Enseigne.. M.e Lambert rüe Galande place Maubert
Enseigne.. M.elle Saignée rue de l'arbre sec.

Noms de celles qui ont retiré leur Argent de Saint Côme

Madame Codelau
Madame Mallet

Madame Poirier
Mademoiselle Enoch

Noms des Aspirantes qui offrent de Consigner pour etre reçues Maitresses Et qui travaillent.

Madame L'ainé
M.de Mayanet
M.elle DuBois
M.de Quelus

Madame Beaujeu
Mademoiselle Maur
Madame Guyadet.
Madame Dusautoy

Avec Enseignes { M.e Grognée r. de seine fauxbourg S.t Germain. / M.e Michel r. S.t Dominique.

Deposé entre les mains de M.e chomel Not.e à Paris et Certifié veritable le vingt neuf Juin mil sept cens quarante G. J. De l'Epine Doyen de la fac. de Medecine de Paris signé chomel et de la Manche avec Paraphe.

Censuit re in deliberationem missâ, lectisque omnium et Singulorum Doctorum qui frequentissimi interfuere, Suffragiis, legitimas esse Matronarum quer=monias, Justasque illarum petitiones; graviter Decano cum adjunctis Saluberrimi ordinis nomine allaborandum esse apud summos Magistratus Regis ministros, ac praecipuè apud Illustrill. Galliarum Cancell.um Daguesseau ut querimoniarum tam Justarum haberetur ratio de Caetero quod penès facultatem planè esset Illis esse faciendum satis illicò. Iccircò sic statuit de Illarum Libello supplica

Decanus cum adjunctis pro Rebus facultatis ad Magistratus et Regis Ministros legatis jam, omni ope atque operâ allaboret apud integerrimos Magis=tratus et Regis ministros, ac praecipuè apud Illustrill. Galliarum Cancellarium in Matronarum obstetricumque supplicum gratiam, ut restituatur citò citiùs ordo jam a nimio tempore ubique perturbatus; reprimanturque et Coërceantur severè quicumque circà artem obstetriciam irrepserunt abusus; et in hâc occa=sione earum Causam, tanquam Causam ipsius facultatis, causam totius Civitatis, imò orbis universi esse habendam ac strenuè defendendam.

Secundo mox celebretur Cursus Anatomicus ad Artem obstetriciam perti=nens quo non tantùm ossa et Partes molles partui inservientes palàm a Doctore demonstrabuntur in Amphitheatro sed et fient lectiones de arte Obstetriciâ, manualiter exercendâ et de Morbis ad partum recentem immediatè pertinen=tibus scilicet suppressione Lochiorum febri puerperarum immodico fluxu sangui=nolento &c ejusmodi. Ac ne diutiùs in Bono Communi procurando ubi se dat occasio haerere videamur Jubet facultas ut nullâ interpositâ morâ, Die Crastino, in gratiam obstetricum exponatur Osteologia quam excipiet partium Mollium (si modò per Magistratus detur copia Cadaveris, Ver enim jam tepebat) accurata demonstratio. Quod utrumque Programmatis hodie per Compita affixis Promulgetur. Et in Illud munus appellat Clar. Collegam Joseph. Exuperium Bertin Cujus Expleto munere suam scilicet Chirurgicam (quantum pertinet ad partum) provinciam suscipiet M.r Meritissimus M.r Joannes Astruc novis Pro=grammatis publicè renuntiandam

Tertio atque ut decentiùs ac reverentiùs pro scholarum facultatis dignitate Celebretur ejusmodi lectiones Jubet dictis exercitationibus cùm ana=tomicis tùm Chirurgicis quantùm postulat Ars Obstetricia interfuturos esse solos Magistros facultatis, et Baccalaureos: Utrosque suis Togis amictibus Colli et humeralibus (quosque suis) decenter vestitos. Nec quosvis alios sub quovis praetextu vult esse admittendos praeter obstetrices cum suis alumnis quae (subsignatum à Juratis obstetricibus Rotulum afferendo ut agnoscantur) lecti=onibus in sui gratiam Celebrandis gaudebunt.

Quartò ab obstetricibus Juratis afferri quotannis ante geminatam illam exercitationem ordinem seu Catalogum Obstetricum Parisiensium à se Juratis subsignatum in quo contineantur à latere, etiam nomina alumnarum quas in arte obstetricia erudiunt atque exercent, ut à Doctoribus facultatis cognoscantur utraeque nec ad illas audiendas lectiones per dolum, neque fraudulenter aliae admittantur. Et ita conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Hoc confecto uno ore Decreto pronuntiatoque ambas obstetrices Juratas quae in Aedibus Primi apparitoris, ex altera scalarum parte suae spei praestolabantur accersivi: sicque eas, coràm numerosissimâ et frequentissimâ si unquam fuit facultate, oblatis priùs quae ex consensu facultatis urbanitatis gratiâ parari jusseram sedilibus, sum allocutus.

Mes Demoiselles.

J'ai rendu compte a la faculté des deux objets enoncéz dans votre Requête a la faculté que vous m'avéz présenté le douze de ce mois.

Sur le Premier article, La faculté trouve vos plaintes justes et legitimes; et ne peut qu'approuver votre démarche. En Consequence Elle a ordonné a son Doyen et a Messieurs les Commissaires chargés de ses affaires, de vous aider en tout ce qu'ils pourront de leurs conseils de leurs Lumieres de leur Credit, de leur recommandation et de leurs sollicitations auprès des Magistrats et des Ministres au Nom de la faculté, et de ne rien Negliger de tout ce qui pourra Vous favoriser, ou vous être utile.

Quant au Second article La faculté loue votre Zele et l'Empressement que vous avez pour chercher a vous instruire et a vous perfectioner dans un Art aussi utile et aussi necessaire au Public. Elle s'imputeroit comme un Crime le moindre delai de sa part. Elle vient de nommer en votre faveur deux Professeurs Monsieur Bertin et Monsieur Astruc. Le Premier commencera dès demain a trois heures précises apres midi, un Cours d'Osteologie Concernant les accouchements; qui sera suivi dans son tems d'un Cours d'Anatomie. Le second vous fera des Leçons sur les accouchements, et sur les differentes operations qui y sont relatives; Et pour que les choses se passent avec la Decence et la Dignité convenable a ces Ecoles, vous seules y seréz admises avec vos aspirantes et Eleves qui apporteront en se présentant aux Cours des Billets signéz des Quatre Jurées. &.

Et pour pouvoir maintenir l'ordre, et eviter la Confusion vous donneréz tous les ans à la faculté un Catalogue de Vos Maitresses recues, ainsi qu'un de Vos aspirantes et Eleves signé de vous, tous les deux; pour que l'on puisse connoitre les unes et les autres et tenir la main a l'Execution du présent Decret qu'elle vient de faire en votre faveur.

Quo audito gratias egerunt saluberr.^ae facultati et Lectae secesserunt.

Extemplò typis mandari jussi sequens Programma tùm in Majoribus chartis per compita affigendis tùm in minoribus manu deferendis sub hâc formulâ.

D. A.

Me JOSEPH=EXUPERE

BERTIN.

Docteur=Regent de la faculté de Medecine,

En l'université de Paris,

De l'academie Royale des sciences &c.

PAR DECRET DE LADITE FACULTÉ

FERA gratuitement et en langue françoise en faveur des Matrones et sages femmes, Leurs aspirantes et Eleves, UN COURS de Leçons anatomiques relatif à l'Art des accouchements.

Il commencera Mardi 18.e Mai 1745. à 3 heures Précises apres Midi et continuera les autres jours a la même heure.

Ce Cours ainsi que les Suivants sur la même Matiere se fera dans l'Amphitheatre des Ecoles de Medecine, rüe de la Bucherie.

L'Entrée n'en sera permise qu'aux seules sages femmes, et à leurs aspirantes ou Eleves.

Vespere ejusdem diei per vicos, plateas et compita civitatis jam plurimarum domuum postes renidebant hisce Programmatis. Diluculo sequenti centum exemplaria minuto charactere et viginti alia majori apud Juratas Matronas deferenda curaveram quae deinceps apud alias obstetrices quâ possent aut vellent ratione facerent asportari et ad arbitrium suis distribuerent sodalibus.

Die igitur Decimo octavo Mensis Maii, A. 1745. horâ ipsâ post meridiem tertiâ Exorsus est lectiones Anatomicas ad usum Obstetricum Mr. Bertin oratione urbanissimâ, nec minus litteratâ et Doctâ. Quinquaginta suprà quatuor affuere Matronæ quas per scholam (quamvis intereà legerent Professores, et per Laboratorium Pharmaceuticum vitandæ Confusionis gratiâ, introduximus.

Juratæ quatuor honoris causâ Solæ admissæ in interiora ambas priores utrinque Sedes in Scamnis Dorsum fulcire idoneis à pedibus Professoris occupaverunt; Tanta fuit prætereà Doctorum frequentia, ut tres priores ordines interiores iis non suffecerint excipiendis unà cum Baccalaureis quibus specialiter dicatus ab omni ævo, orbis mensæ proximus; ex quibus nullus à lectione abfuit. Securitatem dedit duorum helvetiorum tantùm Satellitium qui (dùm interiora tenebant nostri appantores) Tuebantur ipsi Januam Exteriorem (vici de la Bucherie) quæ sola per decursum harumce lectionum patuit.

Adeò placuit hæc Exercitatio ut postero die Juratæ Matronæ bis me Convenerint, et ad decimam usque Vespertinam Domi me expectaverint gratulaturæ collatum recèns in se Beneficium atque gratias Sodalium quæcumque adfuerant omnium nomine quàm amplissimas acturæ. adeò Celeriter percrebruit hujusce Exercitationis fama ut perendino die Matronæ advolaverint ultrà Septuaginta.

Commissi sibi Muneris intereà non fuit immemor Legatorum facultatis concilium; Etenim Die sequenti scilicet Mercurii 19.º Maii 1745 congregatum est et consilium habuit, quâ de Ratione Matronarum susciperemus Patrocinium. Re in concione agitatâ, Studiosèque perpensâ meliùs Consultum Causæ obstetricum existimavit si Cancellariam non adiremus, nisi peracto Exercitationum Anatomicarum cursu; Tunc plus momenti ac ponderis habituram esse nostram Clientelam, plus auctoritatis nostræ commendationi esse accessurum.

Eodem die 19.º Maii 1745. postulati sunt in Comitiis Universitatis legati à singulis facultatibus qui prospicerent cum Amplissº Rectore, Juribus ac Privilegiis Academicis ac præsertim, Privilegio Graduatorum in Mensibus qui Rigorosi audiunt quod planè Antiquabatur novo Regis Edicto. (Vide acta Universitatis)

Postero Die Jovis vigesimo Maii 1745 litteras misi Procuratori Catholico quibus petebam vellet nobis Erogare Cadaver fœmineum non obstante favonii jam tepescentis flatu. Effluxisse quidem diem confitebar quâ vulgò, lege, liceret postulare Cadavera. verum per nos non stetisse maturiùs peragere opus cui illud destinaremus. Decimo-septimo die tantum mensis labentis, supplices Matronas Anatomiam rogasse. Ad paucos, quatuor videlicet aut quinque ad summum pro hâc vice dies, Cadaver illud nobis opus fore. de Cætero omni arte provideremus ne quid incommodi in quemquam exurgeret. pro certo habere posse nihil in Concedendâ nostra petitione metuendum esse periculi. Nos ægerrimè laturos si doceri aventibus Matronis Mancam Mutilamque et jejunam demonstrationem in Exsiccatis tantummodo partibus defecta Cadaveris exponere cogeremur.

Die idcircò sequenti 21.º Maii 1745 Illum adivi Comitatus Clar. Collegis Mris Eliâ Col de Vilars Exdecano et Martineng responsum quæsiturus. Res ut prævideram perardua erat, nec speranda ab integerrº Illo Magistratu quamvis summæ erga nos benevolentiæ pleno. Senatusconsulta, Leges, quod inde traheretur exemplum objecit. Non defuere responsa. Rem novam et inopinam, non nostro arbitrio, seriùs justo parumper evenisse; Nascentem in obstetricibus discendi et audiendi cupiditatem quæ si negligeretur in tempore, posset languescere, forsàn extingui. Rem esse Civitati et Imperio perutilem; imò pretiosissimam. Magnas plerumque res à levibus exordiri principiis, quæ si non foveantur Evanescunt. Quæsivit an cum augusti Senatûs Principe communicassemus. Respondi non dubitare nos quin ratum gratumque haberetur ab Illustrissº Senatus Principe quidquid ipse de hâc re statueret. Suasit hunc alloqueremur, crastinâ die; se ipso Vespere præsentis diei cum Illo super hoc negotio esse locuturum; honestèque et humanissimè exceptos in interiorem Exedram non dimisit volentes nolentes, nisi medium Vestibulum jam transgressos

Eodem die adivi Mrum Cochu in Senatu Parisiensi Patronum. dixique optare saluberrimam facultatem vellet rebus suis Consilium et operam dare. quod ille magno honori sibi habuit, et magnæ voluptati esse habiturum spopondit.

Postero die 22.º Maii 1745. Indefatigato collegâ solo M.ro Martineng Comitatus me Contuli apud Illustriss. Senatus Principem horâ Meridianâ quâ scilicet de suis unumquemque Negotiis dicentem audire solet. Aberat. res urgebat. scripsi Epistolam sequentem

Monseigneur.

Les Sages femmes de Paris ont presenté le dixsept de ce mois une Requête a la faculté, par laquelle elles nous prient de vouloir bien leur donner un Professeur pour leur faire a Elles et a leurs aspirantes des leçons qu'elles desirent depuis longtems sur tout ce qui concerne l'art des accouchements.

La faculté apres avoir examiné leur Requête a crû qu'il etoit de l'interêt du Public de ne point differer. Elle a acquiescé a leur demande, et a choisi a l'instant parmi les Docteurs presents a l'assemblée, deux persones qu'elle a chargé de les instruire; Mr. Bertin et Mr. Astruc. Mr. Bertin pour leur faire les leçons et demonstrations anatomiques des parties de la femme qui ont rapport aux accouchements. Mr. Astruc pour leur expliquer la maniere d'operer dans les differents accouchements qui peuvent se presenter ou naturellement ou Contre nature soit de la part de la mere, soit de la part de l'Enfant, et pour leur donner les instructions necessaires pour remedier dans les Cas de Necessité à plusieurs
accidents

accidents qui surviennent souvent dans les premiers jours de l'accouchement comme descente de l'uterus, fievre de lait suppression des lochies et autres.

Mr. Berten a commencé Mardi dernier a leur faire publiquement sur le squelete la demonstration des parties osseuses qui concerne les accouchements ce qu'il a continué depuis.

Mais il conviendroit avant que Mr. astruc leur fit ses leçons sur la nature des differents accouchements qu'elles fussent instruites de la structure et de la situation naturelle des parties molles sur lesquelles Elles doivent un jour travailler. La Faculté a recours a Votre Bonté Monseig. et supplie V. G. de lui faire delivrer un cadavre feminin par Mrs. les Administrateurs de l'Hopital general.

J'ai eu l'honneur a Midi d'aller a Votre Hotel en deputation de la part de la faculté. comme vous ne donniez point d'audience je prends la liberté de vous demander par Ecrit cette grace.

Nous avons eu l'honneur de voir à ce sujet Monsieur Le Procureur General qui doit vous en parler aujourdhui.

Nous n'ignorons pas que suivant les Reglements de Police il est defendu à l'Executeur de la Haute Justice de delivrer des cadavres depuis le Premier Mai, jusqu'au Premier Septembre pour faire des cours ordinaires mais nous croyons que le cas present est hors de la Regle.

Premierement nous n'avons besoin d'un cadavre que pour trois ou quatre jours, apres lesquels nous aurons soin de le faire remettre exactement a l'hopital dont il aura eté apporté.

Secondement, notre amphitheatre est neuf et fort frais. Le demonstrateur preparera ses parties avec de l'Esprit de vin et des Essences aromatiques, et prendra des précautions suffisantes pour que son travail ne porte aucune mauvaise odeur dans l'amphitheatre, encor moins dans les maisons voisines, desquelles il est Isolé et fort Eloigné.

La faculté Monseigneur se rappore du tout a V. prudence.

Je suis avec un profond respect

Monseigneur

de Votre Grandeur

Le tres humble et tres
Obeissant serviteur
J. B. De L'Epine Doyen.
de la faculté de Med. de Paris

Paris le 22e. Mai 1745

Eodem die 22o. Maii 1745. Dmus. Bouquet facultati mutuò dedit Mille libras vigesimâ usurâ, sub meâ schedulâ confirmatâ Chirographo Mri. Eliæ Col de Vilars.

Die Dominico 23o. Maii 1745. Innuit Procuratoris Catholici amanuensis Dns. de La Roue vir Integerrimus et nobis amicissimus placuisse quidem quod faciebamus et quod postulabamus, attamen in se susceptum non esse Magistratus immutare sancitas leges; Reverâ vix illuxerat aurora sequens cum hanc accepi a Meritissimo Procuratore Catholico Epistolam.

A Paris le 23 mai 1745.

Je fis part hier a Monsieur le Premier Président Monsieur et de votre Lettre, et de la visitte que vous m'aviez fait l'honneur de me rendre. Il loua fort votre zele, et celui de la faculté. L'ouvrage ou quelques Docteurs veulent bien actuellement s'emploïer est digne de son attention pour le bien public. Il auroit fort desiré pouvoir seconder votre zele: mais l'Epoque du mois de May est un obstacle que l'autorité des Arrêts, et les consequences ne permettent pas de violer.

Je suis Monsieur votre tres humble et tres obeissant serviteur. Signé Joly de fleury.

A Monsieur
Monsieur De l'Epine Doyen de la faculté de Médecine
Contresigné Joly de fleury A Paris.

Deficiente cadavere non defecit propterea demonstratio. Præparationem anatomicam Elegantissimam si unquam fuit partis inferioris Trunci Muliebris, cum fœtu (arte facto quidem) in utero vero contento et cum infinitate partium, arteriolarum, venarum, Ligamentorum, Musculorum Glandularum, Intestinorum quæ sarta tecta et pulchra visu (utarum) conservasse prodigium videbatur, mihi ultro commodare utilitatis publicæ studiosissimus amicus non recusavit. Dolendum certè fuisset accedentes quotidie frequentiùs (sit venia verbo) auditrices, cibo Doctrinæ quam avidè hauriebant impastas

impastatæ dimisisse et jejunas. octogenarium enim ante quartam lectionem M.ri Bertin, Jam superabant numerum.

Eodem Die 24.° Maii 1745. summo mane Inicia facultate humo con=ditus fuerat M.r Poullin recens Doctor

Die Martis 25.° Maii de Mandato Rectoris schola siluit totâ die propter orationem Panegiricam Regis quæ habita est in Mazarinæo cui adfuit honoris gratiâ, et gratuito totum Tribunal academicum, et quam Regis In Senatu Quadrumviri suâ præsentiâ cohonestaverunt

Die Veneris 28.° Maii A. 1745. facultas legitimè ut moris est per schedulam apud singulos, et omnes Doctores à Bidellis delatam in scholas superiores convocata et congregata, horâ decimâ matutinâ de Re maximi momenti ad omnes et singulos universæ academiæ ordines spectanti Decanum dicentem auditura, postquàm decanus exposuit Regis Declaratione datâ Versaliis Die 27.° Aprilis 1745. registrata in Curiâ senatus 6.° Mai. 1745. frustratum iri, ac retro sublapsas referri spes eorum qui Jure gradium in universitatibus acquisitorum aut Jure septennii obtinere poterant beneficia Ecclesiastica in mensibus, ut aiunt Rigorosis, unde plurimum detrimenti Capere poterat res omnis academica. Re in deliberationem missâ, censet omni ope atque operâ, partes academicas esse suscipiendas: Ideò appellat in consultores, et cognitores hujus Negocii M.ros Baron P. Martineng Procope, Finot; qui quatuor prædicti Magistri, omnes ex antiquioribus, unà cum cæteris Academiæ Principibus et Amplis.° Rectore, videant quid rei agendum: ad facultatem referant et Amplis.m Rectorem quocumque iverit hujus Negocii gratiâ comitentur, et quandocumque opus fuerit totis viribus adjuvent, et Ita conclusi G.H. De L'Epine Decanus

*v. p. 958. In iisdem Comitiis legi responsum quod mihi rescripserat, Meritissimus Procurator Catholicus super obstetricum Negotio *.

Die 29.° Maii, A. 1745. sabbato, ut assolet, vitâ nuperrimè functo Danieli, francisco salesio Poullin in sacello scholarum parentatum est.

Eodem die 29.° mai. 1745. mutuò dedit facultati sub chirographo M.ri Eliæ Col de Vilars Ex decani, et meo, usurâ vigesimâ eâque perpetuâ summam Mille et quadringentas libras D.nus Petrus Cornet et D.a Margarita Alexandre ejus conjux.

Eodem Die de Negotio Chirurgi, de quo Jam aliàs, dicti Berard Consultus M.r Cochu responsum reddidit, quo negaret prosequendam esse appellationem adversus præfatum illum Chirurgum=barbitonsorem Peccare aliquid in formâ et præsertim in Testimoniis delicti quod lectâ laudati Patroni Consultatione in proximè sequentibus Comitiis evidenter patuit; unde rem in statu quo hærebat relinquere visum est.

M.S. v. T. xxi. p. Eodem die ego et Clar. M.r Baude de La Cloy unà convenimus ut Antiquæ nostræ Bibliothecæ Manuscripta non Pauca vetustosque Codices recognosceremus et in Bibliothecam novam jamjam publici Juris faciendam reponeremus; Quamvis famigerata foret olimque percelebris et in fastis Imperii Galliarum decantata nostra Vetus Bibliotheca non ideò tamen existimandum est Illam fuisse numerosissimam, neque ut ipsemet a Collegis quibusdam rem sanè altiùs non perscrutatis pluries audivi, immensam voluminum aut in bellis civilibus aut aliis Calamitosis temporibus nos fecisse Jacturam.

Pauca erant quæ percelebrem hanc nostram Bibliothecam constituebant volumina; et ad Quinquaginta florentissimis hujus Bibliothecæ temporibus numquam ascendit eorum numerus. Quod perspectu facile est legendo annalium nostrorum priora (quorum hoc excurrit et ferè desinit vigesimum) volumina. In his omnibus singularum rationum anni cujusque Exordium Census Bibliothecæ. In his leguntur nomina plurium Codicum qui etiamnum Extant ut videre erit in Catalogo quem hâc die Incepimus et post aliquot dies absolutum inscripsimus in Bibliothecæ Commentariis

*p. 994. Die Martis Primo Junii * 1745. Comitia Primamensis dicta habita sunt de more in scholis superioribus.

Ibi Postulavit Justanus Paullé noster secundus apparitor sibi liceret abesse per tres hebdomadas avaricum propter sua Negotia petituro. Annuit postulationi saluberr.a facultas sed eâ conditione ut aliquem intereà in sui locum sufficeret qui ejus obiret munia et sic conclusi

G.H. De L'Epine Decanus.

Die Jovis 3.° Junii 1745. secum abduxit in villam Marliciam nostrorum negotiorum, jurium, Privilegiorum &c scientissimum M.rum Martineng M.r Thorel noster Patronus, libello quem de commodo publico conficiebat unà cum nostro Collegâ per quindecim continuos dies operam daturus.

Die Veneris 4.° Junii A. 1745. octavâ lectione terminavit suas demonstrationes Anatomicas M.r Bertin, plaudentibus et multum sibi et illi gratulantibus plusquam sexaginta obstetricibus quæ diligenter ejus lectiones audiverant

Die sabbato 5.° Junii 1745. accessit ad me horâ meridianâ jam elapsâ

Dnus Girod Caupo, Visitatis ædibus et Cellis vinariis sub amphitheatro excavatis aliisque adjacentibus. Pactum est inter nos de pretio annuo quo redimeret hanc omnem habitationem. Ac ne præsens, quæ mihi rebus facultatis peropportuna videbatur, effugeret occasio (is enim erat Dives) ab illo non discessi quin illicò duplici olographo autographo inter nos transactum fuerit pro summa Quingintarum pro Sexaginta libellis pensionis annuæ; cujus apud Notarium depositi copiam in pergamenâ chartâ pro more poposcimus decimo octavo Junii a 1745

Eodem Die Da. Capitaine et Da. Jonès urbanissimè me domi convenerunt gratias et mihi et Saluberr.o ordini amplissimas acturæ pro Collato nupero in illas Beneficio, cujus essent in perpetuum memores. Quin et me consuluerunt an non meritissimum Professorem aliquo munere donarent: quod illis contra mentem facultatis prorsus fore asseveravi, et oblata sibi, si auderent, pertinaciter esse recusaturum Mdum e Bertin, certiores feci.

Die Nono Junii a. 1745. fortè fortunâ aderam in Scholis cum accessit Clariss.s vir Mr Piat Illustris Rhetor, antiquus Rector Universitatis, in Collegio franciæ Regius Eloquentiæ Professor, et Universitatis scriba, permotus Desiderio videndi nostrum Amphitheatrum, Nostram Bibliothecam, et Pictas aliquot Majorum nostrorum illustrium Tabellas inter quas cum ei ostenderem Imaginem fumosam Mri Gervais* Rediit in mentem utrique nostrum antehac de hoc Illustri Collegii Universitatis fundatore jam prœhabitus sermo. Petii quonam loci res esset. fassus est olim fuisse reverâ aliquid dicatum medicinæ studiosis; voluisse se illud suscitare ac fovere et restituere in utilitatem Philiatrorum, sed frustrà nunc futuram omnem nostram super hâc re sollicitudinem.

* p. 951.

Die Duodecimo Junii, Sabbato, a. 1745. Congregato in Scholis Superioribus horâ xa. matutinâ post sacrum Comitio Sexvirali Doctorum qui pauperes ægros de suâ quemque consulentes ægritudine audirent, atque de Consultis responsa darent, postulavit Clariss.s Collega Noster Magister Joannes Ludovicus Le Thieullier vellet ut Saluberr.a facultas in Examinatores Libri jam Editi anno 1732. cui Titulus est Observationes Medico=Practicæ, denuò edendi, Emendati et aucti, appellare de Majori ordine Mros Baron Patrem Astruc et Casamajor, de minori Mros De Jean, Ferret, et Baron filium cui supplicationi annuerunt Mri fontaine, Linguet, Chevalier, et Arcelin tunc præsentes. Et ita cum illis conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Die Lunæ 14.o Junii a. 1745. alterum de artis obstetriciæ manualis exercitio Lectionum cursum in gratiam Matronarum institutum auspicatus est Mr Joannes Astruc manè horâ ipsissimâ decimâ. Per horam, nitidè, doctè, et perspicuè, ut assolet, omnia, disseruit. Adfuerant fermè quadraginta Doctores: Baccalaurei omnes, Matronæ centum ad minimum.

Adeò ferus intereà Chirurgos depascebat Livor, ut in Tertiâ Lectione Mri Astruc, decimo octavo Junii, Ex obstetricibus una non potuerit sibi temperare, quin diceret palam, altâ atque intelligibili voce, omnibus suis sodalibus, famam vagari, singulis illarum hunc cursum esse constiturum plurimi: Non fieri ut putabant gratuitò: Demum fore ut seriùs ocyus illas pœniteat ad Scholas Medicas accessisse: Sic ferri in Schedulis quas per domos Obstetricum sparserant Chirurgi. Inde plurimas jam ab hâc lectione abesse quæ adfuerant prioribus. Unum exemplar ad se missum in formam Epistolæ, ut verbis faceret fidem, in manus meas extemplò tradidit. Sic autem se habebat hæc Epistola anonyma,

Mesdames

vous êtes averties de la part de Mrs Les Chirurgiens en Charge de ne point aller a l'Ecole Medecine, C'est un appas que l'on vous donne, Il il vous en coutera plus de trois cens livres, Mais vous ne sortirez jamais de Notre Corps telles instances que l'on puisse faire. avertissez vos compagnes, parceque telles choses que vous fassiez, vous n'en serez Jamais que la Dupe.

a Tergo Scriptum erat a Madame

Madame Bresse Maitresse Sagefemme
rue de la Cossonerie
A Paris.

Die Sabbato 19.o Junii a. 1745. in Comitio Sexvirali pauperibus curandis legato, postulavit Clarissimus Noster Collega Mr Cantwel, Censores qui legerent dissertationem ex Anglicano Idiomate, in gallicam à se conversam a Rege postulatam in quâ agebatur de Remedio optimo adversùs oculi inflammationes scilicet Viperinâ axungiâ, ac de Lichene quodam adversùs Rabiem prœstantissimo. Optabat Mros Col de Vilars, Bertin, et le Thieullier; Annuit illius Petitioni Saluberr.a facultas et sic conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Die Lunæ 21.o Junii 1745 processit alma Universitas more solito ad ædem deo sacram sub Invocatione Sancti Victoris.

Die Jovis 1.o Mensis Julii 1745. Convocati sunt Doctores omnes et Congregati horâ ipsâ decimâ Matutinâ, Clarissimorum Virorum qui rationibus posterioris anni secundi Decanatûs Mri Eliæ Col de Vilars Ex Decani examinandis prœpositi fuerunt relationem audituri; deindè de Libello quo Mr Bontoux in Consilio Regis Patronus nostram causam Reipublicæ plurimùm interesse evincit, jamjam typis mandando, nec non de Morbis grassantibus consulturi et 4.o de aliis rebus ad facultatem pertinentibus deliberaturi

Super Primo Articulo, auditâ relatione Mri Millet Examinatorum

praesentium antiquiore qui verba fecit in Locum M.ri Baron antiqui Decani et Examinatorum Antiquioris, minus prosperae valetudinis Causâ hâc die absentis. Saluberr.a facultas ratam et gratam habuit historiam illius Quarti Decanatûs, Jussitque quamprimum in Commentariis Saluberr.ae facultatis inscribi

Suprà secundo articulo, nihildum certi potuit statuere, libello nondum planè ad umbilicum perducto, neque adhuc prorsùs absoluto et resectum ad unguem omni ex parte perpolito.

Suprà Tertio articulo Vide Comitia menstrua p. 996.

V. p. 996

Quòad Quartum articulum sic se res habuit absente dictâ de Causâ M.ro Baron Patre, Censorum libri, Clarissimi Collegae M.ri Le Thieullier, antiquiore. Facultatem allocutus est M.r Joannes Astruc. Retulit Librum integrum omnes et singulos Censores, à Capite ad Calcem attentè perlegisse. Librum emendatum jam, sibi oblatum et mutatum prorsùs ab illo qui olim inconsultâ facultate prodierat. Praefationem quae aliàs displicuerat sublatam protinus, Correcta plurima diversis in locis quae nunc placerent. Verbo auctorem nullum ex Consiliis quae de restituendis in meliùs et corrigendis quibusdam locis, ipsi data fuerant, detrectasse. Denum dignam videri quae facultatis approbatione munita Typis mandetur. Quo audito unanimi omnium Consensu, et nemine reclamante sic Conclusi.

G. J. De L'Epine Decanus.

Agitatum fuit etiam an admitterentur Testimonia, peracti cursûs Philosophici, quaelibet, à Philiatris qui vellent nostros audire Professores et nostris inscribi Commentariis. accedebant horum nonnulli qui aut apud RR. PP. Jesuitas aut apud Oratorii Jesu socios, aut apud Monachos Coenobitasque docentes in oppidis quibus academiae sunt nullae Philosophiae operam dederant. Placuit ut severè et ad mentem Edicti Regii 1707. (quamvis illo ut patet ex ipso Edicto Saluberr.a fac. Parisien.sis non teneretur) exigerentur Testimonia Professorum qui in Universitatibus Imperii Galliarum docerent; non alia admitterentur. Et sic Conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Magister Dupre petiit liceret sibi suorum negotiorum Causâ per duos menses, cum semisse abesse: Et hoc illi Concessi Jam enim vacabant scholae.

Auditori in Medicinâ Dicto Piet, Legitimis de Causis sibi Cognitis, Sal. facultas indulsit Binam inscriptionem extra tempus sub clarissimo Collegâ Francisco et duobus aliis Professoribus, in Commentariis inscriptionum Sal.ae Facultatis

Scholaris ille Piet Magistri Mery auditor pluries accessit ad me ante trigesimum primum Dec.is 1744. nominis sui in Commentariis inscribendi gratiâ. Die tandem fatali 31.o hujus mensis ultrà quem nomina amplius accipere non licebat, relicto super adversariis Nomine Testatus est se apud me venisse; nec curae deinceps habuit iterum me Convenire ut propriâ manu Nomen Commentariis inscriberet. hujus in gratiam per duos menses Chirographo Commentaria inscriptionum non Clausi, sperans ipsum esse rediturum. Quadragesimâ adveniente Clausi, Novas admissurus inscriptiones Claudendas in Paschalibus; non nisi enim labente anno academico stitit se coràm me utrique inscriptioni facturus satis. Repulsam tulit. Tandem cum franc. Mery Collega noster et illius Professor, atque de ejus omnimodâ sedulitate probè conscius ac fide siquis umquam dignissimus me orasset ut ipsi indulgerem, non exoravit quia meam auctoritatem superabat opus. sed promisi me de hujus adolescentis infortunio Coràm Saluberr.â facultate verba facturum; et fidem exsolvi hoc die 1.o Jul. 1745.

Audivit igitur illum Saluberr.mus ordo Latino Idiomate satis eleganter orantem atque se excusantem, non illepidè. Quo Egresso Re in deliberationem missâ annuit illius petitioni Saluberr.a facultas; ità tamen ut res non traheretur in Exemplum Et Ità Conclusi.

vespere vulneratò ut posteà narravit homine, fugere coactus est antequam nomen dare posset
G. J. D. L.

G. J. De L'Epine Decanus.

Eodem die 1.o Jul. 1745. Sal. fac. Probat et laudat animos Clar. Nostri Coll.ae M.ri Herissant parantis cursum Osteologicum incipiendum in Amphitheatro Die Jovis proximo 8.o Julii. 1745. et Jubet Minutas ad id operis Impensas, ut Programmata &c. fieri ex Aere facultatis et sic Conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Eodem die 1.o Julii 1745. Salub.a fac. assentitur approbationi, libelli M.ri Cantwel ex anglo in gallicum translati et sic Conclusi.

G. J. De L'Epine Decanus.

Die Dominico 4.o Julii a. 1745. aulaeorum Textor dictus Bega, qui prò nostris Exercitiis tendere solebat alium Textorem sibi amicum adduxit dictum Rougeault qui nostra aulaea, olim pulcherrima sed quae injuriâ temporum et incuriâ tendentium partim lacera, partim diluta, undequaque hiulca, magis ac magis singulis in Actibus deperibant, inviseret. Re attentiùs Consideratâ et longo atque explicato examine maturè perpensâ dixit hoc opus absolute contra stare summae Mille centum et quinquaginta libellarum.

Quamvis à Majoribus Nostris dudum didicerimus invidendâ sobrii carere aulâ, attamen quoniam aureae mediocritatis amator Tutus etiam caret obsoleti sordibus Tecti, squallentes, et vetustate mucidos Turpe fuisset diebus actuum solemnibus scholarum videre parietes; icircò interea ex panno Communi quidem et admodum vulgari, sed laceris aulaeis honestiori, curavi meo aere ut fierent peripetasmata; (parvum pro tot et tantis quae debeo Saluberr.mae Parenti, munus!) Pannus iste est caeruleus ager Liliis Regiis luteo=citreis, undecumque Respersus. Ex Consimili sed meliore (Parem reperire non contigit) Panno Peristromata scamnorum et cathedrarum Dono dederat Integerrimus Censor Antecessor meus. Itaque ne deinc superbae et fastuosa

nostra subsellia fecimus, soli et uni munditiei prospeximus donec per facultatis Saluberr.ae fortunam meliorem aut aulæa nova coëmere aut antiqua quæ sarta honestissima erunt resarcire liceat.

Die Jovis octavo Julii 1745. Injussus, verùm ex voto et assensu Saluberr.i ordinis demonstrationes osteologicas suscepit M.r Herissant quas ad finem usque non nisi post aliquot hebdomadas cum laude perduxit. adeò minutissima quæque circà ossium naturam atque structuram consideranda, scrupulosâ disquisitionis indagatione; vir simplex, studiosus suæ artis, suæ facultatis, suorum amicorum; magno Winslowio inprimis charus, dilectus ejus discipulus.

Tanta fuit hoc anno cursuum publicorum, fas sit ità loqui, annona ut non tantummodò desinentem unum exciperet alter sed (ut loquimur in medicis) subintrarent; non nisi postero die scilicet

Die Veneris 9.o Jul. 1745. ultimâ et doctâ dilucidâque ut consuevit lectione docere desiit ~~obstetrices~~ pro hoc anno M.r Joannes Astruc.

Eodem die convenerunt viri in Pharmacopœâ Parisiensi celebres D.us Geoffroi diù multùmque desiderati nostri collegæ frater, D.us Barbe, D.us Genard et D.us Richard qui cum D.o Barbié de Bligniere, super fornacum chimicorum collocatione, et cœmentatione conferrent.

Die Sabbato x.o Jul. 1745 Matronæ Juratæ accesserunt ad Decanum gratias acturæ facultati, de doctissimis atque sibi jucundissimis quibus illas erudierat lectionibus jussu facultatis M.r Astruc. hunc domi jam cum omni grati animi testificatione salutaverant.

Die Lunæ xij.o Julii 1745. Tandem instaurata sunt denuò comitia pro codice pharmaceutico conficiendo, bis singulâ hebdomade haberi cœpta sed lectionibus tot celebrium virorum interrupta. Quis enim Winslow, Bertin, Astruc, audire non voluit.? adde quod diùm valdè nos occupaverat morbus contagiosus.

Die Veneris xvj.o Jul. 1745. Legati facultatis recogitatum apud se negotium obstetricum nonnisi in totâ facultate ad id congregatâ expediri posse atque procurari censuerunt. Quid enim re natâ opportunius.? addendum erat procellis quibus exagitabatur per totam Galliam medicina, quod a chirurgorum præpositis exercebatur in re obstetriciâ latrocinium. Interturbatus in illis recipiendis ordo et jam (quantò melius, ad id invitati libello supplici.) feceramus. ad id navabat operam laudatus Patronus Thorel.

Die Lunæ xix.o Jul. 1745. facultate per schedulam ut moris est congregatâ in scholas superiores horâ post meridiem tertiâ de libello M.ri de Bontoux in regio consilio Patroni jamjam typis mandando et de rebus tum ad bibliothecam tum ad alia facultatis negotia pertinentibus deliberaturâ, Decanus exposuit

Primo libellum quo noster Patronus D.us Thorel (is enim sub nomine M.ri de Bontoux in nostram gratiam scribebat, sponte è consilio regio factus exul) causam nostram, causam publicam esse evincit, plures à doctoribus delegatis perlectum et ab auctore sæpe sæpiùs castigatum et fermè ad umbilicum perductum jamjam mandandum esse typis proindè super duobus articulis illicò esse decernendum 1.o quot exemplaria hujus libelli vellet sudare prælo Saluberr.a facultas 2.o cum antè inceptum opus jam accepisset præfatus ille illustris Patronus Thorel quindecim aureos viginti quattuor libellarum singulos, quot juberet novos offerri.

Re in deliberationem missâ censuit unanimi suffragiorum consensu Saluberr.a facultas, 1.o libelli prædicti bis mille exemplaria esse typis mandanda 2.o triginta suprà quinque aureos* rursùs esse deferendos ad præfatum clarissimum Patronum qui unà cùm quindecim jam traditis perficerent summam quinquaginta aureorum; addidit præterea Decano comitatum facerent majoris dignitatis gratiâ doctores nonnulli qui urbanè excusarent facultatem quæ munere tam levi (tercentùm enim suprà duodecim aureos constitisse huic nostro libello responsum* certiores fuimus) gratum ac memorem animum ergà tam benè dicentem Patronum testificaretur

* v. p. 966.

* chirurgorum.

Vix quartum collegeram suffragium, cùm unus è collegio peropportunè et sapienter animadvertit, dùm ageremus de recordandis beneficiis in Saluberrimam facultatem collatis, turpe fore sileri de inauditis laboribus curis atque vigiliis et lucubrationibus amantissimi collegæ M.ri de Martinenq qui nulli operæ pepercerat propriorum negotiorum oblitus ut rem facultatis bene gereret huc usque indonatus. Quod cùm Decanus tàm digni, tamque benefaciendo indefessi studii testis assiduus, addendum deliberationi proposuisset, omnes uno ore accedentibus libentissimè qui jam sententiam dixerant, censuerunt offerendam esse illi bursam cum ducenis calculis argenteis insignia facultatis referentibus, jusserunt que quamprimum huic decreto satisfieret à Decano ex supersitæ tribus sic conclusi.

G. J. De L'Epine Decanus.

Secundò super bibliothecâ proposuit Decanus satisfieri senatûs consulto 7.o Septembris a. 1744 lato exponendo tamen, D.no Lacherie Testamenti M.ri Hecquet executori nihil esse denuntiandum, neque offerendum præter schedulam quæ liberaret ejus fidem de legatis a colendissimo M.ro Hecquet antiquo facultatis Decano voluminibus centum quæ ex manibus dicti Lacherie (quando vellet) accepisse se Saluberr.a facultas agnosceret. Quod spectat ad Rectorem universitatis, vel solum (ut donationis instrumento requirebatur) vel cum toto tribunali academico appellandum, ut fert senatusconsultum, proposuit Decanus rem totam et integram remittere vel integerrimo Procuratori catholico vel sapientiæ augustissimi senatûs de cætero satisfaciendum esse senatusconsulto. Re in deliberationem missâ probavit unanimi consensu Saluberr.a fac. quæ proposuerat decanus. et ita conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

De obstetricibus quoque facta est mentio et dictum fuit quod libello exararentur præcipuæ matronarum querelæ adversùs eas quæ artem obstetriciam per fraudem exercent, spretis omnibus legibus magnoque totius reipublicæ detrimento,

et offerretur iste Libellus Procuratori Catholico.

Die Mercurii 21.° Jul. 1745. Juxtà præscriptum à Saluberrimâ facultate
Bursam Elegantem ducenis tumentem Calculis argenteis Laudato Clariss.° Coll.æ M.ro
Martineng domum detuli. Aberat Reliqui Carissimæ Sorori Dominæ Le Maitre cui
gratum nec unquam beneficiorum Illius fratris immemorem futurum animum Salub.æ
facultatis ipsius Nomine Significavi.

Diebus 22.° et 23.° Jul. 1745. horâ ipsâ post meridiem 4.ª legi coràm
omnibus et singulis quicumque audire et adesse voluerunt, Juxtà promissum ultimis
in comitiis, Libellum præfatum M.ri Chorel ut siquid adhuc Emendandum fugerat reco=
=gnosceretur. Placuit magis ac magis.

Die Sabbato 24.° Julii a. 1745. scholas degenti horâ pauperum Solitâ accepi
Epistolam à Laudato Superius Collegâ M.ro Martineng quo gratum et bene memorem ergà totam
facultatem animum pro tam magnifico (Ipse aiebat) accepto munere, Testificabatur.

Die postero 25.° et Sequenti 26.° D.um Chomason Procuratorem facultatis in Curiâ
de facultatis voluntate certiorem feci: et Responsa facultatis simul Concinnavimus mox signifi=
-canda Procuratori Catholico simul et Communicanda cum M.ro Prevôt Patrono.

Die Lunæ 2.° Augusti 1745. Comitia habita sunt Primamensis dicta. V.p. 996.

V.p. 996. Die Jovis 5.° aug. 1745. M.r Michaël Peaget Pharmaciæ Professor, ope=
=rationes, tum Pharmaceuticas, tum Chymicas, se coràm oculis Philiatrorum fidaliter et
Studiosè subjici Curavit: à peritissimo M.ro Pharmacopœo Parisiensi D.° Genand suæ Soro=
=ris Marito, præhabitâ Singulis diebus, ante Singulas demonstrationes Eruditâ et Lucidâ
rerum exponendarum analysi.

Notandum hic obiter, quod dum affectant malignè et contrà fas
omne Barbitonsores Chirurgi Parisienses Operationes Chirurgicas aut demonstrationes
Anatomicas non Celebrare, nisi Cursus aliquis demonstrationum aut in horto Regio,
aut apud nos sit Inceptus, et illo durante, eosdem dies, Easdem horas occupare gestiunt;
Nos Contrà ab omni ævo, Discipulis in quâcumque disciplinâ, magnum Credidimus
esse nefas obstare quominùs omnes quotquot ubique fiunt vel lectiones vel demonstrati=
=ones, ad suam utilitatem Convertere et accommodare possent. Ideò M.r Peaget dies
Mercurii et Sabbati, sibi ad suas Exercitationes Chymicopharmaceuticas commodissimos,
me rogante vel potiùs tantummodo monente reliquit liberos, ne cum horti Regii in quo his
diebus tunc docebatur, Concurreret.

Die Veneris 6.° Aug.t 1745. Cum audivissem pridiè à M.ro Verdelhan Collegâ
*V.p. 953 facultatis Studiosissimo (vide p. 953) 14 maii 1745) Inter fisci Regii Præfectum Catholicum et urbanæ
Politiæ Proprætorem habendum fuisse hâc ipsâ die colloquium de decem illis officiis Chirurgi quæ
volebat Barbitonsor=Chirurgus Regis Primarius, substitui in vicem unicus officii (ut aiunt) Syndici
quod in omnibus Communitatibus Creandum atque instituendum, Regi placuerat; Ex Consilio
M.ri Chorel nostri et Patroni et Consilii, Adivi D.um de Marville Magistratum Integerrimum tunc
urbanæ Politiæ Proprætorem, Comitibus M.ris Eliâ Col de Vilars Exdecano Censore; Martineng,
et Verdelhan. Exposui, quamvis nos inter et Chirurgos famosa penderet Lis in Supremo Re=
=gis Consilio, attamen in causâ nostrâ, nihil hactenus præjudicatum. Stare antiqua et vetera
Senatus=consulta; Dolis, Versutiis, atque omni Chirurgorum Vafritiâ, non potuisse antiquari
atque rescindi ultimum 4.i Sept.is 1744. senatusconsultum, quo Staret in perpetuum incon=
=cussum atque indubitabile, nos ad omnia et Singula quæcumque Chirurgorum Magisteria
esse advocandos. Reipublicæ non mediocriter interesse scire, qui et quales in tam populo=
=sâ Civitate haberentur Chirurgi, et arceri eos quicumque tot Doctrinæ et peritiæ unicam
afferrent pecuniam. Tam Valida et æqua rationum momenta probè intellexit ipse æquis=
=simus Proprætor, nec minimi faciendo duxit. Suit auctor D.um Orry Regiarum Pecuniarum
Præfectum Generalem, super hâc re doceremus de Nostris injuriis, et hisce argumentis aliisque
quæcumque suppeterent, imbueremus; se rem æquam ut sibi videbatur, Illi diligentissimè cum
occurreret (et brevì invicem collocuturi erant) esse commendaturum. Et statim atque Res=
=ponsum habuerit, de eo Certiores nos esse facturum. Nullum fuit genus benevolentiæ,
humanitatis, atque, dicam, amicitiæ, quo nos non exceperit; nec nisi invitus atque omni
arte Contrà nitentes ante Vestibulum demisit. Gavisi sunt plurimum Collegæ prosperè
cessisse Consilium M.ri Chorel. Metuebant enim antehàc, ne Magistratus ille nobiscum dissi=
=mularet; nè doleret nos rescivisse ejus Colloquium cum Præfecto Fisci. Quæ omnia contrà
quam cogitaverant, Evenere. Adeò verum est in Negotiis procurandis nullum non esse
*V.p. 967 pulsandum œstrum. *

Die Sabbato 7.° Augusti a. 1745. hanc Epistolam accepi à Scribâ
Magni Nosocomii Parisiensis (l'hotel=Dieu) D.no Terrié cum hâc Inscriptione

A Monsieur
Monsieur De L'Epine Doyen en Charge
De la Faculté de Medecine, rüe de Clery.
A Paris

Paris ce 7 aoust 1745.

Monsieur
Je suis chargé par Messieurs les Administrateurs de l'hotel=Dieu et de l'ho=
=pital des Incurables, de vous avertir que par Deliberation du 3 du present mois,
Ils ont indiqué a Lundi Prochain 9.e du present mois d'aoust à 3 heures apres
Midi, au Bureau du dit hôpital des Incurables sis rüe de Sevres, l'Examen
d'Honoré Gabon Aspirant a la place de premier Compagnon Chirurgien,
à fin de gagner la maitrise, et de vous inviter de vouloir bien vous y trouver
pour etre presents a cet Examen, qui se doit faire en leur presence suivant l'usage./.

Terrié Greffier du Bureau de l'Hotel=Dieu.

Die Lunæ Nono Augusti 1745. quo Juxtà Epistolam mihi missam
et Juxtà monitum Tironis Chirurgi dicti Honorati Gabon, adfuturi eramus Examini
dicti Tironis, in hospitio Insanabilibus morbis affectorum, manè Consilium cepimus,
jam meditatum pridiè cum Clar.° Coll.ª M.ro Martineng, quid ageremus et quomodo nos
in hoc pleno argutiarum negotio gereremus. Adivi igitur Primo diluculo Præsidem
meritissimum D.um Vigneron virum inter hospitiorum Administros secundi ordinis gravissi=
=mæ auctoritatis, et apud Primores Magni Ponderis. Hunc monui 1.° cum duobus
adjunctis

adjunctis, illi Examini me interfuturum. Decem, si placeret, adducerem per se licere.
respondit. 2°. Rogavi non displiceret, nec in malas partes detorqueret, si fortè
ad salvanda facultatis Privilegia, et incolumia servanda ipsius Jura adversus Chir=
=urgos, contestari, instrumentum instrumento opponere. fortassè intercedere Judiciali
modo cogeremur, quod inevitabile mihi videbatur. Cui propositioni nedum ullatenùs
obstaret, rem sibi videri æquissimam. et simul quæsivit an Juvenis ille Chirurgus me
convenisset, et ad Examen suum invitasset. Respondi, equidem invitasse chartulâ
quam ipsi ostendi (lusoriâ), cui satis negligenter inscripserat invitationem ad illud
examen, sed nomine Meritissimorum administratorum, (non suo) quod mihi videbatur
insolens atque incongruum utpote qui rem jam fecissent, honestiùs multò, Litteris
eorum nomine per eorum Scribam D.um Terrié ad me missis. voluit rumpere Comitia
et dissolvere donèc me suo et proprio nomine invitasset; et in alium diem examen differre,
quod honestum non esse duxi propter Meritissimos administros et Integerr.m Procuratorem
Catholicum atque Dignissimum Illius Vicarium D.um Boullenois, qui priùs de Examine
admoniti ipsâ eâ die celebrando, huic interesse possent; quod alio fortassè die nequirent
sine Notabili suo incommodo, atque rerum publicarum detrimento. Recusandum itaque
propositum Existimavi. Saluberrimam facultatem neque nolle super re tam levi actam
minutâ (dùm multò majores agerentur in Consilio Regis), quamvis improbarem et contrà
reclamarem, neque acrius contestari, neque ideò ordinem Domui commodum, Supremis
Magistratibus Placitum, ipsi denique et sociis Regiminis congruentem tam exiguâ de
causâ interturbare. Cordi esse tantùm impedire ne malitiosis talibus negligentiis
quas è consulto, scientes, ac prudenter obtrudunt Chirurgi, nostro juri officiatur; neque ampl=
=issimas et illi et Illustriss.° administrorum ordini de suâ ergà nos omnes benevolentiâ, gratias
agere.

Legendum commisit posteà archetypum Instrumenti, quo constaret (si
probaretur dictus Honoratus Gabon) de Illius admissione, quem fabricaverat Chirurgorum
Scriba, Procurator in Castelleto versutus ac Vafer. Observavi I.° facere mentionem de litteris
Magisterii Artium tanquam rei necessariæ Visis (inquiebat) litteris Magisterii Artium in Uni=
=versitate Bituricensi honorati Gabon. 2°. Innuere a Chirurgis interrogatum fuisse dictum
Gabon de omnibus morbis quibus competit Venæ Sectio... Et quibus non competit Bone Deus!
3°. de nobis Decano, et adjunctis Medicis sic mentionem fieri a chirurgis et ultrò compa=
ruerunt Medici neque nostro nomine, neque a nobis compellati Et se sont presentez
les Doyen et Medecins &c... Medecin dudit hopital non mandéz de nous ni par nous &c.
4°. nullam mentionem fieri de Nostrâ aut approbatione aut improbatione.

Probavit quæ responderam laudato Præsidi M.r Thorel noster Patronus,
quem super hac re consului. Accensum nobiscum non censuit esse adducendum, sed fuit
auctor ut ipse initio Examinis ordiar à Protestatione adversùs ea quæcumque nostra jura,
solennesque nostros, et usitatos Ritus lædere possent; Eâque priùs propositâ Conditione, et
nostrum Chirografum apponere non detrectaremus.

Ipsâ igitur indictâ horâ nos contulimus ad hospitium insanabilibus morbis
affectorum vulgò les Incurables situm in vico dicto La rüe de Sevres et Primi omnium adve=
=nimus. Mecum convenerunt M.r Finot et M.r Martineng adjuncti, et M.r Elias col de Vilars
Ptochotrophæi illius medicus ordinarius. Urbane excepti fuimus a D.° Gregoire hujusce
Domus œconomo. Nos in aulam ubi actus celebrandus erat, introduxit. hoc fuit or=
=dine concinnata. Parùm aberat à medio hujusce aulæ, non enim erat spatiosa nimis, mensa
Tapete ornata. Contrà, juxtà parietem qui conspicitur Intrantibus, quinque posita fuerant
Brachiis et renibus fulciendis idonea sedilia. Ex his quinque, quatuor tantum mag=
=num latus mensæ occupabant. Quintum sedile, angulum mensæ Dextrum (respectu
quatuor Priorum Sedilium aut illis assidentium) attingebat. Continuæ huic quinto
Sedili (cui insessurus erat per totum Actûs decursum laudatus Præses D.us Vigneron)
appositæ fuerant Cathedræ quatuor, nobis destinatæ quæ minus mensæ latus
tangebant. Ex adverso quatuor priorum Sedilium majori mensæ lateri applicatorum,
Sexta collocata fuerat sella brachiata Illis par et similis majori alteri mensæ lateri
contigua, Procuratoris Catholici Vicario D.° Boullenois destinata. Hujus a Tergo
Parieti planè contigui assidebant, Legatus Protochirurgi et quatuor Præpositi Chir=
-urgorum, a nobis quatuor, medicis, non mediocri intervallo dissiti.

Habebamus in conspectu, stantem ex adverso mensæ Tironem
interrogandum, dorso cathedræ minori alteri mensæ lateri contiguæ, domus scribæ
destinatæ, manibus modestè incumbentem; monitore aut ductore, (sic enim solent)
Lævam ipsius (Tironis) paulò remotiùs occupante.

Inexpectatâ nescio quâ motus misericordiâ, Legatus Protochirur=
=gi=barbitonsoris D.us Bourgeois, nisi quia vellet videri aliquâ auctoritate et gravi com=
=mendatione pollere, quæsivit (quandoquidem actus diuturno tempore duraturus esset)
an non licitum foret Tironi interrogando Insidere illi Cathedræ quæ tam opportunè
collocata videretur, præsertim cum illâ non foret nisi in actus fine et absoluto Examine
usurus Scriba. Negatum fuit illud planè. Laudatus Præses Vigneron respondit; Ità
solere.

Jam Princeps ille San=cosmianorum oratorum vix dimidiam Periodum
eleganti exquisitorum circumscriptione verborum concinnatam, compositis ad oratori=
=am declamationem vultu et vocis sono, Effutiverat... Ecce autem ex transverso Erum=
=pens, ~~ad~~ Ptocodochii administros sic allocutus est Decanus.

Liceat mihi Viri admodum venerandi antequam iste legatus Proto=
=chirurgi examinare Tironem vestrum suscipiat vobis exponere quod ab omni re=
scitis ævo fuerit hodiè tenus usu receptum quod hujuscemodi examina quale est
hodiernum triplici ex parte soleat Sal.æ Par.is fac. invitari. à Vobis primum, Viri
Colendissimi, et illud humanissimè Vestro jussu et nomine Executus est Vester amanu=
=ensis. Dein a Præpositis chirurgorum aut à Protochirurgi legato, et illud prorsùs
neglexerunt hodiè primum præfati Præpositi et legatus. Demum à Tirone qui ambi=
tiùs chirurgus evadere, quod si non omisit, fecit indecenter, nec quâ debebat reve=
=rentiâ. invitatio enim sordidâ fuit inscripta chartulâ nec quâ debebat ratione nos
invitavit. Vestro enim Meritissimi viri non suo nos compellavit nomine. de quibus
omnibus nostris injuriis, apud Vos conqueri liceat, vos testes simul ac Judices compel-
-lare

=tare, coràm vobis, et palàm omnibus profiteri non nociturum esse facultati meum
Super hâc re servatum huc usque silentium et de meâ professione quam aliunde
vestræ ordinationi, vestris commodis, hujusce domûs quam vestro favore tuemini utili=
=tati, moram vel minimam inferre doleremus, actum postulare, ità ut in vestris Commenta=
=riis, aut in instrumentis juridicialibus, quæ occasione hujus hodierni examinis instituentur,
=entur, de illâ mentio habeatur, eum in finem, ut et posteris, et cùm opus fuerit cuilibet
pateat, soli nostræ quæ in vos infinita est reverentiæ deberi quod Examini hodierno
non intercesserimus, nec præsenti Oratione intercedam. Quamvis contrà prædictas
injurias et quæcumque in hoc præsenti examine vel fiunt vel fuerunt vel fient omni=
=bus viribus contester obnixè et legitimis omnibus quæ competent viis loco et tempore
propulsandas mihi fore profitear. Silui.

Justas querimonias attentissimo comprobavere silentio Integerr. administri,
et silentem me justè conquestum me fuisse confessi sunt. Non item Præpositi, qui nes=
=cio quid de meis adjunctis subgrunnientes, verbis tamen obscurè expressis tantùm, obm=
=urmurabant. Posteà dicentem quandiù voluit, (et Prolixus fuit) non interpellavi ampliùs.

Sono septiès clarè et distinctè repercusso monebat jàm hora diem abire,
nec proficiscebamur. Tandem accessit scriba Domûs qui legit instrumentum quo
contineretur historia prædicti Examinis. Cùm ventum est ad ordinem Nominum et
administrorum, et vicarii Procuratoris Catholici, vehemens est inter illos exorta diff=
=ensio atque contentio. Volebat hic suum præponi nomen utpote dignioris in instru=
=mento quo fides fiebat, eorum qui actui interfuerant, postponi administrorum. Illi
econtrà præfata volebant sua nomina, longiùs poni nomen substituti Procuratoris
Catholici. Validissimis utrinque, necnon ingeniosissimis Rationum momentis adeò
decertabatur ut post alteram horam certamine nondum composito actuque remanente
imperfecto, antequam abiremus ex re visum fuerit iterare protestationes super
omnibus et singulis, ubi opus fuerit profuturas et apud Tabellionem in Castelleto
D.um Chomel secessimus, de illis et de die per instrumentum autenticum fidem in
tempore facturi.

Die Jovis 12a. Aug. 1745. Attulimus Ego et M.r Col de Vilars et M.r Mar=
=tineng illustriss.o Senatus Principi D.o de Maupeou duos supplices libellos, unum occa=
=sione datâ Matronarum Parisiensium, alterum super Bibliothecâ. in hoc respon=
=debamus postulatis D.i Prevôt Celebris Patroni et adjunxeramus brevem rerum nostra=
=rum statum; quid possideremus; quid solvendum necessariò quotannis nobis incum=
=beret. Sic autem se habebat libellus in gratiam Matronarum exaratus Sal.æ
facultatis Nomine.

Monseigneur,

Les Jurées=Sagefemmes et Matrones de la ville de Paris ont presenté le dix
sept ~~de ce~~ may de la presente année a la Faculté de Medecine la Requête dont nous avons
l'honneur de presenter a V. G. L'Expedition cy jointe

Elle contient deux Chefs.

Dans le Premier Elles demandent a la faculté des démonstrations ana=
=tomiques, sur les parties appartenantes aux accouchements, que les Chirurgiens sont obligéz
de leur démontrer, par des Declarations du Roi et des Arrêts de la Cour (Declaration donée
a Vincennes ... Septembre. 1664. regitrées au Parlement le 19.e aoust 1666.) ce qu'ils refusent
constamment de faire depuis dix ans et plus ou par un refus absolu ou par des Procedez
Equivalents, dont elles sont prêtes de rendre Compte a V. G. &

Elles demandent aussi des Leçons sur la Pratique de leur Art.

Dans le Second Chef Elles représentent à la faculté une quantité d'abus qui se
glissent dans l'exercice de leur profession specialement depuis deux années, par le Refus formel
que font les Chirurgiens, de faire des receptions d'aspirantes en cet art, lesquelles sont detenües
injustement sans Etat, apres avoir fait de leur part, ce qui dependoit d'elles pour s'en procurer un,
avoir même Consigné leur Argent, et s'être mises en devoir de donner des preuves de leur
Capacité.

De cet Abus s'ensuit un autre; qu'une infinité de filles et de femmes
sans aveu, sous le prétexte specieux, qu'on ne peut plus se faire recevoir Maitresses, travaillent
impunément, au mepris des Loix, et des plus sages reglemens, et au peril de la Vie d'une infinité
de Créatures innocentes, qui deviennent las Victimes de leur Confiance et de leur Erreur. Cette
Erreur est d'autant plus inevitable, qu'un tres grand nombre de ces persones sans Titre et la plupart
sans Capacité, ont porté la Temerité jusques à mettre à leurs fenêtres des Tableaux ou enseignes
qui les confondent avec celles qui sont Titrées en consequence des preuves qu'elles ont donné de leur
savoir et de leur habileté.

La Faculté pouvoit par elle même donner satisfaction aux Sagesfemmes
sur le 1.er chef. En consequence, elle nomma sur le champ deux de ses Docteurs présens a l'assemblée
qu'elle chargeat de commencer des le lendemain (18e Mai 1745) a les instruire: L'un, M.r Bertin,
sur la partie d'Anatomie relative à leur profession; Et le second, M.r Astruc, sur les Regles
de leur Art, et sur les differentes Manœuvres qu'il Convient de Pratiquer dans tous les Cas
differents, des accouchemens Naturels, non Naturels, et Contre Nature.

L'Empressement et l'Exactitude avec laquelle les Quatre Jurées ont assisté aux
vingt trois leçons qui ont Composé ces deux Cours; Et l'affluence des Maitresses les plus emploiées
dans Paris, et de leurs Eleves ou Aspirantes, qui se sont fait inscrire pour entendre ces Leçons
donne lieu de croire qu'elles n'ont point eté deçües dans leurs Esperances.

Quant au Second Chef la faculté ne peut se dispenser, surtout en
etant specialement requise de Certifier à V. G. la verité des principaux articles de plainte,
qui y sont Contenüs, dont elle a connoissance par elle même, puisqu'elle n'a eté appellée à
aucune Reception de Sages=femmes ainsi qu'elle auroit dû l'être, s'il en eut eté reçu, depuis plus
de deux ans: Et puisqu'elle voit tous les jours avec douleur, la Vie d'une Infinité de femmes
exposée a l'imperitie d'un grand nombre d'inconnües qui ont d'autant plus de hardiesse qu'el=
=les ont moins de science et qu'elles semblent être assurées de l'impunité, de la part de ceux-meme

qui seroient en droit et dans l'obligation de les faire rentrer dans leur devoir.

La faculté craindroit de plus d'encourir des reproches legitimes, et auroit lieu d'apprehender qu'on lui imputat d'avoir trahi ses devoirs, et de ne pas remplir ceux de Citoyens, si instruite avec autant de Certitude qu'elle l'est de ces desordres, elle gardoit en silence coupable, et dissimuloit plus longtems des abus aussi funestes au Public en les laissant ignorer à des Magistrats vigilants, qui ne cherchent qu'à les connoitre pour les réprimer par leur autorité, et qui lui permettent un si libre accès auprès d'eux.

A ces Causes, Monseigneur, La faculté a chargé son Doyen de vous faire ses tres humbles représentations sur le Contenu de la Requête desdites sages femmes vous suppliant tres instamment d'y avoir Egard, ainsi qu'à celle qu'elles auront l'honneur de présenter elles mêmes a V. G.

Huic Libello Supplici facultatis annexus fuit Libellus Supplex à Matronis facultati porrectus cujus Copiam Juridicialem fecerat Dus Mornet Sal. fac. Tabellio.

Altero quem porreximus de Bibliothecâ Libello ostendebamus quantum Res esset angusta domi, quàm brevis census facultati suppeteret. Ex adverso quam immenso obrueremur ære alieno, utilitatis publicæ gratiâ Contracto, ac proindè quam difficile nobis foret in omnibus Senatusconsulto super hâc re lato obsequi; de Coetero pro suâ summâ æquitate viderent integerrimi Illi Magistratus quid agendum Censerent ex æquo et bono. Totam facultatis causam et spem nos illis permittere et tradere. Quidquid juberent nos esse obsequiosè (quantum possemus) obtemperaturos.

Die Postero Veneris 13° aug. A. 1745. utrumque facultatis libellum Senatûs Illustrissimo Principi porrectum pridiè; de Matronis scilicet, atque de Bibliothecâ, obtulimus Integerr.° Procuratori Catholico Joly de fleury Patri; super Bibliothecâ postulavit Senatus Decretum. Habere sanè M.rum Prevôt diximus. Super hâc re nihil ulterius petiit.

Quod Spectabat Obstetrices cognovimus facilè, recenter imbutum esse colloquio Barbitonsoris Primarii La Peyronie. Objecit Nimis jam permultas esse; fame Confici plerasque et miseriâ Tabescere. Hâc de Causâ exoratos fuisse Magni Nosocomii (l'Hotel Dieu) administros tantum numerum Tirunculorum quotannis non admitterent. Objecta diluere atque refellere fuit in promptu (quamvis non tam hæc seriò quàm ut objectasse videretur Vir Catus et prudens admodum nobis illum proponere persuasum haberemus.) Ex illo ipso fonte oriri Confusionem probavimus. Cum enim fere nullæ aut paucæ legitimis titulis exercerent Parisiis, unoquoque anno Antiquiores aut morerentur aut artem otii Causâ relinquerent decrescere nimis illarum numerum; ac proinde hanc desertionem ansam præbere plurimis Viraginibus, Mulieribusque Ignotis artem exercere eo impuniùs atque eò impudentiùs quod si in Illas inquireretur, responderent non morari se quin periculum fieret suæ doctrinæ suæque in obstetricando peritiæ. per se non stare quin solvenda solverent. præcludi Illis omnem aditum. Intereà iniquum omnibus visum fore si artem quam a primâ adolescentiâ didicerant, Expertiores factæ, et jam maturiori ætate provectæ, derelinquere cogerentur propter dicti de la Peyronie insolentem pervicaciam. Velle se (ut æquum est) partis uti. penès se non esse, si legitimos titulos non consequerentur; quibus hinc et indè Jactatis, promisit se cum urbanæ Politiæ Proprætore Communicaturum. Quæsivimus ab illo num displiceret hunc Magistratum inviseremus, et super hâc re à nobis præmonitum inveniret. Permisit ultrò.

Hâc die Conveni Vectigalis mancipii Emortui Redemptores qui instrumentum per accensum ad me miserant, ut solveremus summam nescio quam propter nostrum fundum (aiebant) recenti ædificio melius redditum, unde Regi debebamus extinctionem Juris quod solet solvi in Mutationibus hæreditatum. Sed non fuit Litigiosa nimis hujus Negotii disceptatio et Controversia. Nam præterquam quod Noveram Triumviros Redemptores singulos et mihi habebam amicitiâ Conjunctos, commemoravi pari in Casu olim Majores Nostros ab illorum Majoribus fuisse vexatos, et Redemptorem hujus denarii fuisse tunc Juridicè coactum à suâ lite absistere. Præterea mitterent Architectum aut quemcumque vellent qui solâ inspectione locorum facilè Judicaret, ea quæ Everteramus, nondum omnia restituisse, nedum novum ædificium superaret antiqua; detrimentumque nos ingens passos fuisse. Promiserunt se missuros suum Architectum. Ille loca invisit et posteà Siluerunt ad hunc usque diem.

Intereà intendebatur alia Lis sub Regis nomine, cuilibet civi, pro vectigali olim persoluto ad quisquilias ex urbe Eliminandas et lucernas de nocte accendendas; hoc Tributum quod sufficerat olim huic Impensæ faciendæ multò impar hodie videbatur, tum propter annonæ ac præsertim sebi arietini caritatem, pabulorum valdè adauctam pretium, tum etiam ob multiplicatum et fere duplicatum domuum et viciorum illuminandorum numerum, unde quæsitis acceptilationibus redempti à Majoribus nostris annis 1703 et 1704. vectigalis, Remcum illis Composuimus sed summam (quæ superabat solutam) non potui per meum decanatum persolvere propter dilationem quæ ab hujus negotii Cognitoribus allata est.

v. p. 962 Eodem die Sabbato 14° aug. 1745. accessi Juxtà decretum 19° Jul. 1745. latum ad D.um Chorel nostrum Patronum Comitatus M.ro Eliâ Col de Vilars et M.ro Martineng eique ex mente saluberr.i ordinis qui mihi libertatem in hâc re honestè tractanda reliquerat Quinquaginta aureos detuli, quos (sciscitatus clam quâ summâ ipsi satis fieret) sciebam ab illo expectatos. Gratissimo illos animo accepit et urbanissimè addidit plurimum se beare se quod bonam Justamque Causam defenderet; Dein quod illum Medici in suum defensorem et patronum eligere dignati essent. Tandem honestissimo quo illum donaveramus munere plenissimè et largiter remuneratum sibi videri: Itaque quidquid posteà superfore aut consulendum aut scribendum (et jam tunc responsioni quam expectabat à chirurgis responsum meditabatur, futurum ut sperabat victrix, in quo non inferiora dictis dicenda reservaverat) se non gravatè, et gratuito consulturum scripturumque, atque perliberaliter ac cumulatissimè a nobis et pro iis quæ fecerat et quæ facienda sibi supererant esse satisfactum.

Die Martis 17° aug. 1745. horâ post meridiem tertiâ Convocati tunc Doctores omnes Medici in Scholas Superiores, audituri rationes posterioris anni Secundi Decanatûs Clarissimi Viri M.ri Eliæ Col de Vilars Exdecani. Congregatisque frequentissimè horâ indictâ rationibus auditis atque ratis et gratis habitis salub.a facultas Censuit gratias agendas esse meritissimo Exdecano quàm maximas ob res præclarè ab ipso gestas, ideòque decernendum ipsi honorarium solitum de 150 ## majori apparitori 50 ## decrevit minori verò 25 ## tantum singulis Doctoribus Censariis, aulicis, et præsentibus duos Calculos argenteos esse distribuendos censuit. Insuper summam de 3459 ## 18 s. 1. d. Clarissimo M.ro Eliæ Col de Vilars Exdec.o à facultate saluberr.a debitam à Guillelmo Josepho De l'Epine actu Decano, more solito quamprimum esse reddendam et sic conclusi Die Mart. 17° aug. 1745.

G. J. De l'Epine Decanus.

Die Jovis 19° aug. 1745. matronæ accesserunt ad me ut de responso tum meritiss.i Procuratoris Catholici, tum illustrissimi senatus Principis quod utrumque illis ex rei veritate retuli fideliter, bonamque spem habere jussi, facul=

=tatemque numquam illas esse derelicturam promisi

Eodem die promisi Illustriss.o Collegæ M.ro Helvetius Regiâ sancti=
=oribus Consiliis, et Reginæ Medico Primario, se habiturum esse crastinâ die Libel=
=lum super officiis Chirurgorum nuper Creatis quem offerret* necnon etiam atque etiam
commendaret Integerrimo Pecuniarum Regis Administro Generali. Et promissis uterque
* p.963 Stetimus.

Die Veneris 20.o aug. 1745. adivimus meritissimum urbanæ Politiæ Pro=
=prætorem D.um de Marville nostri studiosissimum et eumdem Libellum in gratiam Ma=
=tronarum ei obtulimus quem jam obtuleramus et meritiss.o Procuratori Catholico, et
Illustriss.o Senatus Principi unàque libellum supplicem quem facultati porrexerant. Hoc
magnam Regni Politiam spectare dixit, nec sui Juris unicè esse. se de hoc Negotio cum
utrisque laudatis Magistratibus seriò collocuturum: nosque omni ope atque operâ,
in hâc re et omnibus quæcumque penès se forent, nos esse adjuvaturum.

Mentione factâ de officiis chirurgos certos nos esse Jussit nihil dum
quidquam super hâc re fuisse decretum. bonam spem nobis esse, et siquid novi move=
=retur curaturum se ut tempore et loco resciremus.

Indè rectà apud Proprætorem Causarum Criminalium Judicem nos simul
contulimus Ego et M.r Martineng, Eumdem libellum ipsi oblaturi; Nostram commenda=
=tionem nedùm despicatui habuerit, dixit deberi à singulis præstandum in suis ma=
=nibus jusjurandum. Non posse præstare quæ non admissæ fuerint; Ideo darent illi
Matronæ nomina et habitationes illarum quæ illegitimè insignia fenestris appen=
=derant, tolli quamprimum se curaturum. Quod spectaret ad Examina Illarum pro=
=curanda, Illud referri ad Illustriss.um Proto Præsidem et ad Meritissim.um Procuratorem
Catholico. Quod si ab illo peteretur Catalogus earum quæ in manibus ejus præstitere
Sacramentum vix duodenas esse reperiendas. Hortatus est Vicissim nos ut illas Ma=
=tronas non doctrinâ tantùm quam postulabant Jure ac meritò a nobis, sed et
commendatione et sollicitationibus atque Consiliis juvare vellemus.

Die Dominico 22.o aug.i concludimus Cum D.o Thomason nostro in Curiâ
Procuratore vocandos esse in Jus et D.um Prevôt et Procuratorem Catholicum ut optabat
D.us Prevôt

Die Lunæ 30.o aug. 1745. in scholas vocati accesserunt Præfecti custo=
=todes Pharmacopœorum nobis officinas lustrantibus comitatum præbituri. Honesto
eoque Eleganti Jentaculo, Convivium fermè dixisses, a M.ro Michaële Pâges Patre
Pharmaciæ Professore, antequam proficisceremur excepti fuerunt.

Die Martis 31.o aug. 1745. M.r Elias Col de Vilars et M.r Martineng
* p.963 me comitati sunt euntem in Villam Præfecti Generalis* Pecuniarum Regiarum quæ
sita est in agro Dicto le petit Bersy, trans Pomœrium sancti antonii. sed Jam Versa=
=lias Profectus erat. Itaque Crastinâ die Nobis eodem Revertendum fuit. Adfuerunt Comi=
=tes hâc die M.r Martineng, M.r Chomel, M.r De la Cloy. Faciles aditus nobis præbuit
M.r Chomel Abbatis de la Galaiziere medicus. Illicò introduxit nos unus è domes=
=ticis in Aulam in quâ deambulabat Dictus Fisci Administer Confabulando amicè cum
Sororis Mariti fratre Abbate de la Galaisiere. Humanissimè Excepit nostrum libellum
cujus hic erat tenor.

La Faculté de Medecine represente tres humblement que; quoiqu'elle
Soit actuellement par devant M.rs Les Commissaires du Conseil à l'Effet de parvenir à
un Reglement general et definitif pour Etablir la Subordination, l'ordre, et une
Police Generale entre les Corps de la Medecine, cependant rien n'a encor eté changé
par Messieurs les Commissaires dans la forme des Receptions des Chirurgiens, ou
les Medecins ont toujours Etez jusqu'a ce jour appellez ainsi qu'ils le devoient
être; Et que l'arrêt du 4.e Septembre 1743. qui les confirme et qui les maintient dans
ce droit, n'a pas Eté Cassé par celui du Conseil donné sur la Requête des Chirurgiens.

En consequence La faculté aïant appris, que Le Roi venoit de
Créer dix charges de Chirurgiens qui doivent etre reçûs incessamment. La faculté Es=
=pere, veu l'importance dont il est pour le bien Public, que de pareils Recipiendaires
soient Examinez avec attention, être maintenüe, lors de leur reception dans la pos=
=session d'un droit aussi interessant pour la vie des Citoyens, que celui qu'elle
à d'assister a ces actes. Elle a lieu de se flatter que sur votre avis Sa M. voudra
y pourvoir dans son Edit de Creation desdittes Charges de Chirurgiens a l'article
qui en ordonnera et qui en reglera la Reception.

La faculté de Medecine, Monseigneur Continuera ses
vœux pour la prosperité de Vôtre Grandeur.

Libellum huic Consimilem sibi à me missum vigesimo augusti
1745. Magister Helvetius obtulerat dicto Regis fisci administro et magnoperè
Commendaverat. Itaque paratum invenimus. Quæsivit an non Ejusmodi offi=
=cia Chirurgorum fuisse olim Creata sciremus temporibus diversis, ac præcipuè
in novo ad Regnum adventu dicto le Joyeux avenement. Respondimus planè
illud nos latere, nullaque Nobis hujus rei innotescere Exempla. Cœterum Regem
esse Dominum: si vellet creare, posse: Orare tantummodo nos ipsi placeret nostra
Jura (vel potiùs securitatem publicam) sarta tecta tueri, eosque si crearet, iisdem
legibus astringi Juberet quibus astringuntur ii qui solenniter scilicet par le
chef d'œuvre solent admitti. non esse melioris Conditionis; Nihil adhuc super
hâc re statutum affirmavit. sed rationem nostræ petitionis, si crearentur, habi=
=turum se esse promisit.

Reduces in Scholas, Comitia Primamensis dicta de more
V. p. 998 habuimus. vide Comit. Primamensis &c p. 998

Interim accepi vespere a D.° Josse nostro in Castelleto Procuratore litteram
quâ me docebat Dictos de la Roche Chirurgum se profitentem et Daillié Pharmacopæum
* v. p. 938. de quibus 13.° febr. a. 1745 Jàm actum est, * quorum in gratiam facultatem Exoraverat
D.us Thorel, renovare litem et jàm bis vocasse nos in Jus: Intercessisse se ne tertio vo=
=cati absentiæ Causâ damnaremur tanquàm litis desertores (par defaut). se postulasse
inducias; Illos acritèr à Judice postulare diem dari quo nostra Causa ageretur et judi=
=caretur. Rl postridiè nuntiatâ D.° Thorel promisit Meritissimus ille Patronus rem
se compositurum, omnemque contestationem se Cohibiturum. et mihi Illico apud Præ=
=fectum Domûs Principis de Carignan suum amicum cujus in gratiam nos pro dictis
Nebulonibus deprecatus fuerat. –

Die Veneris 3.° Sept. a. 1745. Obstetrices Parisienses responsum mihi reddi=
=derunt quâ ratione, quàm benignè, quàm humanitèr à summis Magistratibus fuerant
habitæ, cum illis libellum suum supplicem obtulerant. Ubique sine morâ fores patuerant
intrantibus. Illustriss.mus Senatûs Princeps, et Meritissimus Procurator catholicus, hunc
Summâ curâ, et cum omni attentione sibi legendum fore promiserant. Urbanæ Politiæ Pro=
=Prætor, admissas in interiùs conclave benignè audiverat. Libellum oblatum eodem loci Vesti=
=gio et temporis, ipsis coràm, perlegerat. omnem Tutelam atque clientelam promiserat
et abeuntes urbanissimè comitatus erat. Proprætor Causarum Criminalium et Regis
Procurator, comi et blando Sermone affabiles visi fuerant. Horum Ultimus innuerat super hac re
nihil à nobis accepisse necdum nos vidisse. Demum plurimum sibi et nobis gratulabantur quod tam
molles blandosque aditus quàcumque ivissent, paravissemus. hujus quem obtulerunt Libelli
copiam mihi præstiterunt. hic fuit Illico Tenor

A Monseigneur Le . . . . . .

Monseigneur

Supplient humblement les Jurées Sages=femmes, et Matrones de la Ville de Paris
disant que plus Elles font attention à la conduite que les Maitres Chirurgiens a leur Egard
et plus Elles ont lieu d'Etre persuadées qu'ils Veulent les détruire dans le Public, quoiqu'elles
forment avec Eux une même Communauté, Comme exerçants la partie de Chirurgie qui re=
=garde les accouchemens.

Depuis les Nouveaux Statuts de la Communauté dont les Sagesfemmes n'ont eu Connoissance
qu'après l'Enregitrement qui en à Eté fait en la Cour les Chirurgiens prétendent que ~~l'Edit~~ de les
dispositions de l'Edit de 1664. qui tendent a l'Instruction des Jurées Sages=femmes et Matrones
ont eté abrogées. Elles n'ont plus Eté reçües aux assemblées Charitables qui doivent Etre tenües
les premiers Lundis de chaque Mois a la MAISON de SAINT COSME, Il ne leur à plus Eté per=
=mis de se presenter aux dissections de femmes qui s'y sont faites, quoiqu'elles aient ce droit
aux termes de l'Edit de 1664. pour leur instruction et celle de leurs Eleves, quoique par des Arrêts
Provisoires des 25. Mars, et 5. Mai 1733. La COUR ait ordonné l'Execution de Cet Edit et
enfin quoique les Chirurgiens leur aient offert par une Requête du 16.e Janv. 1734. de leur
donner et à leurs Eleves, la Connoissance des parties Servantes a la generation.

Ces Arrêts et ces offres sont demeurez sans Effet sur le fondement que la COUR à suspen=
=du à faire droit diffinitivement sur ces Chefs, Jusqu'apres la Communication qui seroit donée
de l'instance qui divisoit la Communauté au Lieutenant General de Police et au substitut
* c'est ainsi qu'on qualifie M.r le Lieutenant Criminel. de Monsieur Le Procureur General au Chatelet *

Les Sagesfemmes ont eté ainsi privées de toutes instructions, et même de celles que les
Chirurgiens ont reconnû leur être necessaires, et devoir leur procurer, Comme ne faisant avec
Elles qu'une même Communauté et comme recevant d'elles les droits de Visitte Et autres qui
tournent à leur profit.

L'Impossibilité de pouvoir acquerir par Elles mêmes les Connoissances dont Elles et leurs
Eleves ont besoin pour être en Etat de Secourir plus utilement les femmes aupres de qui Elles
* 1745. Sont appellées les a determinées au mois de Mai dernier * de recourir a la faculté de Medecine.

Leur Situation, et plus encor le Bien Public ont sollicité pour Elles et determiné les Doc=
=teurs qui Composent cette savante faculté a leur accorder gratuitement deux Cours sur la
Partie d'anatomie qui a trait a leur profession; l'autre sur les Regles de leur Art pour se con=
=duire avec discernement sur les differents Evenements qui peuvent se presenter lors des accouchem.ts

Leurs Souhaits et leurs Esperances ont Etéz parfaitement remplis. La Clarté et la precisi=
=on des Leçons qui leur ont etéz données proportionnées a la foiblesse de leurs Connoissances les
ont mis en Etat d'en tirer le fruit qu'elles en devoient attendre

Mais quelqu'abondamment dédommagées qu'elles soient du defaut d'Instruction qu'elles
sont en droit d'Exiger des Maitres de leur Communauté, et quelque persuadées qu'elles soient aussi
que La faculté de Medecine toujours animée des Vües de désinteressement et de Bien Public
continuera de leur donner les connoissances qui peuvent leur etre utiles; ces avantages ne leur
permettent pas Monseigneur, de Nous laisser ignorer le refus qu'elles eprouvent depuis
plusieurs années de la part des Maitres Chirurgiens de recevoir à la maitrise de Sages=femes
les Aspirantes qui sont instruites, et qui ont consigné ou qui Veulent Consigner les droits ordinaires
pour y parvenir. Ce refus ne reflechit pas seulement, contre leur Interêt particulier mais
contre bon ordre, et le bien Public par les Entreprises dangereuses qui en sont une suitte inevita=
=ble. Non seulement les Aspirantes qui ont desjà reçu quelques instructions, Mais ce qui
merite encor plus d'attention; Des femmes et des filles inconnües qui n'en ont eu aucunes s'in=
=gerent d'accoucher, et s'annoncent hardiment dans le Public par les Tableaux qu'elles font
mettre; Si les Jurées Sagesfemmes veulent s'y opposer, Elles leur répondent qu'elles ont Consigné
ou qu'elles offrent de consigner et de subir l'Examen; mais qu'il faut qu'elles puissent subsis=
=ter de l'Etat qu'elles ont embrasse. Et C'est a la discretion ou plustôt a la Temerité de telles
femmes que la vie de beaucoup d'autres femmes et d'Enfants est livrée.

Ce sont ces Contraventions aux Reglements, qui donnent lieu de supposer qu'il n'y a qu'un
trop grand nombre de Sages=femmes dans Paris. Mais Ce discours que les Jurées Sagesfemes
ne peuvent ignorer parcequ'il leur à eté tenu par des Maitres Préposez pour la Police de la
Communauté, n'a d'autre fondement Comme on doit le présumer que le peu d'attention
qu'ils font aux suites de pareils abus.

Pour sentir le peu de solidité et de sincerité de ce discours, il ne faut qu'observer qu'il
ne se trouve peut être pas maintenant à Paris deux cens Maitresses Sagesfemmes, dont

vne partie par son grand aage est hors d'Etat d'exercer. Personne ne pourroit plus fa=
=cilement que les Chirurgiens fixer le Nombre qu'il y en a par leur dernier Röölle de la
Capitation, et de la perception des droits de Visittes et autres que les Sages=femmes pay=
=ent annuellement.

Vn nombre si peu Considerable dans vne ville aussi etendüe et aussi peuplée que
la Ville de Paris, fait Sentir que loin d'etre surabondant, il ne peut être Suffisant et que la
reception des aspirantes ainsi qu'il a tousjours eté pratiqué est Necessaire.

L'Espace de trois années que les aspirantes doivent employer pour leur
apprentissage, et la distribution qui se fait hors de la ville de Paris de la Totalité presque
entiere de celles qui sont instruites a l'hotel=Dieu de cette Ville reduisoit ordinairement
le Nombre de celles qui étoient reçües maitresses Sages-femmes a dix ou Sept par an.

Ces faits qui sont Constants detruisent visiblement le discours ou la Defaite que l'on
donne pour Eluder les Reglements, et pour enlever aux Sages-femmes contre l'ordre et le Bien
Public, les fruits d'une Profession qui les Soumet aux charges d'une Communauté dont elles
ne Connoissent plus Ceux auxquels elles sont Subordonnées; que pour le profit qu'ils en tirent.

Et Comme Ces abus ne peuvent etre reprimez et la Regle retablie que par les
Premiers Magistrats, dont le Zele et la Vigilance pour le bien Public et particulier sont
si vtiles, et si Connüs; Les Jurées Sages=femmes, et Matrones ont l'honneur Monseigneur
de Vous Supplier tres humblement d'interposer votre autorité pour faire Cesser les Refus
des Maitres Chirurgiens, de recevoir dans la forme ordinaire, les aspirantes a la Maitrise
de Sages=femmes de la Ville de Paris.

Itaque Die Sabbato 4.° Septemb. 1745. Ego et M.r Martineng adivimus
Procuratorem Regis in Castelleto, ipsi Causam Matronarum diligenter et studiosè Commendaturi,
at foràs egressum denuò postridiano Die Dominico Scilicet 5.° Sept. Eum convenire coacti fuimus.
Jam Instrumenta Collegerat nec imparatum aut inermem repperimus. Cordi erat ipsi
hoc Negotium: Promisitque in Majoris Politiæ Comitio fortiter se illarum Causam esse
defensurum

Die Lunæ 6.° Septemb. 1745. Iterùm lustratæ sunt officinæ Pharmacopæ=
=orum, Itumque est in Suburbium SS. Antonii, Marcelli &c.

Die Mercurii 8.° Septemb. 1745. accepi ab Amplis.° Rectore schedulam
quâ monebat vt me Crastinâ die, horâ post meridiem 2.ª Conferrem ad Ædes
Mazarinæas, in quibus ipse Morabatur, indè in Castellum vulgò des Thuileries
proficiscentem eum vnâ cum adjuncto et Toto Tribunali academico Comitaturus.
quod præstiti posterâ die horâ indictâ, comitatus et ipse M.ro Eliâ col de Vilars * p. 986
ExDecano et Academiæ Censore. vide acta academiæ *

V. p. Die Sabbati Decimo primo septemb. a. 1745. facultate ad audiendas con=
=ultationes Pauperum in Scholas Superiores de more Congregatâ, Postulavit Clariss.us
Collega M.r Busson Vellet ut facultas Saluberr.ª In Examinatores Libri cui titu=
=lus est Dictionaire Vniversel de Medecine &c James, à se recogniti et
mox in lucem Edendi, appellare ex majori Ordine M.rum Hyacinthum Theodorum
Baron Patrem M.rum Eliam Col de Vilars, Ex=Decanum et M.rum Nicolaum Le Roi
de Saint Aignan, Ex Minori Verò M.ros Baron Tertium, Bouvart, Et Ferret; Cui
Postulationi lubens Annuit vnanimi Consensu Saluberr.ª fac. et ità Conclusi

Decretum Chirographo G. J. De L'Epine Decanus
Confirmarunt Magistri
David Vasse, Le Roi de saint Aignan, Gautier, Bercher, Busson.

Die Lunæ 13.° Septemb. 1745. Tertia et vltima peracta est officinarum
Pharmaceuticorum lustratio in foro olitorio, vico S.ti honorati, Plateâ Ludovici Magni
vico San-dionysiaco &c. ad ædes Pharmaceuticas Redux, Pharmaciæ Professo=
=ribus, et Eorum adjunctis in secretius Conclave ex parte posticâ Domûs seductis
quattuor Pharmacopœorum Præfectos D.um Bardon D.um Pia, D.um Henrique D.um
Darbe. Coràm Exposui jam jàm in lucem Emittendum esse nostrum de Commodo
Publico in Causâ Chirurgorum Libellum Jàm diù Expectatum ab Illustrissimo
Galliarum Cancellario, Occasionem Esse peropportunam, Si vellent de suis injuriis
tùm ex parte Seplasiariorum, tùm Ex cucullionibus
tùm ex parte Chirurgorum,
Libellum porrigere. Velle Illustrissimum Præfatum Cancellarium omnes abusus
quantum fieri posset auctoritate Regiâ sinè Litibus, sinè sumtibus (qui ta=
=men nostri immensi fuerunt) compescere atque Corrigere. Illucescere diem pulcher-
-rimam quâ possent extorta perperam a Seplasiariis Jura Vindicare Pharmaciam=
=que illustrare, quam si inertes et otiosi Effluere sinerent, fortasse olim aliquandò
incassum; nec redituram desiderarent. his Exciti monitis, è somno quasi expergisci
visi sunt. Plura enim addidi quæ ipsis Intimè nota non parum eos Commoverunt.
Inter se singuli Coràm nobis occasionem opportuniorem numquam sese daturam
esse Confessi sunt. Vnusquisque nihil Veriùs nihil vtilius à me propositis fatebatur,
et amicam admonitionem gratulantes promiserunt se cum collegis super hâc re
Communicaturos. Tentandos esse priùs animos Collegarum, antequam toti ordini
referrent: Responsum se tempore nobis daturos. Verùm nescio quo fato Evanida abi=
=exit tam strenua Voluntas. Suspicio vehemens fuit Exemplo rebellium Chirurgorum
labefactari tunc ergà facultatem illorum animos, non sinè invidiâ Videre Chirurgorum
audaciam impunè Effrænatam; Quod si illi ausis ambitiosis non excideren sequoque
forsan aliquid simile tentaturos, vndè Prælii Testes malignè spectabant Eventum.
Hanc unquam sibi fuisse mentem nunquàm certè sunt confessi. Post aliquod tempus
responderunt se litibus jam confici; si novam susciperent tot negotiis nunquam fore pares.
itaque noluisse quamvis bonam utilem et fortasse irrevocabilem reventur occasionem
amplecti.

Die Jovis XVI.° Septemb. 1745. Lustrari Cœperunt officinæ Seplasiariorum.

Die Veneris 17.° Sept. 1745. persolvi M.ro Eliæ Col de Vilars Ex-Decano summam de 3900.tt 8.s 1.d quam ipsi debebat Saluberrima facultas pro expensis qui=bus non suffecerat facultatis Pecunia

Die Sabbati 18.° Sept. 1747. misit mihi litteras Urbanæ Politiæ Propraetor quibus Responsum Epistolæ Medici Parisiensis, super contagiosâ Boum lue mihi tradebat exa=minandum. Urbanissime postulabat, si mihi nihil displiceret, meâ munirem approbatione.

Die Lunæ 20.° Septembris 1745. Vigiliâ B. Matthæi Lustrationi Officinarum Seplasiariorum iterum operam dedimus. Lustrationibus finem imposuimus Tandem die Jovis 23.° ejusdem mensis.

Die Veneris 24.° Sept. 1745. reversus sum apud Urbanæ Politiæ Propraetorem D.um de Marville, cum super Litteris quas ab illo paucis antè diebus acceperam quibus de libello Manuscripto cui Titulus erat Réponse d'un Medecin de Province à la lettre d'un Medecin de Paris sur la Maladie des Bestiaux. Egressus ex interiore Conclavi vix nos pervidit cum meo urbanissime me compellatum nomine jussit in illud Secretius Cubiculum è quo egrediebatur meo cum comite ingredi. Reduci Exposui 1.° ab autorem hujusce libelli Indecenter Salub.em facultatem injuriis atque Convitiis affici. 2.° Cum medico Parisiensi duriùs illum agere et in illum acriùs invehi 3.° demum confiteri ultrò illum auctorem se nihil docere novi; nec feliciores eventus se in suis Curationibus habuisse. (Extracta in Papyro obtuli, ut verbis facerem fidem. Undè perinutile mihi videri tale opus mandari Typis; ex quo nihil boni Capere posset Respublica. Plura non sivit dicere. arrepto Confestim Calamo pauca quædam scripsit in Margine unius exemplarium quæ ambo ipsi reddideram. Typis mandabitur Nunquam, inquit. autori remittendum curabo. Et omni amicitiæ atque benignitatis significatione nos nolentes in ultimum usque, confabulando, prosecutus est atrium. Dixit nihil adhuc quid=quam de officiis Chirurgorum (de quibus paulo ante) statutum fuisse: antiquius quem nihil unquam sibi fore, quam ut beneficium aliquod in nos atque in me præsertim conferre posset.

Die Martis 28.° Septemb. 1745. Convenerunt me obstetrices genus fœmineum Terreri facilè, narraturæ quodnam responsum à D.o de Marville urbanæ Politiæ Prætore tulissent super libello quem nuper illi porrexerant supplice. Iterum hunc Magistratum ante duos dies inviserant ab illo rescituræ, quid objectis respondisset ProtoChirurgus De la Peyronie. O Impudentiam hominis singularem! confessus erat 1.° Reverâ noluisse se invitari illas ad demonstrationes Publicas quæ fieri quotannis solebant in Amphitheatro San=cosmiano, nè illic promiscuè cum Tironibus Chirurgicis sederent in gradibus Amphitheatri; propterea quod hoc Illi parùm pudicum esse videretur. 2.° affirmaverat impudentissimè oblatum fuisse illis ut Privatim et solæ de Anatomiâ et de Arte Obstetriciâ docerentur; atque hoc à Matro=nis non fuisse acceptum. 3.° Invitatas fuisse ad audiendos Tirones Chirurgicos de anatomiâ interrogandos in hebdomadibus quas vocant Anatomicas. hoc illis obstetricibus esse fastiditum. 4.° Uniuscujusque mensis primo quoque die, liberum esse illis assistere Consultationibus pauperum quibus solemni illo die, omni genere dolentium Curationi operam dare gratuitò solebant. 5.° quod spectaret ad Tyrunculorum dilata Examina, Jamjam esse repetenda idque brevissimâ adhuc interpositâ morâ 6.° Immeritò se argui ex eo quod quædam mulieres nullo suæ Doctrinæ facto periculo, absque Titulis et sine ullâ auctoritate Insignia et Banerias, ut ferum Commentarii veteres fenestris appendissent se seque medicas nullo suo Jure profiterentur. Plurimum sibi Illud dis=plicuisse, nedum illud sua auctoritate probaverit; hoc ipsum esse illarum Juratarum obstetricum crimen, quas ipse pro certo habebat accepisse summam Centum et quinqua=ginta libellarum à nonnullis Viraginibus ut impunè sub illarum Tutelâ possent prævari=cari; Tantum abesse ut huic licentiæ concedendæ facilem se præbuerit quin contrà unam è Juratis (E quattuor quæ hujusmodi officia acquisiverunt, et ea solæ possident, hoc ipsa rea sola tunc aberat quamvis vocata) in jus vocari eâ de Causâ præceperat.

Tot Criminibus falsò objectatis omnibus, putas non obmutuisse mulieres! super 4.or prioribus articulis responderunt soli competere præfato De la Peyronie et impuden=tissimè mentiri et res certissimas atque evidentissimas inficiari.

Quod spectabat ad D.am de La Mare (hoc erat absenti Reæ nomen) à se illam neque defendi neque damnari; factum ignorare se. si illa sontes fores commissi facinoris se non esse conscias: nec criminis alieni quidquam sine summâ injuriâ posse in illas detorqueri; D.æ De la Mare proprium ac suum (si ita se res haberet) esse illud Crimen. Esse sanctas Leges, quibus illam, si vellent, persequeretur Dictus la Peyronie; se de crimine alieno curam habere non teneri legibus. pro se tribus præsentibus, spondere, conscias se esse sibi nihil tale se commisisse.

Quamvis hæc tam gravia non minùs facilè diluissent quam temerè imputata, et seriò objectata fuerant, attamen metus illas invaserat, nè alienus illis factus fuisset æquissimus Judex quem alloquebantur, Ex eo quod in hoc Colloquio non æquè amicè et benevolè ac in nupero Exceptæ fuisse sibi viderentur. Sed animos addidi. In audi=endis postulationibus non eumdem prorsus esse vultum ac in disceptandis quæstionibus. Rationes Contendentium utrinque Judici esse perpendendas. pro certo haberent, si non idem fuisset vultus eumdem semper inesse animum. Causæ illarum nusquam nos defuturos. denuò rem nos illi esse Commendaturos. Præterea me cum illarum Patrono M.ro Gondouin, de defensione illarum esse Collaturum.

Die Mercurii. 29.° Septemb. a. 1745. accepi Epistolam a D.o Bouniol Illustr. Protomedici D.i Chycoineau amanuensi, quâ docebat propter ægritudinem prædi=cti Archiatrorum Comitis dilatam esse in Crastinum diem Comitium, pro explorandis agyrtarum arcanis vulgò la Commission et huic adessem horâ post meridiem tertiâ promore, præmonebat.

Die igitur Jovis 30.° Sept. 1745. apud laudatum Protomedicum me contuli horâ paulò maturior indictâ. Libellum nostrum de commodo. Publico jamjam in lucem Edendum decebat illi à me nomine facultatis, inter Primos offerri; Cum autem contra nos dixisset in Principio Litis, ~~decebat~~ molliendus fuit illius animus, ne in malam partes acciperet quæ contra eum vixillum dicturi eramus, verbi gratiâ pugnare inter se medicinæ Professionem cum Chirurgiæ ministerio saltem quoad exercitium manuale. ac proindè concludebamus necessario revocandum esse supremi Regis Consilii Decretum ~~quo~~ latum super supplice libello, Prædicti ipsius Illustriss. archiatri quo decreto reatu absolvebatur D.us de La Peyronie, nosque non tantum à Nostrâ petitione disjiciebamur; sed et rescissum irritumque factum fuerat

instrumentum

instrumentum quo significaveramus dicto de la Peyronie diceret quo Jure Medicinam
exerceret polueretque; Exhiberet, si forte ipsi essent, Litteras medicinæ. doceret ex
quo tempore liceret Medicinam simul atque Chirurgiam factitare Parisiis. Illud Consis=
=toriale Decretum revocari reapse postulabamus. Exposui me sperare fore ut ipse met
legendo nostrum libellum Confiteretur non potuisse abstinere nos ab isto tractando
argumento, ac proinde ab istâ postulatione. Spem etiam mihi esse non Injuriæ habi=
=turum quando illi oblaturus essem; quod urbanissime promisit. Cumque fontem bellaqueum
mox peteret atque sub praelo sudaret adhuc Libellus, voluit ad eum primâ datâ occa=
=sione involucro conditum mitterem.

Mox advenit Clariss. Collega Magister Malouin Ex comitii asses=
=soribus unus, et unicus qui adfuerit: ità ut postquam Exposui quæ inquisiveram
de arcanis agyrtarum Tria tantum medicamenta non improbata sint: D.ni Morien
aqua Anodyna pro dentibus; cum opiatâ ~~congruâ~~ seu dentifricio Viduæ Durand necnon
Ejusdem V.æ Durand aqua aurea gingivis roborandis idonea, Et pulvis stypticus
D.æ archambault ad usum internum contra uteri et ani procidentias. Cætera
proscripta sunt, et damnata.

Die Veneris Primo mensis octobr. a. 1745. Jam summo mane
parata erant nostri Libelli Exemplaria è praelo madentia, nec distribui poterant prop=
=tereà quòd M.ro Bontoux suum huic nomen apponere vereretur ob nimiam (aiebat)
duriorum aliquot verborum duobus praesertim in locis acrimoniam Toute la Fran
=ce . . . . .! Le recit en fait fremir encor. . . . Sest vûe sur le bord du precipice
. . . . . Voila les fruits de l'anarchie dans laquelle vit aujourdhui le Chirurgien
au Mepris des loix et de la Chose jugée. Jam ante mensem has voces acriores
sibi visas, damnabat. Nobis, multum placebant. Et Robori ac viribus libelli de=
=tractum, Eumque delumbatum duxissemus si aut mitigatæ aut prorsus ablatæ
fuissent. Intereà Typographis opus inchoatum absolvi curaveram. Absoluto, renun=
=tiavi si non placeret chirographum libello apponere nihil moraretur; non contra
mentem, non repugnanter ascriberet. Nomen illius ex omnibus exemplaribus tam
diligenti Curæ fore mihi, ut deleretur et ità plene ut nullum illius Vestigium posset
pervideri, et me meum nomen in locum illius appositurum. Omnem solvit
difficultatem hoc responsum. Nomen apposuit. Habentibus deliberandum fuit
quo die Illius Copia fieret Cancellario aliisque summis Magistratibus Judicibusque
nostris in Supremo Consilio assessoribus. Itaque hoc Eodem die Congregatis ad id Sal.æ
fac.is Legatis decretum est offerendum esse Cancellario Die Lunæ proximo horâ nonâ
matutinâ.

v. p.

Eodem Die Vener. 1.o octobr. 1745. habita sunt de more Comitia
de morbis grassantibus pari die singulis mensibus haberi solita.

In his Comitiis legi Epistolam ad me scriptam a Clar.o Coll.â M.ro
Dubois nuper Dotariæ secundæ Principissæ de Conty Medico ordinario qui patriam
remigraverat, post dictæ Dominæ funera, Valetudinis gratiâ. Cum enim non esset
genere nobilis, pro Vectigali (Le Tarif vulgò la Taille) vexabatur; Ideò postulabat
à facultate sibi decerneretur Testimonium autenticum Decani chirographo necnon
et Saluberr.i ordinis sigillo munitum quo patefieret se esse Doctorem=Regentem
in facultate Parisiensi quo Titulo immunis erat ab illo Vectigali propter Pri=
=vilegia Universitatis Communia quâquidem re in deliberationem missâ placuit
concedi Postulatum et ità Conclusi G. J. De L'Epine Decanus.

Iisdem in Comitiis conclusum est Magistrum Bertin anatomes
Professorem institutum in gratiam Matronarum suas lectiones necnon et
demonstrationes anatomicas esse repetiturum die octavo hujusce Mensis.

Die Lunæ 4.o Octobr. 1745. Ex condicto convenimus in scho= v. p. 998.
=las ut indè simul proficisceremur Illustrissimum Galliarum Cancellarium
inviturí, eique tamdiu expectatum in nostrâ Causâ de Commodo Publico
Libellum tandem aliquando oblaturi. Mecum aderant Clarissimi Collegæ
Magistri Finot, Martineng, Col de Vilars ExDecanus, Procope, Astruc, Chomel,
Bourdier, Boissonier, La Cloy Bibliothecæ Præfectus. Excusavi apud Illustriss.m
Justitiæ Longam quam in illo Conficiendo moram inviti attuleramus, diutur=
=niorem forsan justo sed prorsus inevitabilem. Addidi sperare nos tandem Rixas,
simultates à quatuor jam Sæculis hydræ Lerneæ Capitum instar perpetuò renas=
=centes finem jam esse habituras.

Petiimus, novus assessor in Consilio Regis sufficeretur in locum
vitâ functi Integerrimi et oculatissimi Judicis D.ni de Villeneuve quem multum
desiderabamus, et tribus superstitibus adjungeretur, quaternum numerum ut ante
Completurus. Intereà adeò ægrâ atque perdita erat Valetudine D.us Maboul
Nostræ Litis Cognitor ut non dubium cuiquam videretur illum de Causâ nostrâ
numquam esse relaturum. Cum Itaque de illo mentionem fecissemus, Illustriss.s Can=
=cellarius alium ipsi substituendum esse sponte declaravit. Inde arripuimus ansam
de Judicio Eum alloqui quo prospiceret ordini et Paci usquedum novus Cognitor
rem altiori scrutatus esset indagine. Incredibilem esse Confusionem ubique
non admitti ad Examen obstetrices, Illas opprimi à Chirurgis. Æquitatem
ipsi tam commendatam Commodumque publicum postulare ut quàm promptissi
=me ab vexatione tam odiosâ et tam iniquâ redimerentur. hâc dilatione intempes=
=tâ, Civitati perire optimas artifices quæ aliò et forsan nondum satis edoctæ
se conferebant. Respondit rem jam penitùs instructam posse et penitus Judicio
definiri. Ex paululùm ampliori quæ ad id conficiendum requireretur morâ
Rempublicam mediocre capturam esse detrimentum.

Inde apud Cognitorem nostræ Litis Laudatum nos Continuò
transtulimus; quem vegetiorem ac speraveramus invenimus. non tam male se

haberi nos certiores fecit. Rem nostram haud gravatè se esse relaturum ubi jubere=tur, cùm melius haberet, nec urgentibus premeretur Negotiis. bene valere jussimus. Tribus nostris Judicibus Superstitibus eodem die libelli Ejusdem Exemplaria Singulis bina deferre et coràm tradere Relligio fuit. Post illos nullus fuit in quâcumque Curiâ Præses aut Judex cui propriâ manu cùm domi repperiebantur non obtulerimus.

Eodem Die Jussu facultatis concessum Clariss.o nostræ Collegæ D.o Dubois Regentiæ Testimonium meo Nomine Subsignatum, suo Confirmarunt Magistri Finot Col de Vilars, et Martineng, et Illiùs Sigillum parvum facultatis apposui et Chiro=graphum. Sic se habebat.

En vertu d'une Deliberation faite aux Ecoles de Medecine de Paris en l'assemblée du Primamensis d'octobre 1745. ou il a Eté proposé par M.re Guillaume Joseph De l'Epine Doyen a la faculté assemblée d'accorder a M.re Jean Baptiste Dubois de present absent de Paris, ce requérant, un Certificat en forme autentique par lequel il fut Constaté que ledit M.re Jean Baptiste Dubois non Seulement est Docteur=Regent de lad.e faculté mais y jouit effec=tivement et actuellement des droits, Privileges, Prérogatives, Immunitez et autres avantages; dont Jouissent Tous les autres Docteurs qui sont Regens et qui resident à Paris. Laquelle Demande ayant paru juste et Equitable lui à Eté accordée pour lui Servir partout ou besoin sera. Nous soussi=gnéz Doyen ExDoyen et anciens Docteurs de La faculté de Medecine de Paris Certifions que M.e Jean Bapt. Dubois est actuellement au Rang des Docteurs=Regens de la faculté, et n'a point perdu par son absence les droits attachéz a la Regence ayant Presidé en son Rang et fait les actes Necessaires pour la Conserver ainsi que les droits y annexéz dans les Tems marquéz par les statuts de la faculté de Médecine de Paris Homologuéz au Parlement et Confirméz par Louis XIV par son Edit de 1707. et Par Louis XV. Regnant, en 1725. et doit en jouir et Jouit Effectivement ainsi que Tous les Docteurs=Regents residents a Paris des droits attachéz a la Regence anciennement Concedéz par les Rois de france et Confirméz de Regne en Regne Jusqu'a S. M. Louis XV. à present sur le Throne inclusivement et avons signé pour servir audit Maitre Dubois partout ou besoin sera. aux Ecoles de Medecine de Paris Ce quatrieme jour d'Octobre Mil sept cens quarante cinq

G. J. De L'Epine Doyen d. l. f. d. M. d. P.

Signé Martineng, Finot, Col de Vilars ExDoyen et Censeur

Plus bas scellé du petit sceau de la faculté de Medecine de Paris
Ce 4.e oct. 1745. G. J. De L'Epine Doyen.

Die Mercurii 6.o octobr. 1745. scripsi Epistolam Integerrimo Procu=ratori Catholico quâ postulabam ut nobis Erogandum Juberet Cadaver ex aliquo Nosoco=miorum.

Die Jovis 7.o octobr. 1745. ritè processit Academia ad Ædes S.ti Andreæ ab Arcubus.

Hoc eodem die Tandem inveni domi Integerrimum Procuratoris Cathol. vicarium (substitut) D.um Boullenois quem sæpiùs absentem incassùm adiveram huc usque, ut cùm illo Bibliothecæ nostræ negotium componerem. Dixit se negotiis obrui. Dolere se quod illud nunc propter temporis Angustias Consummare penès se non Esset. postulare Inducias. Nihil non, statim ac sibi paulisper vacaret, in nostram gratiam esse factu=rum. Postulatas tam humaniter Inducias libenter Concessimus.

Die Sabbato 9.o octobr. 1745. Sancto Dionysio dicato, Sacro in scholis de more celebrato Baccalaurei quattuor Togati et humeros Chlamyde Baccalaureali induti (ut solent) Bidellis Clavam Argenteam singulis suam deferentibus comitati adiverunt Pastorale munus exercentem in Parochiâ Sancti Stephani à monte, Eumque brevi oratiunculâ nomine facul=tatis invitaverunt, vellet ut nostra Sacra die Lunæ non proximè sequenti sed altero scilicet XVIII.o octobr. non tantùm præsentiâ Suâ Cohonestare, sed et ipsemet Celebrare quod ipsis urbanissimè promisit.

Die Lunæ 11.o octobr. 1745. Iterùm de Anatomiâ docere cœpit obstetrices M.r Bertin.

Eodem die invisi Syndicum Universitatis D.um Le Neveu rogaturus eum ut congregaret delegatos academiæ qui Conclusionibus Anni 1724. adderent quod è Re academicâ esse ducerent.

Eodem die horâ post meridiem ipsâ tertiâ Consedimus in aulâ Pharma=copœorum adfuturi Examini D.i Bert quem regebat D.nus Genand qui ambo ante septem vel octo dies domum venerant me et salutatum, et invitatum ad illud Examen. Quod fece=rant similiter tribus post aliis Diebus tres Pharmacopœorum Custodes Palliati promerent. Huic Examini priore loco Consedi quamvis Professore actu M.re Péaget, Junior. Illi secundus interrogavi Tanquam Junior illo. Finitis nostris quæstionibus, alias proposuere custodes. et à Custodibus, alias ultimò receptus qui Examen suum Clausit oratione gratulatoriâ quâ se et facultati, et Pharmacopœorum Parisiensium Celeberrimo ordini gratum et memorem collatorum in se beneficiorum vovet. Dein Quatuordecim alii magistri Pharmacopœi ab illo (Bert) diversa quæsivere. Quibus peractis secessit Tiro cùm moderatore D.o Genand. Collec=ta sunt suffragia a D.o Péaget Actu Professore, Primò meum dein alterius Professoris. Dein altâ voce Compellantur nominatim omnes magistri. Postquàm responderunt omnes Formulâ solitâ Je l'admets à son Chef d'oeuvre quand il plaira à ces Messieurs, revocatur Tiro cum suo moderatore et utrique sententiam seu votum totius Comitii Pronuntiat acta Professor; et consurgitur. Decano Porrigitur summa sex libellarum

Die mercurii 13.o octobr. 1745. Exemplaria nostri Libelli de Commodo Publico magnatibus deferenda Curavi a Dicto Le Page Universitatis Paris. Cursore ord.rio. Principibus Regio sanguine procreatis obtulit Ducibus, Regni administris Magistratibus

Academiis, Cardinalibus Eminentissimis, Episcopis, Archiepiscopis, atque omni hierarchiæ Ecclesiasticæ.

Eodem die constitui Nomine facultatis denarium vigesimum pro summâ Sex millium librarum Dno Gallier Pistori moranti in vico dicto des Barrez contra monasterium dictum l'ave maria.

Reddidi hoc die Matronis Exemplar responsi illarum ad responsum Chirurgorum, quod (suum) mecum communicaverant viderem an arrideret: ostensum viris sagacibus placuerat: ne offerrem igitur non sum moratus. Sic fuit illius Tenor

A Monseigneur Le Lieutenant General de Police

Mgr.

Les Jurées=sagesfemmes et Matrones de la ville de Paris prenent la Liberté de vous exposer la surprise ou Elles ont eté et dû etre a la lecture que vous leur avez fait donner du Memoire des Chirurgiens, sur la communication qui leur a eté donnée de la Requête qu'elles ont eu l'honneur de presenter a V. Gr.

Les faits qui les ont le plus frappées, comme etant les plus importants tombent sur ce qu'on a avancé dans ce memoire, qu'il ne dependoit que d'elles d'assister aux assemblées et visittes charitables qui se tiennent les premiers Lundis de chaque mois dans la maison de saint Come ou se presentent les femmes incommodées de leurs grossesse, ou des suittes de leur accouchement; d'assister pareillement aux dissections qui y sont faites des Cadavres des femmes; et enfin sur ce qu'on leur a imputé de favoriser les entreprises des femmes et filles, qui s'annoncent contre la verité au Public, par des Tableaux comme sages femmes, quoiqu'elles n'aient subini l'examen ordonné et exité, ni souvent reçu aucune instruction.

Les Jurées=sagesfemmes ne peuvent douter que ces faits n'aient etez avancez sur des Rapports infideles, a la faveur desquels ont surpris le zele et la Religion de ceux qui ont signé le memoire. C'est Monseigr. ce qu'il leur est facile de faire Voir.

En Vain Les Chirurgiens, pour se dispenser d'instruire les aspirantes à l'art des accouchemens, reclameroient ils le silence de leurs statuts sur cette Obligation. La Regle etablie par l'Edit de 1664. doit etre une loy inviolable pour eux, jusqu'a ce qu'il y soit expressement derogé par un article contraire. C'est donc injustement que les sages-femmes, se sont vu expulsées des droits qui leur sont attribuez par cet Edit, et privées des Instructions qu'elles recevoient dans les assemblées des premiers Lundis de chaque mois, soit en proposant leurs reflexions, soit en se conformant a la manière dont les Maitres de la Communauté estiment que la Cure des incommoditez sur lesquelles ils sont consultez doit être traittée et conduite; Ainsi avoir avancé qu'on n'empeche point les Jurées=sages-femmes d'assister a ces assemblées, C'est parler contre la Teneur des statuts de la Communauté des Mes Chirurgiens.

A l'Egard des dissections ou les Jurées=sages femmes les Matrones et leurs Eleves ont droit d'assister, comme le justifient les arrêts provisoires des 25 mars et 5e mai 1733. et La Requête des Chirurgiens du 16e Mai 1734. portant qu'ils offrent de donner aux sages femmes et a leurs Eleves la Connoissance des parties servantes a la generation. C'est encor un faux-fuyant egalement peu Convenable, que de repondre qu'on ne les empeche point d'y assister. Les Chirurgiens ne pourroient disconvenir sans blesser la Verité, ou qu'ils les ont renvoyées aux derniers statuts qui ne parlent point du droit qu'elles ont d'y assister, aux Termes de l'Edit de 1664. ou qu'ils leur ont répondu qu'il ne s'en faisoit point, ou enfin qu'il n'etoit point Convenable qu'elles et leurs Eleves se trouvassent en meme tems a ces sortes de dissections avec un nombre Considerable de Jeunes gens qui se destinent a la Chirurgie.

* Memoire remis à Mr. Bourgeois par les Jurées=sages=femmes en 1740. Le . . . . .

Ce dernier Motif * qui est le seul qui paroisse fondé, a fait demander aux Jurées=sagesfemmes qui ont succedé a celles qui ont plaidé les Chirurgiens des dissections en particulier aux jours et heures qu'on leur indiqueroit. Mais cette Proposition a eté Eludée par la promesse qu'on leur a fait de leur donner des dissections apres qu'on en auroit obtenu en Cour des appointements pour le demonstrateur qui leur donneroit des Instructions.

Voila ce qui s'est passé au sujet du second fait que les sages femmes ont interêt de relever, a quoi Il n'y a point d'autre réponse solide a faire, de la part des Chirurgiens que de rapporter les billets de Convocation qui ont dû etre envoyez aux Jurées sages femmes, qui de leur Coté en auroient fait avertir les autres sages femmes, et dont enfin il doit etre fait mention dans les Registres des Chirurgiens. Certainement Ils ne rapporteront point de pareils billets. C'est donc encor s'etre ecarté de la Verité que d'avoir repondu qu'on n'empeche point les sages=femmes et leurs Eleves d'assister a ces sortes de dissections.

Telle est la situation ou les sages-femmes se trouvent depuis longtems et c'est cette privation de toute Instruction qui les a determiné a avoir recours pour en obtenir à la faculté de Medecine qui leur en a accordé et leur a donné gratuitement les deux Cours Concernant la partie d'anatomie qui leur est necessaire et les Regles de leur Art, dont Elles ont Eu l'honneur Monseigr. de vous rendre Compte dans leur Requête.

Par rapport au 3eme fait concernant les Contraventions des femmes et des filles qui se presentent au Public Comme sagesfemmes quoique elles ne soient point reçues sagesfemmes, Le Reproche qu'on fait a ce sujet aux Jurées de donner les mains a ces contraventions et même d'en tirer du Benefice est une fausse imputation. Ce fait est trop important pour le Public Et pour Elles, pour qu'elles ne vous supplient pas Monseigr. de faire attention

à ce qu'elles y répondent.

Après le Decès de la Veuve Maillard, qui avoit Été proprietaire des quatre Offices de Jurées, ses Heritiers ont mis en vente l'office dont elle avoit Été pourvûe par Commission seulement. La Veuve La Mare qui n'y avoit reçûe qu'apres en avoir donné une Contrelettre portant que l'office ne lui appartenoit point et que les proprietaires pouvoient en disposer, Les heritiers de la Veuve Maillard ont vendu cet office à la Demoiselle Jaunet Jurée-Sagefemme qui doit en faire pourvoir sa fille.

Ces faits seroient faciles à Justifier par l'arrêt qui à Confirmé la sentence qui à ordonné sur le vû de la contrelettre que la V.e la Marre donneroit son desistement ou sa procuration ad resignandum.

C'est cette Veuve de la Mare qu'on dit avoir reçû de l'argent de quelques femmes, pour leur permettre de s'annoncer au Public comme sages-femmes quoique sans caractere ni qualité, et non les Jurées Sagesfemmes en titres. Elles denient avec la Confiance que la Verité donne, avoir jamais rien reçû pour favoriser des Contraventions si prejudiciables. Elles ne connoissent point la Veuve La Mare pour Jurée depuis que l'office qu'elle exerçoit appartient a la demoiselle Jaunet. C'est pourquoi on ne trouvera point sa signature au pied des memoires et Requêtes qu'elles ont presenté. Si la Veuve La Mare a abusé de la qualité de Jurée qu'elle a Eu Les Jurées en titre seroient les premieres a demander qu'on sévisse contre une conduitte si blamable. Ainsi Ce seroit une Calomnie que les Chirurgiens auroient avancé dans leur memoire, s'ils prétendoient appliquer aux Jurées en Titre le fait qui ne pourroit regarder que la Veuve la Mare. Quoiqu'il en soit, il est singulier que l'auteur du memoire des Chirurgiens ait exposé ce fait, qui ne pourroit etre personel qu'à la Veuve la Mare, pour rendre les Jurées-sages-femmes defavorables. En Effet il y auroit une Contrarieté Evidente de la part des Jurées, si elles se plaignoient de ce que des femmes sans Caractere se presentent comme sages femmes et qu'elles favorisassent en même tems, ces Contraventions par l'appas du profit qu'on suppose qu'elles en tirent. Mais ce fait est absolument faux.

Au reste La Requête que les Jurées ont eu l'honneur de presenter à V. Gr. n'a eu pour objet apres vous avoir rendu Compte de l'Etat ou Elles se trouvent, que de Vous supplier, Monseig.r d'interposer Votre autorité pour faire cesser le refus qu'elles Eprouvent depuis plusieurs années de la part des Chirurgiens de recevoir leurs aspirantes Maitresses sages-femmes en la forme ordinaire. et cet objet qui est le plus Essentiel pour les Sages-femmes et pour le Public est précisement ce a quoi les Chirurgiens n'ont point répondu, parcequ'ils ne peuvent avoir d'autres raisons pour insister dans leur refus que le dessein de detruire dans le public les sages femmes sous le pretexte des accidents frequents qui arrivent par l'imperitie d'un nombre de femes qui s'ingerent d'accoucher quoique sans Caractere et sans Capacité, et qui ne répondent autre chose quand on veut les en empecher, sinon qu'elles offrent de subir l'Examen et de se faire recevoir Maitresses-sages femmes. C'est Monseigneur, pour arrêter ces abus qu'elles ont imploré et qu'elles implorent l'autorité de Votre Grandeur.

Die Veneris 15.a octobr.is 1745. accepi Epistolam a D.o Louis Chirurgo magisterium Parisiense ambiente in Nosocomio dicto la Salpetriere quâ nuntiabat habere se (quod postulaveram litteris quas miseram Procuratori Catholico) Cadaver foemineum mihi tradendum jussu administratorum. Mitterem intra Sextam et septimam Vespertinam: Schedulam ut claustra urbis in pomoeriis posita sub noctem intrantibus Paterent fore paratam. Misi: Res fuit, ut promiserat.

Mentionem faciam hic de Ardelione quodam (nomine de Saint Cyr) qui suâ operâ nobis promittebat obtineri posse (deprecatoribus apud Regem valdè gratiosis) Privilegium Ludi cujusdam Publici quem Gallicè dicimus une Loterie cujus beneficio et Nostras Scholas instaurare possemus, Bibliothecam, collocare dignius, et nostras exercitationes Celebrare Magnificentius. Si Vellemus ratam illi ac Certam assignare quandiu foret superstes pensionem annuam de 1500.tt Ad fastidium usque me Convenit per plures menses. Promiseram, si res prospero donaretur Eventu, de facultate Saluberr.â quidquid postularet esse reportaturum. Quid enim repromittere nocebat? Sed Res caruit Effectu Spesque nostra quae semper fuit tam Medioci auctore, modica postquam evanuit omninò per mediocre etiam sui nobis reliquit desiderium. Veniet forsan aliquandò fortunata Ma Dies quâ aut Amabunt facultatem amici Regis, aut amici facultatis gratiâ Valebunt apud Principem.

Die Lunae xviij.a octob. 1745. Beato Lucae Dicato Solenniter peracta sunt Sacra de more in Sacello facultatis unde mox erueram septum sculptile ligneum quod latè et paulo latius Justo Circumdabat aram. Ivi de more oblaturus munusculum Sacerdoti, post antiquiores, sed Phoeniceis me decoratum indumentis Clavae facultatis praeibant. Sacra peregit Parochus aut illius Vices gerens quem, peractis divinis, honorificè ad forès usque inferiores perduxerunt Baccalaurei

Post sacrum congregatâ (de more sine schedulâ) facultate Placuit unanimi Consensu prorogari inducias academicas. Baccalaurei ibidem solito se astrinxerunt sacramento. Similiter et Bidelli quibus illicò redditi quos deposuerant fasces.

Die Martis 19.a oct. 1745. Celebratur de More Sacrum in Sacello pro requie animarum. Indè itum est in Comitium. Cratem ligneam quae Vallo distinguebat aulam ab altari, Evulsam, ut supra, quia locus inde amplior evaserat, reponi Vetuit Saluberr.us Ordo. Probavit bifidum quod ex Telâ viridi in ejus locum repositum, mediantibus annulis, super binas Virgas ferreas currentibus suspensum facilè in ambas partes se scindit velum. Dum unitae junguntur et Vela libris superinduci solita diducuntur, à conspectu oculorum removetur altare: Cernuntur undequaque libri trans Craticulas aeneas Conspicui; Sacellum modò Jam Bibliotheca est. Septum viride illud medium diduc ad Latera Vela reduc super Libros: in Conspectum Venit Ara, Juxtà apparent altaria minora, Sacrarium. quod erat modo Bibliotheca Sacellum nunc Jurares

Horâ sesqui-decimâ matutinâ ejusdem diei Martis 19.a octobr. a. 1745. accesserunt in scholas superiores, Jurati Vulgò Syndici Pharmacopoeorum Praefecturae (La Prevôté de l'hotel) D.i Cars, de La Porte &c. Solitumque dixere sacramentum.

Eodem die debuerant Chirurgi antè meridiem se in Scholis sistere, ordinem nominum
suorum à suis Præfectis subsignatum unà cum Nummum aureum Centum, supra quatuordecim;
assium cum denariis sex nobis offerre, Et jurejurando in manibus Decani recitato nomine totius
Sodalitii, omnes Chirurgos astringere. Verùm pendente lite qui jàm sanctiores leges anteà parvi faci=
=ebant, pluris non fecerunt. Ne unus apparuit. Itaquè cùm sol medium attigit orbem, instrumentum
sequens per accensum Dum. Robinet quod de eorum absentiâ fidem faceret, confici diligenter curavi=
=mus; et eumdem significari antè solem occiduum in ipsâ Chirurgicâ domo non neglecimus. Sic autem
se habuit illud instrumentum

L'An Mil sept cent quarantecinq Le dixneuf octobre à dix heures du matin a la Re=
=quête des Doyen et Docteurs=Regents de la faculté de Medecine de l'Université de Paris
qui ont esta leur domicile en leurs Ecoles Superieures seises à Paris rüe de la Bucherie, par-
-roisse ... nous Pierre Simon Robinet huissier aux requêtes du Palais
à Paris, y demeurant rüe des Gravilliers Paroisse St. Nicolas deschamps soussignez nous Sommes
transportez aux dites Ecoles Superieures rüe de la Boucherie en la Salle ou s'assemblent les
Doyen et Docteurs Regents de la ditte faculté presentement assembléz en la ditte Salle, pour faire,
et dresser procès verbal de la Comparution des Lieutenant et Prévôts en charge de la communauté
des Maitres Chirurgiens Barbiers de Paris, lesquels pour et au nom de la ditte Communauté doivent
se trouver et comparoir aujourdhui heure présente aux dites Ecoles superieures en la salle et assemblée
de la faculté pour prêter à la faculté de Medecine entre les mains de monsieur Le Doyen le serment
ordinaire et accoutumé, et pour payer la redevance annuelle d'un Ecu d'or de la valeur de cent quatorze
sols et présenter et remettre la liste des Juréz et maitres de leur Communauté signée d'eux; ou Etant
et aprés avoir attendu depuis la ditte heure jusqu'a celle de onze heures sonnées, sans que les Lieutenant
et Prevôts en charge ~~aient comparu~~ de la ditte Communauté des maitres Chirurgiens aient comparu ny
persone pour eux quoiqu'ils aient etéz sommez de le faire par ~~un~~ acte a eux signifié le ~~quatorze~~ quinze du pre=
=sent mois par ~~un acte~~ Brest Premier appariteur de la faculté, Nous avons à requerant les Doyen et Doc=
=teurs=Regents de la ditte faculté donné contre eux defaut faute de comparoir, et avons protesté et protestons pour
la Faculté de Medecine de se pourvoir, ainsi et par les voyes qu'elle avisera et de repeter contre -
la Communauté des dits maitres Chirurgiens, toutes pertes, dépens, dommages et Interêts et que
la non=Comparution des Lieutenant et Prevôts de la ditte Communauté ne peut nuire ni prejudicier -
aux droits de la faculté, qui seront Conservéz dans toute leur force dont et de ce que dessus nous avons
fait et dressé le present procés verbal pour servir et valoir ce que de raison a la faculté de Mede-
=cine et a Mre. De l'Epine Doyen signé avec nous au présent duquel nous avons à l'instant
signiffié, baillé et laissé Copie a la Communauté des maitres chirurgiens ~~de Paris~~ barbiers de
Paris en leur domicile au Bureau de Communauté rüe des Cordeliers à Paris en parlant au
Portier qui a refusé de dire son nom de ce interpellé leur reïterant les Protestations y portées
a ce qu'ils n'en ignore les dits jour et an
Signé Robinet avec paraphe

G. J. De L'Epine Doyen de la
faculté de Med. en l'Univ. de Paris

Recu six livres de Mr. Del'Epine Doyen et de ses deniers. avec Paraphe.

Contrellé à Paris le 20. octobre 1745
R. G. signé Butin

Die Mercurii xx°. octobris a. 1745. postulavit a me, Mr. Payen, exeunte ab octavâ
lectione Clarissimi Collegæ Mri. Bertin, cui audiendo, maxima, si venia verbo, auditricum auditorumque
affluxerat frequentia, illi suppeditarem Cadaver quo posset operationes chirurgicas explanare, et oculis
manum ministram commodante Chirurgo subjicere. Protinus Scripsi Procuratori Cath. placuit erogari.
Reddidi hâc die Custodibus Pharmacopœis Parisiensibus Programma Theriacæ in quo
Exponebantur illius vires dotes &c quod mihi tradiderant Emendandum. ⁊ facultatis jussu tres
Die Veneris 22°. octobr. 1745. Tuli ad Dum. de L'Epée Saluberr. facultatis jussu tres
opificum commentarios quibus ritè persitandis Copiam sibi fieri instrumenti Communis
vulgò Devis et Marché necesse judicavit; quod die lunæ sequenti ipsi exhibui
Die Sabbato. 23°. octobr. 1745. Exeunti mihi ab undecimâ necnon ultimâ lecti=
=one Mri. Bertin Professoris anatomiæ in gratiam matronarum instituti; obstetrices obtulerunt
sententiam nuperrimè a Proprætore Causarum Capitalium latam, quâ vetabat nè deinceps
ulla Mulier se obstetricem profiteri auderet atque artis Insignia fenestris appendere quin
de more et ritè, ad exercendam artem legitimo examine admissa fuisset, jubebatque con=
=ditionibus severis eas quæ appendissent tolli citò citiùs curarent. Terrebantur nec immeritò
prorsus hâc lege. Quamvis enim hanc quodammodo nosmet ipsi in gratiam ipsarum postu=
=lassemus, attamen, quoniàm nobis inconsultis digesta et pronuntiata fuerat, plurima
inerant quæ in nostrum nec non in Matronarum detrimentum vertebant ac ideò noce=
=bant nedùm Causæ faverent utrique. 1°. quod nonnullæ voces Jura nostra si non Contradi=
=cerent aut læderent, saltèm Elevarent, extenuarent, aut obliquè infirmarent, nonnullæ
ut Scholæ Chirurgicæ, malè sonarent 2°. quod ad mentem Laudati Proprætoris, pro Magis=
=terium legitimè adeptis non haberentur quæcumque apud illum peculiari Sacramento sè
nondum astrinxerant: et perpaucæ (vix quindecim) huic officio fecerant satis. 3°. quod
nulli Tyruncularum parcebat dura lex et nonnullis favere videbantur Dictæ Juratæ
quæ summam sibi debitam pro Magisterio adipiscendo sciebant inter manus Præpositorum
San=cosmianorum fuisse repositam sub conditione quod intereà non vexarentur dictæ
Tyrunculæ, et retro sublapsa referebatur utrarumque illegitima, non prorsus tamen argu=
=enda spes. Promisi huic Negotio omni operâ me allaboraturum ut aliqua concederetur
mora, et non tàm immitè cum illis ageretur. Non minori Pavore perculsæ fuerunt
Tyrunculæ.
Die Lunæ 25°. octobr. 1745. Septem Tyrunculæ ex condicto me convene=
=runt sortem suam miserrimam (unius hominis ob Invidiam) dolentes valdè, quibus
donec possem super hâc re et Consilium dare et Proprætorem commonere de hoc, quod
certè noluerat procurare incommodo: Tamen tum ob reverentiam Magistratibus debi=
=tam, tum ne difficilius fieret Negotium auctor fui ut per aliquot dies primum vexa=
=tionis vitarent impetum, atque insignia intus relegerent et reverterentur ad me die
sabbati proximo.
Die Itaque Mercurii 27°. octobris 1745. Congregavi ad id perpenden=
=dum maturè Negotium Saluberrimæ facultatis legatos qui inter se conferrent super
illarum rebus, et quomodo ex tàm arctis angustiis illas liberaremus. Jacta enim
erat alea, aut potiùs sententiaquam abrogare atque irritam facere ultrò Judicem
non decebat. Itaque post maturam deliberationem, opportunum visum fuit matro=
=nas instrumento autentico postulare à Chirurgis, dies illis diceretur quo possent suæ
doctrinæ periculum facere, et solutis solvendis, et coram iis ad quos pertineret
et posteà Magisterium in arte obstetriciâ, Litterasque Magisterii in arte dictâ
ritè et competentèr ut moris est obtinere: non omittendam esse mentionem sent=
-entiæ dicti Proprætoris, post tres dies, Iterarent actum postulationis, et post paucos
alios dies duplex postulationis instrumentum Dicto Proprætori denuntient Juridi=
cialiter,

-cialiter; actum ab eo postulent quo testatum sit, se repulsam à Chirurgis esse perpessas;
et tandem libello supplice ab eodem magistratu petant, velit ipse illis denegantibus diem
examinatores et judices doctrinæ suâ quâ valet auctoritate appellare, quibus coram
periculum suæ doctrinæ facerent, à quibus magisterium et litteras obtinerent, solutis
quæ solvenda judex ipse pronuntiaret.

Hoc eodem die 27° octobr. 1745. accepi libellum quo Universitas sua Privi=
-legia in obtinendis beneficiis, mensibus, ut aiunt, rigorosis vehementer læsa Declaratione
Regis . . . . assereret, atque si posset vindicaret. hunc confecerat Dns
Gillet Universitatis Patronus.

Hunc die sequenti Communicavi cum viro Juris utriusque perito Canonici præ-
-sertim scientissimo qui brevius duxit atque sibi compendiosius alterum integrum conficere
quam illum vietum et invalidum reformare. Utriusque, meritissimo Censori Mro Eliæ col
de Vilars Copiam feci; cui novus longè magis placuit.

Die Sabbato 30° octobr. 1745. quæ promiserant reverti, responsum Comitii
accepturæ, non visæ sunt Tyrunculæ obstetrices.

Die Jovis 4° Novembr. 1745. habita sunt de More comitia Prima Mens-
-is dicta.

Eodem die adivi Integerrimum Procuratoris Catholici substitutum Dum Boullenois,
Eique Bibliothecæ nostræ Præfectum amantissimum Collegam Mrum Baude de la Cloy.
innumeris quibus pollebat omni genere virtutibus et animi pretiosissimis dotibus comm-
-endavi eumque suâ dignaretur amicitiâ donare, et auctoritate tueri saluberri ordinis no-
-mine rogavi. Petimus diem quo vellet, aut posset libros recognoscere atque nostram Biblio-
-thecam suâ præsentiâ cohonestare. ante vigesimum mensis labentis negavit sibi vaca-
-turum; et statim atque per sibi per negotia quibus permultis distineretur, Liceret, nos
certiores esse facturum

Die Sabbato 6° Novembr. a. 1745. Convocati sunt Doctores omnes per
schedulam de More per Bidellos apud omnes et singulos delatam et congregati in scho-
-las superiores horâ ipsâ decimâ post Sacrum, Decanum et Professores necnon Ra-
-tionum nostri Decanatûs examinatores Electuri.

Orationem habui quâ summatim exponebam quæ gesta fuerant in an-
-nuo hoc meo Magistratu, et quo in statu positæ forent nunc nostræ res. Eâdem saluberrimo
ordini gratias egi pro amplissimo quo me Cumulaverant munere.

Similiter se gesserunt Professoris munus expensum abdicantes Collegæ
quatuor brevibus quidem sed Elegantissimis oratiunculis.

Restabat ut Electores jam sorte ducerentur sed antequam fatalis proferretur
urna Commonui facultatem, pluribus abhinc annis usum vel potiùs abusum irrepsisse
quo Professor materiæ medicæ, ter tantum in hebdomade legeret; et quoniam nihil
periculosius inveniri potest exemplo præsertim malo nec quidquam glisit formidolosius
contagium, paulatim ad Cœteros Professores serpere, qui plures profestos dies in anno
pro feriis haberent, nec scholas frequentare unde magnum emergeret Philiatris dispen-
-dium Temporis atque detrimentum; Postulabam itaque ut feriæ nullæ prorsus conce-
-derentur nisi quæ statutis Justæ. addidi Decretum illud hodiernâ die super hac re faci-
-endum, restaurando pristinum honorem veteribus nostris statutis habiturum esse grati-
-am novi decreti; quod è suâ mente planè esse Uno ore asseveravit Saluberr.a facultas
sicque se velle in posterum fieri, sicque semper voluisse: et ego sic conclusi super hisce
duobus Articulis, non tantum antequam Eligerentur Professores sed et antequam sorte du-
-cerentur ipsimet Electores

G. De L'Epine Decanus.

Posteà sorte ducti sunt more solito Electores Tres ex Majori ordine
scilicet Magistri Davier de Breville, Cornier, et Le Hoc, Duo de minori ordine Mri
Verdelhan, et de Nandenesse, antiquiore Cujusque ordinis pileum, qui pro urnâ erat, ten-
-ente et agitante Decano coram exporrectâ manu, nomina è pileo Educente.
Præstito in manibus Decani solito Jurejurando abierunt in sacellum ad Electionem
se accincturi.

Intereà sorte ducti sunt consimili, Electores rationum Prioris anni mei
Decanatûs de majori ordine Mr de Magny, Mr Linguet, et Mr Pousse filius
de Minori Mr Lucas de Laurembert, Mr Isix, Mr Chevalier alter.

Extempló de Consilio Meritissimi Collegæ Mri Martineng misi in deli-
-berationem an non illi Examinatores in tempore donarentur sportulâ cœteris in facul-
-tate munera gerentibus concessâ vulgò dictâ un plat; quod ritè perpensum æquum
esse Judicavit et ~~æquo~~ lò æquius quod gratuitò prorsus huic huc usque vacatum fuisset
operi tædioso satis ut aliquo remuneraretur honorario et sic conclusi

G. De L'Epine Decanus.

Intereàdum hæc intus agebamus eligendis dignis Professoribus se-
-dulam navabant operam integerrimi et sagacissimi Electores præfati. cùm enim
bonâ fide vellent non tantum honori et dignitati saluberrimi ordinis ex æquo consu-
-lere sed et votis omnium nostrum respondere, miserunt è sacrario ubi erant cong-
-regati legatum ad facultatem Collegam Clarissimum magistrum de Nandenesse qui resciret
à facultate, num ipsi placeret ut in Chirurgiæ gallicæ Professorem unicum appellarent
de saluberr.o ordine toties et tam benè meritum atque in omni Doctrinæ medicæ genere
versatissimum Mrum Martineng id est vivâ voce proclamarent nec sorti cum duobus aliis
ut moris est, Committerent quoniam eum bonis de Causis huic Professioni destinaverant
Quæ legatio eò gratior atque acceptior fuit toti saluberr.o ordini quod nesciebat quâ ratione
se expediret cum homine cui tanta debebat, qui Negotia sua omnia, qui lucubrationes
medicas quibus à longo tempore vacabat et quas prælo jam jam commissurus erat,
qui otium quo non otioso tamen valde delectabatur qui demum sua omnia prorsus
dereliquerat, ut totus esset rebus facultatis quæ reverâ sine illo tunc inextricabile
Cahos fuissent. Confestim Exurgens laudatus Mr Martineng respondit gratissimo
quidem animo se audire à meritissimo legato singularem istam ergà se clarissimorum Elec-
-torum benevolentiam: sequidem in sui gratiam innovari nolle, rogareque ut fieret res
more solito. At ego reposui Illicò non esse officium legati rescire quid vellet nolletve Mr

Martineng verùm quid vellet quid optaret Saluberr.a facultas, et ex Doctorum praesentium nutu, intuitu, et quam ipse legatus audiebat acclamatione me intelligere eam esse mentem facultatis, ut suo Jure gauderent Electores; qui si vellent, possent suo arbitrio, unum tantùm Prof=essorem modò intèr se unanimes Convenirent vivâ voce proclamare, salvo tamen Jure faculta=tis Integrae cùm illum proclamaverint Electores suo suffragio comprobandi. Itaque abiret referret=que Electoribus responsum facultatis. Accepto legati responso statim rediere in Comitium Elec=tores. Primumque omnium in Chirurgiae gallico Idiomate Edocendae Professorem vivâ voce unicum M.rum Martineng renuntiaverunt, cum unanimi applausu atque eximiâ universi Ordinis Laetitiâ. Mox prorogaverunt in annum et Decanum Guillelmum Josephum De L'Epine, et Censorem M.rum Eliam Col de Vilars.

Posteà appellaverunt

In Professorem Scholarum

de majori ordine M.m Miller

de minori . . . { M.m De Jean
M.m Bouvard . . . . Sorte ductus fuit

In Professorem Chirurgiae Latinae

de majori ordine M.m Eliam Col de Vilars

de minori . . . { M.m Joannem Jacobum Belletête . . . . . . Sorte ductus fuit
M.m Joseph Exuperium Bertin

In Professorem Rei Herbariae

de majori ordine M.m Henricum Besnier

de minori . . . { M.m Theodorum Baron . . . . Sorte ductus fuit
M.m Antonium Sylvestrum Le Moyne

In Professorem Pharmaciae utriusque

de majori ordine { M.m Joannem Baptistam Ludovicum Chomel
M.m Robertum Hubertum Linguet

de minori . . M.m Antonium Ferrein . . . . Sorte ductus fuit

Ex urnâ ducti sunt Magister Bouvart M.er Belletête M.er Baron Junior filius et M.er Ferrein, quos quatuor unà cum M.ro Martineng in facultatis Professores renuntiavi et sic conclusi

G. J. De L'Epine Decanus.

Illicò solitum omnes manu super Evangelia porrectâ me recitante praestitere Juramentum.

Inde ad Tribunal Academicum in aedes Mazarinaeas me contuli.

1744.

Res Gestae In Academiâ Parisiensi, à die Sabbato Septimo Novembris anni 1744. Ad diem Sabbatum Sextum Novembris, Anni 1745.

Anno Domini 1744. die 7.a Novembr. habita sunt Comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud Ampl.m Rectorem*, in Mazarinaeo, quibus in Comitiis primum Consedit Magister Guillelmus Josephus De L'Epine, Novus Saluberr.ae facultatis Decanus, et Gabriel Ludovicus Calabre Perau novus Galliae Procurator

* Fromentin Rhetorem

1°. Supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii M.or Jacobus Siffait acolyth. ambianensis. Audito Syndico, placuit indulgeri praefato supplici.

2°. De Petro Pouchain Artium Magistro, qui postremis comitiis supplicaverat pro licentiâ habendi hâc in urbe Paedagogii sub Clientelâ universitatis, quoniam de Praefato Pou=chain nonnihil difficultatis esse visum est, placuit ejus postulationem in aliud tempus differri.

3°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

4°. Quod Die undecimâ Aprilis ultimò praeteriti placuerat, ut Magister Fontaine Collegii Trecorensis Procurator Sequester, praediolum quod habet praefatum Collegium in Pago Seve=rensi ad Sequanam derelictum scilicet à Viduâ Ravé cui locatum fuerat, ipse Procuraret donec bonus et Idoneus Conductor reperiretur; Quodque dictus est ejusmodi Conductor accessisse postulans in se transferri duos annos qui supersunt, Pacti conductitii cum praedictâ viduâ

initi cum spe certâ novi pacti in novem annos subsequentes eodem pretio ineundi, Dictum est è Re Collegii Trecorensis esse, ut ille Conductor admittatur ejusque petitioni annuatur: faciendam potestatem Magistro fontaine cum eo Transigendi; quod si fiat ipsum M.m Fontaine à conditione sibi, per Conclusionem Diei undecimæ aprilis oblatâ et à se susceptâ liberum ac planè solutum fore.

5.° De Testamento Viri Clariss.i D.ni Le Gendre, Ecclesiæ Parisiensis Canonici de quo actum est die 7.a Septembr. proximè elapsi, auditâ relatione Meritissimi Syndici visum est Legatum proemiis distribuendis, tribusque obitibus, ut vocant, instituendis destinatum, vel potiùs Illius legati attributionem à supremo Senatu universitati factam, accipere; ità tamen ut si fortè lapsu temporis, vel casu aliquo prædictum legatum sive in capite sive in usuris labefactatum fuerit aut imminutum non teneatur Universitas de suo adimplere quod defuerit, sed id tantùm impendere quod ipsa ex dicto legato percipiat, nec fiat prædictis obitibus, aut proemiis locus priùs quàm ex dicti Legati usuris, sibi sepositis, sivè seponendis et congerendis præceptum fuerit quo ipsum legatum jure Caducitatis exsolvatur. De formâ autem distributionis Proemiorum Scriba Universitatis legit libellum memorialem quem placuit approbari et supremo Senatui quàmprimùm offerri

6.° Quod dixit M.r Le Neveu Syndicus, se, cùm Rectoris Munus exerceret, curasse ut ab academico Quæstore, persolveretur pars longè major sumptuum qui impensi sunt ad Prosecutionem tum Negotii inter universitatem et chirurgos exorti, tum Litis quam susti=nuit ac defendit vice=syndicus de Jurisdictione Academiæ; Pauca superesse exsolvenda. Placuit rata haberi quæ hâc in parte facta sunt; et quæ supersunt exsolvenda, ab academico Quæstore numeranda. Et ità super his sex Capitibus, audito priùs super singulis meritiss.o syndico Conclusit Ampliss.us Rector.

Cùm Rex è gravi morbo recreatus, et expugnatâ in Germaniâ urbe (Fribourg) ut antè in Belgio tribus munitissimis oppidis, victor Lutetiam et indè Versalias repeteret, mi=rum quàm effuso animorum sensu, Cives Parisienses, Regis dilectissimi reditum celebrare parave=rint. Dedit hâc in occasione Amplissimus Rector Mandatum Typisque promulgavit

Nos Petrus Fromentin . . . . . . Salutem. Et Jam Ludovicum non modo vi=vere sed et vigere . . . .

In tanto tamque legitimo ovantis Civitatis gaudio nefas sit Juventutem Aca=demicam præcipuo jure non exultare, ac munificum Parentem quibus potest plausibus non excipere; Itaquè ut suavissimo Regis sui aspectu, non semel frui possit dies Sabbati, Lunæ ac Martis, 14, 16, et 17, mensis Novembr. ab omni docendi discendique officio immunes transigi volumus.

Datum in Ædibus nostris Mazarinæis Die Veneris 13.° Nov. â D. 1744.

Die 17.a Ejusdem Mensis Novembr. horis pomeridianis, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, singuli cum adjunctis, Majores officiarii, cum omnibus Apparitoribus, se contulerunt in Regiam Basilicam, ibique amplissimus Rector, Universitatis Nomine Regi de felici suo in urbem reditu, rebusque prosperè ab eo gestis gratulatus est.

Amplissimus Rector, et habendam esse Universitatis nomine orationem de Rege, Parœneticam et quo die, quove in loco habenda esset promulgavit dato eam in rem Mandato

Nos Petrus Fromentin Univ. Stud. Paris. Rector . . . . . Salutem . . . . Ut primùm . . . . cum cæteris Regni ordinibus gratulati sumus. Restabat ut Nostra Universitas dulcissimos Lætitiæ suæ sensus pleniùs Testaretur ac geminum illud Divinæ In Regem, et in Regnum benevolentiæ pignus dicendo Celebraret. Hanc ad Rem selectus Vir Clariss.us M.r Carolus Le Beau in Collegio Grassinæo Eloquentiæ Professor, Orationem totius nostræ Academiæ nomine habebit in exterioribus Sorbonæ scholis Die Jovis 3.a decemb. horâ post Meridiem 3.a Die autem Veneris sequenti 4.a ejusdem mensis solida et integrâ Jubemus scholas nostras feriari.

Datum in ædibus Nostris Mazarinæis, die Sabb. 28.° Nov. a. D. 1744.

Ergo Die Jovis tertiâ Decembris Academicum Tribunal cum adjunctis et Apparitoribus omnibus, contulit se in exteriores Sorbonæ scholas ubi Vir Clar. M. Carolus Le Beau Eloquentissimam habuit orationem præsente supremo Senatu et ingenti aliorum Magistratuum, Procerum, virorumque Eruditorum multitudine, quos inter nemo fuit qui non palam prædicaret, eam orationem, ut Argumenti Magnitudine, sic et Universitatis famâ prorsùs esse dignam. Ibidem distributa sunt varia Carmina à Viris Academicis in idem Argumentum scripta.

Anno D.ni 1744. Die 5.a Decembr. habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Ampl.m Rectorem in Mazarinæo.

I.° Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii artium et Quinquennii Candidati Numero sex, Cahours, Vesian de Mazade, Mayol, Desfeux, Halbout, Boyer. audito syndico placuit sua dictis supplicibus postulata concedi.

2.° Supplicavit Anton. Guy ambianus in artibus Magister pro Licentiâ aperiendi hâc in urbe Pædagogii, sub clientelâ Universitatis; Dictum est antequam de illius supplicatione deliberetur audiendum esse Procuratorem, seu agentem Pædagogorum, academicorum de Eorum statu ac numero.

3.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in comitiis acta et statuta.

4.° Quod dictum est Redemtores Juris Caduci ut Jura sibi ex Testamento Domini Le Gendre provenientia vindicarent et assererent, manus Regias injecisse in reditus tùm fratrum minorum Magni Conventûs, tùm Patrum de Mercede: Dictos autem fratres mino=res et Patres de Mercede rem in Universitatem rejecisse, eique secundum Juris formulas denun=tiasse; Dictum est Universitatem non posse in Præsentiâ cum præfatis redemptoribus transigere; cum in possessionem Legati non sit inducta: agendum tamen cum illis ut ne cuiquam molesti sint donec res peracta sit.

5.° Placuit delegari meritissimum syndicum et Scribam Academicum qui conveniant Virum Clarissimum M.um Le Beau eique significent quam grata et accepta Uni=versitati fuerit splendida et Eloquentissima Oratio quam nuper, illius nomine habuit de restitu=tâ Regi valetudine, rebusque præclarè hoc anno gestis, simulque rogent ut eam orationem tradat, sinatque Typis mandari. Accipiat autem ex ærario Academico Trecentas libellas,

non quidem mercedis loco quae qualis tanto muneri par esse potest! Sed in tese grati animi quem adversus eum Universitas gerit, testimonium.

Et Ità super his quinque Capitibus audito priùs super singulis Meritissimo Syndico Conclusit Amplissimus Rector.

Anno Domini 1744. Die 14°. Decembr. habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi.

Primum in angulo Consessum est ubi supplicarunt pro Litteris nominationis jure magisterii Artium et Quinquennii M.tri Du Lauroy, de Boisadan, et Berardier. Placuit audito priùs Meritiss.° Syndico Sua supplicibus Postulata Concedi.

Itum est Deindè in Comitium ubi post habitam ab Amplis.° Rectore orationem omnes ordines academici rata et grata habuerunt, quae gessit in Suo Trimestri Magistratu de Consilio Decanorum et eo nomine Litteras ipsi Decrevere Commendatitias, amplissimumque praebuere Comitatum ritè procedenti ad aedem Deo Sacram Sub invocatione Sanctae Ursulae in Sorbonâ. Pontificem Egit M.r Gaillande Sorbonae Senior. Concionem Sacram apud populum habuit M.r Deshayes Professor Sorbonicus, Eucharisticam verò ad Pontificem M.r Christianus Le Roy Rhetor Cardinalitius

Index
Beneficiatorum, Consiliariorum, Officiariorum, Apparitorum, et Clientium Universitatis Juratorum per decursum Anni Millesimi septingentesimi quadragesimi quarti receptorum.

Beneficiati.

Nullus Beneficiatus

Consiliarii.

Die 8°. Aug. Sacramentum praestitit Carolus Michaël Basly factus Universitatis Procurator et Consiliarius in Curiâ Parlamenti loco Michaëlis Basly Patris sui demortui. Basly

Officiarii Majores.

Nullus.

Apparitores.

Nullus.

Librarii.

Die 20.â Martii .... Giffart Librarius Sacramentum praestitit. Giffart

Die 20.â Octobr. Sacramentum praestitere Jacobus franciscus Collombat Collombat

Et ..... Vincent Librarii. Vincent

Papetarii

Die 20.â Mensis Martii Sacramentum praestitit Baltazar d'albaret Pro officio Papetarii vacante per liberam abdicationem antonii Marchand.

Magni Nuntii.

Ex Natione Gallicanâ

Die 13.â Januar. M.r Petrus Le Seigneur Procurator et Natio Gallicana contulerunt Claudio Bougier Civi Parisiensi, munus et officium Nuntii Jurati pro Dioecesi et Episcopatu Papiensi vacans per obitum Vincentii Cocquelin Civis quoque Parisiensis Pavie. Bougier.

Die 9.â Aprilis Idem Procurator et Eadem Natio Simile officium contulerunt Juliano L'anglois Civi Parisiensi pro Episcopatu Corisopitensi vacans per liberam abdicationem Marci Nau Civis quoque Parisiensis. Quimper. L'anglois.

Die 20.â Aprilis Idem Procurator et Eadem Natio Simile officium contulerunt Ludov.° Laudier Du Parc pro Archiepiscopatu Compostellensi vacans per obitum Michael.' de la Serre Civis Parisiensis. Compostelle. Laudier Du Parc.

Die 29.â Maii Idem procurator, Eadem Natio Contulerunt Jacobo Guillet de La Rochelle, Civi Parisiensi Simile Munus pro Episcopatu Sanflotiensi Vacans per obitum Nicolai le Hoy civis Parisiensis. S.t Flour Guillet de la Rochelle

Die 20.â Junii Iidem contulerunt simile officium Joanni Dufour Civi parisien. pro Episcopatu Spoletanensi vacans per obitum Claudii Bachereau Civis Parisiensis Spolette Dufour

Die 31.â Julii Iidem Contulerunt Jacobo Laignel civi Paris. simile munus pro Episcopatu Tarentino Vacans per Obitum Jacobi Rolland Civis Parisiensis. Tarente Laignel

Die 18.â Aug. Iidem simile officium Contulere Petro Marchand Civi Parisiensi pro Episcopatu Rivensi vacans per Liberam abdicationem Edmundi Buffault civis Parisiensis Rieux Marchand

Die 26.â octobr. Gabriel Ludov. Calabre Perau Procurator Et Eadem Natio gallicana Contulerunt Joanni andreae acloque civi Parisiensi munus et officium Nuntii Jurati pro Dioecesi et Episcopatu Trecorensi vacans per liberam abdicationem Petri Piet Civis quoque Paris. Treguier acloque

Die 7.â novembris Idem Procurator Eademque Natio contulerunt Nicolao Stephano Guerin Civi Parisiensi Munus et officium nuntii Jurati pro Dioec. et Epû Tolonensi vacans per obitum Christophori Mouton Civis quoque Parisiensis.

Ex Picardicâ Natione

Nullus.

Ex Normanicâ Natione

Lisieux. Chagos.

Die 8ª. mensis Maii Nicolaus Huillart Procurator et Normanica Natio contulerunt Petro francisco Chagos Civi Parisiensi munus et officium Nuntii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Lexoviensi vacans per liberam abdicationem Juliani Trousse civis quoque Parisiensis

Ex Natione Germanicâ

Anslo. Amirault.

Die xª. Januarii Joannes Nicolaus L'allemand Procurator et Germanica Natio Contulerunt Ludov.° Henrico Amirault Civi Parisiensi Munus et officium Nuntii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu ansloensi ~~vacans~~ per liberam abdicationem Ludovici Tudde Civis quoque Parisiensis

Magdebourg. Duplessier de franssart.

Die 12ª. Martii Idem Procurator Eademque Natio Contulerunt Carolo Alexandro Duplessier du franssart civi Parisiensi Munus et officium Nuntii Jurati pro Diœcesi et Archiepiscopatu Magdeburgensi vacans per liberam abdicationem Claudii Roberti Tudde Civis quoque Parisiensis.

Vienne en autriche. Bourgeois.

Die 1ª. Aprilis Idem Procurator Eademque Natio Contulerunt Antonio Bourgeois Civi Parisiensi Munus et officium Nuntii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Viennensi in austriâ vacans per liberam abdicationem Petri Benoît Civis quoque Parisiensis.

Duresme. Le Comte de Tilly.

Die 24ª. Julii A. 1744. Joan. Gordon Procurator Eademque Natio Germanica contulerunt Hilario Comiti de Tilly civi Parisiensi Munus et officium Nuntii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Dunelmensi vacans per obitum Petri Freton civis quoque Parisiensis.

Strigonie. Le faucheux

Die 12ª. Septembr. Idem Procurator Eademque Natio Contulerunt Simoni francisco le faucheux Civi Parisiensi Munus et officium Nuntii Jurati pro Diœcesi et Archiepiscopatu Strigoniensi vacans per obitum Renati Metayer Civis quoque Parisiensis.

Kilmore. Daniel

Die 29ª. octobr. Idem Procurator Eademque Natio contulerunt Petro Daniel civi Parisiensi munus et officium Nuntii Jurati pro Diœcesi et Episcopatu Kilmorensi vacans per liberam abdicationem francisci Coquereau Civis quoque Parisiensis

Cantorbery. Vioz=Roze.

Die 23ª. decembris Idem Procurator Eademque Natio Contulerunt Nicolao Vioz=Roze Civi Parisiensi Munus et officium nuntii Jurati pro Diœcesi et Archiepiscopatu Cantoriensi vacans per liberam abdicationem Petri francisci Hesnault des sablons Civis quoque Parisiensis

Finis anni 1744.

1745.

Acta
Commentarii & Conclusiones,
Universitatis Parisiensis
Per
decursum
Anni Millesimi Septingentesimi Quadragesimi Quinti

Anno Domini 1745. Die 2ª. Januarii habita sunt Comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo quibus in Comitiis Consederunt ipse amplissimus Rector D. Petrus Fromentin, M. Joannes Tamponet Theologiæ facultatis Syndicus Decani locum tenens. M. Vincentius Maillot Juridicæ et M.r Guillelmus Josephus De L'Epine, Saluberrimæ facultatis, Decani. M.r Gabriel Ludov.us Calabre Perau, Galliæ, M.r Joannes Quervelle Picardiæ, M.r Nicolaus Huillard, Normaniæ, M.r Joan. Gordon Germaniæ, Procuratores; m.ro Jacobo Valette Le Neveu, Syndico seu Procuratore generali. M.ro Nicolao Piat Scribâ; et M.ro Ludov.° Nicolao Durand Quæstore Generali.

I°. Supplicarunt pro Litteris nominationis Jure Magisterii Artium et Quinquennii Candidati tres M.ri Boulliotte, Mirolin, Le Jumel. Audito Syndico placuit sua præfatis supplicibus postulata Concedi

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in comitiis acta et statuta.

3°. Comparuerunt M.r Franciscus Burke Præsbyter Clumfertensis in hyberniâ actu Theologiæ studens Parisiis, Actor ex unâ parte et Thomas MacMahon Clericus hybernus, actu Rhetoricæ ibidem studens, reus ex alterâ.

Conquerebatur Præfatus Burke quod Bursam à Jacobo Merik in Collegio Longobardorum Parisiis fundatam in sui præjudicium dictus ~~Burke~~ MacMahon possideret, adeoque postulabat, ut ab eâ Bursâ depelleretur dictus MacMahon quippe qui conditiones seu qualitates à Testatore requisitas non haberet; Illa autem sibi adjudicaretur; utpote cui nulla earum qualitatum deesset

Contradictus MacMahon dicebat se à biennio et amplius dictam Bursam possidere; ad eam scilicet ab iis, quibus jus erat, ritè designatum seu præsentatum ab iis quibus pariter Jus erat, Comprobatum et Institutum; ab iis denique quibus id Juris erat, admissum et in possessionem inductum; quibus omnibus notissimæ sint et testatoris voluntas et Testamenti Conditiones; atque adeò postulabat præfatum Burke de petitione suâ depelli, sibique Bursam quam jure possideret sartam tectamque servari.

Auditis Partibus Re in deliberationem missâ Visum est, non liquere; Itaque placuit ampliari: Interim autem Institui Illius Causæ Quæsitorem virum sapientissimum M.rum Tamponet Sacri Ordinis Syndicum qui Tabulas fundationis diligenter inspiciat,

Partiumque Iura accuratè expendat, videat etiam si necesse fuerit, contenderitium Supe=
=riores, et deindè ad proxima Comitia referat.

4°. Audito M.ro Venet Pœdagogorum Academicorum Procuratore seu
agente, de prædictorum Pœdagogorum statu et numero, prout postremis in Comitiis
Conclusum fuerat, audito Pariter meritissimo syndico, Decretum est nullum Pœda=
=gogum Academicum intrà duos Annos proximè secuturos admissum iri.

5°. Visa et Comprobata est tabula Virorum Academicorum qui partem
suam Tributi Regii viritim impositi apud urbis Basilicam exsolvere tenentur. Placuit eam
pro more subsignari.

Et Ità super his quinque Capitibus, audito prius super singulis Meritiss.o
Syndico, Conclusit Amplissimus Rector.

Die Veneris 29.a Majores Universitatis officiarii Cereos pro more detu=
=lerunt minoribus Magistratibus.

Die Sabbati 30.a Ampliss.s Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis,
Officiariis Majoribus, et omnibus apparitoribus Cereos detulerunt Illustrissimo Galliæ
Franciæ Cancellario, Singulisque supremarum Curiarum Principibus.

Die Primâ februarii, Iidem Ampliss.us Rector, Decani, Procuratores
cum adjunctis, officiariis majoribus, ac omnibus apparitoribus Contulerunt se Versa=
=lias, ibique Cereos Regi, Reginæ, ac Sereniss.o Delphino obtulerunt. Ubique Ampliss.mus
Rector Orationes habuit tersas ac Nitentes, personis ac rebus apprimè appositas. Sereniss.mus
Delphinus Cum ad eum Itum est postquam Cereum manu accepit, egitque amplissimo
Rectori gratias Dixit M.r Le Beau est il là ? Cum responsum esset non adesse
adjecit; J'ai lû sa harangue toute entière, et Je l'ai lû avec un grand plaisir.
Pauca hæc Verba statim Excepit Mirapicensis Episcopus, ac dixit reipsâ Sereniss=
=simum Principem totam perlegisse Orationem nec obiter, sed sensus omnes rimando
et expendendo: universam approbasse præsertim vero Certos quosdam locos cæteris
Eminentiores; Variis fulgentes Virtutibus, alios sententiarum lumine, Verborum Magni=
=ficentiâ, alios imaginum veritate et splendore. Serenissimo Principi placere litteras,
sed Litteras bonas et sanas, ac si quid in iis Corruptum et à rectâ ac verâ dicendi
scribendive ratione alienum occurrat statim pro Ingenii sui Vi deprehendere, et pro
Judicio quod est Illi suprà ætatem Emendatum repudiare. Hinc gratam illi admo=
=dum esse Universitatem Parisiensem in quâ sciat ac videat incorruptum et
sincerum veræ Eloquentiæ et Litteraturæ gustum Constanter retineri. nec dubium
esse velle quin ipsi quotiès occasio dabitur, lubentissimè faveat; hæc et his similia cum
dixisset antistes Cœpit velle amplissimum Rectorem et universitatem honoris Causâ
deducere. Cui cum Illicò Rector Ampliss.us pro Serenissimi Delphini reverentiâ obsti=
=tisset quominùs ab ejus latere discederet, perrexit ultrâ tamen et inter Eundum
dixisset se Universitatem pro serenissimo Delphino et Illius Jussu deducere ut et
ejusdem jussu dixisse quæ modò eo Præsenti dixisset. Serenissimus Princeps
læto ac ridenti vultu annuit, et ipse nos abeuntes oculis humanissimè diduxit.

Anno Domini 1745. Die 6.a februarii habita sunt Comitia ordinaria
Deputatorum Universitatis apud Ampliss.m Rectorem in Mazarinæo.

I°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii artium et
quinquennii, M.ri Le Marchand, Daireaux, Mazeas, Borde, Duchoitel, Bayard,
Billouët; Audito syndico Placuit sua præfatis supplicibus postulata Concedi.

2°. Lecta ac recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta,
et statuta.

3°. Quod vir Honestus Baltazar D'albaret unus è papetariis Univ=
=ersitatis, scripto abdicavit suum Papetarii officium, placuit illud Conferri viro honesto
Nicolao Catillion præsenti ac postulanti,

4°. Quod sapientissimus M.r ac sacri ordinis syndicus M.r Camponet re=
=tulit de Libello supplice francisci Burke, de quo postremis in Comitiis Cognitor fuerat
institutus, ac dixit in omni Controversiâ, præsertim si sit generis Contentiosi, attendendum
esse non minus ad formam quàm ad ipsam rem, atque adeò priusquam de re seu de
fundo (quod aiunt) disceptetur, videndum in primis an actio ritè ac validè Instituta sit:

Franciscum Burke petere adjudicari sibi certam quamdam Bursam
à M.ro Jacobo Merik in collegio Longobardorum fundatam ideoque postulasse in Jus
ingenuum adolescentem Thomam Macmahon prædictæ Bursæ possessorem sive detentorem,
antequam quæratur justam ac debitam rem postulet. Videndum an legitimè postulet
id est an ea omnia fecerit, quæ per legem tenetur facere prius quam licitum ei sit
de eâ re quemquam in jus vocare. Ea porro repeti oportere ex ipso fundatoris Testamento,
in quo Inter Cætera hæc habentur » Veut aussi ledit Testateur que ledit Etudiant »
» soit recommandé par M.gr Pierre Donnelan Eveque de Clumfert en Irlande et »
» par M.r Milere Burke Doyen de l'Eglise Catehrale de Tuam et par leurs successeurs, »
» et sera ledit Etudiant presenté par le superieur de Conacie au college des Lombards »
» et agréé par Le Reverendissime Pere abbé de S.te Genevieve ».

Tria igitur per hoc Testamentum præter alia requiri: ut commendent
seu Nominent tum Episcopi Clumfertensis, tum Ecclesiæ Tuamensis Decanus ut collegio
Longobardorum præsentet Conaciæ Præfectus; denique ut approbet Abbas Sangenovefa=
=nus: Tres illos gradus necessario subeundum esse: Triplicem illum adeundum esse homi=
=num ordinem priusquam ulteriùs iri possit.

Præfatum Burke proferre quidem litteras Patentes tum Episcopi Clumfert=
=ensis tum Tuamensis Decani, quibus constet illum ab utroque fuisse quoquomodo Com=
=mendatum seu designatum; nullum enim proferre actum quo Constet aures (quod aiunt)
neque Præfecti Conaciæ, neque Abbatis Sangenovefani, pulsatas ab eo fuisse.

Itaque videri sibi nullam dum praefato Burke dari actionem in praedictum Mac-Mahon.

Audito M.ro Camponet Causae Cognitore; audito ipso Francisco Burke audito pariter Meritiss.o universitatis syndico seu Procuratore Generali, visto testamento M.ri Jacobi Merits, re in Deliberationem missâ, dictum est Conditiones praedicti testamenti esse cum fide observandas, atque adeo praefato francisco Burke recurrendum esse dan ad designatos in eo testamento praedictae Bursae administratores et Collatores, salvâ omninò illi potestate vias juris ineundi, si e locum existimaverit.

Et ità super his quatuor Capitibus, audito priùs super singulis Meritissimo Syndico Conclusit Amplitt.us Rector fromentin.

Cùm esset Compertum adventare Serenissimam Regis hispaniarum filiam Mariam Theresiam quae erat Serenissimo Delphino destinata Conjunx et propediem Versaliis futuram Amplitt.us Rector Publicae loetitiae Causâ Scholas Conticescere Jussit, Juventutemque Academiam feriari. Dato eam in rem Mandato Rectorio, à die martis vigesimo Tertio februarii 1745. ad diem usque 3.um mensis martii qui dies est Cinerum

Anno D.ni 1745. Die 16.o Mens. Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud Amplitt.m Rectorem in Mazarineo. Quibus in Comitiis primùm interfuit M.r Cugnet Novus Consultissimae facultatis decanus.

1.o Supplicarunt pro Litteris Nominationis, Jure Magisterii artium et Quinquennii, M.ri Cullot de la Garde, De Loynes d'hauteroche; quibus audito priùs meritiss.o syndico, Indulsit Academicum Tribunal.

2.o Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3.o Quòd majores Artium facultatis Apparitores dicti sunt expostulare quod nihil sibi erogatum fuerit, ob delatam à se in Collegia Academica orationem habitam Universitatis nomine, et ejusdem Jussu, typis impressam dictum est nihil ipsis deberi, ob ejusmodi operam quae per se levissima sit et ad quam praestandam officio teneantur, nihil illis erogandum, salvis in omni re legitimis illorum Juribus.

Et ità super his tribus articulis Conclusit Amplitt.us Rector.

Anno Domini 1745. Die 16.a Mensis Martii feriâ 3.a secundae in Quadragesimâ hebdomade horâ 7.a Matutinâ habita sunt pro more antiquo Comitia Universitatis in Maturinensi ad aperiendum Rotulum.

Primò placuit admitti ad Sacramentum Nicolaum Castillion cui die 6.a februarii proximè elapsi, Collatum fuerat officium Papetarii vacans per liberam abdicationem Baltazars d'Albaret.

Secundò audito et requirente M.ro Le Neveu syndico et Procuratore generali, Placuit aperiri Rotulum Nominationum

Et Ità super his duobus Articulis Conclusit M.rus Fromentin Rector.

Anno Domini 1745. Die 19.o Martii, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi.

Primùm in Angulo Concessum est ubi supplicavit pro Litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii M.r Joan: Pascal Du Vauchel. Audito Syndico Placuit indulgeri praefato supplici.

Itum est deindè ad Comitium ubi post habitam ab Amplitt.o Rectore orationem omnes ordines academici Rata et grata habuerunt quae (de Consilio Decanorum) gessit Amplitt.us Rector, in Trimestri suo Magistratu, eique litteras Commendatitias et amplum comitatum praebuerunt ritè procedenti ad aedem deo Sacram sub Invocatione S.S. Cosmae et Damiani; Pontificem Egit M.r Garguy, Doctor Theologus; Concionem Sacram ad populum habuit M.r Dumont Doctor etiam Theologus. Eucharisticam verò ad Pontificem M.r Barthelomée Grammaticae Professor in [illegible].

Anno Domini 1745. Die 3.o Mensis aprilis habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Mazarinaeo quibus in Comitiis M.r Huillard Munus Procuratorium Nationis Germanicae exercuit juxta Judicium Provisorium Amplissimi Rectoris et Procuratorum, Die 24.o martii factum: Primum autem sedit M.r franciscus Nicolaus Vavin Grammaticae Professor in Marchiano novus Germanicae nationis Procurator.

1.o Supplicavit pro Litteris Nominationis, Jure Magisterii Artium et Quinquennii M.r Andreas Jonnard subdiaconus Ebroicensis. Audito Meritiss.o syndico placuit annui Praefato supplici.

2.o Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

Et ità Conclusit amplissimus Rector M.rus fromentin.

Die 16.o ejusdem mens. aprilis supremum diem obiit annum aetatis agens octogesimum tertium Vir Clariss.mus M.r Guillelmus Dagoumer Nationis Normanicae Decanus; Natus erat Anno 1661. Luveriis in Dioecesi Ebroicensi. Confecto Parisiis studiorum cursu ac magisterium adeptus relatus est in album Normanicae Nationis, a. 1688. Docuit Philosophiam primum in Lexoviaeo, deindè in Regiâ Navarrâ, ac demùm in harcuriano. Ubique autem multum sibi Nominis fecit, tùm Ingenii ac scientiae famâ, tùm docendi ratione, tùm copiosissimâ auditorum frequentiâ. Nec operam hanc suam intra scholarum exercitationes continuit, sed et Philosophiae Corpus in lucem Edidit, quod inter optima hujus generis opera à peritis habetur. Supremum Universitatis Magistratum bis obtinuit. Primum a Dionysialibus Anni 1711 ad Dionysialia a. 1713. Iterum à Dionysialibus Anni 1723. ad Dionysialia Anni 1725. haud ferme alium in historiâ Nostrâ reperies qui Jura Universitatis acriori studio et fortiori animo Tutatus sit.

Anno 1731. cum abdicasset Provisoris et Primarii munus, quod in Collegio Harcuriano gerebat, ab anno 1712. secessit in Suburbium B. Marcelli; nec tamen suum in Universitatem studium intermisit, quominus ei quandiu vixit operâ et consilio praesto semper esset. Exegit postremos vitae suae annos extra Parisios in Pago de Curvâ viâ appellato propè pontem Neviliacum ad Sequanam ubi mortuus est et sepultus.

Tam bene meruerat de saluberrimo ordine praesertim in negotiis et litibus facultatis adversus Chirurgos ut tanti viri memoriam fastis suis non recondere piaculum habuerit ordo saluberrimus.

Anno Domini 1745. Die 27.° april. horâ 7.â Matutinâ habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum Academicorum.

Postquam Amplissimus Rector, Synodum aperuit, jussit appellari Beneficiatos quorum nomina per Universitatis Scribam hoc ordine recitata sunt.

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

Magister Christophorus Bellot Licentiatus Theologus Pastor Ecclesiae Parochialis SS. Cosmae et Damiani.

Magister Claudius Leger Magister in Artibus Pastor Ecclesiae Parochialis Sancti Andreae ab Arcubus.

Magister Joan: Bapt. Antonius Cotelle Licentiatus Theologus Pastor Ecclesiae Parochialis Sancti Germani senioris ab universitate inter Majores Beneficiatos ultimo Nominatus designante Venerandâ Normanorum Natione.

Capellani.

Magister Carolus Tabourin, in artibus Mag.er Capellanus Capellaniae B. Mariae in Ecclesiâ Parochiali S.ti Andreae ab Arcubus.

Capellaniarum Savöesianarum.

Magister Bertrandus Robine Doctor Theologus.

Magister Franciscus Carolus Dufour Doctor Theologus, et Ecclesiae Parisiensis Canonicus.

Magister Petrus Stephanus Gourlin Baccalaureus Theologus.

Magister Andreas Potier Baccalaureus Theologus.

Magister Josephus Ravy Baccalaureus in Jure Canonico.

Capellaniarum de Castelleto.

Magister Petrus Meurice in utroque Jure Licentiatus.

Magister Julianus Chabrun Baccalaureus Theologus.

Magister Petrus Maturinus Vaillant Baccalaureus Theologus ab Universitate inter Minores Beneficiatos ultimo Nominatus designante et praesentante fidelissimâ Picardorum Natione.

Capellaniarum de Thesauro Regio.

Magister franciscus Witasse defontaine Licentiat.us Theologus.

Magister franciscus Monchablon Clericus

Abfuerunt Magistri Tabourin, Dufour, Ravy, Vaillant, Witasse, et Monchablon qui omnes excusati sunt praeter Magistros Witasse et Ravy.

Audito M.ro Le Neveu Syndico placuit laudari praesentes; absentes qui sonticam absentiae causam dedere excusari; Caeteros mulctâ solitâ damnari, et ita Conclusit Amplissimus Rector M.er Fromentin.

Anno Domini 1745. die 8.â Mensis Maii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis apud Amplissimum Rectorem in Mazarinaeo.

I.° Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii Artium et quinquennii M.ri Faucheux, Le Vassor, Rousselin, Amfray, Guenet, Desfrançois Delacroix Audito Syndico placuit praefatis supplicibus sua postulata concedi.

2.° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3.° Quod Librariorum Syndicus cum tribus adjunxit ac dixit Librarios Comprehensos nuper fuisse in iis Artibus, quibus ex novissimis Edicto Regio impositi sunt Inspectores: quod sane adversari Privilegiis Universitatis, Cui Librarii ascriptos se esse gloriantur; quodque Idem Syndicus postulavit ut Universitas pro maternâ in suos benevolentiâ Causam ipsorum susciperet. De Eâ re audito meritissimo Universitatis Syndico placuit rogari amplissimum Rectorem ut assumptis secum quos ipsi visum fuerit Ex Academico Tribunali Comitibus adeat ad Illustrissimum franciae Cancellarium, ad

Illustriss.mi Ærarii Præfectum Generalem et etiam ad Vigilantissimum urbanæ Politiæ Proprætorem, iisque oblato eam in rem memoriali libello rem causamque commendet Librariorum, cum ii sint Universitatis officiarii et Clientes.

4°. Quod dixit M.r Durand Universitatis Quæstor Generalis reparata fuisse quædam in domo Picardicæ Nationis quæ vehementer laborabant nec potuisse prius consuli Academicum Tribunal, ob urgentem nimium necessitatem; placuit probari quod à prædictâ Natione hâc in re factum est.

5°. Quod admonuit idem Quæstor nonnulla esse reficienda tùm in Collegio San=barbarano, tùm in Academicâ domo Sanjacobæanâ; Placuit ea refici de Consilio peritorum.

6°. Quod dictum est Ædes Collegii Hubantini gravissimè laborare adeò ut ruinæ periculum immineat; nec dubitandum esse quin rei Viariæ Præfecti pro suo officio, Civium saluti, hâc in parte propediem consulant. huic porro malo succurrere nec facile esse nec expeditum, in perditis ac propè deploratis (quod sciunt omnes) ejus Collegii rebus. Ad hæc id accidere incommodi, quod cui commissa est à Supremo Senatu, Illius collegii sequestra Procuratio, is pro suis aliis occupationibus exhibeat se in hâc re negligentiorem: Illum ex quo Procurationem eam susceperit nullas dum reddidisse accepti et expensi rationes. Præterea dici Primarium adeò rixosum esse ac molestum, ut plerique inquilinorum aliò commigrare maluerint; Inde plurimas ædium partes desertas et vacuas relinqui. De eâ re Dictum est, si veniat abs rei Viariæ Præfectis aliqua Jussio eam esse Creditoribus denuntiandam. Adigendum Procuratorem sequestrum ad Rationes reddendas; ac si fieri necesse Curandum ut alius ei sufficiatur; etiam postulandum, ut, Primario pro Domicilio quod ipsi attributum est, Domicilii pretium assignetur et ipse cogatur extra collegium habitare.

7°. Lecta est Regia Declaratio hâc ipsâ die in Publicum emissa quâ Patronis Ecclesiasticis fit Potestas Mensibus Januario et Julio, assumendi ad ea beneficia quibus animarum Cura incumbit, non ex graduatis nominatis ac requirentibus antiquiorem (quod Jubent Concordata) sed ex iis quemcunque ipsis Patronis visum fuerit. Placuit super eâ re quid fieri debeat consuli

8°. Placuit diem Hujus Mensis Decimum nonum audiendis Quæstoris Academici rationibus constitui.

Et Ita super his 8 Capitibus audito prius super singulis Meritiss.o Syndico M.ro Le Neveu Conclusit Amplissimus Rector.

Anno Domini 1745. Die xix.a mensis Maii habita sunt Comitia deputatorum et adjunctorum Universitatis apud Amplis.mum Rectorem in Mazarinæo ad excipiendas rationes accepti et expensi ab Universitatis Quæstore per annum 1744.

I°. Auditis probatisque rationibus Compertum est superesse ex accepto summam mille et ducentarum quinque libellarum cum octo assibus et novem denariis, Quam summam Placuit inter prædicti Quæstoris manus relinqui in sumptus ordinarios inpendendam

2°. In iisdem Comitiis Iterùm verba facta sunt de Novissimâ Regiâ Declaratione ad graduatos spectante. Visa est ea res gravissimi esse momenti atque adeò placuit nominari in singulis ordinibus Academicis Viros selectos qui in eam serio incumbant.

Et Ità super his duobus Capitibus audito prius super utroque Magistro Le Neveu syndico Conclusit Amplis.mus Rector Fromentin.

Die 25.a ejusdem mensis Maii Amplis.mus Rector Contulit se cum Academico Tribunali [illegible] aulam Majorem Collegii Mazarinæi, ubi M.r Ludovicus Petit Humanitatis in eodem Collegio Professor publicam de re litterariâ orationem habuit.

Anno Domini 1745. Die 5.a Junii habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud Amplis.mum Rectorem in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm interfuere M.ri Adrianus Mauritius Du Crocq Novus Procurator Picardicæ Nationis et Romanus Le Vieil Normanicæ

I°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii artium et quinquennii M.M.i Le Tellier, Briand de fort-bois; audito Syndico Placuit sua præfatis supplicibus postulata Concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in comitiis acta et Statuta.

3°. Quod Petrus Pouchain in artibus Magister qui Die 3.a octobr. 1744. Supplicuerat, pro Licentiâ habendi hâc in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis, et cujus postulationem Die 7.a Novembr. placuerat in aliud tempus differri, quoniam de eo nonnihil difficultatis videbatur, iterum accessit idem postulans, de eâ re audito M.ro Vénet Pædagogorum Academicorum Procuratore sive agente; viso Decreto Die 2.o Januarii proximè elapsi facto, quo statuitur nullum Pædagogum academicum intrà duos annos proximè secuturos admissum iri, dictum est præfatum Pouchain non posse ante illud tempus admitti

4°. Placuit audiri rationes accepti et expensi a M.ro fontaine Collegii S.ti Michaëlis Procuratore sequestro; Priusquam autem audirentur, exposuit Meritiss.mus Syndicus, à tribus annis multum operæ et assiduitatis, multum temporis adhibitum fuisse à præfato M.ro fontaine, in promovendis variarum dicti Collegii domorum sive exstructionibus sivè reparationibus: Illum toto hoc Triennio ab operariis ferè non abscessisse; quin et sæpe de suo pernumerasse pecunias sat grandes, ne collegium

multis sumere aes alienum cogeretur. Aequum videri ut aliquid remunerationis ob im=
=pensos extrà ordinem labores ipsi retribuatur. Audito Syndico placuit sexcentas libellas
extrà ordinem per modum remunerationis ex praedicti Collegii aerario attribui praefato
Fontaine.

Deindè auditae ac probatae sunt ejusdem Magistri fontaine rationes.

5°. Placuit Universitatis Supplicationes ad diem hujus mensis vigesimam
=primam indici

Et Ità super his quinque Capitibus, audito priùs super singulis M.ro
LeMerey Syndico, Conclusit Amplill.us Rector Fromentin.

Anno Domini 1745. Die 21.a Mensis Junii, habita sunt Comitia Centuri=
=ata Universitatis in Maturinensi.

I°. In angulo Consessum est, ubi factâ supplicandi potestate supplicavit pro
Litteris nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii M.r Chesnoy. audito
Syndico placuit praefato supplici quod postulet concedi.

2°. Dixit Sacramentum inter Amplissimi Rectoris manus Joannes franciscus
Gosse, minor Germanicae Apparitor nationis, suffectus in locum Schée qui et ipse Gosse majori
dum viveret apparitori ab eâdem natione suffectus est.

3°. Itum est in Comitium ubi post habitam ab amplissimo Rectore orationem
Omnes ordines academici rata et grata habuerunt, quaecumque de Consilio Decanorum
gessit in suo Trimestri Magistratu, ipsique Litteras commendatitias decrevere. simulque
amplum Comitatum exhibuerunt ritè procedenti ad aedem Deo sacram sub invocatione
s.ti Victoris apud Canonicos Regulares abbatiae Regalis Sancti Victoris extrà muros.

Pontificem Egit M.r Dela Fleuterie Doctor Theologus sacram Concionem habuit
M.r Camponet Theologiae facultatis idem Doctor et Syndicus: Eucharisticam verò ad Pon=
=tificem M.r Furgault Litterarum in Mazarinaeo Professor.

Anno Domini, 1745. Die 3.a Mensis Julii, habita sunt Comitia Ordi=
=naria deputatorum Universitatis, apud Amplill.um Rectorem in Mazarinaeo

I°. Supplicarunt ~~pro Litteris~~ Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii
M.M.i Robert, Le Cordier, Cathlain; audito meritiss.o Syndico, sua praefatis supplicibus
placuit postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerunt superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Accessit M.r Grillet collegii Hubanti Primarius, ac diù multifariamque
prolocutus huc tandem evasit ut vehementer Conquereretur de D.o Renard dicti Collegii
Procuratore sequestro; quod se inmonito nedum consulto, magnam trabium Congeriem
Sustinendis dicti Collegii Muris aliquantùm laborantibus apponi jusserit, eâ multitudine tam intra
quàm extrà domum, ut densissimae sylvae speciem referant. Subjecit Meritill.us Syndicus
mirum sanè videri, quod eum praedicti Collegii hubantini res adeò propriè ad universitatem
spectent, sivè quod inter illius Collegii Creditores principem habet locum sive quod illius sic=
=ut et caeterorum Collegiorum, Primarium Regimen ad eam pertinet, ipsâ tamen inconsultâ
Praefatus Renard ejusmodi rem susceperit quae magnos sumptus importatura videatur. Se
jam superioribus in Comitiis conquestum esse de negligentiâ praedicti Renard, qui ex quo
dicti Collegii Procurator est vix illud ter quatèrve adierit, nec ullas dum accepti et expensi
rationes reddiderit: His profectò incommodis, in grave tum Creditorum, tum ipsius Colle=
=gii detrimentum, urgentibus remedium esse quaerendum. Audito Meritill.o Syndico,
Dictum est adigendum esse praefatum Renard ad rationes reddendas, et si fieri potest à
procuratione dicti Collegii amovendum, obstandumque ne impensis inutilibus dictum Colle=
=gium obruatur: nè quid autem temerè fiat, Consulendos esse advocatos et Procuratorem
Universitatis forensem et de eorum Consilio agendum.

Et ità super his tribus Capitibus Conclusit Amplissimus Rector M.r Fromentin

Anno Domini 1745. Die 7.a aug. habita sunt Comitia ordi=
=naria deputatorum Universitatis apud Amplill.um Rectorem in Mazarinaeo

I°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii artium
et quinquennii, M.ri LeSen, Sayre, Cussac, Sauvellette, Moreau, Walmesley, Berthe,
La Forcade, Dumas, Houpin, Daudin, charbuy, fournier, Quenard, Racine, Massinot,
Prevost, de Montaubert, Danse, Drouas de Bussey, Chevans, Bottey, Clarac, Crook,
Garrigues, Le Maire, Michel, Bourdon, Dubois, Lebrun, Despoitz, d'avignau,
Billonnois, Bigoon, Perrouquet, Duclos, Ribauld, Mutel, Lhomond, Beauchent,
Flouval, Grandmengin, Carlier, Lorencel, Tousserat, Le Coindre, Marnay, Duples=
=sis d'argentré, Guillemardet, Caillette, d'auvergne, Rappe, flamant, De Vel,
Vauthier, Senètre, Tournais, Judée, Meuriget, Cornaille, Vergeat, Gillot, Tellon,
Daguet, Le Maire, Mallet, Mestivier, Bardy.

Audito Syndico placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi
sed eâ Conditione, ut Bardy et Judée qui sua nomina in aliquibus actis academicis
malè scripserant curent emendari, item Guillemardet Lorencel Le Coindre, Beauchent
et d'auvergne qui cùm hodiernâ die licentiati fuerint in artibus nondum potuerunt
Litteras Magisterii habere, quam primùm proferant.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. Quod dixit Meritissimus syndicus murum quemdam interiorem ac trans=
=versum in aedium san-barbaranarum parte quâ vico sancti symphoriani contigua
est maximè laborare ac videri ruinae proximum, Placuit illum murum de academici Ar=
=chitecti consilio refici

4°. Quod meritissimus idem Syndicus protulit ac legit scriptum quod=
=dam, quo vir Clariss.mus M.r Bernardus Collot Tribûs Parisiensis in Natione gallicanâ
Decanus in artium facultate Professor Emeritus antiquus Collegii forteti Primarius
Regalis Ecclesiae sancti Germani de altissiodoro nunc verò Ecclesiae Metropolitanae
Parisiensis Canonicus, Declarat sibi in animo esse bis mille et ducentas libellas
annui Census donare; et alendis decem Pauperibus Scholaribus in Universitate
Parisiensi studentibus consecrare: Velle autem illius Census administrationem
quemadmodum et Dictorum Scholarium Nominationem, destitutionem et omni-
=modam dispositionem esse penes amplissimum Rectorem et academicum Tribunal
Juxtà Leges et Conditiones in donationis Instrumento apponendas dictum est maxi=
=mè laudandum esse M.um Collot, qui tam praeclarâ voluntate erga bonum publicum
remque Litterariam affectus sit. Rogandos Amplissimum Rectorem meritissimum=
=que Syndicum ut ipsum honoris Causâ adeant, eique Propositum tam utile tam
homine Academico et Christiano dignum, Universitatis nomine gratulentur.

5°. Quod dixit Meritiss.mus Idem Syndicus incommodum esse Universitati
in Cerimoniis Publicis quae identidem apud eam fiunt quod nullum habeat sibi addictum
Cursorem, seu potiùs nomenclatorem, qui Magnatum et Magistratuum Domicilia
Cognoscat, adeosque ducat Viros academicos, qui aliquando ab Universitate adhi=
=bentur, ad deferenda Programmata seu invitatorios Libellos, unum esse civem Parisi=
=ensem nomine Le Page hac in re versatum, qui suam offerat operam quoties Univer=
=sitati libuerit. De Eâ re Placuit assumi Dictum Le Page ad Ejusmodi Cerimonias,
hortandosque Universitatis sive Magistros sive Scholares, ut illius operâ utantur tan=
=quam ab Universitate probati et designati ad ejusmodi Ministeria.

Et Ità super his quinque Capitibus Conclusit Ampliss.mus Rector Fromentin.

Anno Domini 1745. Die 28°. Aug.i habita sunt in antecessum
Comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Maza=
=rinaeo.

I°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii artium et quin-
=quennii M.ri Du Ton, Poulain, Joan. bapt. de fressy; audito Meritiss.o Syndico placuit
sua praefatis supplicibus postulata concedi.

2°. Lecta et recognita sunt quae superioribus in Comitiis acta fuerant et statuta.

3°. Quod Exposuit unus è Majoribus Universitatis Nuntiis Nomine Piron
sibi litem esse in minore Britanniâ quam ut ad forum Praetoris Parisiensis evocaret
suum Nuntii Academici Privilegium secundum legis formulas obtendisse, nihilo tamen
minus Causam suam in adversariorum foro retineri; orare se et suppliciter postulare
ut Universitas, cujus maximè Privilegium Academicum non infringi, ad Causam suam
accedat. De Eâ re Placuit consuli Patronos Academicos, ac si Jus fuerit in cau=
=sam praedicti Piron descendere, postquam tamen ille damni infecti satis dederit.

4°. Placuit summam centum et quinquaginta libellarum pro more
Amplissimo Rectori in manus tradi, quam apparitoribus aliisque qui hoc anno
ipsi in Negotiis Academicis privatim deservierunt, pro arbitrio suo Dividat.

Et Ita super his quatuor Capitibus audito prius super singulis mag.ro
Le Neveu syndico Conclusit Ampliss.mus Rector Fromentin.

Anno Domini 1745. Die 9°. Septembris Ampliss.mus Rector
Sapientissimi Decani, ornatissimique Procuratores, unà cum adjunctis officiariis
majoribus, et apparitoribus omnibus solemni apparatu contulerunt se in Aedes
Regias, ut Regem è Castris et Militiae laboribus feliciter reducem salutarent.
Ibi Ampliss.mus Rector Universitatis Nomine Principi Victori reportatos ex hostibus
Triumphos elegantissimâ oratione gratulatus est.

Antequam autem è rectoriis aedibus procederetur, stitit se supplicem pro
Litteris Nominationis Jure Magisterii artium et quinquennii franciscus Alexander Goyer,
Matisconensis Presbyter strictae observantiae ordinis cluniacensis, audito Meritissimo
Syndico Placuit supplici quod postulat concedi et Ita Conclusit Ampliss.mus Rector M.r
Fromentin.

Mandatum Rectorium

Nos Petrus fromentin . . . .
. . . . Salutem
. . . .
Quae vota . . . .
. . . . His adducti Causis mandamus vobis et praeci=
=pimus, ut memores Jurisjurandi, quo vestram fidem academiae obstrinxistis, die Jovis
7.a mensis Octobris horâ ipsâ octavâ Matutinâ adsitis apud Maturinenses, quorum in
Aede sacrâ Cantabitur Hymnus Te Deum, Inde procedemus ad Aedem deo sacram
sub Invocatione sancti andreae ab arcubus, ubi à summo bonorum omnium largitore
Deo, cùm ea quae solemus, efflagitabimus, tum illud praesertim ut Regem optimum, incolu-
=mem tueri pergat et quam ipse iteratis expoposcit votis, Pacem Europae Concedere
tandem velit. Ut autem commissa nobis Juventus suâ communis laetitiae parte non
Careat, postquam Die lunae 4° hujus mensis solenne sacrum de more Spiritui sancto
Celebratum fuerit, habitaeque in Scholis solitae orationes, Jubemus reliquam hebdoma-
-dam ab omni docendi discendique officio immunem transigi

Datum in aedibus nostris Mazarinaeis Die Veneris 1°. mensis octobris,
anno Domini 1745.

Anno Domini 1745. Die 2.a octobris habita sunt Comitia ordi=
=naria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Mazarinaeo

I°. Supplicarunt pro Litteris Nominationis Jure Magisterii artium et

quinquennii, M^ri^ Chastagnac de Pontarien, Carolus Jacobus Crozat de Thorigné, Joannes de Castagnau, franciscus Barbier du Boulay, Josephus Dorat, Petrus Hubert, Bernard de Brocha, Avitus Grelliche, Guillelmus de Saint, Ludovicus Samuel de Taschard. audito Meritissimo Syndico, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi.

2°. lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3°. De Bernardino Piron Nuntio Universitatis Jurato pro Diœcesi et Episcopatu Sanclaudiensi, qui die 28° aug. proximè elapsi postulaverat, ut sibi causam quamdam suam è minori Britanniâ ad Prætorium Parisiensi evocare conanti Universitas auxilium adjungeret, Meritissimus syndicus retulit Patronos academicos à se consultos inspectâ causæ naturâ et omnibus adjunctis, censere Universitatem non satis prudenter facturam si adeam accedat. Dictum est Universitatem causæ Prædicti Piron non subscripturam, si tamen Ille de legitimo foro apud sacrum Regis Consistorium litiget eam ipsi commendatione et quibus poterit officiis adfuturam.

4°. Quod dixit Meritiss^us^ Syndicus se cum publicanis Juris caduci redemtoribus egisse, de iis quæ postulant in liberationem legatorum Clarissimi Viri D^ni^ Le Gendre quæ Universitati fuerunt à supremo Senatu attributa Die 1° Julii 1744, (vide ad diem 7^am^ Sept. 1744) eô se rem adduxisse ut ipsi se annuo redita qui ex dictis legatis solvendus obvenit mense Julio proximè præterito contentos fore dicerent. Placuit accipi conditionem fierique potestatem Meritissimo Syndico cum dictis Publicanis Nomine Universitatis transigendi

5°. Placuit ex senatusconsulto 7^a^ mensis septembris proximè elapsi facto adigi Dominum Renard Collegii Hubantini Procuratorem sequestrum ad rationes suæ procurationis referendas: Item iniri rationem quâ dicti collegii Primarius ex eo migrare cogatur

6°. Quod retulit Meritiss^us^ Syndicus vitâ cessisse alterum è duobus quos habet Universitas Juratis scriptoribus, nomine Michaëlem Noché, quodque vir honestus Petrus Huguier supplicavit ut in ejus locum sufficeretur, Placuit officium scriptoris Jurati Universitatis vacans per obitum ~~Præfati~~ Michaelis Noché ultimi illius possessoris pacifici conferri prædicto Petro Huguier præsenti et acceptanti.

7°. Quod dixit Meritiss^us^ Syndicus idem, se audisse rem Collegii Bajocensis familiarem malè se habere, quâ ex causâ se nescire, credidisse tamen admonendum sibi eâ de re academicum Tribunal, placuit Mandari Meritiss^o^ Syndico ut in eam rem per se diligenter inquirat ac deinde ad academicum Tribunal referat factum erit tum quod è re fuerit. Et ita super his septem capitibus audito priùs super singulo M^ro^ Le Neveu syndico Conclusit amplissimus Rector Mag^r^ Fromentin.

Anno Domini 1745. Die 7^a^ octobris habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in Mazarinæo.

Primum in angulo consessum est, ubi factâ supplicandi potestate, supplicarunt pro Litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii M.M^i^ Frater Carolus Mauritius de Moyria de Volloigna, Ludovicus Carolus Artaud et Andreas Ludovicus d'Inguimbert. audito Meritissimo Syndico Placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi

Ibidem sacramentum dixerunt ~~in angulo~~ novi Librarii scilicet Ludovicus franciscus de la Tour et Bartholomæus franciscus Hochereau præsentati a D^o^ Mathey uno et adjunctis.

Item sacramentum dixit Petrus Huguier scriptor Universitatis Juratus, eo nimirum officio donatus Die 2° hujus mensis

Deinde Itum est in Comitium ubi omnes ordines academici rata et grata habuerunt, quæ ex consilio Decanorum gessit amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu ipsique Litteras Commendatitias decrevere, simulque promisere amplum Comitatum ritè processuro, ad ædem deo sacram sub Invocatione Sancti Andreæ ab Arcubus

Priusquam autem ex æde sacrâ Maturinensium discederetur, decantatus est Hymnus Eucharisticus Te Deum, prout Mandato Rectoris quod suprà habetur erat præscriptum.


In Ecclesiâ sancti Andreæ Pontificem egit sapientissimus Mr Noster Garguy Doctor Theologus; Concionem sacram habuit ad Populum Mr Sepher item Doctor Theologus, Eucharisticam verò ad Pontificem Mr Germain Rhetoricæ Professor in Monte acuto.

Finis Rerum gestarum in academiâ Parisiensi.

In Priore Decanatu Magistri Guillelmi Josephi De L'Epine Parisini

a Die sabbato 7°. Novembris 1744.

ad Diem sabbatum 6um. Novemb. 1745.



Res
Quæ geri debuissent
Apud
Chirurgos Parisienses
à die Sabbato 7º Novembris a. 1744.
ad diem sabbatum 6um. Novembris
anni 1745.

Die Martis 19º octobr. a. 1745. de Mandato Decani et Doctorum Salubª. Facultatis, quod ad Chirurgorum ædes delatum fuerat et illorum Communitati per Majorem nostrum apparitorem de More significatum, debuissent Barbitonsores-Chirurgi horâ decimâ matutinâ sibi indictâ post sacrum in Scholas Medicas Superiores convenire et coram congregatâ facultate Comparere, catalogum à Præfectis et Primi Chirurgi Vicario subsignatum, Nudum idest absque Stemmatis quæ solent superponi, afferre et tandem Nummum aureum de 5.ᵗᵗ 14.ˢ 6.ᵈ Solvere, Solitumque et vetus idem, ac cujusvis generis chirurgiæ ab omni ævo usitatum præstare Jusjurandum. Verùm hæc omnia ex consultò ut Credere fas est omiserunt, pendente ex sanctiori Regis Consilio necnon dijudicatâ inter nos et illos Lite; cujus Litis Vide originem p. 776. et alibi passim.

v. p. 776.

Debuissent Tirones in arte Chirurgicâ Magisterium adipisci ambientes, Obstetrices, Herniarios, in dentibus curandis aut aliis chirurgiæ partibus exercendis expertos, ad magisterium eorum omnium laboribus debitum promovere, siqua illis Commodi Publici Cura fuisset. Verùm satius duxerunt iræ suæ atque superbiæ indulgere, nullumque chirurgum, nullamque obstetricem admittere hoc anno, ad examen quàm se Victos Senatus consulto 4º Septemb. 1744. lato confiteri, nosque Testes Examinis ut oportuisset advocare.

Itaque hoc anno nulli apud Illorum Ædes actui neque Decanus neque Docto=res adjuncti interesse potuerunt.

Die tamen 9º Augusti 1745. horâ post Meridiem 3.ª adfuimus in ægrorum nullâ arte sanabilium Domo, Examini Honorati Gabon qui se suaque manus per plures annos Curationi Pauperum in hoc hospitio degentium devovendo Magisterium in arte chirurgicâ de more Sic obtinere cupiebat. At verò nec à Protochirurgi Vicario, ut debuerat (et solebat) nec à præpositis eâdem obligatione astrictis sed tantum ab hospitii (vulgò Domûs-Dei) l'hotel Dieu, Scribâ per Epis=tolam jussu Administratorum scriptam invitatus fuerat Decanus. Vide plura p. 963.

V. p. 963.

Die 4º octobr. 1745. Libellum grandem eheu nimis libellum sed qui minor adversùs tot tamque nefaria Chirurgorum facinora fieri potuisset! Illustrissº Galliarum Cancellario porre=ximus. V. p. 971.

V. p. 971.

Res Gestæ
apud
Pharmacopæos Parisienses

Die Sabbati 21º Novemb. 1744. Baltazar Julliot Specimen suum expo=suit in ædibus Pharmaceuticis, à Decano et Professoribus Pharmaciæ apposito Chirographo priùs Comprobatum. Compositionibus hâc die inceptis operam dare non destitit diebus Lunæ et Martis sequentibus, donec die Mercurii tandem Cadente Sole totum opus Exegerit. Placuere Compositiones peritè Eleganterque Confectæ: uno ore Magistros inter Pharmacopæos Parisienses relatus est, Et postquam Pacta transacta in libro Professoris Pharmaciæ Contenta, se fideliter observaturum appositis Nomine et Syngraphâ fidem dedit. Die 27º Nov. 1744. à Magistro Péaget Professorum antiquiore Die Veneris sequenti Integerrimo Viro Mro De Marville Urbanæ Politiæ Pro Prætori, Præeunte Decano, fuit de more Præsentatus. Dein in manus Proprætoris solito se astrinxit Jurejurando.

Die Martis 22º Decembris A. 1744. Invitatus Ego per Epistolam Dni. Reneux Scribæ Ptochodochæi Generalis ad Decanum Salª. facultatis administratorum nomine scriptam ad Mixturam Theriaces quæ à Dº Crevék Salpitrariæ Domûs Pharmacopæo Conficienda erat in præfatâ domo Saluberrimæ facultatis Conspectu Cohonestandam cum tribus deputatis tantum (aberat enim Mr. Procope) me illuc horâ indictâ Contuli; Deputati erant Mr. finot Mr. Baude de la Cloy Bibliothe=cæ Præfectus et Mr. Dionis. Urbanitatis gratiâ Nonnullos alios Magistros invitaverat, Rhedasque vo=lentibus, ituris atque reversuris, sponte obtulerat prædictæ domûs Pharmacopæus. Itaque præter dictos depu=tatos ambos Professores Pharmaciæ jure officii Invitatos Mros. Péages Patrem et Cochu adfuere etiam Mri. Col de Vilars Exdecanus, Martineng et Vieillard, quorum nonnulli cœnâ huma=niter quoque oblatâ non discessere nisi valdè serotini. Probata nec immeritò fuit invitan=tis Pharmacopæi antidotus verè digna quæ laudaretur. Vide p. 875. et 930.

V. p. 875. et 930.

Die Lunæ decimo-quinto Martii 1745. Examine unico de more tentatus est et probatus Joannes franciscus Boulduc Magistri Pharmacopæi Parisiensis filius. Actui consedi Primus, Interrogavi secundus Magistro Péaget Professorum antiquiore Junior. Ductor (ut vocant) fuit Dus. Geoffroy desideratissimi nostri Collegæ frater. Placuere responsa admissus uno ore fuit ad specimen utpote Magistri filius.

Die Lunæ 29º Mensis Martii 1745. Specimen suum ex Codice deprom=tum in ædibus Pharmaceuticis exposuit approbatum priùs à Decano et ambobus Phar=maciæ Professoribus qui singuli illud chirographo suo munierant, à Parente non degener et Ductore Præfato dignus Joannes franciscus Boulduc. Satisfecit abundè tribus conti=nuis diebus sicque probante Saluberr.º ordine, plaudente et assentiente universo Pharmaco=pæorum Cœtu Magisterium adeptus est. Pacta transacta de more appositâ Syngraphâ Die

31º Martii 1745. apud Professorum antiquiorem se observaturum juravit, dieque Jovis sequenti 1º Aprilis 1745 Elegantissimâ Mri Michaelis Pelgez actu Professoris Magister renuntiatus fuit apud Urbanae Politiae Pro Praetorem coram Decano, altero Professore et Praepositis Pharmacopoeorum, et Sacramentum inter manus integerrimi hujusce magistratus de more pronuntiavit.

Die Veneris octavo Octobris 1745. Convenerunt me Tres Custodes Pharmacopoeorum Parisiensium Invitaturi ad Examen Dicti Natalis Biert qui ipse Duce Magistro Genand me ante aliquot Dies Eadem de Causâ Convenerat.

Itaque Die Lunae 11º octobr. 1745. Examine Publico tentatus est à Decano et Professoribus more solito. Vide p. 988. 15º Martii 1745.

Dein à Praefectis Demum ab aliis Magistris Pharmacopoeis Suis interrogatus.

Fecit Satis omnibus. unâ voce ad Specimen pro suo Jure filii Magistri admissus est.

Die Martis XIXº octobris 1745 Pharmacopaei Proetoriani solitum in Scholis post Sacrum de More praestitere juramentum vide p. 974

v. p. 974. Eadem Die Reddidi Pharmacopoeis Programma de Virtutibus Theriacae, Orvietani, et Confectionis hyacinthinae quod Typis mandari volebant, mihique et Examinandum et probandum tradiderant

Die Eodem XIXº octobr. 1745. Compositiones sui Speciminis ex Codice pharmacopaeo Parisiensi desumptas exposuit in aedibus Pharmaceuticis Mri Natalis Biert. Post Meridiem confecit illas 20º et 21º. Cum laude et cum peritorum plausibus a Magistris Pharmacopoeis sub beneplacito facultatis inter magistros relatus est et à Professorum antiquiore praesentatus Urbanae Politiae Pro Praetori, ~~Postquam~~ Factô appositâ Syngraphâ Satisfecit; Sacramentumque de more solitum dixit Die 22º octobris.

Die Lunae Trigesimo Aug. facultatis Saluberrae nomine Mandati Pharmacopoeorum Parisiensium Praepositi Custodes de Mandato Decani et amborum Pharmaciae Professorum, ad ipsos ante aliquot dies per Majorem Apparitorem delato, se, comite accenso, juxta monitum in scholas facultatis superiores horâ et die indictis de more Contulerunt. Inde a Professorum antiquiore Michaele Pelgez Comiter Excepti et Eleganti Jentaculo refecti, Profecti sunt, Decano, ambobus Professoribus Pharmaciae et binis eorum adjunctis pharmacopoeorum officinas lustraturis Comitatum (ut assolet) praestituri.

Diebus Lunae 6º Septembris, et Lunae 13º ejusdem Mensis 1745. Decanus et Ambo Pharmaciae Professores se ultro Contulerunt horâ quam indixerant in Pharmacopoeorum Parisiensium aedes, undè honesto Jentaculo refecti ad lustrandas simili ac prius comitatu Officinas denuò se accinxerunt donec omnes omnino Visitaverint. Singulis hisce diebus Splendida regio apparatu Parata Coena fuit ad quam specialiter unusquisque nostrum fuerat Litterulis comiter invitatus.

Iisdem Diebus perlustratae Sunt Similiter Pharmacopoeorum Regionum et Proetorianorum officinae, Cum eodem Comitatu, et assistentibus praetereà Eorum Syndicis.

Diebus Jovis 16º Septembris, Lunae vigesimo et Jovis vigesimotertio ejusdem Mensis Septembris 1745. Non minori quantum in Nobis fuit diligentiâ Seplasiariorum aromatariorumque lustravimus officinas. Hic Soli Comiter aderant cum accenso Praefecti Custodes Aromatariorum Seplasiariorumque Prius Mandati de more per apparitorem in Scholas Superiores nostras, undè post opiparum Jentaculum a Laudato Dº Pelgez oblatum profecti sumus Primâ die sed duobus sequentibus ad Aedes Aromatariorum quae Eadem sunt ac Pharmacopoeorum ut potè viciniores itineris conficiendi nos sponte Contulimus ubi non minus honestè recepti Sumus quàm fuerant apud Nos. Confecto singulis diebus Itinere non brevi Lautae appositae sunt Epulae ad quas fuimus singuli prius Epistolâ Invitati.

Nullus hoc anno sub auctoritate Summi Proetoris admissus est Pharmacopoeus

---

Comitia Prima=Mensia Dicta.

Placuit seorsim hic et uno Contextu historiam horumce Comitiorum exponere in quibus de Morbis grassantibus inter se agunt singulis anni Mensibus Saluberrimi Ordinis Doctores, ut eorum qui hoc Anno regnaverunt, morborum Continuata Series, nec aliarum rerum narratione interrupta legentibus facilè Comprehendatur.

December A 1744.

Die Primo decembris 1744. Congregata fuit ut moris est saluberrima facultas in Scholas Superiores de morbis grassantibus dictura.

Magister Le Roy de Saint Aignan dixit aegrotos suae curae commissos esse plurimos quorum morbi ex acutis in Chronicos degeneraverant, praesertim à bile stagnante oriundi.

Similes propè vidit infarctus Hepatis non paucos chronicos Magister Person

Magister Astruc, febres malignas, Peripneumonias, Hydropes, nec-non et febres continuas Simplices, nec mali moris, quas extraordinaria nulla comitabantur Symptomata, per urbem tacitè grassari testatus est.

Magister Verdelhan narravit se vidisse ægros Tusse quassatos Periodicâ et convulsivâ iisdem horis tùm Matutinis, tùm Vespertinis adeò precisè revertente, et tàm acritèr recrudescente, ùt per dimidiam horam singulis vicibus bis in die ferinâ pertussi laborarent. Et id erat singulare quod è pectore nihil exscrearent, è Ventriculo vomitu nihil ejicerent.

Magister Cosnier vidit febres continuas cum Eruptione Erysipelatode, unam præcipuè antè alias cui supervenerunt Exanthemata Cærulea Scabiei vulgari haud absimilia, pure foeta quæ dimidii pollicis crassitudinem superabant. Phlebotomiâ duodeciès repetitâ, diluentibus, aliisque sanguinem fervidum temperare, æstuantemque bilem compescere valentibus, evanuit, et probè convaluit Æger.

Magister Poullain febribus intermittentibus et Peripneumoniis tantùm se nunc operam dare asseruit.

Febribus intermittentibus necnon iisdem et malignis, quas non paucas curabat, repetendam pluriès fuisse Saphenæ sectionem, et tandem cum successu prospero celebratam fuisse fidem fecit Magister Bernard.

Magister Chevalier Secundus de febribus Continuis mentionem fecit: Narravit insuper Fœminam Rheumate Correptam Ischiadico eoque acerbissimo, frustrà ad Narcotica ut Pillulas Matthæi, aliaque, id genus confugisse, incassùm se commisisse Balneis egelidæ, et ter repetito Suffitu è Succino doloris expertem factam fuisse. Scrupulum semissem primum super prunas conjecerat. In Tertio Suffimento Scrupulum integrum absumpserat.

Januarius anni 1745.

Die Sabbati quæ fuit altera Januarii a. 1745. Saluberrimi ordinis Doctoribus de more in Scholas superiores Congregatis facta fuit Mentio de morbis qui priori Mense per urbem grassati fuerant.

Magister Boyer Verba fecit de doloribus Colicis et torminibus intestinorum. Peripneumoniâs quoque nonnullos laborantes vidit cùm Sputis croceis sed paucos admodùm. Nullos in Ergastulis aut in Carceribus ægros vidit à sex mensibus. (Medicus est Regius in augusto Senatu Parisiensi.)

Haud absimilis fuit Sententia Magistri Le Hoc nosocomii fratrum Charitatis alterius Medici, qui asseruit vix à sex circitèr mensibus visas sibi fuisse Peripneumonias sex. Vidit Erysipelata, Rheumaticos affectus et Podagricos, ophtalmias, Dysenterias hœmoptyses. Item Colicos Pictonum dolores quos omissâ, ex Consulto, Sanguinis missione, solo Stibio ad grana sex manè exhibito et Theriacâ Vespere præscriptâ curare solet. Vidit fabros qui stanno Crystallos et Speculorum oblinunt Connubio Mercurii (gallicè Metteurs à l'Etain ou au Tain, qui sanè omnes huic Colici doloris speciei sunt ut plurimùm obnoxii, Mercurium unà cum fœcibus Crudum fluentemque dejicere.

Magister Malouin retulit grassari per urbem Catharrhos, affectus Catharrhosos, àc præcipuè febres intermittentes Catharrhosas ab eâdem Causâ oriundas àc ipsi Catharrhi. Hasce febres Comitabantur Eruptiones in facie àc præsertìm Circà oculos quæ serosæ colluviei natales suos debebant. Maculas etiam in iisdem affectibus animadvertit in Tibiis, undè dolores, quibus conquererentur ægri scorbuticos autumat: ad idque suam duxit dirigendam esse medicinam. Duobus etiam abhinc annis frequentiùs solito grassari Scorbutum animadvertisse se existimat.

Magister Ruellan curavit Colico dolore Pictonico correptum unicâ V. Sectione et repetitis acrioribus ex Sennâ Catharticis.

Magistri La Riviere, Arcelin, Bourdier, Le Camus, L'allemant nullos animadverterunt morbos Epidemios sed Sporadicos tantùm et cuilibet anni Tempestati communes.

Februarius
1745.

Die Mercurii 1.ª mensis Februarii 1745 habita sunt de more in Scholis superioribus Comitia ordinaria super morbis grassantibus horâ sesqui-decimâ matutinâ

His in Comitiis Magister Pousse filius dixit nullos esse morbos Epidemios, nisi Catharrhos et Rheumatismos quorum fiebat interdum Catharropia in vesicam. Hos sanavit absque Venæ Sectione, solo vino infuso Papaveris Rhœados deîn decocto Kinæ radicis. Fuerunt et febres Catharrhales Ephemeræ. Paucæ febres malignæ.

Magister Chomel febres Catharrhales Phlebotomiâ curavit intercalato pulvere viperino. Tusses verò siccas cedere minùs phlebotomiæ animadvertit quam Diapnoicis et aperientibus. Anginas pariter utpotè ejusdem moris et indolis feliciùs curari agnovit adhibitis omnibus quæ perspirationem insensilem ciere valent qualia sunt Calor ambiens stragulorum, largus potus vulnerariorum aperientium ex Vlmariâ v. g. &c, quam quibuscumque aliis Medicamentis aut ipsâ Venæ Sectione. Apoplexiam secutas fuisse paralyses spurias, scilicèt quæ brevì nullum sui reliquere vestigium asseruit.

Magister Fontaine monuit febres quasdam intermittentes, nimìs præpropero Corticis Peruviani usu curatas ansam præbuisse Peripneumoniis, propter neglectam evacuationem humorum redundantium. Has posteà Peripneumonias recuperatâ Primigeniâ indole, in intermittentes febres denuò degeneres abiisse.

Idem observavit Magister Linguet. addidit insuper se nunc nosse fœminam duplici Tertianâ laborantem sed cui suspicari est ulcus uterinum. Præterea vidit febribus malignis supervenisse bubones in inguine. Viris duobus quadragenariis sanguinem è brachio necnon è Malleolis eductum feliciter iuvisse.

Magister Bourdelin Natu minor nihil dictis addendum habuit.

Magister Bellot Nosocomii Parisiensis Medicorum unus nec in Nosocomio, nec in Civitate, nisi paucas febres sibi visas esse malignas asseruit; Catharrhales verò plurimas; anginas et Peripneumonias.

Idem observasse se dixit alius ejusdem nosocomii Medicus Magister Cochu. historiam prœtereà narravit ægroti Catarrho suffocante correpti jam à mense et ultrà cui supervenit per universum corpus œdema quod crescit in dies, quamvis jam à tribus hebdomadis pulmones liberè ducant spiritum et emittant. Huic diversi generis propinata sunt aperientia, at effectu nullo. Consilium super hoc petenti M.ʳᵒ Cochu, autor fuit M.ʳ Bellot levibus scarificationibus cutem conscribillare. M.ʳ Linguet proposuit Magnesiæ albæ scrupulum unum, Castorei granum unum cum semisse, limaturæ chalibis grana duo in sufficienti quantitate Theriaces veteris.

Magister Munier Regii Ducum ac Militum invalidorum medicus ordinarius, decocto Kinæ radicis temperato cum lacte amygdalarum et seminum frigidorum curavit Rheumatismos acutissimos qui pectus aliasque partes corporis calore intensissimo atque æstu intolerabili adurebant.

Eadem confirmavit M.ʳ Didault, nec se habere quod adderet.

Præfatis adjiciendum nihil observasse ait Magister Gautier Du Rocher.

Eadem circitèr se vidisse asseveravit Magister Pathiot

Ex quibus omnium observationibus liquet per ultimos menses Catharrhos et affectus catarrhales velcum, vel sine febre apud nostrates obtinuisse dominium

Martius 1745.

Die Lunæ 1.° Mensis Martii a. 1745. habita sunt de more Comitia super morbis grassantibus in quibus

Magister Winslow retulit frequentes fuisse Paralyses. hic profuisse summopere missionem sanguinis sed sobriam, nocuisse enim liberali manu factam præsertim è pede animadvertit, si ad considentiam usque vasorum perduceretur; quod ut averteret, olim coram ipso quidam Chirurgus fluxum sanguinis Cohibebat digiti interpositione super Vulnusculo, unde salvum evasisse ægrum ipse testis oculatus narravit.

Magister De Jean diarrhœas dixit esse frequentissimas necnon et catarrhos; faucium et Tonsillarum inflammationes, dolores lateris cum sputo quidem cruento, sed non pertinaces utpotè qui tertio quartove die solverentur paucis phlebotomiis, et largo diluentium potu: sed nullos vidit ex hisce morbis Lethales. Diarrhœas quasdam pertusâ Venâ curavit. hos omnes tribuit hyemis hujusce anni variatio nimium vicibus.

Magister Hazon catarrhos Capitis per tempus sopitos in ophtalmias desiisse asseveravit. Item Peripneumonias sanguineas quasdam, alias Erysipelatoeïdes, Biliosas alias, nonnullas lethales ex quibus ægri perierunt alii quinto die, sexto alii, aliqui in septimo incassum celebratis ultrà decem phlebotomiis; Rheumaticos lateris dolores Saphenæ sectione sanasse se asseruit: affuerunt etiam (aiebat) febres malignæ in Peripneumonias degeneres. Mentionem fecit quoque febris scarlatinæ quæ Podagricos insultus consecuta erat.

Magister de Vandermonde in Peripneumoniâ pertinaci ultrà modum, Celebratis cum mediocri ut videbatur successu duodecim phlebotomiis propinato sæpiùs affatim oleo amygdalarum nihilo meliùs se habente ægro, polygalâ Virginianâ aliàs Seneca sudores, urinas, et Expectorationem feliciter se movisse testatus. Drachmas sex decoquebat in libris duabus aquæ fluviatilis ad Consumptionem medietatis. Propinabat Cochleatim singulis horis et sæpiùs

Magister Boullan Catarrhos permultos esse perhibuit et affectus catarrhosos, unde Rheumaticis doloribus multi conquererentur ægri, in Thorace alii, alii in Collo, hi in genu, illi aliàs. Vidit affectum podagricum per quatuor aut quinque dies sub Peripneumoniæ Larvâ latuisse; tandem ad propriam indolem libero relicto Pectore rediisse. Inflammationes tonzillarum quoque vidit Elapso mense, et quartanas: Quas omnes ægritudines solitis domavit præsidiis.

Magister Payen aphtas vidit Catarrhis supervenientes quas suspicatus eo magis est esse scorbuticas quod uni inter alios apostema apparuerit in Crure scorbuticum. Colicos dolores cum Dysuriâ asserit à Catharrho provenire, unde nedum juverit Phlebotomia, Conducebat econtrà Theriaca, mitigatisque doloribus, rem absolvebat Catharsi.

Magister Murry Peripneumoniis et lateris doloribus laborantes curavit Venæ sectione et intrà quindecim aut viginti dies convaluerunt.

Aprilis 1745.

Die Jovis 1.° mensis aprilis 1745. habita sunt de More in Scholis Superioribus, horâ sesqui=decimâ Matutinâ Comitia de Morbis apud Nostrates grassantibus

Magister Finot declaravit morbos vulgatiores Esse Catarrhos ac præcipuè in pulmones. horum plerosque suppu=
=ratione

=ratione terminari

Magister Bertrand nosocomii Parisiensis è medicis unus addidit Præterea morbos adesse inflammatorios plurimos, nonnullos quinetiam malignos, grassari quoque Diarrhæas, necnon et Peripneumonias quarum Judicium erat perdifficile, cùm plerisque succederent apostemata in pulmonibus et frequen=tia Tubercula

Magister Besnier, nihil notatu dignius observavit quàm diu=turnitatem Catarrhorum.

Eadem aut fermè similia observavere Magistri Baron Pater, Couthier, Ferrein, Bouvart, Majault, Belle=teste, ferret.

Maius
1745.

Die Sabbato 1ª mensis Maii a. 1745. congregati sunt de more Doctores medici in scholas superiores intèrse de morbis popularibus eorumque remediis acturi

Magister Besnier in affectionibus Catarrhosis, Peripneumoniis et febribus intermittentibus quas non paucas curavit nihil extraordinarium animadvertit quod singularem et insuetam curationem postularet.

In pluribus observavit M.ᵉʳ anton.ⁱ de Jussieu febres intermittentes esse quasi Peripneumoniæ Prodromos. Itèm Ex affectibus Catarrhosis pravas oriri digestiones; Indè podagræ quasi Catarrhalis, insultus atque Paroxys=mos. Huic indoli, quæ à longo tempore jàm dominium obtinet, Catarrhosæ referebat vomitus pertinaces, qui per octo sæpè dies durabant, interdùm ad quindecim usque continuos se extendebant. Viliatam dixissent digestionem, re habebat Catarrhos.

Magister L'Epy Trium Ptocho=dochæorum Medicus Catarrhos dixit esse Proteos, modò Tonsillarum inflammationes, modò vomitus modò diarrhæ=as, aliàs Pleuritides hic Peripneumonias, pròut fauces, Ventriculum, Bronchia, Pulmones, Pleuram aut Intestina occuparet humor Catarrhalis. Verbo omnia toti=dem Catarrhos. Linguam sempèr humentem repperit, et sudoribus arte vel sponte obortis Convalescebant ægri. Apoplexiâ recens correptis operam da=bat non paucis. Morbillos addidit jamjàm erumpere et febres malignas: supèr hisce observavit non prodigâ manu mittendum esse sanguinem imò parcè sed celeritèr, si Casus requireret educendum esse: hâc methodo et largo apozematum diluentium actemperantium usu se et ægros suæ fidei commissos bene habuisse: nocuisse contrariam agendi rationem.

Magister Col de Vilars Exdecanus medicus nosocomii Parisiensis, et aliorum Ptochodochæorum exposuit sævire nùnc Pleuritides, atque Peripneu=monias pertinaces, cum febre continuâ, dolore Pectoris pungente ac lancinante, Tussi frequentissimâ et Catarrhali, in quibus tamen lingua humescere non desineret. His profuisse celeritèr et frequentèr missum in nascentis morbi primordiis sangui=nem, deìn Bechica et oleosa, quibus admiscere solebat tantillùm Kermes mine=ralis. Rettulit prætereà non paucas discurrere apoplexias, affectiones Rheumatis=males, Tonsillarumque inflammationes, affectus omnes Catarrhales, Instabilis ul=trà modum tempestati Varietati Continuæ tribuendas.

Magister Dionis Phlebotomiâ properâ nec infrequenti unà cum Kermes mineralis exiguis dozibus admixto spermate Ceti et croco orientali feliciter curavit.

Magister Baude de La Cloy Paralyses et apoplexiis succedaneas vidit non paucas. Vidit et febres malignas nonnullas quibus præmissâ sanguinis è brachio eductione feliciter saphenam tudit et deinceps longo, post, tempore, celebratâ per Epicrasin Catharsi ægros tandem ad sanitatem perduxit. Catarrhis citò Venæ sectione opitulabatur; dein Emetico Exhibito rem conficiebat, et prosperè.

Magister Gedeon de Rabours, Pleuritides vagari testatus est, sed quales, esse et curari consueverunt: at Rheumatismos acutos esse ac pertinaces. Vocavit in exemplum foeminam cui undeciès ideò venam tundi jusserat teste Meritissimo Collegâ Mro. Col de Vilars, cui missis venæ sectionibus Diapnoïcum sic refrigerantibus temperavit.

℞ Kinæ Radicis - - - - - - - - ℥ß.
Salsæ-Parillæ - - - - - - - - ℥ß.
Guaiaci - - - - - - - - - - ℥ij.
Bulliant in Aquæ fluvialis libris tribus ad libras duas
Cola: Contunde Seminum quatuor frigid. Major. ℥ß.
amygdalas dulces - - - - - Nº vj.
Iterum Cola: Colaturæ adde Sirupi Diacodii - - ℥j.
Propina tertiâ quâque horâ die ac Nocte
Quarto quoque die humores Eliminentur substitutis in locum seminum frigidorum, sennâ et si placuerit Mannâ.

Prædicta de Catarrhis confirmavit Mr. Vieillard exemplo octogenariæ anûs cui curandæ, antè octavam phlebotomiam nequivit à sanguine jugitèr mittendo se abstinere, et ubi à repetendâ Venæ sectione tandem abstitit, stibio Viriliter Pituitam exscreare coegit die curationis inceptæ quarto, ab insultu morbi sexto. Linguam per totum morbi decursum humidam sempèr, ut omnes alii Collegæ observaverunt repperit.

Junius
1745.

Die martis 1º. mensis Junii 1745. de morbis grassantibus actum est de more in Scholis Superioribus horâ sesqui-decimâ matutinâ.

Magister Michaël Péaget nosocomii Parisiensis è medicis dixit Peripneumoniis non paucis comitem se cum sputo cruento adjunxisse lateris acutum dolorem, quamdiu duraret febris pungentem acriter, evanescentem simul atque remitteret febris. Hujus tanta fuit interdum pervicacia, ut decimâ vix fuerit debellata Venæ sectione. Alioquin oleosis Cæterisque Bechicis plerique convaluere. Morbillos etiam nonnullos vagari, eosque periculosos asseruit. Catarrhos quoque et Erysipelata nondum prorsus exulare

Magister Millet de Apoplexiis mentionem fecit quæ duos se teste ægros citò Citiùs abstulerant. Peripneumoniis nihil singulare sibi visum fuisse nisi quod cum febris caput impeteret missionibus sanguinis Coronidem feliciter imponeret Venæ Sectio in Malleolo

Magister Cosnier observavit in Doctore Theologo Societatis Sorbonæ, febrem tertianæ similem. Cruorem screabat æger; huic malo quatuor phlebotomiis, defæcato urticæ succo, decocto Symphyti intrà quattuor priores dies subventum est. Quinto die diligentiùs observanti sanguinem non è pectore, nec è pulmonibus erumpere, verùm ex naribus effluere compertum est. Nova fit sanguinis missio. Delirio, et cumulatâ Symptomatum Catervâ, febris manifestè se malignam prodidit. Saphena tunditur tèr hac die, non remittente delirio. Iterùm ad Saphenam itum est postero die. Tandem per epicrasim satìs prosperè tentata Catharsis, ub

tum Cathartici, tum aliorum convenientium remediorum usu; diem morbi duodecimum, qui hodiernus est feliciter attigerit spemque relinquat in vigesimo primo morbum esse judicandum.

Tres alios ægros curavit febre malignâ correptos. Ex illis duo lateris dolorem acutum, pungentem, acerbè conquerebantur; à dextris unus, alter à sinistris. Vix ter secta fuerat vena cum ex re laborantis esse visum est illi propinare stibium ad grana duo in oleo bis in die. Repetitos Cathartici hujusce olei haustus largâ humorum graveolentium consecutâ evacuatione salvus evasit uterque. Tertius convaluit quidem sed nonnisi multis prius dirisque quassatus procellis. Nondum Ephebus filius M.^{ri} de la Roue Patroni et Procuratori Catholico à secretis jam decimum, quintum supra, ab insultu morbi diem tutus evaserat et eventus futuri fermè securus, cùm ineunte decimo sexto die recruduit febris cum anxietatibus, ardore cutis totius, ac præcipuè oris et rubore vultûs intensissimo et aliis quæ jam evanuerant symptomatibus. mitigavit dolorem malvæ, althææ, violæ decoctum. febris desævit. Decimo septimo die emicuit in exteriori maxillæ inferioris angulo erysipelato-phlegmonodes tumor durus et rutilus quem ensidum volebat Chirurgus perrumpere. At pepticis scilicet bulborum liliaceorum in lacte decoctorum solâ pulpâ maturitatem non antè septemdecim dies adeptus foràs tandem evomuit pus laudabile. Suppuratione satis diù protractâ æger tandem perfectè at vix ante duos menses convaluit.

Magister Leander Péaget Peripneumoniarum perplurium benigna per priores quatuor aut quinque dies animadvertit esse primordia verum lapsu temporis scilicet circà quintum ab insultu morbi diem larvam deposuisse exortâ derepentè improvisâ cum delirio abdominis inflammatione; tunc incassum secta vena. nec ulla fuit malum tunc arte superabile.

Magister Cantwel observavit Peripneumonias siccas videlicet exscreationis expertes. Lethales fuerunt quotquot ejusmodi naturam sortitæ sunt. Quibusdam tertium ante diem exitio fuerunt. Nullis post sextum pepercere. Horâ vix elapsâ defunctorum artus occupabat livor. Hâc in Peripneumoniæ specie sanguinis è brachio missione evasere salvi peripneumoniâ quicumque correpti sanguinem exspuerunt. Tonsillarum adhuc per urbem disseminari inflammationes asseruit; Item et febres malignas intermittentes necnon et colicos dolores et Paralyses absque prævià apoplexiâ iis persimiles quæ apoplexias excipere solent. Hos omnes morbos, methodo omnibus notâ feliciter sanavit.

Magistro Lucas de Lauremberg occurrerunt etiam Peripneumoniæ, in febres malignas degeneres cum abdominis tensione, inflammatione quam neque fotus peremolliens, neque iterata aut in brachio aut in malleolo venarum sectio unquam laxare potuerunt.

Narravit mulierem à partu recentem incidisse in hydropem; venæ sectiones, et hydragoga per quindecim dies adhibita nihil profuisse: Paracenthesi datâ portâ erupisse ex abdomine Puris quasi lactei libras circiter sex. Intereà per alvum huic puri materiam omnino similem dejiciebat; Tandem paucis abhinc diebus suppressâ alvo ob terrorem quem ei intulerant quæ nuperis diebus horrificè reboarant Tonitrua ad Paracenthesin denuò confugiendum quâ similis eductus est humor. at vix biduo elapso supremum obiit diem. Intus omnia skirrhis erant horrida.

De Rhumatismis, Catharrhis, Pleuritidibus nothis de quibus fecit mentionem Magister Baron nihil notatu dignum observavit verum docuit febres continuas, pertinaces quas antecesserant doloris capitis atroces venæ sectionum, et medicamentorum quæ huic morborum generi curando adhiberi solent vim elusisse et solo tandem Kinæ Cortici cessisse; quamvis nullus præcucurrerit per ossa rigor.

Testis fuit querelarum ægroti qui à viginti duobus diebus alvum non expurgaverat cujus in hypocondrio sinistro indurata scybala

non mediocrem patienti creabant molestiam.

Magister de Vandenesse urbani Leauté antiquioris olim Scholarum à filiâ Nepos et Coenobii Pauperum Virginum dicti l'ave Maria medicus ordinarius, retulit quamdam ex illis Deo consecratis ac beneplacitis virginibus non ità pridem colico dolore eoque acerbissimo fuisse cruciatam. Propinata fuerat affatìm aqua Vichiensis, unde lapillos lateritiis fragminibus consimiles perplurimos per anum dejecerat. Redeunte hoc anno eodem dolore, iisdem subventum est praesidiis; nec defuere olea &c. Cùm nullâ cederet arte malum perscrutatus anum doloris fomitem, medici jussu, Chirurgus lapidem invenit ovo gallinaceo crassiorem pumici persimilem, quo extracto sublevatus est Colicus dolor.

Magister Berchér super febribus Catarrhalibus, febribus continuis et Peripneumoniis quas non paucas curaverat nihil indictum sibi reliquisse quod diceret affirmavit.

Julius
1745.

Die Jovis 1°. Julii 1745. Congregata Saluberrima facultas de pluribus rebus magni momenti deliberatura nihilominus Solitae de morbis grassantibus vacavit Exercitationi.

Magister Gasnier ut in ultimo mense relatum fuerat Sub larvâ per quatuor aut quinque dies delitescere verissimas Febres Malignas exposuit, verùm addidit, non infrequenter à partu recenti puerperas hoc morbo fuisse correptas: iccircò illas vocat Peripneumonias verbo gallico Laiteuses propter suppressum Sanè lactis consuetum Stillicidium aut potiùs repercussum in caput metastasi heu nimis deplorandâ, quae omnibus periculo, non paucis exitio fuit. Delirium enim interdùm juge, interdùm fugax nec ideò formidabile minùs ubi caput occupaverat frequentibus Spasmis convellebantur aegrae. Diluentia sine fine exhibita, parcè missus Sanguis tùm è Basilicâ, tùm è Saphenâ (quae tamen non inepte Salutata) quibus praemissis haud malè Successit Stibiatorum usus.

Magister Busson, nihil aut rari aut novi aut indicti Se observavisse retulit.

Magister Macquer Peripneumonias et Pleuritides benignae tantum indolis, nec non et febres malignas mitioris naturae sibi occurrisse dixit quas Methodo Vulgari et communium usu remediorum curatas ab aegris satis prosperè discessisse Testatus est

Magister Le Moyne addidit frequenter sibi videri arthriticos affectus.

Idem sibi videri renuntiavit Mr Des Préaux. De caetero nihil quod animadversione dignum censeret, vidisse.

Magister Jacques febres inflammatorias longo diluentium usu et Solito Praesidiorum communium apparatu Extinxit. Erysipelata quoque et Caeteros morbos Sporadicos eâdem arte profligavit.

Magister de Magny Morbos tantùm Sporadicos Viderat nec quidquam novi aut Malignius Solito prae se ferentes, nisi Peripneumonias cùm dolore Mammarum in foeminis quas praeoccuparat dolor Capitis Vehemens. Ideò Venae sectioni brachii, utiliter Saphenae quoque Sectionem adjunxit proptereà quod delirio, Saepè quidem fugaci Caput tentaretur

Augustus
1745.

Die martis 2°. mensis Augusti 1745. Congregatâ ut moris est horâ sesquidecimâ matutinâ in Scholas Superiores Saluberrimâ facultate de morbis grassantibus acturâ; dixit

Magister Vasse se vidisse febres Tertianas incontinuas

continuas, et vice versâ, continuas in Tertianas degeneres. Item morbos pectoris, cum pertussi, quibus profuerant 1.° Emeticum, 2.° Catharticum, deïn Calor;

Magister Le Roy de saint Aignan metastaseos exemplum singulare protulit humoris Podagrici à pede ad caput subitâ et vehementi animi perturbatione retropulsi: unde Phreniticus periit æger. Variolas quoque vagari lethiferas innuit. Dominæ Dossun nuper vitâ functæ lethum tribuit Emplastro imprudenter applicato renibus dictæ Dominæ doloris quem acerbissimum hâc in parte conquerebatur, eicurandi gratiâ; quo mitigato quidem, eruperunt variolæ sed tumultuosè nec in salutem ægrotantis.

Peripneumonias et Tonsillarum inflammationes M.r Jséz venæ sectione et vulgaribus auxiliis si non sanavit protinus Saphenâ pertusâ confecit.

Magister De L'Epine variolas sibi paucas contigisse maligni moris nisi arte nimiâ et præposterâ Chirurgo=barbitonsorum curâ aut assidentium incuriâ tales evasissent. At febres malignas pessimas, diuturnas et cum tantâ prostratione virium à primis diebus ad ultimos, ut nullo non morbi tempore, pro, hâc peste infectis expalluerit; quamvis tum assistentium studio ac diligentiâ tum suis curis feliciter omnes quotquot curavit evaserint. Febres intermittentes Teste Magistro Le Chat de la Sourdiere rarò ultrà quintum productæ sunt Paroxysmum modò ritè tractatæ. Illas adoriebatur primùm Venæ sectione, stibio deïn in Cassiæ decocto dissoluto, vel solo vel cum lacte amygdalarum dulcium prout plus minusve sitiebat æger temperato, everrebat ventriculi saburram; Reliquias posthac blandiori Cathartico abstergebat. ac ne superesset in venis febriculosi virus aliquanta pars, vim corticis peruviani ad quem his præmissis solebat confugere, lenioris alicujus laxantis temperabat ità Connubio ut paucæ ad decimum quintum morbi diem perrarræ ad decimum octavum rebelles obstiterint.

Magister Cosnier, de Rhumatismis Arthriticis mentionem fecit; Sed illud præ ceteris observavit febres intermittentes quasdam imò Continuas nonnullas tandem abjectâ larvâ vel in morbillos vel in variolas ex improviso desiisse. Puer quidam præcipiti Casu pronus in terram concidit. Ictu repercussâ fortiter alvo, symptomatum ruit Ilias. Singultus, vomitus, dolor Capitis atrox, artuum omnium et singularum corporis partium crucians ægritudo. Vomenti posse succurri grano uno stibii Creditum est. Vomuit. Sed effœta certe et evanidâ jàm antimonii virtute vomebat etiamnum. Erumpente tandem per totam cutem Exanthematum insperatâ acie, morbillos jàm adesse fuit in Confesso. Irreditura prorsus Evanuere symptomata. Eruptiones quoque miliares vidit, imperfectas quidem, ut potè quæ brachia tantùm aliæ, aliæ pectus tantum, occuparent. Nausea aderat, Leipothymia, febris, sed quò abundantius Erumpebant eò meliùs se habebant ægri. Ambo Evanidas mox ab eruptione habuerunt pusulas; perierunt ambo.

Frequentiùs hoc mense quàm cæteris operam dedit M.r Bergier morbis pectoris, Catarrhis, in pulmones deciduis, peripneumoniis, Pleuritidibus, pertussibus, Asthmatisque pertinacibus.

Magister Herissant febres Tertianas atque Peripneumonias nunc primas tenere pro Certo habuit, in quibus nihil novum aut notatu dignum animadvertisset. Exposuit tantum Casum singularem cujus ipse testis fuisset. Puellam undecim annos natam quicùm imprudentissimè ludebat (ut ludunt nimio permulti) quidam, Capite inter ambas manus comprehenso È terrâ in altum sustulit, ità ut solum pedes jàm non attingerent, integro corporis totum quantum est, ~~pendulo~~ à vertebris colli pendulo pondere. Humi statim repositæ collum remansit obtortum. Tumor Circà quartam Colli Vertebram manifestus apparuit, Crassitiem nucis Juglandis æmulans. febris invasit illicò nec mora delirium. Saphena bis secta est. Diebus totidem distinctis Emetico hausto vomuit. Sanata est fortunâ artem adjuvante. Suspicatur enim aut potiùs pro Certo habet, et ipsi Credere fas est, apophyses obliquas quartæ et quintæ se mu=

-tiis decussavisse, et angulum effecisse contrà positis ex adverso Summitatibus.

Magister Geviglaud puellam viginti duo annorum cui à sex mensibus defecerant Catamenia hœmoptysi fuisse correptam. Illiùs saphenâ sectâ non ampliùs manavit Cruor. Redeunte altero Mense, per vias Pulmonis insolitas rediit Cruor. Iterùm ad Saphenam itum est. Tertio Mense idem recruduit Symptoma sed cum facie rutilâ et flammeâ. In malleolo pertusa, chalybeatis usa est, non neglectâ singulo mense saphenâ et benè habet.

September. 1745.

Die Mercurii 1°. Septembris a. 1745. Congregatis de more doctoribus in Scholas Superiores horâ sesqui-decimâ matutinâ et inibi de morbis grassantibus inter se conferrent,

Magister Liger, Erysipelata puerorum in vultum erumpentia, cùm essent sinè febre, aut cùm mediocri febre curavisse se dixit pleraque absque Venœ sectionis auxilio: Diluentibus et sero lactis adhibitis, anodynis, deìn Catharticis. Calorem partis affectœ leniente fotu temperavit, decoctis simùl radicibus althœœ et floribus Sambuci.

Morbos esse magìs rebelles comperit atque pertinaciores, Colicos dolores, quos curœ suœ commissos habuit Magister Person. Hisce torminibus brevi comes aderat Abdominis Tensio et Magna in inspirando difficultas. Pluribus supervenit Mania quam non solvit febris. In causâ nonnullis fuerunt herpetes qui ex improviso evanuere. Animadvertit tardiùs et difficiliùs Curatos fuisse, quibus initio secta fuerat vena, quamvìs interdùm decimo jàm elapso diè ad Saphenam tecurrerit, et posteà àd Emeticum Confugerit. Intereà cardiacis potionibus tertiâ quâque horâ Cochleatim exhibitis recreare vires tentabat et Narcoticis lenire tormina Diacodio, vel Sirupo de Karabe. (Nihil similius videtur Colicœ Pictonum: et Erat.)

Magister Verdelhan febribus intermittentibus, et Peripneumoniis, quœ tunc dominium obtinebant, nihil animadvertit extraordinarium, nec in Symptomatis, nec in Curatione

Magister Bernard observavit idem. addidit tantùm necnon apparere adhuc aliquot morbillos, sed in quibus majorem solito agnovit malignitatem.

Magister Chevalier 2.us Peripneumonias quoque non esse mali moris testatus est: non itidèm febres cum Colicis doloribus. Apud œgrum quarto ab insultu morbi die vocatus, ter illo ipso die venam pertundi Jussit. Torminibus miserè cruciabatur œger; arebant fauces, Nigricans œstuabat lingua; accessit delirium. Sectione Saphenœ opitulatum voluit. tandèm vomere cöegit granis stibii quatuor in aquœ fervidœ libris duabus dissoluti primo die propinatis. Sequentibus diebus, duobus tantùm granis singulo quoque die in amygdalato cum seminibus frigidis temperato exhibitis, meliùs habere œgrum vidit.

Magister Astruc morbos non nisi sporadicos dominari animadverterat. diversa variorum morborum protulit exempla. Inter alia Dominus le Chandelier Regi Comes, in Itinere dolore Capitis vehementissimo fuit correptus. Eundo Crescebat ille dolor. Tandem eò atrocitatis devenit, ut sensum et rationem Parisios vix advecto prorsùs sustulerit. Delirium consecutis symptomatis manifestè conspiciendam se prodidit febris maligna. post ter emissum sanguinem bìs è talo, semel à jugulari, propinata sunt vespere (per septem dies) Stibii grana quinque, singulis noctibus partitis vicibus deglutienda. Deìn subsecuta est catharsis quam procuravere

castiæ duo cyathi. Posteà reversum est ad stibium. grana tantum exhibeban=
=tur quâque nocte.

Peripneumoniâ in Vomicam versâ laboravisse D.^{um} Houtin Doct.
Theologum socium Sorbonicum quem sanationis fermè jam securum credebat.
puerum etiam pari morbo defunctum ferè omnis immunem periculi habebat.

Diarrhoeâ hydropem solvi, ut testatur divinus senex hoc pro=
=bavit exemplo. Æger diuturnitate morbi, et sibi videbatur, levioris, aquas
contraxit. medicum accersit. Mirum in modum intumuerat abdomen.
Pedes et suræ ædemate et Leucophlegmatiâ tentatas jam aqua occupaverat
intercus. medicus accersitus juscula præscribit aperientia. Paucos post dies
nocte omnes aquæ quasi ex condicto ex omnibus locis in intestinalem canalem
impete facto confluxerunt. Dejecit hâc nocte quadragies æger. Evanuit tumor
abdominis. sic plenitudinis alternâ et inanitatis vice prorsus detumuit: um=
=bilico tamèn qui jam anteà eminebat semper prominente.

Magister Mery persimiles Peripneumoniis, per quatu=
=or aut quinque dies febres verè malignas exposuit, quamvis quasi ex
insidiis et Larvatæ adorirentur, tamen ad defensionem et Tutelam ægri
auxilia nonnisi solita advocata sunt. Ex tribus ægris quibus vocatus
adfuit, evasere duo, alter vadum nondum attigit. Fecit etiam men=
=tionem de Colicis doloribus necnon et Tertianis Intermittentibus.

Guillelmus Josephus De L'Epine ex quinque Va=
=rioloso morbo laborantibus eoque confluentissimo affectis tres quos
effrene mentis delirium corripuerat acidulis ex citro et saccharo,
aut sirupo Limoniorum potibus largo intercalato Ptisanæ dilu=
=entis et aperientis affatim haustoe, et Enematum tertiâ quâque
horâ die ac nocte ingestorum usu absque Saphenæ sectione ad
sanitatem feliciter conduxit: Reliqui duo et Saphenæ expertes
acida non degustarunt nec tamen prosperè minus Evaserunt.
Febribus malignis correptos, quoe plurimæ grassabantur non exce=
=pit sors tàm fausta. Tres illo teste et quantum per artem licuit
nequicquam opitulante abierunt ad plures.

Inter febres Scartatinas, morbillos et variolas qui=
=bus operosè vacabat Magister Baude de la Cloy puellam
vidit Tertio morbi die extinctam. Nihil proeterea jam dictis adden=
=dum duxit.

Catarrhis, Tonsillarum inflammationibus febribusque
intermittentibus frequentiùs quàm aliis morbis opem dederat Ma=
=gister Boyer.

October 1745.

Die veneris 1.º Octobris 1745. Convenere
in Scholas superiores horâ sesquidecimâ matutinâ de more convocati
in ordine Doctores cum aliis omnibus quicumque voluerunt adesse de
morbis grassantibus acturi.

Magister De la Riviere dixit in febribus ma=
=lignis se observasse vires prostratas penitùs, pulsum non tantummo=
=do pravum sed pessimum insignem in spirando difficultatem. Addidit
incassum plerisque sanguinem eductum fuisse è brachio, è saphenâ,
itidem frustrà admota esse vesicantia: Qui septimo non perierant
undecimo plerosque fuisse extinctos. Malignæ febrilis hujusce
constitutionis participes quoque fuisse variolas quasdam è Confluen=
=tium

=tium genere animadvertit. nec paucas quoe ægros tertio ut plurimum aberup=
=tione die abstulerunt. Nonnullas tamen viderat variolas mitioris
indolis quæ Naturâ discretæ meliorem ægris sortem permisere.

Præter variolas in quibus eadem fermè observavit
Magister Arcelin curavit etiam febres intermittentes Tertianas quæ
sinè ullo notabili discrimine sese habuerunt.

De febribus Ephemeris adhuc et continuis quibusdam non
absolutè mali Moris quamvis pertinacibus fecit mentionem M.ᵉʳ Ruellan.

Magister Bourdier Catarrhis pertinacibus quibus
vexabantur Pulmones, plus levaminis attulit Sirupo Violaceo quàm Venæ
Sectione et Narcoticis. Casum posteà singularem exposuit viri quinq=
=uagenarii dolore Stomachi fuerat correptus verùm Tolerabili: Per duos
menses ità Crevit ut die noctèque præ doloris quo perpetuò vexabatur
atrocitate gemeret. Accessit singultus. Tot cruciatus cumulavit vomi=
=tus factus brevi continuus et indesinens, ità nullum planè cujuscumque speci=
=ei retineret alimentum. frustrà fuerunt in usum adhibitæ aquæ Vichienses,
Enematis è jusculo Carnium nutrientibus protracta fuit per tres hebdoma=
=das illius Vita. Abstulit illum ineluctabilis fati necessitas. Aperto
Cadavere Pylorus in Scirrhum occalluerat.

Magister Le Hoc Nosocomii fratrum Caritatis in
Suburbio San-germano de Colicis doloribus, paucis jam abhinc annis
in Suburbio Sancti Antonii jam cognitis et ab illâ urbis Regione denomi=
=natis vulgò Colique de la rüe et faubourg S.ᵗ Antoine, verba fecit. Decem
ægros hoc morbo laborantes tunc temporis ipse curabat; caupones omnes;
quorum quatuor ex eâdem Tabernâ seu popinâ venenum contraxerant.
Illorum uni quatèr secta Vena fuit: bis in brachio bis in pede. Decies in
unâ die insultibus Epilepticis fuit Vexatus. Periit. Ileum aperto Cadavere
gangrœnâ affectum apparuit. Urinæ erant raræ, vomitus nullus. Qui eva=
=serunt (sed pauci) venæ Sectionibus repetitis, oleosis, amygdalatis et emulsi=
=onibus tempestè et sinè morâ adhibitis salutem suam debere visi sunt.
Antè duos annos, Domesticos Dominæ de Pelvé Quatuordecim immiseri=
=corditer extinxerat crudelis iste morbus. Plurimi quoque eodem Anno
Caupones hoc atroci malo occubuerunt. Variolas quas viderat
non Maligni moris esse judicavit. Item Erysipelata, nec non et raras
Peripneumonias.

Magister Le Camus de Variolis Erysipelatibus et
Peripneumoniis idem retulit.

Magister Poissonier Consilium inierat per mensem
integrum singulis diebus cum M.ʳᵒ Ludov.ᵒ Joanne Le Thieullier nostro Collegâ
de Morbo adolescentis quatuordecim annos Nati; febre continuâ jam quatu=
=ordecim dies vexabatur: sed tandem majori adhuc edendi libidine cruciaba=
=tur. Panis jure carnium incocti taleolas voravit potiùs, quàm comedit.
Intumuit abdomen. Tantùm non suffocabatur. Exarsit febris, et proximo
longè vehementiori æstuavit paroxysmo die decimo quinto, horripilatione
per corpus universum, et rigore adduxit aurora sequens. Intumuit Ven=
=ter. Exiguam reddebat urinæ Copiam. Confugerunt ad Sirupum limo=
=niorum, oleum amygdalarum dulcium et aquam Parietariæ, sed frustrà.
Novies jam secta fuerat vena. Imbecillior visus est cui proponeretur de=
=cima. Post septem alios dies scilicet morbi die vigesimo, de urinis nulla pla=
=nè fiebat mentio. Prorsùs Evanuerant, et Specialius in tumorem attolli ve=
=sica videbatur. Chirurgus magni Nosocomii (Boudou) vocatus in auxilium
immisso Cathetere spem faciebat salutis: at vesica nihil respondit. per tres
dies servato in vesicâ Cathetere lectum non Comminxit æger. Die vigesimo
sexto tumorem quotidiè gliscentem palpantis Chirurgi digitos manifestè
repercutere cœpit, Puris intùs jam fluctuantis unda tremens prodigioso

tumoris incremento, die vigesimo Septimo Jam nulla supererat de suppurato amplissimo Apostemate dubitatio, fluctuatione longè manifestiori. Fame non minus quam malo cruciatus ventri iterum indulsit æger. offâ alvum implevit. at brevi pœnas dedit indigesta, cruda, incocta omnia protinus evomuit. Trigesimo Primo tandem et fame et morbo liberavit illum, inevitabile fatum. Effusam in abdomine Libram Puris et amplius repererunt. Optandum fuerat ut specialius locum unde Effun=debatur perquisiissent.

Magister L'Alleman nihil prædictis addendum censuit.

Magister Pousse filius variolis præcipuè nec benigni moris opem dederat. Maniacis etiam curandis fuerat vocatus. de cætero morbos nonnisi Sporadicos viderat.

November. 1745.

Die Jovis 4.ª Novembris 1745. Convocatis de more Doctoribus, et congregatis in aulam comitiorum de morbis grassantibus Verba facturis,

Magister Linguet narravit die quo iverat ad Ecclesiam Parisiensem Rex noster dilectissimus, puellam quamd=am diurnis nocturnisque, ob festivitatem publicam peractis Cursita=tionibus se plurimum defatigavisse. Tantam lassitudinem excepit febris ardens, cum aliis symptomatis bene permultis. Die Veneris et Sabbati vena brachii secta est ter. Die Dominico pertusa fuit saphe=na. Granum stibii hausit. vomuit. a Vomitu levamen habuit. Eru=perunt variolæ. at Cheu eruperunt et Menstrua. Potionem ex aquis Cardui Benedicti, Oxytriphylli, cum Theriacâ, Confectione hyacinthi=nâ et sirupo de Tunicâ propinavit. Dies Veneris sequens insigni Urinæ profluvio, nec non permagno alvi fluxu fuit notabilis. Die Sabbati, alvum nimis præcipitem Diacodio Cohibere tentavit. Eundo ad Diem Dominicam, vitam cum morte commutavit. feliciorem habuit Eventum altera cui operam dedit curatio. Brachium et Pes sanguinem dederant. Tertio ab eruptione die Evanuerunt Pustulæ. Nec mora, confestim exhibuit ægrotæ, maximè si unquam periclitanti, opportunam Kermes Mineralis Copiam. e Revixerunt Pustulæ. Rediviva post paucos dies Convaluit ægra. Item atroces Rhumatismorum dolores, nec non et febres continuas, iteratis venæ sectionibus cessisse Compertum habuit.

Magister Bourdelin Junior de Dysenteriis atque febribus intermittentibus et continuis mentionem tantum fecit.

Magistro Bellot visa est febris continuæ Species quædam, quæ hoc habuit singulare quod exordium sumeret ab acri tonsillarum inflammatione, cum viribus insigniter prostratis. Adhibebantur in usum Venæ sectio diluentia; Cedebat inflammatio et Tonsillarum dolor Pertinax. Medullis inhærebat febris ad vigesi=mum suprà unum usque diem obstinatè redeunte singulo quoque die Sub vesperam acriori Paroxysmo. Cynanche periit æger cui Nullum genus auxilii quodcumque præscribit ars, neglexerat. Rheumat=ismos, Tusses ferinas, cum dolore Capitis atroci, frequentissimè vagari asseruit.

Historiam addidit (Mr. Bellot) puerperæ cui tantum non ademit vitam pavor. Illius Conjux Chirurgus fortuito nescio quo casu in deli=quium animi inciderat. Illa metu Cecidit in lectum exanimis gelidusque cucurrit per ossa tremor, quem brevi, suppressis Lochiis excepit ardor febrilis intensissimus. Recuperato spiritu maritus malo cujus causa fuerat insons, volens occurrere, Enematis Cathartici magnum in abdomine ex=citavit incendium. supervenit Enormis Diarrhœa. Cum sirupo de cichorio Composito proposuit Catholicam Confectionem. Septuagies dejecit. Tunc spe dejectus omni Chirurgus, nec jam sibi Confisus, seque victum fassus. Vocavit adjutorem Clarissm. Collegam nostrum Magistrum Bellot. Granum unum Ipec=acuanhæ in Diascordio deglutiendum præscripsit. Siluit Alvus. Sed ecce tumor nascitur in Parotyde. Cataplasmata apponuntur ex farre et Pulpis herbarum emollientibus. Intus propinatum decoctum leve scolopendrii pauco Sale de Duobus Conditum. Intereà ità Cutis intumuerat suprà et Circà Verticem Capitis ut Pileum Turcicum vulgò un Turban æmularetur et formâ et Crassitie. Dolor accesserat Capitis atrox. Successit Sudor Solius Capitis cum perseveranter redeunte quoque die iisdem horis vehementi Paroxysmo febris. Saphenæ sectiones non defuere æquè plurimæ. Tandem auxiliatrices manus afferente Cortice peruviano, non levi operâ relevata est ægra.

Magistri Marteau, Bidault, et Pathior nihil dictis addendum censuerunt.

Magister Gautier Du Rocher atrocem et Periodicum dolorem capitis usu Corticis Peruviani, tandem exterminaverat.

Finis Historiæ, seu Commen=tariorum Saluberrimæ faculta=tis, Primi Anni Decanatûs Mri. Guillelmi Josephi De L'Epine Parisini.

Codex Rationarius
Accepti et Expensi,
Ordinarii et Extra-ordinarii,
à Magistro Guillelmo Josepho De L'Epine Parisino primum Decano.
à die sabbati 7ª Novembris anni 1744. ad diem sabbati 6um. Novembris anni 1745.

Caput Primum. accepti Ordinarii. Ex Annuo Facultatis Reditu.

A dicto de Raffignac die 24ª April. 1745. septuaginta quatuor libellas . . .	74lt
Ab eodem die 29ª octobr. 1745. sexaginta libellas . . .	60lt
A dicto Girod Caupone pro locatione Tabernae, et aedicularum pro Trimestri cadente in diem primum octobris 1745. die 13ª ejusdem mensis Centum et quadraginta libellas . . .	140lt
Ab urbis Quaestore Dº . . . . pro anno 1744. integro 4ª Julii 1745. Tercentum Libellas suprà quinquaginta . . .	350lt
Ab altero urbis Quaestore pro anno integro 1744. 4ª Jul. 1745. Quinquaginta suprà quinque libellas . . .	55lt

Caput Secundum. Accepti à Baccalaureis, in Quaestionibus Quodlibetariis Pro Stipendiis Lectorum et Registro.

A Magistro Florentio Carolo Bellot Abbavillaeo quatuor libellas cum decem assibus . . .	4lt	10s
A Stephano Pourfour-dupetit Parisino . . .	4.	10
A Mro. Dionysio Claudio Doulcet Parisino . . .	4.	10
A Mro. Joanne francisco Paris Parisino . . .	4.	10
A Mro. Pascasio Borie Benearnensi . . .	4	10
A Mro. Jacobo Laurentio Mauroy Parisino . . .	4.	10
A Mro. Antonio Petit Aurelio . . .	4.	10
A Mro. Bartholomaeo Tussano Le Clerc Rothomagensi . . .	4.	10
A Mro. Dionysio Pautier de La Breulhe Ineulismensi . . .	4.	10
A Mro. Natali-Andraeâ-Joan. Bapt.â Chesneau Cenomano . . .	4.	10
A Mro. Juliano Hingant San-briocensi . . .	4.	10
A Mro. Ludovico Gabriele Dupré Remensi . . .	4.	10.

Caput Tertium. Accepti à Baccalaureis in Quaestionib. Quodlibetariis Pro Horto.

A. Mº. Florentio Carolo Bellot tres libellas cum assibus quatuor . . .	3lt	4s
A. Mº. Stephano Pourfour Du Petit . . .	3.	4.
A. Mº. Dionysio Claudio Doulcet . . .	3.	4

Summa hujus paginae est de sept cent quarante deux livres douze sols

A. M.° Joanne francisco Paris	3#. 4s
A. M.° Pascasio Borie	3. 4
A. M.° Jacobo Laurentio Mauroy	3. 4
A. M.° Antonio Petit	3. 4
A. M.° Bartholomæo Tussano Le Clerc	3. 4
A. M.° Dionysio Pautier de la Breulhe	3. 4
A. M.° Natali Andræâ Joanne Bapt.â Chesneau	3. 4
A. M.° Juliano Hingant	3. 4
A. M.° Ludovico Gabriele Dupré	3. 4.

Caput Quartum

Accepti à Baccalaureis in Quæstionibus Quod-libetariis
Pro Anatome et Schedulis non Registratis.

A M.° Bellot Sexdecim libellas	16#.
A M.° Pourfour-Dupetit	16.
A M.° Doulcet	16.
A M.° Paris	16.
A M.° Borie	16.
A M.° Mauroy	16.
A M.° Petit	16.
A M.° Le Clerc	16.
A M.° Pautier de la Breulhe	16.
A M.° Chesneau	16.
A M.° Hingant	16.
A M.° DuPré	16.

Caput Quintum

accepti à Baccalaureis in Quæstionibus Cardinalitiis
Pro Stipendiis Lectorum et Registro.

A. M.° Bellot decem libellas	10#
A M.° Pourfour-Dupetit	10
A. M.° Doulcet	10
A. M.° Paris	10
A. M.° Borie	10
A. M.° Mauroy	10
A. M.° Petit	10
A. M.° Le Clerc	10
A. M.° Pautier de la Breulhe	10
A. M.° Chesneau	10
A. M.° Hingant	10
A. M.° DuPré	10

Caput Sextum.

accepti à Baccalaureis in Quæstionibus Cardinalitiis
Pro Rebus Academiæ.

A. M.ro Bellot decem supra octo libellas	18.#
A. M.° Pourfour-DuPetit	18
A. M.° Doulcet	18
A. M.° Paris	18
A. M.° Borie	18
A. M.° Mauroy	18
A. M.° Petit	18
A. M.° Le Clerc	18
A. M.° Pautier de la Breulhe	18
A. M.° Chesneau	18
A. M.ro Hingant	18
A. M.ro DuPré	18

Summa hujus Paginæ est de cinq cent cinquante six livres ~~sixsolsts~~. H.

Caput Septimum
accepti à Barbitonsoribus=Chirurgis

A Chirurgorum Præpositis Primario chirurgi=Barbitonsoris vicario et Quæstore qui debent offerre quotannis postridiè divi Lucæ Catalogum à se subsignatum, sinè stemmatis et vna Nummum aureum Vectigalem (in locum Inscriptionis quam singuli olim persolvere solebant) æstimatum centum suprà quatuor=decim asses . . . . Nihil ad memoriam.

Ab Iisdem pro Tironibus quos nullos accipere maluerunt dum Lis est sub Judice, quàm Senatusconsulto parendo nos Testes ac Judices Examinum advocare . . . Nihil ad memoriam

Caput Octavum
accepti à Medicinæ Studiosis
Pro Iure Inscriptionum

